
STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00376277 0


VIRTUE LIBERTY AND INDEPENDENCE

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

VOL. V.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.




VOLUMEN QUINTUM.



LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.



C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XI.

Insectorum animalium genera.

I. (I.) Restant immensæ subtilitatis animalia: quando aliqui ea neque spirare, et sanguine etiam carere prodiderunt.[1] Multa hæc et multigenera,[a] terrestrium[b] volucrumque vita.[2] Alia pennata, ut apes: alia utroque modo,[c] ut formicæ: aliqua et pennis[d] et pedibus carentia; et jure omnia[3] insecta appellata ab incisuris,[e] quæ nunc cervi-

Cap. I. 1 'Ita codd. Regg. Editio princeps et Cl. Rezzonicus. In recentt. edd. hæc subdita fini libri superioris.' *Brotier. et sine sanguine esse etiam prodiderunt* Gronov. et edd. vett. Vid. ad finem libri sup.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiffl. et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et multigena terrestrium volucriumque vita* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *Alia pedibus gradiuntur, ut aselli: alia pennata.*—3 Ita codd. Regg. Ambrosian. et Editio princeps; *et* non habetur in edd.

NOTÆ

[a] *Multigenera*] Vide Notas et Emend. num. 1. Insecta porro hoc loco subintellige, ex ultima superioris libri sententia. Sunt enim hæc apta inter se, et connexa.

[b] *Terrestrium*] Quoniam alia, terrestrium ritu, pedibus gradiuntur, ut iulus, et centipeda: alia, volucrum more, alata sunt, ut apes et vespa. Arist. Hist. Anim. IV. 1. p. 401.

[c] *Utroque modo*] Idem quoque genus, inquit, et alatum est, et alis caret, ut formicæ: namque ex his quædam volant, quædam alas nullas habent. Aristot. loc. cit. Locustæ item quædam alas habent, quædam nullas.

[d] *Aliqua et pennis*] Ut terreni vermes.

[e] *Incisuris*] Secturis, segmentis,

cum loco, nunc pectorum atque alvi, præcincta[4] separant membra, tenui modo[f] fistula cohærentia. Aliquibus vero non tota incisura,[5] eam ambiente ruga:[6] sed in alvo, aut superne tantum, imbricatis flexili[g] vertebris,[a 7] nusquam alibi spectatiore naturæ rerum artificio.

(II.) In magnis siquidem corporibus, aut certe majoribus, facilis officina[h] sequaci materia fuit. In his tam[8] parvis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio! ubi tot sensus collocavit in culice? et sunt alia dictu minora. Sed ubi visum in eo prætendit? ubi gustatum applicavit? ubi odoratum inseruit? ubi vero truculentam illam et portione maximam vocem ingeneravit? qua subtilitate pennas annexuit?[9] prælongavit pedum crura? disposuit jejunam caveam, uti alvum? avidam sanguinis, et potissimum humani, sitim accendit? Telum vero perfodiendo tergori[b] quo spiculavit ingenio? Atque ut in capaci,[i] cum cerni non possit exilitas, ita reciproca[j] generavit arte,[10 k] ut fodiendo acuminatum pariter, sorbendoque fistulosum esset. Quos teredini[l] ad perforanda robora

[a] *Tenui tantum fistula cohærentia. Aliquibus vero non absoluta in orbem incisura est, quoniam ambit eam ex parte cutis rugosa: sed in alvo tantum, aut superne in dorso flexilis est ea ruga, constatque vertebris imbricum more positis.*

[b] *Cuti, corio.*

vulgg. ante Brotier.—4 '*Præcinctu*, ὑποζώματι διαιροῦσι, Arist. de cicadis.' *Dalec.*—5 Vet. Dalec. *tota incisura eorum.*—6 Ita codd. Harduini, Chiffl. et Turneb. *eas ambiente rugas* Gronov. et edd. vett.—7 Ita etiam Turnebus et edd. recentt. *imbricatis flexilibus vertebris* Gronov. et al. ante Harduin.—8 *In his vero tam* cod. Dalec.—9 Chiffl. *pinnas adnexit.*—10 ' Ita codd. Regg. Colb.

NOTÆ

commissuris, quibus insectorum partes aptæ sunt inter se, et cohærent. Ἐντομὰς Philosophus appellavit loc. cit.

[f] *Tenui modo*] Tenui tantum et fistuloso cibi ac spiritus meatu inter se cohærentia.

[g] *Imbricatis flexili*] Incisura videlicet flexili, vertebris sive commissuris imbricum modo invicem insidentibus.

[h] *Officina*] Molitio, fabricatio.

[i] *Ut in capaci*] Nec minore solertia, (quanquam id telum, ob exilitatem, cerni oculis vix potest,) quam si in capaciore materia naturæ industria se exercuisset, ad geminos usus illud natura fabricata est. Culex, *un moucheron.*

[j] *Reciproca*] Gemina vi instruxit, gemina dote.

[k] *Generavit* [*geminavit*] *arte*] Mss.

cum sono teste dentes affixit, potissimumque e ligno cibatum fecit? sed turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumque colla, et truces in sublime jactus:[m] tigrium rapinas, leonum jubas, cum rerum natura nusquam magis, quam in minimis, tota sit. Quapropter, quæso, ne nostra legentes,[11] quoniam ex his spernunt multa, etiam relata fastidio damnent,[c] cum in contemplatione naturæ nihil possit videri supervacuum.

II. (III.) Insecta multi[a] negarunt spirare, idque ratione persuadentes, quoniam in viscera interiora nexus[1] spirabilis[b] non inesset. Itaque vivere ut fruges, arboresque: sed plurimum interesse, spiret aliquid, an vivat.[2] Eadem de causa nec sanguinem iis esse, qui sit nullis[c] carentibus corde atque jecore. Sic nec spirare[d] ea, quibus pulmo desit. Unde numerosa quæstionum series exoritur. Iidem enim et vocem[e] esse his negant, in tanto murmure apium,[3]

[c] *Ex insectis, multi fere multa spernunt: ne tamen etiam ea, quæ de iis narrantur, fastidiose damnent.*

Chiffl. Paris. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentioribus editionibus, *geminavit arte.*' Brotier. *generavit arte* etiam cod. Dalec. *reciprocam geminavit arte* cod. Dalec.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ne hæc legentes* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Vet. Dalec. *spernuntur multa.*

CAP. II. 1 Cod. Dalec. *ea ratione p. q. per viscera interiora nexus;* Chiffl. *viscera interiora nexus;* Vet. Dalec. *visceri interior nexus;* Gronov. et al. ante Harduin. *visceri interiori nexus.*—2 Cod. Dalec. *aliquis an vivat.* Mox, in eodem: *qui sit nullus.*—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in tanto murmure apum* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Paris. &c. *generavit.*

[l] *Quos teredini*] De teredine dicemus XVI. 80.

[m] *In sublime jactus*] Quam vim præ se ferant, dum vi quædam arrepta in sublime jaciunt, illi promuscide, hi cornibus.

[a] *Insecta multi*] Aristoteles sane negat Hist. Anim. IV. 9. p. 488. *οὐδὲν γὰρ ἀναπνεῖ τῶν ἐντόμων.*

[b] *Nexus spirabilis*] Arteria ad pulmonem pertinens, quod unicum vocis edendæ, quæ proprie vox sit, instrumentum est. Vide Notas et Emend. num. 2.

[c] *Qui sit nullis*] Aristotelem notat, cujus hæc placita sunt Hist. Anim. II. 18. p. 246. et 247.

[d] *Sic nec spirare*] Arist. p. 245.

[e] *Iidem enim et vocem*] Philosophum adhuc sugillat, fortassis immerito. Is enim subtili admodum disputatione Hist. Anim. IV. 9. p. 486. vocem a sono differre statuit: sermonem ab utroque: sonum et vocem aëre eliso

cicadarum sono, et aliis quæ suis æstimabuntur locis. Nam mihi contuenti se persuasit[4][f] rerum natura, nihil incredibile existimare de ea. Nec video,[g] cur magis possint non trahere animam talia, et vivere, quam spirare[5] sine visceribus: quod etiam in marinis docuimus, quamvis arcente spiratum[6][h] densitate et altitudine humoris.[a] Volare quidem aliqua, et animatu[i] carere in ipso[7] spiritu viventia, habere sensum victus, generationis, operis, atque etiam de futuro curam: et quamvis non sint membra, quæ, velut carina, sensus[8] invehant, esse tamen his[j] auditum, olfactum, gustatum, eximia præterea naturæ dona, solertiam, animum, artem, quis facile crediderit? Sanguinem non esse his fateor, sicut ne terrestribus quidem cunctis, verum simile quiddam. Ut sepiæ[k] in mari sanguinis vicem[9][l]

[a] *Quamvis prohibeat spirandi facultatem densitas et altitudo maris.*

—4 *Nam contuenti semper suasit* cod. Dalec.—5 Dalec. *magis non possint trahere animam talia, et spirare quam vivere.*—6 Ita codd. Tolet. et Dalec. *spiritum* codd. Regg. Brott. Editio princeps, Gronov. et al. ante Harduin.—7 Dalec. *sine ipso;* Chiffl. *et in ipso.*—8 Dalec. *membra, velut marinis, quæ sensus.*—9 *Ut sepia i. m. s. vice* Vet. Dalec. *Ut Sepiæ in m. s. vires* codd. Da-

NOTÆ

fieri, nec differre nisi instrumentis: quoniam ore tantum fit vox: sonum in insectis, ab attritu membrorum: sermonem, articulatione vocis. Negat deinde alia parte, quam gutture, vocem edi: quamobrem, quæ pulmone carent, atque adeo gutture sive arteria, carere eadem pariter omni voce.

[f] *Se persuasit*] Mss. omnes, *semper suasit.*

[g] *Nec video*] Nec video, inquit, intelligi posse expeditius, quicquam, quod spiritum aëremque non trahat, vivere, quam spirare aliquid, quod visceribus his careat. Nam sine internorum viscerum pulmone spirare marina docuimus: libro nempe IX. 6. 'quoniam et pulmonum vice aliis possunt alia spirabilia inesse viscera, ita volente natura: sicut et pro sanguine est multis alius humor,' &c. Vide Notas et Emend. num. 3.

[h] *Spiratum*] Sic Mss. omnes, non *spiritum.* Sic Tullius *respiratum*, quod idem est, pro spiratione seu respiratione dixit de Nat. Deor. lib. II.

[i] *Et animatu*] Quis credat spirandi facultate carere ea quæ in medio spiritu, hoc est, in medio aëre, vivunt? quibus inest auditus, olfactus, gustatus, quanquam iis ea membra desunt, quibus in ceteris animantibus, ceu carina aliqua, sensus invehuntur?

[j] *Esse tamen his*] Arist. Hist. Anim. IV. 8. p. 483.

[k] *Ut sepiæ*] Vide quæ diximus IX. 45. de sepia: de purpura eodem libro c. 60.

[l] *Sanguinis vicem*] Mss. omnes, *san-*

atramentum obtinet, purpurarum generi infector ille succus, sic et insectis quisquis est vitalis humor, hic erit et sanguis, donec [10] æstimatio sua cuique sit.[b] Nobis propositum est, naturas rerum manifestas indicare, non causas judicare dubias.[m]

III. (IV.) Insecta, ut intelligi possit, non videntur nervos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginem, nec pinguia,[n] nec carnes, ne crustam [1] quidem fragilem, ut quædam marina,[o] nec quæ jure [p] dicatur cutis: sed mediæ cujusdam inter omnia hæc naturæ corpus, arenti simile, nervo mollius, in reliquis partibus [q] siccius vere,[2 r] quam durius. Et hoc solum his est,[3] nec præterea aliud. Nihil intus,[s] nisi admodum paucis intestinum implicatum.[4] Itaque divulsis [t] præcipua vivacitas, et partium singularum palpitatio. Quia quæcumque est ratio vitalis, illa non

[b] *Dum erit fas unicuique, ut libuerit, rem æstimare.*

lec. et Chiffl.—10 Vet. Dalec. *sanguis. Sed.* Edd. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sanguis. Donec, &c.* Paulo post, cod. Dalec. *non causas indagare.*

Cap. III. 1 Cod. Dalec. *nec crustam;* et mox in eodem, *neque jure dicetur.* —2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *fere* Turneb. *vero* Chiffl. *verius* Gronov. et al. ante Harduin. —3 Cod. Dalec. *in his est.*—4 ' Legendum videtur: *Nihil intus, nisi intestiguinis vires.*

NOTÆ

[m] *Judicare dubias*] Rectius ut in Reg. 2. Paris. et vet. Dalec. *indagare.*

[n] *Nec pinguia*] *Nec adipem*, οὐδὲ πιμελὴν, quia carent sanguine nimirum, quæ adipis materia est. Arist. Hist. Anim. IV. 6. p. 470.

[o] *Ut quædam marina*] Ut locustæ, et cancri, de quibus IX. 50.

[p] *Nec quæ jure*] Arist. Δέρμα δ' ἔχουσι μὲν, πάμπαν δὲ τοῦτο λεπτόν. *Cutem quidem, sed prætenuem, habent.*

[q] *In reliquis partibus*] Iis nimirum quæ vulgo extra corpus censentur: cujusmodi sunt tauri et scarabæi cornua: sunt enim hæc multo, quam sint crustæ cochlearum, duriores, ut quidam loquuntur; sive, ut Plinius mavult, sicciores.

[r] *Siccius vere*] Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Editi perperam, *verius.*

[s] *Nihil intus*] Neque alia intus viscera, præter intestinum, quod in paucis admodum est implicatum, sive inflexum. Aristot. p. 471. Ἔντερόν ἐστι, τοῖς μὲν πλείστοις εὐθὺ, καὶ ἁπλοῦν, μέχρι τῆς ἐξόδου ἐστὶν, ὀλίγοις δ' ἑλιγμὸν ἔχει. Sic enim ex Plinio liquet legi oportere, non ὀλίγον, ut vulgo habetur in editis.

[t] *Itaque divulsis*] Insecta omnia etiam præcisa vitam retinent. Re-

certis inest membris, sed toto in corpore, minime tamen capite,[u] solumque[5] non movetur, nisi cum pectore avulsum. In nullo genere plures sunt pedes. Et quibus ex his plurimi, diutius vivunt divulsa, ut in scolopendris videmus. Habent autem oculos, præterque[v] e sensibus[6] tactum atque gustatum: aliqua et odoratum, pauca et auditum.

IV. (V.) Sed inter omnia ea principatus apibus, et jure præcipua admiratio, solis ex eo genere hominum causa genitis. Mella contrahunt, succumque dulcissimum atque subtilissimum, ac saluberrimum. Favos confingunt et ceras, mille ad usus[a] vitæ: laborem tolerant,[1] opera conficiunt, rempublicam habent, consilia privatim, ac duces gregatim: et quod maxime mirum sit, mores habent. Præterea, cum sint neque mansueti generis, neque feri;[b] tamen tanta est natura rerum,[2] ut prope ex umbra[c] minimi animalis incomparabile[3] effecerit quiddam. Quos efficaciæ industriæque tantæ comparemus nervos? quas

num, admodum paucis replicatum, ex Aristot. Hist. Anim. IV. 7.' *Dalec.*—5 Cod. Dalec. *caput, solumque.*—6 Parm. *præterque sensus.*

CAP. IV. 1 'Alias sic: *Favos confingunt et ceras, mille ad usus vitæ. Laborem tolerant, &c.* Sic et Chiffl.' *Dalec.* *ceras. Illæ ad usus, &c.* Gronov. et al. vett. ante Harduin. qui ex codd. suis lectionem nostram recepit, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz.—2 Cod. Dalec. *tanta est n. rerum, omisso tamen;* Chiffl. *tantum natura ver.*—3 'Tolet. *minima animalis, incorporabile:* non recte.'

NOTÆ

liquum fere caput acceptum plane ad verbum ex Arist. Hist. Anim. IV. 6. p. 466.

[u] *Minime tamen capite*] Sive, *in capite.* Facit hoc contra Galenum, qui ruditer nimis putavit in cerebro sedem esse animæ primariam, non in corde; cum tamen etiam anguillarum et serpentium caput præcisum non vivat, ceterum corpus vivat diu: *sine pectore autem,* ἄνευ δὲ τούτου, inquit Philosophus, loc. cit. de insectis agens, ἡ κεφαλὴ οὐ ζῇ, *non vivit caput.*

[v] *Præterque*] Prætereaque. Hæc sunt ex Aristotelis Hist. Anim. IV. 8. p. 477.

[a] *Mille ad usus*] Vide Notas et Emend. num. 4.—'Interim huic Plinianæ disputationi de apibus si quis Gallicam dissertationem D. Maraldi adjunxerit, quæ est, in Hist. Acad. Reg. Scient. anni 1712. a p. 299. ad p. 335. plurimum ex ea lectione eruditionis colliget et voluptatis.' *Ed. sec.*

[b] *Neque feri*] Ea de re diximus VIII. 82.

[c] *Ut prope ex umbra*] In umbratili, ut ita dicam, animali, summa quædam industriæ, solertiæ, virium ar-

vires? quos rationi [4] medius fidius viros? [a] hoc certe præstantioribus, quo nihil novere, nisi commune.[d] Non sit de anima quæstio: constet et de sanguine, quantulum tamen esse in tantulis potest! Æstimemus postea ingenium.

V. (VI.) Hyeme conduntur:[e] unde enim ad pruinas nivesque et Aquilonum flatus perferendos vires? Sane et insecta[f] omnia, sed minus diu: quæ parietibus nostris occultata, mature tepefiunt. Circa apes aut temporum locorumve ratio mutata est, aut erraverunt priores. Conduntur [g] a Vergiliarum occasu, sed latent ultra exortum:[h] adeo non ad veris initium, ut dixere,[i] nec quisquam[j] in Italia

[a] *Quos rationi qua uti videntur apes, medius fidius, comparemus viros?*

Dalec.—4 Chiffl. *quas vires? ratione.*

CAP. V. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *nec quisquam in*

NOTÆ

gumenta atque indicia natura conclusit.

[d] *Nisi commune*] Omnia in commune conferunt, consuluntque. Virgil. Georg. IV. 153. 'Solæ communes natos, consortia tecta Urbis habent, magnisque agitant sub legibus ævum, Et patriam solæ, et certos novere penates.' Et mox, 'Et in medium quæsita reponunt.'

[e] *Hyeme conduntur*] Arist. Hist. Anim. VIII. 18. p. 928.

[f] *Sane et insecta*] Aristot. loc. cit. Τὰ δ' ἔντομα σχεδὸν ἅπαντα φωλεῖ, πλὴν εἴ τι ἐν ταῖς οἰκήσεσι συνανθρωπεύεται αὐτῶν. *Insecta pæne omnia latent, nisi si qua ex ipsis in domiciliis nobiscum agitant:* nam ea scilicet tepore ædium muniunt se adversus gelu.

[g] *Conduntur*] Arist. p. 929. Incidit porro Vergiliarum occasus in diem XLIV. post æquinoctium autumnale, ut alias monuimus.

[h] *Ultra exortum*] Qui incidit in diem XLVIII. post æquinoctium vernum, uti dicetur XVIII. 59. hoc est, circa quintum Idus Maias, ut ait Colum. IX. 14.

[i] *Ut dixere*] Aristotelem arguit, circa metam latendi, quam ad ver usque ille, p. 929. μέχρι τοῦ ἔαρος, a Vergiliarum occasu definiit. Sed, ut est rite Plinius antea præfatus, locorum ratio potest esse diversa: potest id quod Aristoteles pronuntiavit, in Græcia verum esse: in Italia, quod Plinius.

[j] *Nec quisquam*] Nemo, inquit, in Italia ita de alvis, hoc est, de alvearibus existimat, ut veris initio putet aut ante Vergiliarum exortum, apes ad opus et laborem exire, aut soboli procreandæ vacare. Tum enim Hyginus apud Columellam loc. cit. incipere ait examina viribus et numero augeri, &c. Et Virgil. Georg. IV. 51. 'Cum Sol cœlum æstiva luce reclusit, Illæ continuo saltus sylvasque peragrant, Purpureosque metunt flores,' quos certe non ver statim primum emittit, sed adultum jam, et affectum.

de alvis existimat.[1] Ante fabas[k] florentes exeunt[2] ad opera et labores, nullusque, cum per cœlum licuit, otio perit dies. Primum favos[l] construunt, ceram fingunt, hoc est, domos cellasque faciunt. Deinde sobolem, postea mella, ceram ex floribus, melliginem[m] e lacrymis arborum, quæ glutinum[n] pariunt, salicis, ulmi, arundinis, succo, gummi, resina. His primum[o] alveum[p] ipsum intus totum,[3] ut quodam tectorio, illinunt, et aliis amarioribus succis contra aliarum bestiolarum aviditates: id se facturas consciæ, quod concupisci possit. His deinde fores quoque latiores circumstruunt.[4] [q]

VI. (VII.) Prima fundamenta commosin[1] [r] vocant periti, secunda pissoceron, tertia propolin, inter coria[s] cerasque:[2] magni ad medicamina[t] usus. Commosis[3] crusta est pri-

It. de eis aliter (*de aliis* Chiffl.) *existimat* Turneb. *nec ut quisquam in Italia de alveis, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. 'Ms. *de aliis:* lego, *de illis.*' Dalec. —2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *florentes neque exeunt* Turneb. *florentes non exeunt* Gronov. et al. ante Harduin.—3 'Aristot. Hist. Anim. IX. 4. *totum, ac etiam pavimentum.*' Dalec.—4 'E Varr. et Aristot. l. c. *circum obstruunt.*' Idem.

CAP. VI. 1 Ita codd. Harduini, Colb. 1. 2. et Paris. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Commisin* Regg. Hard. 1. 2. *mityn* Vet. Dalec. Parm. et Venett.—2 Dalec. *ceramque.*—3 *Metys* Vet. Dalec. *Mitys* Aristot.

NOTÆ

k *Ante fabas*] Ante Idus Maias. Vide Notas et Emend. num. 5.

l *Primum favos*] Accepta hæc sunt deinceps, quæ reliquo hoc cap. continentur, ex Arist. Histor. Anim. IX. 64. p. 1108.

m *Melliginem*] Melligo vocatur primum veluti tectorium, quo solum apes obliniunt, contra bestiolarum incursus.

n *Quæ glutinum*] Quæ sunt quoquo modo glutinosæ: quæ succum exsudant gummi vel resinæ modo. De salicis succo XXIV. 37. ulmi cap. 37. arundinis c. 50.

o *His primum*] Arist. p. 1109.

p *Alveum*] *Alvum* Mss. omnes ubique exhibent: et alvum pro alveo, seu alveari, veteres passim dixere.

q *Circumstruunt*] Hoc est, accessionem materiæ adjungunt ostiis, si latiora sunt. *Καὶ τὰς εἰσόδους δὲ παροικοδομοῦσιν, ἐὰν εὐρεῖαι ὦσιν.* Arist. Albertus item, ex Philosopho, ut apparet, de Anim. VIII. 4. 3. pag. 267. 'Et si foramina, per quæ sunt introitus, forte fiunt nimis ampla, hujusmodi florum illinitionibus strictos eos faciunt.'

r *Commosin*] Vide Notas et Emend. num. 6.

s *Inter coria*] Inter priora duo veluti tectoria, commosin nempe, pissoceronque, et favorum ceram. In ædificiis crustas et linamenta calcis aut arenæ, lutive, Latini coria nuncupant: nostrates, *des couches.* Inde ducta metaphora.

t *Ad medicamina*] De his agemus XXII. 50.

ma, saporis amari.[u] Pissoceros[v] super eam venit, picantium modo,[w] ceu dilutior cera. E vitium, populorumque[x] mitiore gummi propolis,[4] crassioris jam materiæ,[y] additis floribus,[z] nondum tamen cera,[a] sed favorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut injuriæ aditus obstruuntur,[5] odore et ipsa etiamnum gravi,[b] ut qua plerique pro galbano utantur.

VII. Præter hæc convehitur erithace,[c] quam aliqui sandaracam,[d] alii cerinthum[e] vocant. Hic erit apium,[1] dum

—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Vide Not. et Emend. n. 7. *seu dilutior: ceræ initium plerumque e mitiore gummi. Propolis* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Alii ap. Dalec. *qua aditus injuriæ frigoris omnes obstruuntur.*

CAP. VII. 1 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont.

NOTÆ

[u] *Saporis amari*] Μίτυς quoque, quæ commosi ex parte aliqua similis est, quod ea alvearii ostium in ipso primo aditu oblinitur, *odore* pariter *acri* est, τὴν ὀσμὴν δριμὺ, nempe ad deterrendas ab ingressu saporis gravitate bestiolas.

[v] *Pissoceros*] Πισσόκηρος, quod Latine *ceropiceum linimentum* possis appellare. Nomen habet a πίσσα, *pix*, et κηρὸς, *cera*. Hoc illud est glutinum, quo rimis domorum oblinendis apes uti cecinit Maro Georg. IV. 40. 'Collectumque hæc ipsa ad munera gluten, Et visco et Phrygiæ servant pice lentius Idæ.' Albertus de Animal. VIII. 4. c. 3. p. 267. ait esse pingue oleum instar ceræ pice admixtæ.

[w] *Picantium modo*] Perinde quasi apes ipsæ eo favos picare velint: qui enim picant vasa, picem diluere solent, ut liquidior inhærescat lateribus vasorum: aliter, caduca. Picare, *vernir.*

[x] *E vitium, populorumque*] Vide Notas et Emend. num. 7.

[y] *Crassioris jam materiæ*] Libentius multo agnoverim *crassiori*, subintelligens ex superioribus, *venit:* ut sit sententia, spissiori jam materiæ, quippe quæ ex duplici corio tectoriove constet, corium advenire ac superaddi tertium, propolim nimirum: adjici etiam flores, &c.

[z] *Additis floribus*] Succo florum. 'Fuco et floribus,' inquit Virgil. IV. 39.

[a] *Nondum tamen cera*] Sed ceræ tamen similis, κηροειδὴς, inquit Diosc. II. 106.

[b] *Etiamnum gravi*] Vehementi, non tamen acerbo, aut injucundo. Diosc. loc. cit. εὐώδη et στυρακίζουσαν, *odoratam* et *styraci affinem* ait esse.

[c] *Erithace*] Ἐριθάκη Aristoteli Hist. Anim. V. 19. pag. 614. et Varroni de Re Rust. III. 16. p. 109.

[d] *Sandaracam*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. pag. 1124. ait esse quiddam ceræ duritia simile, apium cibum, quem quidam nominant σανδαράκην. Nihil habet hæc sandaraca mellea et ceraginosa, præter nomen, affinitatis aut similitudinis cum ea, quam inter pigmenta Plinius commemorat XXXV. 55.

[e] *Cerinthum*] Arist. loc. cit. pag. 1108. Ἔστι δὲ αὐταῖς καὶ ἄλλη τροφὴ,

operantur, cibus, qui sæpe invenitur in favorum inanitatibus sepositus, et ipse amari saporis.[2] Gignitur autem rore verno, et arborum succo, gummium modo, Africi minor, Austri flatu nigrior, Aquilonibus melior et rubens, plurimus in Græcis[3] nucibus. Menecrates florem[f] esse dicit, sed nemo præter eum.[4]

VIII. (VIII.) Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice[g] et echinopode.[1] Herbarum hæc genera.[h] Falso excipitur et spartum,[i] quippe cum in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiant. Falso et oleas[j] excipi arbitror, quippe olivæ[k]

et Franz. *apum* Gronov. et edd. vett.—2 Cod. Dalec. *saporis cibus;* Vet. Dalec. *saporis, sed plenus humoris cibus.*—3 Dalec. *ex Græcis.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Menecrates florem esse dicit futuræ messis initium: sed nemo, &c.* Gronov. et edd.

CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin.

NOTÆ

ἣν καλοῦσί τινες κήρινθον· ἔστι δὲ τοῦτο ὑποδεέστερον, καὶ γλυκύτητα συκώδη ἔχον. Κομίζουσι δὲ τοῦτο τοῖς σκέλεσι, καθάπερ καὶ τὸν κηρόν. *Est et alius apibus cibus, quem cerinthum vocant. Est hoc deterius, dulcedinem tamen fici habens: gerunt hoc cruribus, quemadmodum et ceram.* Utriusque appellationis meminit Hesychius, pag. 525. Κήρινθος, ἡ λεγομένη ἐριθάκη· ἔστι δὲ τροφὴ ἣν παρατίθενται ἑαυταῖς αἱ μέλισσαι. Est aliud porro cerinthæ ignobile gramen, de quo Maro Georg. IV. 63. aliud cerinthus: illud herbæ genus de quo XXI. 41. istud medium quiddam inter mel et ceram: præstantius cera quidem ad cibatum: idem melle inferius.

[f] *Menecrates florem*] Vide Notas et Emend. num. 8. Deceptum Menecratem apparet, qui cerinthum a cerintha, ut diximus, non satis apte sejunxerit: ac cerinthum florem esse arbitratus sit: quod de cerintha alii merito prædicarunt.

[g] *Rumice*] De rumice, sive lapatho XIX. 60. et XX. 85. De echinopode, (sic enim ex Mss. Reg. 1. 2. Paris. Chiffl. et vet. Dalec. secuti Turnebum Advers. XXIII. 12. pag. 759. pro *chenopode* legimus:) mentio habetur in Epigrammate veteri, quod ex Plutarcho idem Turnebus refert. Vide et Constantini Lexicon.

[h] *Herbarum hæc genera*] In multas deinde species sese spargentia. Lapathi quidem species locis proxime citatis refert. Echinopodis, quo nomine nihil eum aliud quam tribulos intellexisse arbitror, XXI. 58.

[i] *Et spartum*] De sparto XIX. 7. Columella IX. 4. p. 321. 'Ex omnibus,' inquit, 'deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto atque arbuto provenit,' &c.

[j] *Falso et oleas*] Ex olea ceram apes carpere Varro docet de Re Rust. III. 16. p. 110. post Aristotelem Hist. IX. 64. p. 114. Non ex flore quidem, ut Plinius recte observat XXI. 41. sed ex frondium partibus, quæ cum crassiores sint quam florum, ceræ fingen-

proventu plurima examina gigni certum est. Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus insidunt. Operantur intra sexaginta passus:[2] et subinde consumtis in proximo floribus, speculatores ad pabula ulteriora mittunt. Noctu deprehensæ in expeditione excubant supinæ, ut alas a rore protegant.

IX. (IX.) Ne quis miretur amore earum captos, Aristomachum[l] Solensem duodesexaginta annis nihil aliud egisse: Philiscum vero Thasium in desertis apes colentem Agrium cognominatum: qui ambo scripsere de his.

X. (X.) Ratio operis. Interdiu[1] [a] statio ad portas more castrorum, noctu quies[b] in matutinum, donec una excitet gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo. Tunc universæ[c] provolant, si dies mitis futurus est. Prædivinant[d] enim ventos imbresque, et se[2] continent tectis. Itaque temperie cœli, (et hoc inter præscita habent:) cum agmen ad opera processit, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttasque lanugine totius corporis. Quibus est[e] earum adoles-



Miller. Bipont. et Franz. *et chenopode* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *quadraginta passus.*

CAP. X. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *operis hæc: interdiu* Gronov. et edd. vett.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Pintian. *et in se* Chiffl. *et tunc se* Gronov. et edd. vett.—

NOTÆ

dæ videntur esse accommodatiores. Id a se visum observatumque sæpius scribit Albertus de Anim. VIII. 4. 3. p. 268.

[k] *Quippe olivæ*] Arist. Hist. Anim. v. 19. p. 608.

[l] *Aristomachum*] Aristodemum perperam, ut opinor, appellat auctor Sermonis XV. ad fratres in Eremo, inter opera Augustini: 'Philosophus,' inquit, 'Aristodemus annis multis insudavit naturam apis investigare, nec finaliter potuit.'

[a] *Interdiu*] Virgil. Georg. IV. 165. 'Sunt quibus ad portam cecidit custodia sorti.'

[b] *Noctu quies*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. p. 1133.—'De bombo apum Festus: 'Bombilatio est sonus apum, ab ipso sonitu dictus: sicut mugitus boum, hinnitus equorum.' Græca vox βόμβος est.' *Ed. sec.*

[c] *Tunc universæ*] Arist. loc. cit.

[d] *Prædivinant*] Arist. pag. 1136. Theophr. de Signis Temp. p. 125. et Ælianus Hist. Anim. I. 11. Virgil. Georg. IV. 191. 'Nec vero a stabulis pluvia impendente recedunt Longius, aut credunt cœlo adventantibus Euris: Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur, Excursusque breves tentant.'

centia,[3] ad opera exeunt, et supradicta convehunt: seniores intus[f] operantur. Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra, pedes priores rostro:[4] totæque onustæ remeant sarcina pandatæ.[g] Excipiunt[h] eas ternæ, quaternæque, et exonerant.[5] Sunt enim intus[6] quoque officia divisa. Aliæ struunt, aliæ poliunt, aliæ suggerunt, aliæ cibum comparant ex eo, quod allatum est. Neque enim separatim vescuntur, ne inæqualitas operis et cibi fiat[7] et temporis. Struunt orsæ[8][i] a concameratione alvei, textumque velut a summa[9] tela deducunt,[a] limitibus binis circa singulos actus,[10][j] ut aliis intrent, aliis exeant. Favi superiore[k] parte affixi, et paulum etiam

[a] *Et quasi telam texant a summo tecto suum opus deducunt, gemina via circa singulos actus relicta, &c.*

3 '*Quarum adolescentiores* Ms. *Adolescentiores* Salmant. et Pintian. Lego, *Harum adolescentiores.*' Dalec.—4 Cod. Dalec. *scabri pedes priores vicini rostro.*—5 Ita codd. Harduini, et Chiffl. cum edd. recentt. *aut quaternæ atque exonerant* Gronov. et al. ante Harduin.—6 *Sunt enim in iis* cod. Dalec.—7 Dalec. *ne inæqualitas temporis et cibi operis quoque fiat.* Vet. Dalec. *aut cibi.*—8 'Alii, *Struunt orsus;* Turnebus vero: *Struunt orsæ a concameratione alvei, textumque velis ad summa tela.* Lego, *textumque velis usque ad imum solum deducunt* ex Aristot.' *Dalec.* *Struunt orsa ea* Gronov. et al. ante Harduin.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vel usque ad summa* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. Turneb. et Chiffl. *arcus*

NOTÆ

[e] *Quibus est*] Arist. p. 1128.

[f] *Seniores intus*] Virgil. IV. 178. 'Grandævis oppida curæ, Et munire favos, et Dædala fingere tecta.'

[g] *Pandatæ*] Incurvatæ sub onere. Id vero fabulam sapere Gassendus arbitratur, esseque contra naturam volatus, pag. 118. in Laërt.

[h] *Excipiunt*] Arist. pag. 1113. Virgil. 'Aut onera accipiunt venientum.'

[i] *Struunt orsæ*] Initium favorum a camera, seu tecto alveorum ducitur. Vide Notas et Emend. num. 9.

[j] *Circa singulos actus*] Actus est, inquit Plinius XVIII. 3. 'in quo boves aguntur cum aratro, uno impetu justo. Hic duplicatus in longitudinem jugerum facit.' Hinc ducta metaphora ab opere boum ad apum labores, ut jugerum, sic pariter alveum, in quo se istæ exercent, in plures actus, seu partes, Plinius dividit, ut actus vocetur in alvei ædificatione id quod opere justo in diem apes efficiunt.

[k] *Favi superiore*] Ex Colum. IX. 15. 'Sed omnes favi semper cavearum (hoc est, alveorum) tectis, et paululum lateribus adhærentes, dependent, ita ne solum contingant, quoniam id præbet examinibus iter.' Favos appellat orbes illos, seu panes, in quibus sunt cellæ apium sexangulæ complures. Virgilius, 'crates favorum.' Et Varro de Re Rust. III. 16. 'Fa-

lateribus simul hærent, et pendent una. Alveum[l] non contingunt, nunc obliqui, nunc rotundi, qualiter poposcit alveus:[11] aliquando et duorum generum: cum duo examina concordibus populis dissimiles habuere ritus.[12 m] Ruentes ceras[n] fulciunt, pilarum[o] intergerinis sic a solo[13] fornicatis, ne desit aditus ad sarciendum. Primi fere[p] tres versus inanes struuntur, ne promtum sit quod invitet furantem. Novissimi maxime implentur melle: ideoque aversa alvo[14 q] favi eximuntur. Gerulæ[b] secundos flatus captant. Si cooriatur[r] procella, apprehensi ponduscule lapilli se librant.[15] Quidam in humeros eum imponi tradunt Juxta vero terram volant in adverso flatu vepribus evita-

[b] *Quæ flores comportant domum.*

Gronov. et edd. vett.—11 Vet. Dalec. *poscit alveus.*—12 Cod. Dalec. *situs.*—13 Ita codd. Harduini, cum edd. recentt. *pilarum intergerinis a solo* Gronov. et al. ante Harduin. *pilarum instar intergerinis a solo* Vet. Dalec. Mox, pro *fornicatis*, cod. Dalec. *formatis.*—14 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *ideoque inverso alveo* Dalec. *ideo aversa alvo* Chiffl. *ideoque averso alveo* Gronov. et al. —15 Chiffl. *apprehensis ponduscul lapillis librant.*—16 Ita codd. Harduini, ut

NOTÆ

vus est, quem fingunt apes multicavatum e cera, cum singula cava sena latera habeant.'

[l] *Alveum*] Sive, ut Mss. et passim Varro atque Columella, *alvum*. Favorum, inquit, forma ac dispositio hujusmodi est, qualis figura alveorum et modus, qui modo quadrati fiunt, modo teretes ac rotundi. Colum. loc. cit. 'Ceterum figura cerarum talis, qualis et habitus domicilii: nam et quadrata, et rotunda spatia: nec minus longa, suam speciem, velut formæ quædam, favis præbent: ideoque non semper ejusdem figuræ reperiuntur favi.'

[m] *Habuere ritus*] Vide Notas et Emend. num. 10.

[n] *Ruentes ceras*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. Καὶ τὰ πίπτοντα δὲ τῶν κηρίων ὀρθοῦσιν αἱ μέλιτται, καὶ ὑφιστᾶσιν ἐρείσματα, κ. τ. λ. *Collabentes etiam favos erigunt apes, fulturasque seu pilas substituunt, ut subire queant, &c.*

[o] *Pilarum*] Pilas ab imo solo in fornicum similitudinem exstruunt, certis intervallis discretas, quæ ceras gerant, ac sustineant, unde intergerinæ appellatæ. Sumta metaphora ab intergerinis, sive, ut alii malunt, intergerivis parietibus, quibus id nomen factum, auctore Festo, 'quod inter confines struuntur, et quasi intergeruntur.'

[p] *Primi fere*] Arist. p. 1111. Ὅσον ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς στίχους κύκλῳ, βραχεῖαι καὶ κεναὶ μέλιτος, *ordines duo aut tres in orbem breves sunt, et melle vacui.*

[q] *Aversa alvo*] Averso alveari, hoc est, ut Columella loquitur IX. 15. a posteriore parte alvearis.

[r] *Si cooriatur*] Arist. pag. 1129. Virgil. Georg. IV. 194. 'Et sæpe lapillos, Ut cymbæ instabiles fluctu

tis.[16] [s] Mira observatio operis. Cessantium [t] inertiam notant, castigant mox, et [17] puniunt morte. Mira munditia. Amoliuntur [18] [u] omnia e medio, nullæque inter opera spurcitiæ jacent. Quin et excrementa [v] operantium intus, ne longius recedant, unum congesta in locum, turbidis diebus et operis otio egerunt. Cum advesperascit,[w] in alveo strepunt minus ac minus, donec una circumvolet eodem, quo excitavit, bombo, ceu quietem [19] capere imperans: et hoc castrorum more. Tunc repente [20] omnes conticescunt.

(XI.) Domos primum plebei [21] [x] exædificant,[y] deinde regibus. Si speratur [z] largior proventus,[22] adjiciuntur contubernia et fucis.[a] Hæ [23] cellarum [b] minimæ, sed ipsi majores apibus.



conj. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *evacuatis* cod. Dalec. *hebetatis* Chiffl. *hebetato* Gronov. et al. ante Harduin.—17 Chiffl. *castigant, mox et, &c.*—18 *Emoliuntur* Chiffl.—19 Gronov. *seu quietem.*—20 *Tum repente* Chiffl.—21 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *plebeis* Gronov.—22 Chiffl. *longior proventus.* Mox, Dalec. *contubernio et fuci.* —23 *His* Froben. et plurimæ edd. ante Harduin. *Hæ* codd. et edd. antiquiss. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *sed ipsis* Dalec.

NOTÆ

jactante, saburram Tollunt: his sese per inania nubila librant.'

[s] *Vepribus exitatis*] Quoniam ab iis ægre sese admodum explicant, ut et ab ovium lanis: quemadmodum dicetur, cap. 19. Vide Notas et Emend. num. 11.

[t] *Cessantium*] Arist. pag. 1133.

[u] *Amoliuntur*] Arist. pag. 1126.

[v] *Quin et excrementa*] Arist. pag. 1132. Ælianus Hist. Anim. v. 11. Albertus de Anim. VIII. 4. 4. pag. 271.

[w] *Cum advesperascit*] Arist. pag. 1133. et Ælianus loc. cit. Virgil. Georg. IV. 186. ' Vesper ubi e pastu tandem decedere campis Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant; Fit sonitus, mussantque oras et limina circum. Post, ubi jam thalamis se composuere, siletur In noctem, fessosque sopor suus occupat artus.'

[x] *Plebei*] Vetere scriptura, pro *plebi.*

[y] *Exædificant*] Apes nimirum, non fuci: quod indicandum fuit, ne quem forte in fraudem impelleret lemma olim capiti præfixum, *De fucis*, quod ab hac sententia Plinii editores inconsulte admodum ducere hactenus initium voluerunt.

[z] *Si speratur*] Hæc totidem verbis Arist. Hist. Anim. IX. 64. pag. 1109. *Apes*, inquit, *primum favos construunt, in quibus ipsæ oriri consueverunt: deinde regios, cum fœtura largior futura est. Fucarios denique, cum mellis abundantiam significant.* Πλάττουσι δὲ κηρία πρῶτον ἐν οἷς αὐταὶ γίνονται· εἶτ' ἐν οἷς οἱ καλούμενοι βασιλεῖς . . . ὅταν ᾖ πολυγονία· τὰ δὲ κηφήνια, ἐὰν μέλιτος ἀφθονίαν ἐπισημαίνῃ.

[a] *Et fucis*] *Bourdons*, κηφῆνες.

[b] *Hæ cellarum*] Vide Notas et E-

XI. Sunt autem fuci,[c] sine aculeo, velut imperfectæ apes, novissimæque,[1] a fessis et jam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, et quasi servitia verarum apium: quamobrem imperant iis, primosque in opera expellunt, tardantes[d] sine clementia puniunt. Neque in opere tantum, sed in fœtu[e] quoque adjuvant eas,[2] multum ad calorem conferente turba. Certe quo major eorum fuit multitudo,[3] hoc major fiet examinum proventus. Cum mella[f] cœperunt maturescere, abigunt eos: multæque singulos aggressæ trucidant. Nec id genus, nisi vere, conspicitur. Fucus ademtis[g] alis in alveum rejectus, ipse ceteris adimit.

XII. Regias imperatoribus futuris in ima[1] parte[h] alvei exstruunt amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentes: quod si[i] exprimatur, non gignuntur soboles. Sexangulæ[j] omnes cellæ, singulorum[2] eæ pedum opere.[a] Nihil

[a] *Cum sint cellæ omnes sexangulæ, totidemque apibus pedes, singuli pedes singulos cellarum angulos elaborant.*

Cap. XI. 1 Alii ap. Dalec. *novissime.*—2 Parm. *fetu coadjuvant eas.*—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *major fuerit multitudo eorum* Tolet. *eorum fuit mult. eo major* vulgg. ante Dalec. *major fuerit multitudo, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.

Cap. XII. 1 Gronov. et al. *in una.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. *a sin-*

NOTÆ

mend. num. 12.

[c] *Sunt autem fuci*] Phædrus III. 13. de fucis: 'Non inconveniens corpus, et par est color,' &c.

[d] *Tardantes*] Ælianus Hist. Anim. I. 9.

[e] *Sed in fœtu*] Columella IX. 15. pag. 341. 'Veruntamen ad procreationem sobolis conferre aliquid hi fuci videntur, insidentes seminibus quibus apes figurantur: itaque ad fovendam et educandam novam prolem familiarius admittuntur. Exclusis deinde pullis, extra tecta proturbantur.'

[f] *Cum mella*] Columella loc. cit. 'Mellis maturitas intelligitur, cum animadvertimus fucos ab apibus expelli ac fugari, quod est genus amplioris incrementi, simillimum api. Et, ut ait Virgilius, ignavum fucos pecus, et sine industria favis assidens: nam neque alimenta congerit, et ab aliis invecta consumit.' Palladius quoque in Junio, tit. 7.

[g] *Fucus ademtis*] Vide Notas et Emend. num. 13.

[h] *In ima parte*] Vide Notas et Emend. num. 14.

[i] *Quod si*] Quod tuberculum si prematur. Vide Notas et Emend. num. cit.

[j] *Sexangulæ*] Illud est a Varrone haustum de Re Rust. III. 16. 'Non in favo sex angulis cella, totidem quot habet apis ipsa pedes? quod Geome-

horum[k] stato tempore, sed rapiunt[l] diebus serenis munia. Et melle uno alterove ad summum die cellas replent.

(XII.) Venit hoc ex aëre,[m] et maxime siderum exortu,[n] præcipueque ipso Sirio[o] exsplendescente[3] fit, nec omnino prius Vergiliarum[p] exortu, sublucanis temporibus. Itaque tum[4] prima aurora folia arborum melle roscida inveniuntur: ac si qui matutino sub dio fuere, unctas liquore vestes, capillumque concretum sentiunt. Sive ille est cœli sudor, sive quædam siderum saliva, sive purgantis se aëris succus, utinamque esset[q] et purus[5] ac liquidus, et suæ naturæ, qualis defluit primo: nunc vero e tanta cadens altitudine, multumque, dum venit, sordescens, et obvio terræ halitu infectus, præterea e fronde ac pabulis potus,[6] et in utriculo[r] congestus[7] apium (ore enim[s] eum vomunt:)[8] ad hæc succo florum corruptus, et alveis maceratus, toties-

gulorum Gronov. et al. vett. Mox, *eæ* deest in Tolet.—3 Chiffl. *explendescit.* —4 *Itaque cum* Parm.—5 Cod. Dalec. *succus, sive aquæ, purus;* Parm. *sive aquæ est, et purus.* Pintian. ex Vet. *succus. Ecqui esset purus, &c. primo?*—6 Vet. Dalec. *præterea fronde ac pab. epotus;* alii ap. Dalec. *fronde, apumque pab. epotus.*—7 ‘Bene codd. Regg. et Editio princeps, *in utriculo congestus.* Male emendatum in recentioribus edd. *in uterculos.* Utriculum illum dicimus *l'estomac du miel.* Ibi mox excoquitur, antequam apes illud ore evomant.’ *Brotier.*—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ore enim vomunt* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Chiffl. *ad hoc succo.*

NOTÆ

træ ἑξάγωνον,’ &c. Et rursum: ‘Favus est, quem fingunt apes multicavatum e cera, cum singula cava sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura.’

[k] *Nihil horum*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. pag. 1122.

[l] *Sed rapiunt*] Obeunt sine cunctatione. Silius lib. XIII. ‘Rapiunt sibi quisque laborem.’

[m] *Ex aëre*] Seneca Ep. 85. ‘Quibusdam placet,’ inquit, ‘non faciendi mellis scientiam apibus esse, sed colligendi. Hinc mel aërium Virgilio, quod ex rore aëris factum: ‘Protinus aërii mellis cœlestia dona.’’

[n] *Siderum exortu*] Exortu sideris cujuscumque, sed nobilium maxime, ut idem ait cap. 14.

[o] *Ipso Sirio*] Canicula. Vide Notas et Emend. num. 15.

[p] *Vergiliarum*] Circa quintum Idus Maias, ut diximus cap. 5. Arist. Hist. Anim. v. 19. pag. 612. ὅλως δ' οὐ γίνεται μέλι πρὸ Πλειάδος ἐπιτολῆς. Vide Notas et Emend. num. 16.

[q] *Utinamque esset*] Mss. *sive quæ est.* Parm. *sive aquæ est.* Haud ita recte.

[r] *In utriculo* [*uterculos*] Mss. omnes, *utriculo.* Forte, *ventriculo.*

[s] *Ore enim*] Arist. pag. 614. Τὸ

que mutatus, magnam tamen cœlestis naturæ voluptatem affert.

XIII. (XIII.) Ibi optimus [1] semper, ubi optimorum [a] doliolis florum conditur. Atticæ regionis hoc, [2] [b] et Siculæ, [a] Hymetto, et Hybla, ab locis: mox Calydna [3] [c] insula. Est autem [d] initio mel, ut aqua, dilutum, et primis diebus fervet, ut musta, [4] seque purgat: vicesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana, [e] quæ fervoris ipsius spuma

[a] *Ubi optimorum florum caliculis exceptus reconditur. Atticæ regionis hæc propria dos, et Siculæ, ex bonitate soli.*

Cap. xiii. 1 *Ibi optimum* codd. Dalec. Mox, Dalec. *optimorum caliculis florum, &c.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Atticæ reg. hic* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *Hymetti et Hyblæ editis locis* Dalec.—3 Gronov. *Calidna.*—4 Ita codd.

NOTÆ

μέλι δὲ ἐμεῖ εἰς τὸν κύτταρον, mel ore vomunt in cellas. Sunt qui existiment mel esse apum excrementum. Ait Gassendus in Laërt. pag. 1118. credibile esse, id quicquid est liquoris, quod ab apibus ex floribus colligitur, a proboscidula exsugi, transmitti in stomachum, et parte ejus in alimentum versa, reliquam in parte idonea aliqua absolvi, vertique in mel, perinde atque in uberibus animalium lactescentium, id quod est ex alimento residuum, in lac transformatur: idque intra ipsa alvearia diebus singulis exonerari. An vero ore vomatur, an alia parte egeratur, difficillimum esse observatu: probabilius parte alia egeri, si quidem conficitur, non factum affertur.

[a] *Ubi optimorum*] Ubi, suavissimorum florum caliculis, ceu doliolis quibusdam, e cœlo decidens excipitur, ac veluti reconditus servatur. Et sane observamus apes non tam ipsis florum foliolis insistere, quam proboscidulas immittere in ipsa florum veluti centra, sive quasi umbilicos, quibus ros ille melleus instillatur, ubi melleum quiddam, ut plurimum, substernitur: quod in narcissis inprimis perspicuum est. Iterum ea voce, *doliolis*, eadem sententia posterius abutitur Plinius cap. 15.

[b] *Atticæ regionis hoc*] De Hymetto et Hybla, illo Atticæ, isto Siculæ regionis monte, diximus in Geographicis. Accepisse hæc Plinius videtur ex Diophane, cujus verba recitantur in Geopon. xv. 7. pag. 417.

[c] *Calydna*] De qua Plinius iv. 24. Strabo Geogr. lib. x. p. 489. ad calcem libri, cum de Calydnis insulis egisset, ita concludit: ‘ Totum quidem mel, quod in insulis fit, plerumque egregium, et Attico quod certare possit: excellit autem, et reliquis insularibus Calymnium anteit:’ *μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον.*

[d] *Est autem*] Ex Arist. Hist. Anim. v. 19. pag. 612.

[e] *Tenui membrana*] Exteriore crusta, qualem in pulte cernimus vi caloris concrescere.

concrescit. Sorbetur[5] optimum, et minime fronde infectum, e quercus, tiliæ, arundinum foliis.

XIV. (XIV.) Summa quidem bonitatis natione[1] constat, (ut supra[f] diximus,) pluribus modis: aliubi enim favi cera[2] spectabiles gignuntur, ut in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, ut in Creta,[g] Cypro, Africa: aliubi magnitudine, ut in septemtrionalibus, viso jam in Germania octo pedum longitudinis favo, in cava parte nigro.

In quocumque tamen tractu terna sunt mellis genera. Vernum ex floribus[h] constructo favo,[3] quod ideo vocatur anthinum.[i] Hoc quidam attingi vetant, ut largo alimento valida exeat soboles. Alii ex nullo minus apibus relinquunt, quoniam magna sequatur ubertas, magnorum siderum[j] exortu. Præterea solstitio,[4][k] cum thymum et uva florere incipiunt, præcipua cellarum materia. Est autem in eximendis favis[l] necessaria dispensatio, quoniam inopia cibi desperant, moriunturque, aut diffugiunt:[5] contra copia ignaviam affert: ac jam melle,[m] non erithace pascuntur.

Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ut mustum* Gronov. et al. vett.—5 *Servatur* Pintian.

CAP. XIV. 1 Tolet. et Pintian. *nationis bonitate;* Vet. Dalec. *boni tas.*—2 Cod. Dalec. *enim ceræ.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *collectum e Favonio.*—4 'Quidam legunt *soliti*, vocem 'mellis' subaudientes, quod non probo.' *Turneb.* Ita tamen legitur in Chiffl.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aut effugiunt* Gronov. et al.

NOTÆ

[f] *Ut supra*] Proxime superiore cap.

[g] *In Creta*] Virgil. de apibus Georg. IV. 152. ubi tamen Curetes sunt ii, de quibus IV. 2. 'Curetum sonitus crepitantiaque æra secutæ Dictæo cœli regem pavere sub antro.' Hoc est, Jovem: quem melle Cretico pastum fuisse fabulæ finxere, ut significarent, temperatissimum esse Creticum cœlum, aëris ibi aspirationem esse suavem. Nam Jovem pro cœlo, hoc est, pro aëre, dixere: ut 'sub Jove frigido.'' *Ed. sec.*

[h] *Ex floribus*] Sequitur Hyginum, qui apud Colum. IX. 14. ait 'ex floribus ceras fieri, ex matutino rore mella, quæ tanto meliorem qualitatem capiunt, quanto jucundiore sit materia cera confecta.'

[i] *Anthinum*] Ἄνθινον, *floridum.*

[j] *Magnorum siderum*] Vergiliarum, Arcturi, Caniculæ. Colum. IX. 14.

[k] *Solstitio*] Vide Notas et Emend. num. 17.

[l] *In eximendis favis*] Sive, in castrandis alvis, ut loquitur Colum. IX. 15. Dispensationem hanc Græci *οἰκονομίαν* vocant.

[m] *Ac jam melle*] Fastidiri in cibo

Ergo diligentiores ex hac vindemia duodecimam partem[6] [n] apibus relinquunt. Dies status [o] inchoandæ, ut quadam[7] lege naturæ, si scire aut observare homines velint, tricesimus ab educto examine: fereque Maio [p] mense includitur hæc vindemia.

Alterum genus est mellis æstivi, quod ideo vocatur *ὡραῖον*, a tempestivitate præcipua, ipso Sirio exsplendescente post solstitium diebus tricenis fere. Immensa circa hoc subtilitas[8] naturæ mortalibus patefacta est, nisi fraus hominum cuncta pernicie corrumperet. Namque ab exortu sideris cujuscumque, sed nobilium maxime, aut cœlestis arcus,[q] si non sequantur imbres, sed ros tepescat Solis radiis, medicamenta, non mella,[9] gignuntur, oculis, ulceribus, internisque visceribus, dona cœlestia. Quod si servetur hoc[r] Sirio exoriente, casuque congruat in eundem diem, ut sæpe, Veneris, aut Jovis, Mercuriive exortus, non alia suavitas, visque mortalium malis a morte vocandis,[10] quam divini nectaris, fiat.

XV. (XV.) Mel plenilunio uberius capitur, serena die pinguius. In omni melle, quod per se fluxit,[1] ut mustum



vett.—6 Chiffl. *XV. partem;* Fulv. Ursin. Not. ad Varr. de Re Rust. III. 13. *X. partem.*—7 Dalec. *et quadam.*—8 Cod. Dalec. *hoc sublimitas.*—9 Dalec. *medicata mella.*—10 Dalec. *visque in malis mortalibus a morte vindicandis;* al. ap. Dalec. pro *vindicandis* legunt *revocandis.*

CAP. XV. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2.

NOTÆ

erithace incipit, si copia mellis adest.

[n] *Duodecimam partem*] Vide Notas et Emend. num. 18.

[o] *Dies status*] Certus est, inquit, et ratus, inchoandæ hujus vindemiæ dies: tricesimus nempe, postquam 'Emissum caveis ad sidera cœli Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen.' Vide Notas et Emend. num. 18.

[p] *Fereque Maio*] Didymus in Geopon. XV. 5. pag. 415. ipso Vergiliarum exortu, Maio ineunte: in Græcia scilicet.

[q] *Aut cœlestis arcus*] Ita codd. omnes Mss. Rectius forsan, *aut cœlesti arcu.* Vim hanc cœlestis arcus Plinius ipse explicat XII. 53. neque se tamen celebratæ in vulgus opinionis sponsorem facit: 'Tradunt,' inquit, 'in quocumque frutice curvetur arcus cœlestis, eandem, quæ sit aspalatho, suavitatem odoris existere: sed in aspalatho inenarrabilem quandam.'

[r] *Quod si servetur hoc*] Hoc mel æstivum.

oleumque, appellatur acetum.[2] [a] Maxime laudabile est etiam omne rutilum, vel sic auribus [b] aptissimum. In æstimatu est e thymo, coloris aurei,[3] [c] saporis gratissimi. Quod fit palam doliolis,[4] [d] pingue: marino e rore, spissum. [a] Quod concrescit [f] autem, minime [5] laudatur. Thymosum [g] non coit, et tactu prætenuia fila mittit: quod primum gravitatis [6] argumentum est. Abrumpi [h] statim et resilire

[a] *Quod fieri cernimus ex florum caliculis, pingue est: quod e rosmarino, spissum.*

3. Miller. Bipont. et Franz. *per se fluit* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Turneb. et Chiffl. *oleumque appellatur acetum.*—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Maximeque, &c.* Dalec. '*etiam omne rutilum ut ulceribus aptissimum, in æstimatu est e thymo, &c.* ex Aristot. et cap. sequenti, manuscripto etiam astipulante.' *Dalec. existimamus e thymo eximii coloris* Pintian. *coloris eximii* habet etiam Vet. Dalec. *acœton, maxime laudabile est. Æstivum omne rutilum, ut diebus confectum siccioribus. Aptissimum existimatur, &c.* Gronov. et edd. vett.—4 Dalec. legit *foliolis.* Mox, alii ap. Dalec. *matutino e rore.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *autem hoc minime* Gronov. et al.—6 Vet. Dalec. *nobilitatis,*

NOTÆ

[a] *Appellatur acetum*] Ita Mss. omnes. Mel præstantissimum optimumque Græca hæc vox sonat. Hesych. Ἀκητὸν, κράτιστον. Confirmatque hanc interpretationem, id quod statim subjungitur, 'Maxime laudabile est etiam,' &c. Palladius in Junio, tit. 7. 'Mella,' inquit, 'conficimus expressis diligenter favis. Mel recens paucis diebus apertis vasculis habendum est, atque in summitate purgandum, donec refrigerato calore musti more deferveat. Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit.'

[b] *Vel sic auribus*] Vide Notas et Emend. num. 19.

[c] *Coloris aurei*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. pag. 1131. ἔστι δὲ καλὸν χρυσοειδές. Galenus de Antid. I. 2. pag. 868. ὠχρὸν, *pallidum,* anteponit. Forte, ut sacer Vates, 'in pallore auri.' Et Catullus Epigr. LXXVI. 'Statua inaurata pallidior.'

[d] *Doliolis*] Supra cap. 13. 'Ibi optimus semper, ubi optimorum doliolis florum conditur.' Vide Notas et Emend. num. 20.

[e] *Marino e rore*] De Rosmarino dicemus XXIV. 59. Cave hic rorem marinum pro rore dici existimes, qui decidat in maritimo tractu: nam quæ Romanæ ferant aures vel marini roris eo sensu, vel mediterranei similiter roris fieri mentionem?

[f] *Quod concrescit*] Quod grumosum est, nimisve crassum, παχὺ καὶ θρομβῶδες, inquit Galenus loc. cit.

[g] *Thymosum*] Liquidum illud est, tactu læve, ac, si digito trahatur, sibi cohærens et continuum manet: sublatum in sublime, sensim ac lente defluit, in tenuia fila desinens. Hæc totidem verbis Diophanes in Geopon. XV. 7. pag. 417.

[h] *Abrumpi*] Si, cum digito id attollis, ac fluere sinis, non sit viscosum, nec, ut diximus, in fila tenuia distendatur, sed divellatur, abrumpaturque, διασπώμενον καὶ ἀποῤῥηγνύμενον,

guttas, vilitatis indicium habetur. Sequens probatio,[b] [i] ut sit odoratum, et ex dulci [7] acre, glutinosum, perlucidum. Æstiva mellatione decimam partem [j] Cassio Dionysio [8] [k] apibus relinqui placet, si plenæ fuerint alvi: [9] si minus, pro rata portione: aut si inanes, omnino non attingi. Huic vindemiæ Attici signum dedere initium caprifici: [l] alii [m] diem Vulcano sacrum.[10]

(XVI.) Tertium genus mellis, minime probatum, sylvestre, quod ericæum [n] vocant. Convehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret in sylvis, ob id arenoso simile. Gignitur id maxime Arcturi exortu ex ante pridie [11] [o]

[b] *Alterum probandi mellis experimentum est.*

ut opponatur τῷ *vilitatis,* quod sequitur. Pintian. *levitatis.*—7 Gronov. *odoratum, ex dulci,* omissa conjunctione *et,* quam agnoscit Chiffl.—8 *Thasio Dionysio* Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. suis et Chiffl. lectionem nostram restituit.—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. *si pleni fuerint alvei* Gronov. et edd. vett.—10 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *dedere initium Africi, alii diem Vulcano sacrum* Turneb. '*initii dedere. Caprificialem,* id est, Nonas Julii.' *Dalec. Caprificiorum diem Junoni* Girald. *dedere initium Caprificialem diem Vulcano sacrum* Gronov. et edd. vett.—11 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *ab Arcturi exortu, pridie*

NOTÆ

improbatur. Galenus loc. cit.

[i] *Sequens probatio*] Totidem verbis Diosc. II. 101. *Ἔστι δὲ δοκιμώτερον τὸ γλυκύτερον καὶ δριμὺ, εὐωδέστερον, ὑπόξανθον, οὐκ ὑγρὸν, ὅλκιμον δὲ καὶ εὔτονον, κ. τ. λ.*

[j] *Decimam partem*] Sic et Didymus in Geopon. XV. 5. pag. 416.

[k] *Cassio Dionysio*] Vide Notas et Emend. num. 21.

[l] *Initium caprifici*] Tempus illud quo fieri caprificatio incipit, hoc est, mense Junio, circa solstitia, ut scribit Palladius in Junio, tit. 5. Nos de caprificatione suo loco dicturi sumus XV. 21. Vide Notas et Emend. num. 22.

[m] *Alii*] Itali scilicet, apud quos serius, quam in Attica, opera hæc rustica perfici solent. Diem Vulcano sacrum Kalendarium vetus Rusticum, apud Gruterum, pag. 139. Augusto mensi assignat. Alterum, pag. 133. decimo Kal. Septemb.

[n] *Ericæum*] Ἐρεικαῖον, vel *ἐρικαῖον,* ab *ἐρείκη* vel *ἐρίκη,* de qua Diosc. I. 117. Ἐρείκη, inquit, fruticosa est arbor, myricæ similis, at longe minor, cujus flore dum utuntur apes, minime probatum mel efficiunt: *οὗ τῷ ἄνθει μέλιτται χρώμεναι μέλι ἐργάζονται οὐ σπουδαῖον.* Dicemus nos de ea plura XXIV. 39.

[o] *Ex ante pridie*] Ita Mss. Perperam editi, *a pridie.* Compendiosa locutio est familiaris veteribus, pro 'ante diem, qui pridie Idus est, finitum atque exactum.' Arcturum vero hoc ipso die oriri Plinius ipse auctor est XVIII. 74.

Idus Septembris. Quidam æstivam [p] mellationem ad Arcturi exortum proferunt, quoniam ad æquinoctium autumni ab eo supersint dies quatuordecim: [12] [q] et ab æquinoctio ad Vergiliarum occasum diebus XLVIII. plurima sit erice.[r] Athenienses tetralicem [13] [s] appellant, Eubœa sisirum; [14] putantque [15] apibus esse gratissimam, fortassis quia tunc nulla alia [16] sit copia. Hæc ergo [t] mellatio, fine vindemiæ et Vergiliarum [u] occasu, Idibus Novembris fere includitur. Relinqui ex ea [v] duas partes apibus ratio persuadet, et semper eas partes favorum, quæ habeant erithacen. A bruma [w] ad Arcturi exortum diebus LX.[17] [x] somno aluntur sine ullo cibo. Ab Arcturi exortu ad æquinoctium ver-

Dalec. *Arcturi exortu a pridie* Gronov. et edd. vett.—12 Cod. Dalec. *semper sint dies XIV.* Pintian. *supersint dies XII.* Dalec. *supersint dies XIII.* Gronov. et al. *supersint dies XIV.* Mox, *plurima floret erice* Dalec. *plurima sit erithace* Chiffl.—13 'Melius *tamaricem*, ut habet Colum. IX. 14.' *Brotier. eam tetralicem* Chiffl.—14 'Ita Editio princeps. In cod. Reg. 1. et Chiffl. *sysyrum:* in cod. Reg. 2. *sysirum:* in recentt. edd. *sisaram.*' Brotier.—15 'Sic codd. Regg. et Editio princeps. In recentt. edd. *quam putant.*' Idem.—16 Ita codd. Harduini, cum edd. recentt. *quia nulla tunc alia* Gronov. Mox, *sic florum copia* Dalec. Alii ap. Dalec. *quia nullius tunc alius sit copia.*—17 Dalec. *diebus nonaginta.*—18 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2.

NOTÆ

[p] *Quidam æstivam*] Sive secundam. In his est Varro de Re Rust. III. 16. pag. 112. 'Eximendorum favorum,' inquit, 'primum putant esse tempus Vergiliarum exortu. Secundum, æstate acta, antequam totus exoriatur Arcturus. Tertium, post Vergiliarum occasum.' Et Colum. IX. 14. 'Post Arcturi exortum, circa æquinoctium Libræ, favorum secunda est exemtio.'

[q] *Dies XIV.*] Numeratis scilicet extremis duobus, et eo qui Idus antecedit, et octavo Kalendas Octobris, quem in diem æquinoctium cadit.

[r] *Plurima sit erice*] Uti ex erice Plinius, sic ex tamaricis floribus Columella, qui frutex ericæ similis, sed paulo major est, apes mella cibariis hyemis reponere scribit loc. cit.

[s] *Tetralicem*] Vide Notas et Emend. num. 23.

[t] *Hæc ergo*] Tertia nempe, sive autumnalis, ut ex Varrone modo diximus.

[u] *Et Vergiliarum*] Ita fere Didymus in Geopon. XV. 5. pag. 415.

[v] *Relinqui ex ea*] Ita Didymus loc. cit. pag. 416.

[w] *A bruma*] Colum. IX. 14. 'Post confectam brumam, diebus fere XL. quicquid est repositi mellis consumunt: et sæpe etiam vacuatis ceris usque in ortum Arcturi, qui est ab Idibus Februarii, jejunæ favis accubantes torpent more serpentum,' &c.

[x] *Diebus LX.*] Quantum est dierum a bruma ad Idus Febr.

num tepidiore tractu jam vigilant: sed etiam tunc alveo se continent, servatosque in id tempus cibos repetunt. In Italia vero hoc idem a Vergiliarum exortu faciunt:[y] in eum dormiunt.[18]

Alvos [19] quidam in eximendo melle expendunt, ita dirimentes [20][z] quantum relinquant. Æquitas [a] siquidem etiam in eis obstringitur: feruntque societate fraudata alvos[21] mori. Inprimis ergo [b] præcipitur ut loti purique eximant mella. Et furem [c] mulierumque [d] menses odere. Cum eximuntur mella, apes abigi fumo [e] utilissimum, ne irascantur, aut ipsæ avide vorent. Fumo crebriore [22] etiam ignavia earum excitatur ad opera. Nam nisi [23] incubavere,[f] favos lividos faciunt. Rursus [g] nimio fumo inficiuntur: quarum

3. Miller. Bipont. et Franz. *et in eum dormiunt* Gronov. et edd. vett.—19 *Alveos* Gronov.—20 Ita codd. Dalec. Reg. Brot. et Hard. 1. Colb. Hard. et Brot. 1. 2. et Par. *diripientes* Reg. Brot. et Hard. 2. et Editio princeps; unde emendatum in edd. recentt. ante Brotier. *diribentes.* Vet. Dalec. *dimetientes.* —21 Gronov. *alveos.*—22 *Fumo rariore* Pintian.—23 *Nam ubi* Vet. Dalec. Dalecampius vero legit, *Sed si, &c.* Mox, *fumo afficiuntur* Vet. Dalec.—

NOTÆ

[y] *Faciunt*] Hoc est, cibos tum repetunt: nam usque ad Vergiliarum exortum dormiunt, circiter Idus Maias.

[z] *Ita dirimentes* [*diribentes*] Reg. 1. Colb. 1. 2. et Paris. *dirimentes.* R. 2. *diripientes.* Sententia est, quosdam æquis partibus favos dividere, ut tantum eximant, quantum relinquant.

[a] *Æquitas*] Servari quasdam, inquit, leges æquitatis volunt ab hominibus, quorum utilitatibus laborant: iis neglectis, alvi moriuntur.

[b] *Inprimis ergo*] A Columella hanc religionem didicit IX. 14. 'Maxime custodiendum,' inquit, 'curatori qui apes nutrit, cum alvos tractare debebit, uti pridie castus sit ab rebus venereis, neve temulentus, nec nisi lotus ad eas accedat: abstineatque fere ab omnibus redolentibus esculentis, ut sunt salsamenta,' &c. Eadem repetit quoque Palladius in Martio, tit. 15.

[c] *Et furem*] Quoniam furto subtractæ pessime favificare creduntur, Plinio ipso teste, XIX. 37.

[d] *Mulierumque*] Affine est quod ait Florentinus in Geopon. XV. 2. pag. 410. de apibus: *Καὶ γυναιξὶ δὲ ἐπέρχονται, μάλιστα ταῖς ἀφροδισιαζομέναις.*

[e] *Abigi fumo*] Quem ex galbano usto, aridove fimo bubulo excitari jubent Palladius in Junio, tit. 7. et Colum. IX. 15.

[f] *Nam nisi incubavere*] Columella IX. 13. ad calcem.

[g] *Rursus*] Etsi crebrior fumus prosit, at nimius nocet. Tunc et ipsæ mella vorant apes, *θυμιώμεναι γὰρ, καὶ σφόδρα πονοῦσαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ, τότε μάλιστα τὸ μέλι ἐσθίουσιν.* Arist. Hist. Anim. IX. 64. p. 1107.

injuriam celerrime sentiunt mella, vel minimo contactu roris[24] [b] acescentia. Et ob id inter genera servatur, quod acapnon [i] vocant.[25]

XVI. Fœtus quonam [a] modo progenerarent, magna inter eruditos et subtilis quæstio fuit. Apium enim coitus visus est nunquam. Plures [b] existimavere oportere [1] confici floribus compositis apte atque utiliter. Aliqui coitu [c] unius, qui rex in quoque appellatur examine. Hunc esse solum marem, præcipua magnitudine, ne fatiscat. Ideo fœtum sine eo non edi: apesque reliquas tanquam marem fœminas comitari, non tanquam ducem: quam probabilem alias sententiam fucorum proventus coarguit. Quæ enim ratio, ut idem coitus alios perfectos, imperfectos generet alios? Propior vero prior existimatio [d] fieret, ni rursus alia difficultas occurreret. Quippe nascuntur [e] aliquando in extremis favis apes grandiores, quæ ceteras fu-

24 Pintian. *contactu oris.*—25 In edd. Gronov. et vulgg. adduntur hæc, *Album mel non fit, quod bithymum est, sed oculis et hulceribus aptissimum existimatur.* 'Hæc periodus in antiquis exempl. non reperitur.' *Pintian.* '*Album mel non fit, quod e mero thymo est* Vet. Lego, *quod e thymo est;* nam mel e thymo luteum potius spectatur.' *Dalec.*

CAP. XVI. 1 'Vet. *procreare;* alii Vet. *apportari.* Lego ex Aristot. *existi-*

NOTÆ

[h] *Contactu roris*] Sic libri omnes. Rorem pro fumo dixit, qui cum rei cupiam adhærescit, in rorem fere solvitur. Non intellexit hoc Pintianus, qui *oris,* libris invitis, reponit.

[i] *Quod acapnon*] Ἄκαπνον, *sine fumo,* vel Strabo vocat lib. IX. p. 400. ἀκάπνιστον, quo nomine Atticum mel appellari scribit, quod fiebat citra fumum.—'In Vita S. Joannis Eleemosyn. die XXIII. Jan. ap. Bolland. c. 4. inscripta laguncula, 'Mel optimum, mel sine fumo.'' *Ed. sec.*—Vide Notas et Emend. num. 24.

[a] *Fœtus quonam*] Accepta hæc totidem plane verbis ex Aristotele Hist. Anim. v. 19. p. 608.

[b] *Plures*] Aristot. loc. cit. Hos inter poëtice Maro ludit Georg. IV. 197. 'Illum adeo placuisse apibus mirabere morem, Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes In Venerem solvunt, aut fœtus nixibus edunt: Verum ipsæ e foliis natos et suavibus herbis Ore legunt; ipsæ regem parvosque Quirites Sufficiunt, aulasque et cerea regna refigunt.'

[c] *Aliqui coitu*] Arist. loc. cit.

[d] *Prior existimatio*] Virgiliana sententia, quam retulimus.

[e] *Quippe nascuntur*] Mutuatus hæc a Columella IX. 14. p. 337. ubi de examinum incremento agit: 'Eodemque tempore,' inquit, 'progenerantur in extremis partibus favorum amplioris magnitudinis fœtus, quam sint ceterarum apum: eosque nonnulli putant esse reges. Verum quidam Græcorum auctores οἴστρους appellant, ab eo quod exagitent, neque

gant. Œstrus[f] vocatur hoc malum: quonam modo nascens, si ipsæ[2] fingunt?

Quod certum est,[g] gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est, primum vermiculus videtur candidus, jacens transversus, adhærensque ita ut pars ceræ videatur.[h] Rex statim[3][i] mellei coloris, ut electo flore ex omni[4] copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger. Cetera turba[j] cum formam capere cœpit, nymphæ vocantur: ut fuci,[k] sirenes, aut cephenes.[5] Si quis alterutris[l] capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus. Tempore procedente instillant cibos, atque

mavere confici ex apportatis floribus cerinthi, salicis.' Dalec.—2 ' Aristot. *si ipsi se;* Vet. *si ipsæ se.'* Dalec.—3 ' *Pars ceræ videatur*] Hæc est egregia, nec unquam satis laudanda eruditi Petavii emendatio, cum antea haberetur in scriptis editisque libris, *pascere videatur.'* Brotier. ' Aristot. *vermiculus est, qui parvus transvorsim in favo jacet, deinde sua vi sese erigens cibum capit, sed favo ita adhærens, ut retineri videatur.* Lego: *transversus, erectus, deinde ita pascitur ut adhærescere videatur.'* Dalec. Pro *pascere* Pintian. legit *pendere.* —4 Dalec. *ut ex electo flore in omni.*—5 ' Lego: *ut fuci, quos cephenas vocant,*

NOTÆ

patiantur examina conquiescere. Itaque præcipiunt eos enecari.'

[f] *Œstrus*] Asilus hic Virgilianus est, quem, ut ille ait, 'Œstrum Græci vertere vocantes.' Diversus a tabano, origine, forma, nomine. Œstrus enim in extremis favis nascitur: in ligno tabanus, ut dicetur cap. 38. Œstrus rufus est, et minor: tabanus niger, majorque. Οἶστρος Græcis est qui Latinis *asilus: tabanus* Latinis, qui Græcis μύωψ. Utrumque genus hominem rarius petit: frequentius armenta. Οἶστρον et μύωπα secernit Philosophus Hist. Anim. lib. I. p. 49. Galli appellatione non distinguunt, sed communi insigniunt, *un Taon:* sive, ut vulgo efferunt, *un Ton.*

[g] *Quod certum est*] Aristot. Hist. Anim. V. 19. p. 614. Apes ex fœtu fieri, fœtum esse folliculum ovo similem, hunc matres incubare gallinarum more, observatum est.

[h] *Ita ut pars ceræ videatur*] Vide Notas et Emend. num. 25.

[i] *Rex statim*] Hæc Aristot. loc. cit. p. 615. Inter apum et regum ova discrimen: regio melleus color, apum candidus.

[j] *Cetera turba*] Apum plebeiarum. Arist. loc. cit. c. 18. p. 598.

[k] *Ut fuci*] Inter apum et fucorum ova discrimen primo nullum: sed cum formam capere genus utrumque cœpit, est inter ea differentia nominis: apes enim juniores, nymphæ; fuci, σειρῆνες aut κηφῆνες vocantur; qui cum adultiores sunt, fuci cognominantur. Σειρὴν Æliano Hist. Anim. IV. 5. μελίσσης ὄνομα. Κηφήνιον *fuci fœtus* Aristoteli passim, ut κηφὴν, *fucus.*

[l] *Si quis alterutris*] Seu nymphis, seu sirenibus. Hæc sunt pariter ex Arist. loc. cit. c. 19. p. 616.

incubant, maxime murmurantes, caloris (ut putant) faciendi gratia, necessarii excludendis pullis, donec ruptis membranis,[m] quæ singulos cingunt ovorum modo, universum agmen emergat. Spectatum hoc Romæ consularis cujusdam suburbano, alveis cornu laternæ translucido factis. Fœtus intra XLV. diem peragitur. Fit in favis quibusdam, qui vocatur clavus,[6] [n] amaræ duritia ceræ, cum fœtum inde non eduxere morbo aut ignavia, aut infœcunditate naturali. Hic est abortus apium.[7] Protinus autem educti operantur quadam disciplina cum matribus: regemque juvenem æqualis turba comitatur.

Reges plures[o] inchoantur, ne desint.[8] Postea[p] ex his soboles cum adulta esse cœpit, concordi suffragio deterrimos[9] necant, ne distrahant agmina. Duo autem genera eorum: melior niger[q] variusque. Omnibus[r] forma[10] semper egregia, et duplo quam ceteris major, pennæ breviores, crura recta,[11] ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans. Multum etiam nitore a vulgo differunt.

XVII. (XVII.) Quærat nunc aliquis, unusne Hercules fuerit, et quot Liberi patres,[1] [a] et reliqua vetustatis situ

seirenes.' Dalec.—6 Chiffl. *sclerus;* Gronov. et al. ante Harduin. *clerus.*—7 Gronov. et al. ante Harduin. *apum.*—8 Chiffl. *nec desunt.*—9 Cod. Dalec. *ceperit c. s. teterrimos.*—10 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *melior rufus, quam niger variusque. Omnibus, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *melior variusque omnibus. Forma* Chiffl. *quam nigro varius* Vet. Dalec.—11 Vet. Dalec. *crura erecta.*

NOTÆ

[m] *Membranis*] Arist. p. 615. Tubera et coopercula Palladius vocat, in Junio, tit. 7.

[n] *Qui vocatur clavus*] Clavus, inquit, dicitur, cum folliculus ille, quem et ovo similem, et fœtum apium esse diximus, seu matrum ignavia, seu morbo aliquo neglectus, ceræ instar induruit, et amarorem simul quendam refert. Hic est abortus apium. Vide Notas et Emend. num. 26.

[o] *Reges plures*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. p. 1118.

[p] *Postea*] Arist. totidem verbis, loc. cit.

[q] *Melior niger*] Vide Notas et Emend. num. 27. Nigrum appellat variumque, illum ipsum qui Virgilio rutilis clarus squamis, et maculis insignis aureis appellatur.

[r] *Omnibus*] Arist. Hist. Anim. V. 19. p. 608.

[a] *Et quot Liberi patres*] Vide Notas et Emend. num. 28.

obruta. Ecce in re parva, villisque nostris annexa, cujus assidua copia est, non constat inter auctores: rex nullumne [b] solus habeat aculeum, majestate tantum armatus: an dederit eum quidem natura, sed usum ejus illi tantum [2] negaverit. Illud constat,[c] imperatorem aculeo non uti. Mira plebei circa eum obedientia. Cum procedit,[d] una est totum examen, circaque eum globatur,[3] cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore, cum populus in labore est, ipse opera intus circuit, similis exhortanti, solus immunis. Circa eum satellites quidam lictoresque, assidui custodes auctoritatis.[4] Procedit foras [e] non nisi migraturo examine. Id multo [f] intelligitur ante, aliquot diebus murmure intus strepente, apparatus indice [5] diem tempestivum eligentium. Si quis alam ei detruncet,[g] non fugiet examen. Cum processere, se quæque proximam illi cupit esse, et in officio conspici gaudet. Fessum [h] humeris sublevant: va-



Cap. xvii. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et quod Liberi patris sepulcrum* Gronov. et edd. vett. *et quot Liberi patres, sepulcrum* cod. Dalec. *quo liberi patres sepulcrum* Chiffl.—2 Vet. Dalec. *illi tamen.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *conglobatur* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Vet. Dalec. *assidua custodientes auctoritate.*—5 Idem Vet. *indicio.*—6 Idem Vet. *Si qua lassatus.*

NOTÆ

[b] *Rex nullumne*] Seneca de Clem. I. 19. p. 627. ‘Rex ipse sine aculeo est,’ &c.

[c] *Illud constat*] Arist. Hist. Anim. v. 19. p. 610. Basil. in Hexaëm. Homil. VIII. p. 102.

[d] *Cum procedit*] Virgil. Georg. IV. 215. ‘Ille operum custos; illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes, Et sæpe attollunt humeris, et corpora bello Objectant, pulchramque petunt per vulnera mortem.’

[e] *Procedit foras*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. p. 1121.

[f] *Id multo*] Arist. loc. cit. Colum. IX. 9. p. 329. ‘Fere ante triduum, quam eruptionem facturæ sint, velut militaria signa moventium tumultus ac murmur exoritur: ex quo, ut verissime dicit Virgilius: ‘Corda licet vulgi præsciscere: namque morantes Martius ille æris rauci canor increpat, et vox Auditur fractos sonitus imitata tubarum.’’

[g] *Si quis alam ei detruncet*] Vel alarum extrema infringat, λαβὼν ἠρέμα τὸν βασιλέα, inquit Didymus in Geopon. xv. 4. p. 414. τῶν πτερῶν θρίξον αὐτοῦ τὰ ἄκρα. Virgil. libro citato, vs. 106. ‘Tu regibus alas Eripe: non illis quisquam cunctantibus altum Ire iter, aut castris audebit vellere signa.’ Colum. item IX. 10.

[h] *Fessum*] Arist. loc. cit. p. 1112. Ælianus Hist. Anim. v. 11.

lidius fatigatum ex toto portant. Si qua lassata[6] [i] deficit, aut forte aberravit, odore persequitur. Ubicumque ille consedit, ibi cunctarum castra sunt.

XVIII. Tunc ostenta faciunt privata ac publica, uva dependente[1] [a] in domibus templisve, sæpe expiata[b] magnis eventibus. Sedere in ore[c] infantis tum etiam Platonis,[2] suavitatem illam prædulcis eloquii portendentes. Sedere in castris Drusi imperatoris, cum prosperrime pugnatum apud Arbalonem[d] est, haud quaquam perpetua aruspicum conjectura, qui dirum id[e] ostentum existimant semper.



CAP. XVIII. 1 Chiffl. *una dependentes.*—2 Cod. Dalec. *infantis Platonis*

NOTÆ

[i] *Si qua lassata*] Si qua ex plebeiis apibus, ex agmine et satellitio regis. Vide Notas et Emend. num. 29.

[a] *Uva dependente*] Cum in uvæ unius speciem totum examen dependeret, e templis, castris, domibusve privatis. Id quoque refert inter ostenta Satiricus vates, Satir. XIII. 68. 'si,' inquit, inter alia, 'Examenque apium longa consederit uva Culmine delubri.'

[b] *Sæpe expiata*] Supplicationibus decretis, instituto carmine, &c. Vide Jul. Obseq. c. 103. p. 54.

[c] *Sedere in ore*] Hoc ipsum referunt Cic. de Divin. lib. I. p. 189. Val. Max. I. 6. p. 30. et e Græcis prolixe Ælianus Var. Hist. X. 21. qui et idem de Pindaro narrat. De D. Ambrosio Paulinus in ejus Vita. Auctores ii quidem omnes haud sane pœnitendi.

[d] *Apud Arbalonem*] Locus est incerti hodie situs in Chattis, vel in Cheruscis, aut denique in Sicambris: adversus quos a Druso Tiberii Imp. filio feliciter esse pugnatum, auctor est Dio lib. LIV. p. 544. Simile tamen prodigium alterum, quanquam eventu dispari, eidem Druso contigisse, hoc ipso bello Germanico, sed diverso fortassis prælio, scribit Julius Obsequens, c. 132. p. 73. 'Paulo Fabio,' inquit, 'Q. Ælio Coss. in Germania, in castris Drusi examen apum in tabernaculo Hostilii Rutilii Præfecti castrorum consedit... Multitudo Romanorum per insidias subjecta est.'

[e] *Qui dirum id*] Jul. Obseq. cap. 130. 'In castris Cassii,' inquit, 'examen apum consedit: locus aruspicum jussu interclusus interius ducto vallo.' Similia exempla, similesque metus, vide apud Dionem lib. XLVII. p. 328. et 351. Lib. item LXXIV. p. 842. in Severo. Appian. Bell. Civil. lib. IV. p. 668. Jul. Obseq. c. 95. et 113. Cic. Orat. de Arusp. Resp. 'Si examen apum ludis in scenam venisset, aruspices acciendos ex Etruria putaremus: atque in apum fortasse examine nos ex Etruscorum scriptis aruspices, ut a servitio caveremus, monerent.'—'Bene certe ominatus est vates ille de Summo Pontifice Urbano VIII. cujus insigne gentilitium tres apes fuere, hoc carmine: 'Urbani imperium vis dicam quale futurum? Dum dominantur apes, copia mellis erit.' *Ed. sec.*

Duce prehenso [3] totum tenetur agmen: amisso [f] dilabitur, migratque ad alios. Esse utique sine rege non possunt. Invitæ [g] autem interimunt eos, cum plures fuere, potiusque nascentium domos diruunt, si proventus [h] desperatur: tunc et fucos abigunt. Quanquam de iis video dubitari, propriumque iis genus esse aliquos existimare,[i] sicut furibus grandissimis inter illas, sed nigris, lataque alvo: ita appellatis, quia furtim devorent mella. Certum est, ab apibus fucos interfici. Utique regem non habent.[j] Sed quomodo [4] sine aculeo nascantur, in quæstione est.

Humido vere [k] melior fœtus: sicco, mel copiosius. Quod si defecerit aliquas alvos [l] cibus,[5] impetum in proximas faciunt rapinæ proposito. At illæ contra dirigunt aciem: et si custos [m] adsit, alterutra pars, quæ sibi favere sentit,[6] non appetit eum. Ex aliis quoque sæpe dimicant causis, easque acies [7] contrarias duo imperatores instruunt,

tum etiam.—3 Chiffl. *esistimant. Semper duce prenso.*—4 *Hi quomodo* cod. Dalec.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quod si defecerit alicujus alvei cibus* Gronov. et edd. vett.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sibi favere sensit* Chiffl. *suis favere sentit* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

[f] *Amisso*] Illud Virgilianum habuit tum ob oculos Georg. IV. 212. 'Rege incolumi, mens omnibus una est; Amisso, rupere fidem, constructaque mella Diripuere ipsæ, et crates solvere favorum.'

[g] *Invitæ*] Albertus M. de Animal. VIII. 4. 3. pag. 268.

[h] *Si proventus*] Si mellis inopiam futuram præsentiant: Ὅταν δ' ὑπολίπῃ τὸ μέλι, τοὺς κηφῆνας ἐκβάλλουσι. Arist. IX. 64. p. 1128.

[i] *Aliquos existimare*] Aristotelem signat, qui tum Hist. Anim. v. 19. p. 610. tum IX. 64. pag. 1116. quatuor apum genera distinguit. Primum, quod antecellit ceteris, parvum, rotundum, varium. Alterum oblongum, et vespæ simile. Tertium, furem appellatum, ὁ φὼρ καλούμενος, nigrum, alvo lato. Quartum fucum, omnium maximum, sine aculeo, ignavum. Miror nonnullos apud Varronem furem fucumque confundere: 'Fur,' inquit, 'qui vocatur ab aliis fucus.'

[j] *Regem non habent*] Fuci nimirum. Arist. Hist. Anim. v. 19. p. 609.

[k] *Humido vere*] Arist. pag. 611. de apibus: Αὐχμοῦ μὲν ὄντος, μέλι ἐργάζονται μᾶλλον, ἐπομβρίας δὲ, γόνον. *Sicco tempore plus mellis operantur: pluvio, fœturæ student.*

[l] *Aliquas alvos*] Vide Notas et Emend. num. 30.

[m] *Si custos*] Custos apium, curator alvearis. Albertus M. id etiam refert, de Anim. VIII. 4. 4. p. 270.

maxime rixa in convehendis floribus exorta, et suos quibusque evocantibus: quæ dimicatio [n] injectu pulveris, aut fumo [o] tota discutitur. Reconciliatur [8] [p] vero lacte vel aqua mulsa.

XIX. (XVIII.) Apes sunt et rusticæ sylvestresque, horridæ aspectu,[a] multo iracundiores, sed opere ac labore præstantes. Urbanarum [b] duo genera: optimæ breves, variæque, et in rotunditatem compactiles: deteriores longæ, et quibus similitudo vesparum: etiamnum deterrimæ [1] ex iis pilosæ.[c] In Ponto [d] sunt quædam albæ, quæ bis in mense mella faciunt. Circa Thermodontem autem fluvium duo genera: aliarum, quæ in arboribus [e] mellificant: aliarum, quæ sub terra, triplici cerarum [f] ordine, uberrimi proventus.

—7 Cod. Dalec. *durasque acies.*—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Reconciliantur* Gronov. et al. ante Harduin.

Cap. XIX. 1 Cod. Dalec. *etiamnum teterrimæ.* Paulo post, libri hactenus editi, *Circa Thermodoontem.* Græcum est Θερμώδων, Θερμώδοντος. Cf. Plin.

NOTÆ

[n] *Quæ dimicatio*] Colum. IX. 9. p. 329. 'Pugna quidem vel unius inter se dissidentis, vel duorum examinum discordantium, facile compescitur. Nam, ut Virgilius ait, 'Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta Pulveris exigui jactu compressa quiescent,' aut mulso, passove, aut alio quovis liquore simili resperso,' &c.

[o] *Aut fumo*] Nam, ut Virgilius cecinit Æneid. XII. cum pastor 'Vestigavit apes, fumoque implevit amaro, Illæ intus trepidæ rerum, per cerea castra Discurrunt,' &c.

[p] *Reconciliatur*] Varro de Re Rust. III. 16. p. 112. 'Quæ crebrius inter se pugnabunt, aspergi eas oportet aqua mulsa: quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes: eo magis si mulso sunt aspersæ, quo propter odorem avidius applicant se, atque obstupescunt potantes.' Sic et Palladius in Junio lib. VII. tit. 7. p. 125.

[a] *Horridæ aspectu*] Sic eas describit Aristot. Hist. Anim. IX. 64. pag. 1116. δασύτεραι, καὶ ἐλάττους, καὶ ἐργαστικώτεραι, καὶ χαλεπώτεραι, *hirsutiores, minores, operantiores, acerbiores.*

[b] *Urbanarum*] Arist. Hist. Anim. V. 19. p. 610. Varro de Re Rust. III. 16. pag. 110. 'De reliquis apibus optima est parva, varia, rotunda,' &c. Columella IX. 3. pag. 319.

[c] *Pilosæ*] Vide Notas et Emend. num. 31.

[d] *In Ponto*] De Ponti et Thermodontis apibus, hæc totidem verbis Arist. loc. cit. pag. 617.

[e] *Quæ in arboribus*] Rectius, quam *in alveis,* ἐν τοῖς σμήνεσι. In Sarmatia, Scythiaque ad Tanaim, quæ Moscovitis paret, arborum cava plenissima mellis sunt: ubi indigenæ sæpenumero appetentibus mel ursis insidiantur.

[f] *Triplici cerarum*] Triplices, inquit,

Aculeum apibus natura dedit ventri consertum. Ad unum ictum[g] hoc infixo, quidam eas statim emori putant. Aliqui non nisi in tantum adacto, ut intestini[2][h] quidpiam sequatur: sed fucos postea esse, nec mella facere, velut castratis viribus, pariterque et nocere et prodesse desinere.[3] Est in exemplis,[i] equos ab iis occisos.

Odere fœdos[j] odores, proculque fugiunt, sed et fictos.[4][k] Itaque unguenta[l] redolentes infestant, ipsæ plurimorum animalium injuriis obnoxiæ. Impugnant eas[5][m] naturæ ejusdem degeneres vespæ, atque crabrones, etiam e culicum[6] genere, qui vocantur muliones:[n] populantur hirun-

vi. 4. et xxxvii. 37. Videndæ Varr. Lectt. ad Curt. vi. 5. 24.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *intestinum*, ex Aristot.—3 Vet. Dalec. *diem desinere.*—4 Ita codd. Harduini, Salmant. Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *sed et infectos* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Impugnant eos* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

NOTÆ

in terra condunt favos: ποιοῦσι τριπλᾶ κηρία ἐν τῇ γῇ. Arist.

[g] *Ad unum ictum*] Virgil. Georg. iv. 237. 'Et spicula cæca relinquunt Affixæ venis, animasque in vulnere ponunt.' Aristotelis hæc sententia est, tum Hist. Anim. iii. 10. p. 355. tum ix. 64. p. 1125. Lepide in eam sententiam Seneca de Clementia, i. 19. 'Utinam quidem eadem homini lex esset, quæ apibus, et ira cum telo frangeretur, nec sæpius liceret nocere, quam semel: nec alienis viribus exercere odia. Facile enim lassaretur furor, si per se sibi satisfaceret, et mortis periculo si vim suam effunderet.'

[h] *Ut intestini*] Negat Philosophus, p. 1125. percutientes apes posse aculeum salvo intestino recipere: intestino quippe continuatur aculeus. Ita et Albertus M. de Anim. viii. 4. 4. p. 270.

[i] *Est in exemplis*] Arist. pag. 1126. ubi Scaliger ex patre audisse se narrat, de tirunculo Gallo in Calabria, bello Carolino, cum mel surripuisset, injuria affectis apibus atque eversis alveariis, ubi vespere equum conscendisset, potum vehens, eum pariter atque equum ab apibus interfectum.

[j] *Odere fœdos*] Arist. loc. cit. et ex eo Ælian. Hist. Anim. i. 58. Didymus in Geopon. xv. 3. p. 413. Palladius i. 37. 'Sed ab apium castris longe sint omnia odoris horrendi, balneæ, stabula, coquinæ fusoria,' &c.

[k] *Sed et fictos*] Hoc est, factos sive compositos, cujusmodi unguenta sunt: quæ sunt reperta, ut ait Plinius, lib. xiii. luxuria miscente plura simul, et e cunctis unum odorem faciente. Vide Notas et Emend. num. 37.

[l] *Itaque unguenta*] Arist. et Ælian. cit. Auctor item libri de Mirab. Auscult. p. 1152. Theophr. de Causis vi. 4. p. 357. Πολεμοῦσι δὲ σφόδρα καὶ αἱ μέλιτται τοῖς μεμυρισμένοις.

[m] *Impugnant eas*] Arist. pag. 1124. Ælian. Hist. Anim. v. 11. Virgil. Georg. iv. 245. 'Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis.' Colum. ix. 14. p. 338.

[n] *Muliones*] Οἱ κνῖπες Aristoteli

dines,[o] et quædam aliæ[p] aves. Insidiantur aquantibus ranæ,[q] quæ maxima[7] [r] earum est operatio tum, cum sobolem faciunt. Nec hæ tantum, quæ stagna rivosque[8] obsident, verum et rubetæ[s] veniunt ultro, arrepentesque foribus per eas sufflant:[t] ad hoc provolant, confestimque abripiuntur.[9] Nec sentire[u] ictus apium ranæ traduntur. Inimicæ et oves,[v] difficile se a lanis earum explicantibus. Cancrorum[w] etiam odore, si quis juxta coquat, exanimantur.

XX. Quin et morbos[a] suapte natura sentiunt. Index eorum tristitia torpens, et cum ante fores in teporem[1]

Miller. Bipont. et Franz. *et e culicum* Gronov. et edd. vett.—7 Chiffl. *ranæque. Maxima.*—8 Gronov. et al. vett. *quæ stagna rivosque:* Harduinus tamen in edd. 2. et 3. tacite, *quæ stagna et rivos*, edidit; eumque secuti Bipont. Miller. et Franz.—9 Cod. Dalec. *per eas afflat, ac hoc spacio provolantes confestim abripiuntur;* Vet. Dalec. *opertas sufflant, ab hoc spatio provolant, et confestim abripiuntur;* Chiffl. *sufflant, ab hoc spatio provolant;* Margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *inflantur et provolantes eas confestim abripiunt.*

Cap. xx. 1 Cod. Dalec. *in tepore.*—2 *Rege a peste* cod. Dalec. *Rege hac*

NOTÆ

Hist. Anim. iv. 8. p. 483. non ἐμπίδες, ut Dalecampius et alii arbitrantur. 'Εμπίδα *culicem* Plinius ubique vertit. Mulio e culicum genere est. Muliones dici videntur, quod mulos in via æstate vexant.

[o] *Hirundines*] Virgilius Georg. iv. 13. 'Absint et picti squalentia terga lacerti Pinguibus a stabulis, meropesque aliæque volucres, Et manibus Procne pectus signata cruentis. Omnia nam late vastant,' &c.

[p] *Et quædam aliæ*] Merops, et ægithalus. Arist. lib. ix. pag. 1124. et Ælian. Hist. Anim. i. 58.

[q] *Ranæ*] Arist. p. 1124. et Ælian. loc. cit. Albertus Magnus de Anim. viii. 4. 4. p. 27. 'Quando apes,' inquit, 'veniunt ad aquam volentes bibere, superveniunt eis ranæ, et araneæ aquaticæ, et interficiunt eas, et devorantur a ranis.'

[r] *Quæ maxima*] Aquatio nimirum. Nam sine aqua, inquit Colum. ix. 5. neque favi, neque mella, nec pulli denique figurantur.

[s] *Verum et rubetæ*] Ex Arist. pag. 1127.

[t] *Sufflant*] Ut ea novitate ac pernicie excitæ apes exeant: sunt enim rubetæ venenatæ, et apium avidæ.

[u] *Nec sentire*] Arist. loc. cit.

[v] *Et oves*] Arist. p. 1135.

[w] *Cancrorum*] Virg. Georg. iv. 47. 'Neve rubentes Ure foco cancros.' Palladius item i. 37. 'Vitetur odor cœni, et cancer adustus,' &c.

[a] *Quin et morbos*] Accepta hæc a Virgilio Georg. iv. 251. 'Si vero, quoniam casus apibus quoque nostros Vita tulit, tristi languebunt corpora morbo, Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis, Continuo est ægris alius color: horrida vultum Deformat macies: tum corpora luce carentum Exportant tectis, et tristia fune-

Solis promotis aliæ cibos ministrant, cum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exequias. Rege ea peste[2] [b] consumto mæret plebs ignavo dolore, non cibos[c] convehens, non procedens, tristi tantum murmure glomeratur[3] circa corpus ejus. Subtrahitur itaque diducta[d] multitudine:[4] alias spectantes exanimem, luctum non minuunt. Tunc quoque ni subveniatur, fame moriuntur. Hilaritate[e] igitur, et nitore sanitas æstimatur.

(XIX.) Sunt et operis morbi: cum favos non explent,[5] [f] claron vocant.[6] [g] Item blapsigoniam,[h] si fœtum non peragunt.[7]

XXI. Inimica est et echo[i] resultanti sono, qui pavidas

peste Vet. Dalec. *Rege peste* Gronov. et edd. vett.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *convehunt, non procedunt, tr. m. glomerantur* alius codex ap. Dalec. *convehit, non procedit, tr. tantum m. glomeratur* Gronov. et edd. vett.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *diductæ multudini* Salmant. cum edd. vett. et Gronov. *diductæ multitudine* Chiffl.—5 'Ita bene Editio princeps. Sic quoque legendum patet ex Colum. IX. 15.' *Brotier.* 'Harduin. ex codd. omissa negatione, *explent*, i. e. minuunt. Et sane provocatur ad Ter. Hecyr. V. 1. 29. it. 2. 19. et 21. Virg. Æn. VI. 545. Horat. II. Od. 7. 21. ubi 'explere' ea notione dici volunt, astipulantibus etiam ad Terent. Donato et Servio ad Virgil. ll. cc. Nonioque IV. 169. p. m. 298. Sed ut verum fatear, locis istis omnibus ordinaria significatio locum habere videtur. Solius aliquid efficit Ennii versus a Servio laudatus: 'Navibus explebant sese, terrasque replebant.' Sed hic alia est constructio: ἐπέχω.' *Gesner.* *non explent* Gronov. et edd. vett. Harduinum sequuntur Miller. Bipont. et Franz.—6 Ita codd. Regg. Brot. et Hard. 1. 2. Par. et al. *cleron vocant* edd. ante Brotier. *scleron* legendum putavit Dalecampius.—7 Ita codd.

NOTÆ

ra ducunt,' &c.

[b] *Rege ea peste*] Arist. Hist. Anim. IX. 64. p. 1112.

[c] *Non cibos*] *Mella non fieri, μέλι οὐκ ἐγγίνεσθαι*, Arist.

[d] *Diducta*] Summota prius, ac dissipata.

[e] *Hilaritate*] Varro de Re Rust. III. 16. p. 110.

[f] *Cum favos explent*] Hoc est, minuunt, non replent. Vide Notas et Emend. num. 33.

[g] *Claron* [*Cleron*] *vocant*] Vide Notas et Emend. num. 34.

[h] *Blapsigoniam*] Βλαψιγονίαν, quasi partus læsionem, a βλάπτω, quod *lædo*, et γονή, quod *fœtum* sonat. Explicat id morbi genus Columella IX. 13. p. 335. 'Est et illa causa interitus,' inquit, 'quod interdum continuis annis plurimi flores proveniunt, et apes magis mellificiis, quam fœtibus, student. Itaque nonnulli, quibus est minor harum rerum scientia, magnis fructibus delectantur, ignorantes exitium apibus imminere,' &c.

[i] *Et echo*] Collocanda negat alvearia Maro Georg. IV. 50. 'Ubi concava pulsu Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.' Columella IX. 5.

alterno pulset[1] ictu: inimica et nebula. Aranei quoque[j] vel maxime hostiles, cum prævaluere ut intexant, enecant alveos. Papilio[k] etiam ignavus[2] et inhonoratus, luminibus accensis advolitans, pestifer, nec uno modo. Nam et ipse ceras depascitur, et relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur: fila etiam[3] araneosa, quacumque incessit, alarum maxime lanugine obtexit. Nascuntur et in ipso ligno[l] teredines, quæ[4] ceras præcipue appetunt. Infestat et aviditas[m] pastus, nimia florum satietate, verno maxime tempore: alvo cita. Oleo quidem[n] non apes tantum, sed omnia insecta exanimantur, præcipue si capite



Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *non peragant* Gronov. et al. ante Harduin.

Cap. xxi. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pulsat* edd. vett. et Gronov.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *etiam hic ignavus* edd. vett. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *filis etiam* edd. vett. et Gronov. Mox, *quacumque incesserit* Vet. Dalec. —4 Margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *et in ipsis alveis erucæ, teredines*

NOTÆ

pag. 322. 'Nec minus vitentur cavæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἤχους vocant.' Palladius quoque I. 37. p. 33.

j *Aranei quoque*] Qui primo vermiculi, κλῆροι nuncupati, post aranei, telamque texunt, et favos populantur, Arist. Hist. Anim. VIII. 32. pag. 978. et Albertus M. de Animal. VIII. 4. 3. pag. 268. Virgil. Georg. IV. 246. de iis quæ apibus sunt infesta: 'Aut invisa Minervæ In foribus laxos suspendit aranea casses.'

k *Papilio*] Arist. loc. cit. totidem verbis. Est ille autem non vulgaris noster papilio, sed ei similis, οἷον ὁ ἠπίολος, luminibus accensis pariter advolitans. Papilionis genus appellat Colum. IX. 7.

l *Et in ipso ligno*] Τερηδόνες Aristoteli loc. cit. nominantur: Maroni Georg. IV. 246. 'Durum tineæ genus:' Gallis *Harde*, referente Scaligero, in eum Arist. locum, pag. 979. Neque in ligno tantum, sed et *in alveis*, ἐν τοῖς σμήνεσιν, nasci Philosophus tradit.

m *Et aviditas*] Colum. IX. 13. pag. 333. 'Initio veris,' inquit, 'quo tithymali floret frutex, et quo sameram ulmi promunt. Sicut novis pomis, ita his primitivis floribus illectæ avide vescuntur post hybernam famem, nihil alioqui citra satietatem tali nocente cibo: quo cum se affatim repleverint, profluvio alvi, nisi celeriter succurritur, intereunt. Nam et tithymalus majorum quoque animalium ventrem solvit, et proprie ulmus apium.' Palladius item in Martio, lib. IV. tit. 15. p. 106.

n *Oleo quidem*] Totidem verbis Arist. Hist. Anim. VIII. 32. pag. 979. Sex. Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. I. 14. p. 12. et Albertus de Anim. VII. 2. 3. p. 234.

uncto in Sole ponantur. Aliquando et ipsæ contrahunt mortis sibi causas, cum sensere eximi mella,[o] avide vorantes. Cetero præparcæ, et quæ alioqui[5] prodigas atque edaces, non secus ac pigras atque ignavas, proturbent. Nocent et sua mella ipsis, illitæque ab adversa parte[6] [p] moriuntur. Tot hostibus, tot casibus, (et quotam portionem eorum commemoro?)[7] tam munificum animal expositum est. Remedia dicemus suis locis:[q] nunc enim sermo de natura est.

XXII. (XX.) Gaudent plausu atque tinnitu æris,[1] eoque convocantur.[a] Quo manifestum[b] est,[2] auditus quoque inesse sensum. Effecto opere, educto fœtu, functæ munere[3] [c] omni, exercitationem tum solennem habent: spatiatæque in aperto, et in altum datæ,[4] gyris volatu editis, tum demum ad cibum redeunt. Vita eis longissima, ut prospere inimica ac fortuita cedant,[5] septenis annis[d] universa. Al-

vocatæ, quæ, &c.—5 Gronov. *alioquin.*—6 Pintian. emendavit: *ab aversa parte.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et quota portione eorum commemorata.*

CAP. XXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *æris et fictilium.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. verbum *est* deest in edd. vett. et Gronov.—3 Chiffl. *functo munere.* Mox, Vet. Dalec. *exercitationem tamen solennem.*—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et in altum elatæ.* Mox, *ad cibum* non agnoscit cod. Dalec.—5 Ita

NOTÆ

[o] *Eximi mella*] Alveos castrari.

[p] *Ab adversa parte*] A fronte et proboscide. Non placet Pintiani emendatio, *ab aversa*, libris omnibus refragantibus.

[q] *Suis locis*] Lib. XXI. cap. 42.

[a] *Eoque convocantur*] Varro de Re Rust. III. 16. p. 109. quod cymbalis et plausibus revocentur, Musarum volucres ait appellari Virgil. Georg. IV. 64. 'Tinnitusque cie, et matris quate cymbala circum: Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ Intima more suo sese in cunabula condent.'

[b] *Quo manifestum*] Confidentior sane Plinius, quam Philosophus, qui lib. Hist. Anim. IX. 64. p. 1132. apes quidem videri ait oblectari plausu: testarum strepitu ac sonitu congregari in alveum: haud constare tamen, audiant, necne: atque utrum hoc præ voluptate, an præ metu faciant: ἔστι μέν τοι ἄδηλον ὅλως εἴτε ἀκούουσιν, εἴτε μὴ, κ. τ. λ.

[c] *Functæ munere*] Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *functo*, quod observatu dignum.

[d] *Septenis annis*] Sic Arist. Hist. Anim. V. 19. pag. 616. et Virgilius Georg. IV. 206. 'Ergo ipsas quamvis angustus terminus ævi Excipiat, (neque enim plus septima ducitur æstas:)

vos [6] nunquam ultra decem [e] annos durasse proditur. Sunt qui mortuas,[f] si intra tectum hyeme serventur, deinde Sole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die [7] foveantur, putent revivescere:

XXIII. In totum vero amissas reparari ventribus bubulis [g] recentibus cum fimo obrutis: Virgilius [h] juvencorum corpore exanimato, sicut equorum vespas [i] atque crabrones, sicut asinorum [j] scarabæos, mutante natura ex aliis quædam in alia. Sed horum [k] omnium coitus cernuntur. Et tamen in fœtu [l] eadem prope natura, quæ apibus.

codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cadant* edd. vett. et Gronov.—6 *Alveos* Gronov.—7 Chiffl. pro *toto die*, habet *totidem tepide.*

NOTÆ

At genus immortale manet, multosque per annos Stat fortuna domus, et avi numerantur avorum.'

[e] *Ultra decem*] Colum. IX. 3. pag. 319. 'Durant apes, si diligenter excultæ sint, in annos decem: nec ullum examen hanc ætatem potest excedere, quamvis in demortuarum locum quotannis pullos substituant,' &c.

[f] *Sunt qui mortuas*] Varro hæc totidem verbis de Re Rust. III. 16. ad calcem. Colum. IX. 13. p. 333. scribit Hyginum id prodidisse, majores secutum auctores: se vero, non expertum, asseverare nil audere.

[g] *Ventribus bubulis*] Modum prolixe docet Florentinus, in Geopon. XV. 2. pag. 410. et 411. et Ælianus Hist. Anim. II. cap. ult.

[h] *Virgilius*] Georg. IV. 284. Nec juvencorum modo, sed etiam taurorum corpore apes gigni docet Kiranus vulgo appellatus, pag. 93. et Nicander mox citandus.

[i] *Equorum vespas*] Recitat Archelai in eam rem Epigramma Varro de Re Rust. III. 16. Ἵππων μὲν σφῆκες γενεὰ, μόσχων δὲ μέλισσαι. Nicander quoque in Ther. p. 52. Ἵπποι δὴ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν. *Crabroni ortus equi: apibus primordia tauri.* Ovid. Met. XV. 368. 'Pressus humo bellator equus crabronis origo.' Sunt autem vespæ crabronesque congeneres.

[j] *Sicut asinorum*] Scarabæorum plura sunt genera, de quibus dicemus cap. 34. Ex asinorum corpore putrido non quodlibet gignitur, sed quod μηλολόνθης Aristoteli dicitur, Hist. Anim. V. 18. p. 682. Gaza *scarabæum viridem* interpretatur: nos *rutilum*, de quo dicemus cap. 34.

[k] *Sed horum*] Vesparum, crabronum, et scarabæorum. De vesparum quidem, et scarabæorum coitu Arist. Gener. Anim. I. 16. p. 1056. illarum, ut sui generis animal pariant: istorum, ut vermiculos tantum. De vesparum rursus coitu, crabronumque simul, idem Gener. Anim. III. 10. p. 1110. ὀχευόμεναι δὲ γεννῶσιν ὑπ' ἀλλήλων· ὦπται γὰρ πολλάκις ὁ συνδυασμὸς αὐτῶν.

[l] *Et tamen in fœtu*] In educando fœtu, quoniam crabrones vespæque favos exædificant pullis suis, inquit

XXIV. (XXI.) Vespæ in sublimi[a] e luto nidos faciunt, et in his ceras:[1] crabrones[b] in cavernis, aut sub terra.[2] Et horum omnium sexangulæ cellæ. Cera autem corticea et araneosa.[3][c] Fœtus ipse inæqualis, et barbarus,[4][d] alius evolat,[e] alius in nympha est, alius in vermiculo. Et autumno, non verno,[f] omnia ea. Plenilunio[5][g] maxime crescunt. Vespæ, quæ ichneumones[h] vocantur, (sunt autem minores, quam aliæ,) unum genus ex araneis perimunt, phalangium appellatum, et in nidos suos ferunt, deinde illinunt, et ex iis[i] incubando suum genus procreant.[6] Præ-



CAP. XXIV. 1 'Ita bene Regg.' *Brotier.* Ita quoque Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et in iis ceras* Gronov. et edd. vett.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ac sub terra* edd. vett. et Gronov.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cortice manent* Chiffl. *cortice araneis* Parm. 2. *cortice araneos* Reg. Hard. 1. *cortice araneosæ* Reg. Hard. 2. *e cortice et arena* Ald. Junt. Lugd. 1562. Lugd. Erasmi, Dalec. Frankf. 1582. Elz. et Gronov.—4 'Ita bene codd. Regg. 1. 2.' *Brotier. ut barbaris* edd. ante Brotier.—5 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *non verno. Omnia ea plenilunio* codd. Dalec. et Chiffl. *non vere omnia ea. Plenilunio* edd. vett. et Gronov.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *deinde luto illinunt, et ibi pariunt.*

NOTÆ

Philos. Hist. Anim. v. 19. pag. 617. Αἱ δὲ ἀνθρῆναι καὶ σφῆκες ποιοῦσι κηρία τῷ γόνῳ.

[a] *Vespæ in sublimi*] Quæ *vespa* Latinis, Græcis ἀνθρήνη, Gallis, *une Guépe.* Vide Notas et Emend. num. 35.

[b] *Crabrones*] Græcis σφῆκες, Gallis *des Frelons.*

[c] *Corticea et araneosa*] Ex corticea araneosaque materia. Vide Notas et Emendationes num. 36.

[d] *Et barbarus* [*ut barbaris*] Ut ab apum nobilitate ac disciplina longe deficientibus: οὐ γὰρ ἔχουσιν οὐδὲν θεῖον, ὥσπερ τὸ γένος τὸ τῶν μελιττῶν, inquit Philos. de Gener. Anim. III. 10. p. 1110. Mss. tamen omnes: *et barbarus.*

[e] *Alius evolat*] Alius, inquit, perfectus est, et volat: alius formam primum induit, et tunc nymphæ nomen habet, ut apes juniores: alius tantum in vermiculo, cum primum ab incubatu excluditur.

[f] *Non verno*] Ita Mss. omnes: libri publici, *non vere.* Apes, inquit, vere; vespæ et crabrones autumno fœtificant. Arist. Hist. Anim. v. 19. p. 618.

[g] *Plenilunio*] Arist. loc. cit.

[h] *Ichneumones*] Οἱ ἰχνεύμονες καλούμενοι σφῆκες, inquit Philosophus Hist. Anim. v. 18. pag. 606. *Crabrones ichneumones appellati,* sed reliquo crabronum genere multo minores. Mirari subit, cur vespas appellet modo, qui alias semper crabrones appellarit, quos apud Aristotelem quidem σφῆκας legimus.

[i] *Et ex iis*] Ex phalangiis nido suo illitis, cum luto. Arist. loc. cit. Τὰ φαλάγγια ἀποκτείναντες, φέρουσι πρὸς τειχίον, ἤ τι τοιοῦτον τρώγλην ἔχον· καὶ πηλῷ καταχρίσαντες, ἐντίκτουσιν ἐνταῦ-

terea omnes[j] carne vescuntur, contra quam apes, quæ nullum[7] corpus attingunt. Sed vespæ[k] muscas grandiores venantur: amputato iis capite,[8] reliquum corpus auferunt. Crabronum[l] sylvestres in arborum cavernis degunt: hyeme,[m] ut cetera insecta, conduntur: vita bimatum[n] non transit. Ictus eorum haud temere sine febri est. Auctores sunt, ter novenis punctis interfici hominem. Aliorum,[o] qui[9] mitiores videntur, duo genera: opifices, minores corpore, qui moriuntur hyeme: matres, quæ biennio durant: ii et clementes. Nidos vere[p] faciunt,[10] fere quadrifores,[q] in quibus opifices generentur. Iis eductis,[r] alios deinde nidos majores fingunt, in quibus matres futuras producant. Jam tum opifices funguntur munere, et pascunt eas. Latior matrum[s] species: dubiumque[t] an habeant aculeos,

—7 Cod. Dalec. *vescuntur. Contraque apes nullum.*—8 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. *et amputato iis capite* edd. ante Brotier.—9 *Vesparum, quæ* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot.—10 Cod. Dalec. *vero faciunt.*—11 Dale-

NOTÆ

θα· καὶ γίνονται ἐξ αὐτῶν οἱ σφῆκες οἱ ἰχνεύμονες. Abs se interfecta phalangia ferunt ad parietinas, aut alio, ubi foramen sit: lutoque oblito ibi pariunt, et ex iis suum genus procreant.

[j] *Præterea omnes*] Vespæ, crabronesque. Arist. Hist. Anim. IX. 66. p. 1145. Apes nihil ex carne attingunt: vespæ nihil ex floribus, crabrones, ab utrisque.

[k] *Sed vespæ*] Arist. loc. cit. *Αἱ δ' ἀνθρῆναι . . . θηρεύουσι τὰς μεγάλας μυίας· καὶ ὅταν καταλάβωσιν, ἀφελοῦσαι τὴν κεφαλὴν, κ. τ. λ.*

[l] *Crabronum*] Arist. Hist. Anim. IX. 65. p. 1137. *τῶν σφηκῶν* genus sylvestre seu ferum, quod ait esse rarum, in montibus gigni docet, neque sub terra parere, *sed in quercubus, ἀλλ' ἐν ταῖς δρυσί.*

[m] *Hyeme*] Arist. pag. 1138. de iisdem crabronibus: *Ζῶσι δὲ φωλοῦντες τὴν χειμῶνα.*

[n] *Vita bimatum*] Arist. ibidem, de iis ipsis: *οὗτοι μὲν οὖν διετίζουσι. Crabrones annum transeunt:* igitur biennio vitam finiunt.

[o] *Aliorum*] Crabronum scilicet, *τῶν ἡμέρων σφηκῶν δύο γένη, κ. τ. λ.* Arist. totidem verbis, p. 1139.

[p] *Nidos vere*] Ineunte æstate, *ἐπιόντος τοῦ θέρους.* Arist. p. 1139.

[q] *Quadrifores*] *Τετραθύρους, quaternis ostiolis.*

[r] *Iis eductis*] *Τούτων αὐξηθέντων.*

[s] *Latior matrum*] Inter crabrones, inquit, quibus est matrum nomen, latæ, graves, crassiores, grandioresve sunt, quam alii crabrones: *Ἔστι δὲ ἡ μήτρα πλατὺ καὶ βαρὺ, καὶ παχύτερον καὶ μεῖζον τοῦ σφηκός.* Arist. pag. 1141.

[t] *Dubiumque*] Dubitatur an illæ matres aculeatæ sint, necne: videntur tamen veluti reges apum esse: verum neque exire, neque ferire: *Ἐοίκασι δ' ὥσπερ οἱ τῶν μελιττῶν ἡγεμόνες ἔχειν μὲν, οὐκ ἐξιέναι δε, οὐδὲ*

quia non egrediuntur.[11] Et his sui fuci.[u] Quidam[v] opinantur omnibus his ad hyemem decidere aculeos. Nec crabronum[w] autem, nec vesparum generi reges, aut examina:[12] sed subinde renovatur multitudo sobole.

XXV. (XXII.) Quartum inter hæc[a] genus est bombycum,[b] in Assyria proveniens, majus quam supra dicta. Nidos luto[c] fingunt, salis[1] specie, applicatos lapidi, tanta duritie, ut spiculis perforari vix possint. In his ceras[2] [d]

campius ex Aristot. legendum putavit *exeruntur.*—12 Margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. Hist. Anim. IX. 42. *reges plures, aut examina.*

Cap. XXV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *velut sale perunctos,* ex Aristot.

NOTÆ

βάλλειν. Arist. p. 1141. ubi τὸ ἐξιέναι, Pliniique τὸ *egrediuntur,* ad aculeum referri oportere, dicique pro *exeruntur,* manifestum est. Albertus M. de Anim. VIII. 4. 6. p. 273. putat iis esse brevem aculeum: et nobis quidem ita quoque videtur. Qui locis præruptis capiuntur, iis esse aculeum Philos. ait, p. 1145.

[u] *Et his sui fuci*] Sunt, inquit, et inter crabrones vulgares, qui carent aculeo, ut inter apes fuci: sed ii minores, et imbecilliores. Arist. pag. 1142. Τῶν δὲ σφηκῶν οἱ μὲν ἄκεντροί εἰσιν, ὥσπερ κηφῆνες, κ. τ. λ.

[v] *Quidam*] Arist. loc. cit.

[w] *Nec crabronum*] Quamvis vespæ crabronesque examen sub terra sæpe constituant, nec crabrones tamen, nec vespæ emittunt examina, sub rege aliquo et ductore, ut apes, sed accessione facta sobolis manent ibi, augentque alveum, egesta scobe: unde fiunt uno in loco examina sane magna: ita ut cophini interdum quatuor favorum ex uno nido extracti sint. Sic Arist. Hist. Anim. IX. 66. p. 1146.

[a] *Quartum inter hæc*] Huic, inquit, triplici insectorum generi, apum, vesparum, crabronumque, affine quartum est, sed ipsis etiam majus, forma pæne par, et opere; nam favos ii cerasque fingunt.

[b] *Bombycum*] Græcis βόμβυξ et βομβυλιός. Hesychius: Βόμβυκες, εἶδος ζώου πτερωτοῦ κατὰ σφῆκα. Item: Βομβυλιὸς, ζῶον ἦχόν τινα ποιοῦν, τοῦ γένους τῶν σφηκῶν, ἢ μέλισσα μεγάλη, ἢ μυῖα. Toto genere, forma, ortu, nido, opere, differunt a bombycibus nostris, ex quibus sericum ducimus. E vesparum illi genere sunt: nomen a bombo, vel sono, quem apum more ac vesparum edunt, nomen invenere. Is. Tzetz. in Lycophr. p. 110. Βομβυλιός ἐστι ζωΰφιον ὅμοιον μελίσσῃ, μέλαν δὲ τῇ χροιᾷ, ἐκ πηλοῦ κηροπλαστοῦν· Λέγεται δὲ βομβυλιὸς, παρὰ τὸ βομβεῖν. Eadem habet et Suidas, pag. 563. et Harpocration, p. 63.

[c] *Nidos luto*] Arist. Hist. Anim. V. 19. p. 618. Ἔνια δὲ τῶν βομβυκίων πρὸς λίθῳ, ἢ τοιούτῳ τινὶ, ποιοῦσι πήλινον ὀξὺ, καὶ ὥσπερ οἱ ἅλες καταλείφονται· τοῦτο δὲ σφόδρα παχὺ καὶ σκληρόν· λόγχῃ γὰρ μόλις διαιροῦσιν. *Quædam ex bombycum genere ad lapidem, aut tale quid, construunt e luto metæ figuram, sale quasi quodam oblitam. Crassum hoc durumque: lancea enim vix dividi potest.*

[d] *In his ceras*] Arist. loc. cit. Vide Notas et Emend. num. 37.

largius, quam apes, faciunt: deinde majorem vermiculum.

XXVI. Et alia horum[e] origo: e grandiore[f] vermiculo, gemina protendente sui generis cornua, primum eruca fit:[1] [g] deinde quod vocatur[h] bombylis:[2] ex ea necydalus:[i] et hoc[3] in sex mensibus. Bombyces telas[4] araneorum modo texunt[j] ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina[k]

—2 'Ita bene cod. Reg. 2.' *Brotier. in iis ceras* edd. ante Brotier. Mox, pro *largius*, margo edd. Dalec. et Gronov. *pallidiores*.

CAP. XXVI. 1 'Alii ex Aristot. Hist. Anim. v. 19. legunt: *E grandiore vermiculo, gemina protendente cornua sui generis. Hinc erucæ fiunt, &c.* Cui lectioni astipulari videtur Chiffl. in quo legitur: *cornuum uricas sit. Dein,' &c.* Dalec. *e g. v. g. protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde* Gronov. et edd. vett. ante Harduinum, qui ex codd. suis lectionem nostram recepit.—2 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. *bombylius* edd. ante Brotier. Mox, pro *ex ea necydalus*, quod ex codd. Regg. 1. 2. et Editione principe recepit idem Brotier, priores edd. habent, *ex eo necydalus.*—3 'Pessime in scriptis et editis libris, *ex hoc.* Emendandum *et hoc*, optime vidit eruditus Petavius; idque aperte docet Aristot. Hist. Anim. v. 18. Γίνεται δὲ πρῶτον μὲν μεταβαλλόντος τοῦ σκώληκος κάμπη· ἔπειτα βομβύλιος· ἐκ δὲ τούτου νεκύδαλος· ἐν ἓξ δὲ μησὶ μεταβάλλει ταύτας τὰς μορφὰς πάσας.' *Brotier.*—4 'Sic bene Editio

NOTÆ

[e] *Et alia horum*] Alii, inquit, bombyces Assyrii sunt, quorum origo a superioribus admodum dissimilis. Vide Notas et Emend. num. 38.

[f] *E grandiore*] Ἐκ σκώληκός τινος μεγάλου, ὃς ἔχει οἷον κέρατα, καὶ διαφέρει τῶν ἄλλων. Arist. Hist. Anim. v. 18. p. 599. *Tanquam cornua habet, quibus ab aliis differt.* Describitur hic vermiculus a Basilio in Hexaëm. Hom. VIII.

[g] *Primum eruca fit*] Vel, *urica.* Vide Notas et Emend. num. 39.

[h] *Deinde quod vocatur*] Ex vermiculo, inquit, fit primum eruca: quæ post paulum temporis tumulum seu nidum forte condens, ut nostri bombyces faciunt, filis multis contextum, in eo veluti sepulta jacet. Tum vero bombylius appellatur. Postea ex bombylio, perforata testa, qua inclusus erat, necydalus vocatur: idem adultus, bombyx. Hæc omnia sex mensium spatio perficiuntur. Vide Notas et Emend. num. 40.

[i] *Necydalus*] Νεκύδαλος. Forte ita dictus, quod e bombylio mortuo quasi renascatur ipse. Νέκυς enim Græcis est *mortuus.*

[j] *Araneorum modo texunt*] Hi nempe bombyces, quorum origo alia a priorum origine, ut aranei suas araneas, sic telas suas et fila bombyces in longum stamen ducunt. Σκώληκες, inquit Julius Pollux VII. 17. pag. 547. Εἰσὶν οἱ βόμβυκες, ἀφ' ὧν τὰ νήματα ἀνύεται, ὥσπερ ὁ ἀράχνης. *Bombyces vermiculi sunt, a quibus fila ducuntur, aranei more.* Expressius aliquanto Clemens Alex. lib. II. Pædag. p. 200. Οἱ δὲ νεκύδαλον αὐτὸ καλοῦσιν· ἐξ οὗ μακρὸς τίκτεται στήμων, καθάπερ ἐκ τῆς ἀράχνης ὁ τῆς ἀράχνης μίτος. *Bombylium nonnulli Græce appellant necydalum, ex quo longum stamen nascitur, quemadmodum ex araneo tela araneæ.* Quæ longi staminis forma vel una per se satis declarat, quam sint et hi alteri bombyces Assyrii a nostris diversi.

[k] *Quæ bombycina*] Duplex igitur

appellatur. Prima eas[1] redordiri,[5] rursusque texere invenit in Ceo[m] mulier Pamphila, Latoi filia,[6][n] non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet[o] fœminas vestis.[7]

XXVII. (XXIII.) Bombycas[p] et in Co insula nasci tradunt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terræ halitu[q] animante. Fieri autem primo

princeps: sic quoque volebat Petavius.' *Idem.* Edd. ante Brotier. habent: *mensibus bombyx. Telas, &c.*—5 Ita Ald. Junt. Lugd. 1562. Lugd. Erasmi, Dalec. Frankf. 1582. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *eas retorqueri* codd. Reg. Brot. 1. et Dalec. cum Editione principe. Mox, *in Coo* codd. Dalec. et Chiffl.—6 'Λατῶς θυγάτηρ Aristot. *Platis* vertit Gaza; *Platæ* Chiffl.' *Dalec.*—7 Cod. Dalec. *vestis bombyca, et in Co, &c.*

NOTÆ

fuit bombycini texti genus. Primum, ex Assyria bombyce, ad usum fœminarum. Alterum, ex Coa, unde vestes usurpare nec viros ipsos puduit. Quanquam et illud prius Coum ab aliis scriptoribus appellatur, quod in Co, vel Ceo potius, insula νῆμα ex Assyriis allatum retorqueretur. Aliud ab utroque isto bombycino serici genus fuit, de quo Plinius VI. 20. quod ex arborum canitie texebatur: nam et apud Indos hodieque ex arborum ejusmodi, herbarumque lanugine, texta fiunt. Priora duo serici seu bombycini antiqui genera, ignota hodie, ut et alia quam plurima.

[l] *Prima eas*] Telas videlicet. Vide Notas et Emend. num. 41.

[m] *In Ceo*] Vide Notas et Emend. num. 42.

[n] *Latoi filia*] Παμφίλη Λατώου θυγάτηρ, Arist. Hist. V. 18. p. 599.

[o] *Ut denudet*] Seneca in eam rem eleganter, Ep. XC. p. 397. 'Quid si contigisset videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est?' Martial. VIII. 68. 'Fœmineum lucet sic per bombycina corpus.' Vestem quamlibet ejus tenuitatis nebulam prisci vocabant: quod transluceret sub illa corpus, uti cœlum sub nebula. Fulgentius Mythol. lib. I. 'Astiteran titaque syrmate nebuloso lucidæ ternæ viragines,' &c. Fragm. Petronii: 'Palam prostare nudam in nebula linea:' sic enim legendum, non *lanæ*, Du-Cangius admonet, in Glossario, verbo 'Nebula.' Vide quæ diximus VI. 20.

[p] *Bombycas*] Tertia hæc est bombycini generis species, necdum tamen ea est, ex qua nostri hodie opifices sericum ducunt: quam vetustioribus illis sæculis, ante Justiniani tempora, incognitam fuisse in orbe Romano, quo ex Seribus advecta a Monachis Indis est, scriptis tradidit Procopius Bell. Goth. IV. 17. p. 613. Fama tamen aliquid et auditione accepisse de his bombycibus nostræ tempestatis Julius Pollux videtur; qui cum egisset de bombycibus iis, quos araneorum more diximus telas texere, hæc subjicit: Ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς Σῆρας ἀπὸ τοιούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. *Sunt etiam nonnulli, qui Seres tradant colligere telas suas ab aliis quibusdam animalibus hujuscemodi.* Vixit Pollux principe Commodo. Notum Hieronymi Vidæ de Bombyce carmen.

[q] *Terræ halitu*] Ex corruptis harum

papiliones parvos, nudosque:[r] mox[1] frigorum impatientia villis[s] inhorrescere, et adversum hyemem tunicas sibi instaurare[2] densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem vellere:[a 3] hanc ab his cogi[t] unguium[4] carminatione, mox trahi inter ramos,[5] tenuari ceu pectine. Postea apprehensam corpori involvi nido volubili.[6 u] Tum ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore et furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas,[b] quibus vestitos ad alia pensa[v] dimitti. Quæ vero cœpta[7 w] sint lanificia, humore[x] lentescere: mox in fila tenuari junceo fuso.[y] Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem[z] propter æstivam.[8] In tantum a lorica gerenda dis-

[a] *Vellicare.* [b] *Alas.*

CAP. XXVII. 1 Dalec. *vermes parvos: deinde erucas nudas, mox, &c.*—2 Quidam ap. Dalec. *comparare.*—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *lanuginem in vellera* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cogi subigique unguium, &c.* Gronov. et al. vett.—5 'Tolet. *in terram:* non probo.' *Dalec.* Mox, Vet. Dalec. *tenuarique.* Deinde, Gronov. *seu pectine.*—6 Dalec. *apprehensa nidum involvi corpori advolutum.*—7 *Quæ vero capta* Vet.

NOTÆ

arborum floribus nasci hos bombycas Coos significat. Igitur nostris longe dissimiles, quantumlibet Salmasius refragetur, in Tertull. de Pallio, pag. 191. Bombyx enim nostræ tempestatis vermiculus est, ex ovo minutissimo candido, quod ex congenere verme nascitur. Id ovum aut in sole aut in sinu fovent. Exclusum vermiculum imponunt foliis mori albæ, ut cuivis notum est.

[r] *Nudosque*] Nullo plane villo pilove cute obtecta: nullis quoque alis vestita.

[s] *Villis*] Erucarum more. Harum, aut similium certe, erucarum magnus esse dicitur apud Sinenses proventus: at bombyces nostri non ita villosi pilosive sunt.

[t] *Hanc ab his cogi*] Vide Notas et Emend. num. 43.

[u] *Nido volubili*] Lanugo corpori involuta nidum ovatum, sive folliculum repræsentat similem ei quo se nostri bombyces includunt.

[v] *Ad alia pensa*] Ad arborum lanuginem rursum radendam, carminandam, tenuandam, suo denique corpori involvendam, ut prius.

[w] *Quæ vero cœpta*] Suscepta, instituta. In Mss. Reg. 1. 2. *capta.* Colb. 1. 2. aliique, *cœpta.*

[x] *Humore*] Aqua tepente, ut quidem existimo. Sic enim in tepida aqua inditos folliculos nostrorum quoque bombycum deglomerant, captantes capita filorum.

[y] *Junceo fuso*] In fila, inquit, lanificia hæc deducuntur ac tenuantur, simulque junceo fuso involvuntur. Vide Notas et Emend. num. 44.

[z] *Levitatem*] Mss. fere omnes, *levitate propterea æstiva.* Sensus est, usurpatas a viris quoque vestes eas esse,

cessere mores, ut oneri sit etiam vestis.[9] Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.

XXVIII. (XXIV.) Araneorum his non absurde jungatur natura, digna vel præcipue[1] admiratione. Plura autem sunt genera, nec dictu necessaria in tanta notitia. Phalangia[a] ex his appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum,[b] assultim[c] ingredientium.[2] Altera eorum[d] species, nigri, prioribus cruribus longissimis. Omnibus internodia terna in cruribus. Luporum[e] minimi,[3] non texunt. Majores interna[f] et cavernis[4] exigua vestibula præpandunt. Tertium eorundem[g] genus erudita operatione conspicuum. Orditur telas, tantique operis materiæ uterus ipsius sufficit: sive ita corrupta alvi natura



Dalec.—8 Vet. Dalec. *has vestes etiam viros levitate usurpare propter onera æstiva;* Parm. *lenitate.*—9 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *discessere m. ut oneri sint etiam vestes* Gronov. et edd. vett. *decessere m. ut onere sit etiam vestis* Chiffl.

CAP. XXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *præcipua* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Dalec. *ingredientia.*—3 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiffl. et Turneb. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Luporum nomine minimi* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *Majores in terra cavernarum* Vet. Dalec. *Majores*

NOTÆ

ob delicatam levitatem æstati convenientem.

[a] *Phalangia*] Accepta hæc sunt ex Aristotele Hist. Anim. IX. 63. pag. 1101. sed de his multo accuratius XXIX. 27. Phalangia Græci vocant araneas mordaces ac venenatas. Non esse 'Tarantulam' docebimus XXIX. 27.

[b] *Acuminatum*] 'Οξὺ Aristoteli, quod alii vividum et agile malunt interpretari.

[c] *Assultim*] Aristot. πηδητικὸν, quod ubi vult saltat: saltax, si fas est ita dicere.

[d] *Altera eorum*] Nempe phalangiorum. Arist. p. 1102. Τὸ δ' ἕτερον, μεῖζον, τὸ μὲν χρῶμα μέλαν, τὰ δὲ σκέλη τὰ πρόσθια μακρὰ ἔχον, καὶ τῇ κινήσει νωθρὸν, κ. τ. λ. *Alterum majus colore nigro, anterioribus cruribus longis, motu pigrum, &c.*

[e] *Luporum*] Alterum hoc est araneorum genus: cujus gemina species est, majorum, ac minorum: ex Arist. loc. cit. Et hoc phalangion a Græcis quibusdam vocari auctor est Plinius XXIX. 27.

[f] *Majores interna*] Majores, inquit, exigua in cavorum suorum ostiolis, sive rimis ac foraminibus, vestibula telarum præpandunt, quorum orditus ad interiora ac penitiora rimæ illius, in qua latent, loca pertineat. Vide Notas et Emend. num. 45.

[g] *Tertium eorundem*] Araneorum videlicet. Hi sunt aranei nostri vulgares, qui ad domuum fenestras laqueariaque texunt.

stato tempore, ut Democrito[h] placet: sive est quædam intus lanigera fertilitas: tam moderato ungue, tam tereti filo, et tam æquali deducit stamina, ipso se pondere[i] usus. Texere a medio incipit, circinato[j] orbe subtegmina[k] annectens: maculasque[l] paribus semper intervallis, sed subinde crescentibus, ex angusto[m] dilatans indissolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas, a scutulato rete grassantes![5][n] quam non ad hoc videtur pertinere crebratæ[o] pexitas telæ,[a] et quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ![6][p] quam laxus[q] ad flatus, ac non respuenda[7] quæ veniant, sinus! Derelicta lasso[r] præ-

[a] *Quanta arte celat in tela retis in morem scutulata grassantes occulte laqueos! Quam non ad insidias videtur apta, densa ac pæne villosa tela, &c.*

internæ cavernæ Turneb. *M. interna et cavernis* Chiffl. *M. in terra et sepibus* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *M. in terra cavernis* Gronov. et al. ante Harduin.—5 'Vet. *rete ad capiendas muscas, circa grassantes;* Pintian. *circumcursantes;* quod non placet. Alii, *crassescentes;* alii *crescentes*, et rectius.' *Dalec.*—6 Vet. Dalec. *cribr. plexitas t. et q. politura artis i. p. s. t. r. textrinæ;* Gronov. et al. ante Harduin. *cribratæ, &c.*—7 Ita codd. Harduini,

NOTÆ

[h] *Ut Democrito*] Existimavit is telæ materiam esse κόπρον, excrementum alvi. Improbat hanc sententiam Philosophus, Hist. Anim. IX. 63. pag. 1105. Improbat et Albertus M. de Anim. VIII. 4. 1. p. 265.

[i] *Ipso se pondere*] Se ipse librans, filo hærens atque suspensus.

[j] *Circinato*] Tam absoluto orbe, ut circino ductus videri possit.

[k] *Subtegmina*] Mss. omnes, *subtemina*. Aristoteles, κρόκας, *tramas*, vocat loc. cit. p. 1103.

[l] *Maculasque*] Cancellos. Sic in reti foramina, sive plagas, maculas appellamus: et maculis distincta retia dicimus. Cicero in Verr. VII. 27. 'Reticulumque ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.'

[m] *Ex angusto*] Maculis ima sui parte angustioribus, sensim dilatantibus sese.

[n] *Scutulato rete grassantes*] De scutulato textu diximus VIII. 73.

[o] *Crebratæ*] Quam parum apta videtur, inquit, ad has insidias tela tam dense texta, ut pexa seu villosa interdum existimari possit! Crebratam appellat vestem, quam VIII. 74. crebram dixit, 'Crebræ papaveratæ,' &c. ubi vide quæ de ea scripsimus. Vide etiam Notas et Emend. num. 46.

[p] *Tenax ratio tramæ*] Trama et subtemen, idem. Non tamen araneus, sicuti nos, texit, tramam stamenque invicem tegendo; vixque trama dici ea potest; quippe quæ transmeare debeat inter filum et filum mutua superequitatione.

[q] *Quam laxus*] Quam facile cedens flatibus et ventis! quam molliter ea quæ incidunt excipiens sinus!

[r] *Derelicta lasso*] Derelicta credas ab araneo præ lassitudine licia, hoc

tendi summa parte arbitrere licia: at illa difficile cernuntur, atque,[8] ut in plagis lineæ offensæ, præcipitant in sinum.[b] Specus ipse[9] qua concameratur architectura! et contra frigora quanto villosior! quam remotus a medio, aliudque agentis similis![10] inclusus vero sic, ut sit, necne, intus aliquis, cerni non possit. Age, firmitas: quando rumpentibus ventis?[11] qua pulverum mole degravante? Latitudo telæ sæpe inter duas arbores, cum exercet artem et discit texere: longitudo fili a culmine, ac rursus a terra per illud ipsum velox[12] reciprocatio: subitque pariter ac fila deducit.[13] Cum vero captura incidit, quam vigilans et paratus ad cursum![14] licet extrema[s] hæreat plaga, semper in medium currit: quia sic maxime totum concutiendo implicat.[15] Scissa protinus reficit, ad polituram sarciens.[16] Namque et lacertarum catulos venantur: os primum[t] tela

[b] *In medium rete.*

Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *non ad respuenda* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *laxe prætendenti summa parte, ut architectari liceat fila quæ difficile cernuntur, et quæ* Dalec. *ut arbitrere licia, et fila quæ, &c.* Tolet. *lasso prætendi summa parte arbitrari liceat, illa difficile cernuntur* Turneb. et Chiffl. *lasso prætenti summa parte, ut arbitrari licet illa quæ difficile cernuntur: atque, &c.* Gronov. et edd. vett.—9 *Specus ipsa* Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *agenti similis* Gronov. et al. vett.—11 Ita Harduini, Tolet. et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Age, firmitas quanta irrumpentibus ventis?* Gronov. et edd. vett.—12 Tolet. *felix;* Vet. Dalec. *velut.*—13 Dalec. *reducit.*—14 Chiffl. *et paratus accursus.*—15 Vet. Dalec. *currit. Ex quo sic . . . implicet.*—16 Tolet. *reficit,*

NOTÆ

est, fila ea quæ summæ telæ toto ambitu prætenduntur: at sunt ea adeo tenuia, ægre ut possint conspici ab occurrentibus animalculis, quæ ubi hæc offendunt, ut lineas in plagis feræ, inde rapiuntur in medium sinum. Plagæ dicuntur retia rariora ad capiendas feras: quod plagis, id est, foraminibus plena sint. Lineæ funiculi extensi, in eosdem usus. De his apud Lipsium plura vide, in Senec. de Clem. I. 12.

[s] *Licet extrema*] Hæc sunt deinceps ex Arist. Hist. Anim. IX. 63. p. 1104. Semper a medio impetum facit: et cum cadaver effert, si interim aliquid irretiatur, non ex eo loco, ubi est, prædam aggreditur, sed prius medio repetito, unde magis sentiet motum: atque ex eo ipso loco concutiendo telam, captivum implicat, usque dum sui impetum faciat.

[t] *Os primum*] Vide Notas et Emend. num. 47.

involventes,[17] et tunc demum labra utraque morsu apprehendentes, amphitheatrali spectaculo, cum contigit. Sunt ex eo et auguria. Quippe incremento amnium futuro telas suas altius tollunt. Iidem sereno non texunt,[18] [u] nubilo texunt. Ideoque multa aranea[19] [v] imbrium signa sunt. Fœminam putant [w] esse quæ texat, marem qui venetur:[20] ita paria fieri merita conjugio.

XXIX. Aranei conveniunt clunibus: pariunt vermiculos [a] ovis similes. Nam nec horum differri potest genitura, quoniam insectorum vix ulla alia narratio est.[a] Pariunt autem ova ea in telas, sed sparsa,[1] quia saliunt,[b] atque ita emittunt. Phalangia [c] tantum in ipso specu incubant magnum numerum: qui ut emersit,[2] matrem consumit, sæpe et patrem: adjuvat enim [d] incubare.[3] Pariunt autem et trecenos,[4] [e] ceteræ pauciores. Et incubant triduo. Consummantur [f] aranei quater septenis diebus.

[a] *Vix ulla alia insectorum generationis digna relatu narratio est.*

abolita resarcit.—17 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque legendum putavit Dalecampius ex Aristot. Hist. Anim. IX. 63. *os primum tela involvente* Chiffl. *hos primum tela involventes* Gronov. et al. vett.—18 Ita Editio princeps, Venett. Parm. Rom. Brix. aliæque vett. *sereno non retexunt* Chiffl. *sereno texunt* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—19 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *multæ araneæ* Gronov. et al. ante Harduin.—20 Al. ap. Dalec. *venatur.*

CAP. XXIX. 1 ‘ *Pariunt autem omnia in tela* (sic Chiffl.) *expansa* Parm. *tela* Vet.’ *Dalec.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Phalangium tantum in ipso specu incubat magno numero, qui ut emerserit* Gronov. et edd. vett.—3 Vet. Dalec. *incubatum;* ipse Dalecampius, *incubantem.*—4 ‘ Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps.

NOTÆ

[u] *Iidem sereno non texunt*] Vide Notas et Emend. num. 48.

[v] *Multa aranea*] Ἀράχνια, *aranearum telæ.* Ita Mss. omnes. Libri publici, *multæ araneæ.* De hoc porro augurio, Theoph. de Signis Ventorum.

[w] *Fœminam putant*] Immo, si Philosopho fides, pag. 1104. mas otiose agitat, fœmina exercet negotia: texit, et venatur: ἐργάζεται δὲ καὶ θηρεύει ἡ θήλεια· ὁ δ' ἄῤῥην συναπολαύει.

[a] *Pariunt vermiculos*] Subrotundos, ἐπιστρόγγυλα σκωλήκια μικρὰ, Arist. Hist. Anim. v. 22. p. 620.

[b] *Quia saliunt*] Vide Notas et Emend. num. 49.

[c] *Phalangia*] Arist. p. 621.

[d] *Adjuvat enim*] Pater in incubitu matrem juvat, mas fœminam, propter numerosam sobolem: quæ deinde utrumque parentem sæpe circumsistit, et interficit. Arist. συνεπωάζει γὰρ τῇ θηλείᾳ ἐνίοτε.

[e] *Et tricenos*] Vide Notas et Emend. num. 50.

[f] *Consummantur*] Hoc est, justa ca-

XXX. (XXV.) Similiter his[g] et scorpiones[1] terrestres vermiculos ovorum specie pariunt, similiterque pereunt:[h] pestis importuna, veneni[i] serpentium,[2] nisi quod graviore supplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus letali semper ictu, et fœminis fere in totum: viris autem matutino, exeuntes cavernis,[3] priusquam aliquo fortuito ictu jejunum[j] egerant venenum. Semper cauda[k] in ictu est: nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. Ferit et obliquo ictu, et inflexu.[4][l] Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus auctor est, in novem genera[m] descriptis, per colores maxime: supervacuo,[5] quoniam non est scire, quos minime exitiales prædixerit.



Aristoteles quoque, Hist. Anim. VI. 22. habet τριακόσια.' *Brotier.* 'Alii, *trecenos* sive *trecentos* ex Aristot.' *Dalec.* *tricenos* vulgg. edd. ante Brotier.

CAP. XXX. 1 *Similiter et scorpiones,* omisso τῷ *his,* cod. Dalec. Mox, idem codex, *similiterque perimunt.*—2 Dalec. *veneno serpentium.*—3 Dalec. *exeuntibus e cavernis;* Vet. Dalec. *cum exeunt e cavernis.* Mox, pro *jejunum,* quod servant Vet. Dalec. Chiffl. aliique codd. *jejuni* exhibet cod. Dalec.—4 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. cod. Dalec. et Vet. ejusdem, cum Editione principe; *et inflexo* edd. vulgg. ante Brotier.—5 Ita emend. et interpungit Harduin. eumque secuti sunt recentt. *per colores maxime supervacuos* Gronov. et al. ante

NOTÆ

piunt incrementa. Arist. pag. 621. Ἐκ δὲ μικρῶν τέλειοι ἀράχναι γίγνονται περὶ τὰς ἑπτάδας τὰς τέτταρας. *Circiter quater septenis diebus, e parvis absoluti fiunt.*

[g] *Similiter his*] Phalangiis, de quibus dictum est proxime. Phalangiorum, inquit, more vermiculos ovis similes magno numero et scorpiones pariunt, similiterque a sua prole interficiuntur et pereunt. Hæc sunt accepta ex Arist. Hist. Anim. v. 21. p. 619.

[h] *Similiterque pereunt*] A sua ipsorum prole interemti. Vide Notas et Emend. num. 51.

[i] *Veneni*] Ita recte Mss. omnes: pro *veneno.* Venenum illis, inquit, quale serpentibus.

[j] *Jejunum*] Priusquam fortuito casu in aliquid obvium ictum imprimant quasi jejuni oris: tunc enim primo morsu egerunt venenum.

[k] *Semper cauda*] Semper erecta, ceu ictum meditans, ut ad eum inferendum paratior sit. Ovidius: 'Scorpius elatæ metuendus acumine caudæ.'

[l] *Et inflexu* [*inflexo*] Mss. omnes, *et inflexu:* hoc est, retorta superne, reductaque in sublime cauda.

[m] *In novem genera*] Vide Notas et Emend. num. 52. Satis eleganter Tertullianus in Scorpiace, statim initio: 'Tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot et species: tot dolores, quot et colores, Nicander scribit et pingit.'

Geminos quibusdam [n] aculeos esse: maresque [6] [o] sævissimos. Nam coitum [p] iis tribuit.[7] Intelligi autem [q] gracilitate et longitudine. Venenum omnibus medio die, cum incanduere [r] Solis ardoribus: itemque cum sitiunt, inexplebiles [8] potu. Constat et septena [s] caudæ internodia sæviora esse: pluribus enim sena sunt. Hoc malum Africæ volucre [t] etiam Austri faciunt, pandentibus brachia, ut remigia sublevantes.[9] Apollodorus idem plane [10] [u] quibusdam inesse pennas tradit. Sæpe Psylli, qui reliquarum venena terrarum invehentes quæstus sui causa peregrinis malis implevere Italiam, hos quoque [v] importare conati sunt: sed vivere intra Siculi cœli regionem non potuere. Visuntur tamen aliquando in Italia, sed innocui, multis-



Harduin.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quibusdamque a. e. maribusque.* —7 Chiffl. *his tribuunt.*—8 Chiffl. *inexplebili.*—9 Dalec. *pandentes br. ut remigio, &c.* Alii ap. Dalec. *et ut remigio se subl.*—10 Chiffl. *plene.*—

NOTÆ

[n] *Geminos quibusdam*] Qui idcirco δίκεντροι vocantur.

[o] *Maresque*] Ælian. Hist. Anim. VI. 20.

[p] *Nam coitum*] Sunt tamen, inquit Ælianus, qui hos non coitu, sed nimio tantum cœli calore procreari asseverent. Utrumque modum agnoscit Schol. Nicandri, et ex coitu, et ex putredine: posteriorem Tertull. loc. cit. 'Magnum de modico malum scorpios terra suppurat.'

[q] *Intelligi autem*] Avicenna quoque IV. 5. 2. pag. 216. de scorpionibus: 'Masculus,' inquit, 'extenuatus est, minutus: et fœmina pinguis, magna.'

[r] *Cum incanduere*] Tertull. loc. cit. de scorpionum sævitia in pungendo: 'Familiare periculi tempus æstas.'

[s] *Constat et septena*] Strabo lib. XVII. p. 830. scorpiones ait in Libya septem habere vertebras, ἑπτὰ σφονδύλων. Ælianus item Hist. VI. 20. Καί που ἑπτὰ ἔχων σφονδύλους ὤφθη τις. Denique Apollodorus ipse, quem Plinius nunc sequi se profitetur, apud Scholiastem Nicandri in Theriac. p. 36. Τοὺς γὰρ σπονδύλους ὁ σκορπίος οὐ πλείους ἔχων τῶν ἑπτὰ ὁρᾶται, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς σπανίους, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος.

[t] *Africæ volucre*] Africano stylo Tertull. loc. cit. 'Austro,' inquit, 'et Africo sævitia scorpionum velificat.'

[u] *Apollodorus idem plane*] In Mss. *plene.* Hoc est, non brachia solum, sed omnino pennas. Neque id Apollodorus modo, sed et Pammenes prodidit in eo opere quod περὶ θηρίων inscripsit, teste Æliano, Hist. Anim. XVI. 42. In India pariter Megasthenes apud Strab. lib. XV. pag. 703. E recentioribus quoque Ramusius tomo I.

[v] *Hos quoque*] Scorpiones alatos Libycos.

que aliis in locis, ut circa Pharum[w] in Ægypto. In Scythia[x] interimunt etiam sues, alioqui[11] vivaciores contra venena talia:[y] nigras quidem[z] celerius, si in aquam se immerserint. Homini icto putatur esse remedio ipsorum cinis potus[12] in vino.[a] Magnam adversitatem oleo mersis, et stellionibus putant esse, innocuis duntaxat iis, qui et ipsi carent sanguine, lacertarum figura.[a] Atque scorpiones in totum nullis nocere,[13] quibus non sit sanguis. Quidam et ab ipsis fœtum devorari arbitrantur. Unum modo relinqui solertissimum, et qui se ipsius matris clunibus imponendo, tutus et a cauda et a morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum ultorem, qui postremo genitores superne[14 b] conficiat. Pariuntur autem[c] undeni.

XXXI. (XXVI.) Chamæleonum stelliones[1 d] quodammo-

[a] *Maxime inter se adversari scorpiones oleo mersos, et stelliones putant: innocuosque scorpiones esse duntaxat iis stellionibus, qui et ipsi, quemadmodum scorpiones, carent sanguine, et sunt lacertarum figura.*



11 Gronov. *alioquin.* Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *celerius et quosvis si in*, ex Aristot.—12 Cod. Dalec. *potatus.*—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *nulli nocere* Gronov. et al. vett.—14 Dalec. *supremus.*

Cap. XXXI. 1 *Chamæleones stellionum* Dalec. Mox, Chiffl. *hi quodammodo, &c.*

NOTÆ

[w] *Ut circa Pharum*] Hæc accepta ab Arist. Hist. Anim. VIII. 33. pag. 986.

[x] *In Scythia*] In Caria, dixit Arist. loc. cit. Albertus M. de Animal. VII. 3. 5. p. 235. in Asia, et pluribus aliis locis.

[y] *Contra venena talia*] Hoc est, quamvis similes serpentium ictus vix sentiant, ob pellis adipisque crassitiem. Quin et a suibus impune salamandra manditur, ut Plinius tradit XXIX. 23. Eædem percussæ a serpentibus, cancrorum esu sibi medentur, ut idem docet XXXII. 19. Et alios serpentes vorant, teste Philosopho Hist. Anim. IX. 2. p. 1006.

[z] *Nigras quidem*] Sues videlicet. Albertus, loc. cit. 'Scorpiones quidam pungentes porcos, nigros præcipue, interficiunt. Sed citius moriuntur, si statim post puncturam intrant in aquam: quia tunc aquæ frigiditate venenum ad cor reflectitur.'

[a] *Potus in vino*] Hoc iterum repetit XXIX. 29.

[b] *Superne*] Dorso parentum insidens, inde morsu et caudæ spiculo eos conficit.

[c] *Pariuntur autem*] Arist. Hist. Anim. V. 21. p. 619.

[d] *Stelliones*] Stellio lacerti genus est, quo Galli, Germani, Anglique carent: cujus proinde nomen ii nullum habent, teste Gesnero de Quadrup. Ovip. p. 92. Græcis est ἀσκα-

do naturam habent, rore tantum viventes, præterque araneis.[e]

XXXII. Similis[f] cicadis vita: quarum duo[g] genera: minores,[h] quæ primæ proveniunt, et novissimæ[1] pereunt: sunt autem mutæ. Sequens est[i] volatu rara. Quæ canunt,[2] vocantur achetæ:[3 j] et quæ minores[k] ex his[4] sunt, tettigoniæ:[l] sed illæ[m] magis canoræ. Mares canunt[n] in utroque genere:[o] fœminæ silent: gentes vescuntur[p] iis ad Orientem, etiam Parthi opibus abundantibus. Ante coitum[q] mares præferunt, a coitu fœminas, ovis earum con-

Cap. XXXII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *novissime* Gronov.—2 *Quæ cantant* cod. Dalec.—3 Dalec. *echetæ*, ἠχῆται.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ex*

NOTÆ

λαβώτης, et κωλώτης, et γαλεώτης.

[e] *Præterque araneis*] Prætereaque vescuntur araneis: bellum enim intercedit inter stellionem et araneum: devoratque araneas stellio. Πόλεμος δὲ καὶ ἀσκαλαβώτῃ καὶ ἀράχνῃ· κατεσθίει γὰρ τοὺς ἀράχνας ὁ ἀσκαλαβώτης. Arist. Hist. Anim. IX. 2. p. 1002. Sed vicissim araneus stellioni bellum indicit, quale describitur a Plinio VIII. 95. Et lacertarum omnium catulis, ut dictum est hujus libri cap. 28.

[f] *Similis*] Hoc est, cicadæ quoque rore vivunt, ut chamæleones et stelliones: τῇ δρόσῳ τρέφεται μόνον, inquit Philos. Hist. Anim. IV. 6. pag. 471. Cicada, nostris *Cigale*.

[g] *Quarum duo*] Ex Arist. Hist. Anim. V. 25. p. 623.

[h] *Minores*] Alterum genus subintellige, majorum, quæ, contra ac minores, posterius oriuntur, et prius pereunt. Ex Arist. loc. cit.

[i] *Sequens est*] Vide Notas et Emend. num. 53.

[j] *Achetæ*] Ἀχέται, vel ἠχέται. Priore vocabulo Philosophus usus, et Ælianus Hist. Anim. X. 44. Utroque Hesychius: nam pag. 173. Ἀχέτης, ὁ ἄῤῥην τέττιξ, ὁ λαλίστατος. Et p. 432. Ἠχέται, ἡδύφθογγοι τέττιγες. Sonoras Latine recte dixeris, vel cum Marone, argutas.

[k] *Et quæ minores*] Nam quæ canunt, e majorum perinde atque e minorum genere sunt: modo ad præcinctum secturam habeant, quæ quasi instrumentum cantionis est: ibi enim fistulam membranaceam habent. Arist. loc. cit. Ὁμοίως δὲ ἔν τε τοῖς μικροῖς, καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις, οἱ μὲν διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα, οἱ ᾄδοντες· οἱ δὲ ἀδιαίρετον ἔχοντες, οὐκ ᾄδουσιν.

[l] *Tettigoniæ*] Τεττιγόνια Aristoteli: Scaligero, *cicadellæ: cicadastræ*, Gazæ.

[m] *Sed illæ*] Majores videlicet.

[n] *Mares canunt*] Aristot. loc. cit. p. 625. Ælian. Hist. Anim. I. 6.

[o] *In utroque genere*] Majorum ac minorum.

[p] *Gentes vescuntur*] Athen. lib. IV. pag. 133. et lib. IX. p. 372. Ælianus item Hist. Anim. XII. 6.

[q] *Ante coitum*] Mares tum in cibo suaviores, a coitu fœminæ. Arist. p. 626.

ceptis,[5] quæ sunt candida. Coitus supinis.[r] Asperitas[s] præacuta in dorso, qua excavant fœturæ[t] locum in terra. Fit primo vermiculus,[u] dein ex eo, quæ vocatur tettigometra, cujus cortice rupto circa solstitia evolant, noctu semper: primum nigræ atque duræ. Unum hoc[v] ex iis quæ vivunt, et sine ore est. Pro eo quiddam aculeatarum[6] linguis[w] simile,[a] et hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum:[x] hoc canunt achetæ,[7] ut diximus. De cetero in ventre nihil[y] est.[8] Excitatæ[z] cum subvolant, humorem reddunt, quod solum argumentum est rore eas ali.[9] Iisdem solis[a] nullum ad excrementa cor-

[a] *Oris vice quiddam est simile eorum linguæ, quæ habent in ore aculeum.*

eis edd. vett. et Gronov.—5 'Male scripti et editi libri, *correptis*. Emendandum *conceptis*, recte monuit eruditus Petavius.' *Brotier.* *corrupti* codd. Dalec. Chiffl. et Pintian. id est, illecti, deliniti. Dalecampius legit, *ejus utero collectis.*—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aculeatorum* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *aculeatum* Gronov. et edd. vett.—7 Dalec. *echetæ.*—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in ventre excrementi nihil est*, ex Aristot.—9 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

[r] *Coitus supinis*] Sic Arist. pag. 624. Surrectas igitur ambas, et bipedes in coitu stare, inde videtur effici.

[s] *Asperitas*] Mucro quem ad clunes habent, ᾧ ἔχουσιν ὄπισθεν ὄξει, inquit Philosophus, p. 625.

[t] *Fœturæ*] Fœtui suo, qui mox describitur.

[u] *Fit primo vermiculus*] Ex ovo vermiculus: e vermiculo τεττιγομήτρα, non a magnitudine sic appellata, ut ortygometra: sed ab officio, quoniam ab ipsa prodit cicada: quasi *matricicada.* Hæc ex Arist. loc. cit. totidem plane verbis.

[v] *Unum hoc*] Aristotel. Hist. Anim. IV. 6. p. 471.

[w] *Aculeatarum linguis*] Paulo laxius nunc Plinius loquitur: nam, ut idem ait libri hujus cap. 65. quibus aculeus in ore fistulosus, ut muscæ, iis lingua non est, proprie appellata, sed quiddam linguæ simile: cujus speciem refert id quod in cicadis pro lingua est. Tria igitur distinguenda: lingua primum, ut in homine: deinde, linguæ simile, ut in apibus: denique, quod huic simile est, ut in cicadis. Vide Notas et Emend. num. 54.

[x] *Fistulosum*] In præcinctu sectum, διῃρημένον τὸ ὑπόζωμα, Arist. Fistulam Plinius hic vocat membranam prætenuem, quam illæ habent septo transverso subditam. Hac sane parte canunt cicadæ: non aculeo, quem circa pectus habent.

[y] *In ventre nihil*] Hoc est, viscus nullum, σπλάγχνον οὐδὲν ἔχει. Arist. p. 471.

[z] *Excitatæ*] Arist. Hist. Anim. v. 25. p. 626.

[a] *Iisdem solis*] At hujusmodi fora-

poris foramen. Oculi[10] tam[b] hebetes, ut si quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet, transeant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum: surculariam, quæ sit grandior: frumentariam, quam alii avenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arescentibus.

(XXVII.) Cicadæ non nascuntur in raritate arborum: idcirco non sunt[11] [c] Cyrenis circa oppidum: nec in campis, nec in frigidis aut umbrosis nemoribus.[12] Est quædam et iis locorum differentia. In Milesia[d] regione paucis sunt locis. Sed in Cephalenia[13] [e] amnis quidam penuriam earum et copiam dirimit. At in Rhegino[f] agro silent omnes: ultra flumen[g] in Locrensi canunt. Pennarum illis natura quæ apibus, sed pro corpore amplior.

XXXIII. (XXVIII.) Insectorum[h] autem quædam[1] binas gerunt pinnas, ut muscæ: quædam quaternas, ut apes.



Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *easdem ali* Gronov. et edd. vett.—10 *Oculis* Vet. Dalec.—11 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *idcirco sunt* Gronov. et edd. vett.—12 Chiffl. *nec nemoribus.*—13 Idem codex, *Sed in Cephania.*

Cap. XXXIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Insectorum quædam,* omisso *autem,* Gronov.

NOTÆ

men observatum a se in cicadis, ait Aldrov. de Insectis, lib. II. pag. 320. per quod illæ humorem aquosum ejicerent, qui in ventre continetur.

[b] *Oculi tam*] Arist. Hist. Anim. v. 25. p. 626. Inscendunt digitum, perinde ac si folium motum foret, cum sensim admovetur: quia obscure vident, nec quicquam dignoscunt. Cum Sol non nitet, nubilo die, tunc pæne nihil vident.

[c] *Idcirco non sunt*] Vide Notas et Emend. num. 55. Accepta hæc sunt ex Arist. Hist. Anim. v. 25. pag. 624.

[d] *In Milesia*] Arist. Hist. Anim. VIII. 33. p. 980. quibusdam Milesiæ locis nasci cicadas, quibusdam non nasci tradit.

[e] *Sed in Cephalenia*] In Cephalenia fluvio disterminantur agri, ubi cicadæ vel nascuntur, vel non. Arist. loc. cit. Ælian. Hist. Anim. v. 9.

[f] *At in Rhegino*] Strabo VI. 260. Conon apud Photium in Bibl. cod. 186. p. 425. aliique.

[g] *Ultra flumen*] Ἄληξ ποταμὸς a Strabone nominatur, loc. cit. Pausaniæ Καίκινα, lib. VI. pag. 354. quo de amne diximus III. 15. Rem narrat aliter Ælianus Hist. Anim. v. 9. cum et Locrenses in Rhegino agro, et Rheginas vicissim in Locrensi ait obmutescere: quasi utræque in suo agro canoræ essent.

[h] *Insectorum*] Ad verbum hæc A-

Membranis et cicadæ volant. Quaternas habent, quæ aculeis in alvo[i] armantur. Nullum, cui telum in ore,[j] pluribus quam binis advolat pennis. Illis enim ultionis causa datum est, his [2] aviditatis. Nullis eorum[k] pennæ revivescunt avulsæ. Nullum, cui aculeus [l] in alvo, bipenne est.

XXXIV. Quibusdam pennarum tutelæ crusta supervenit,[a] [a] ut scarabæis,[1] [b] quorum tenuior fragiliorque penna. His negatus aculeus: sed in quodam genere eorum [c] grandi, cornua prælonga, bisulcis dentata forcipibus in cacumine, cum libuit ad morsum coëuntibus, infantium [2] etiam remediis [d] ex cervice suspenduntur. Lucanos [3] [e] vocat hos Nigidius. Aliud rursus [f] eorum genus, qui e fimo ingentes [4] pilas aversi pedibus [g] volutant,[5] parvosque in iis con-

[a] *Quibusdam insectis ad tutelam pennarum fragilium crusta adnascitur.*

et edd. vett.—2 Chiffl. *datum et his.*

CAP. XXXIV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *tauris,* ex Aristot. Hist. Anim. v. 19. *scarabæis. Quorum t. f. penna, his, &c.* Vet. Dalec.—2 Gronov. *infantum.*—3 *Lucas* Scal.—4 Dalec. *fingentes.*—5 Margo edd. Dalec. et Gro-

NOTÆ

ristotel. Hist. Anim. I. 6. p. 49.

[i] *Quæ aculeis in alvo*] Ut apes, fuci, vespæ, crabrones. Arist. loc. cit. τετράπτερα ὅσα ὀπισθόκεντρα.

[j] *Cui telum in ore*] Ut musca, tabanus, asilus, culex. Arist. loc. cit. Τὰ δὲ δίπτερα ἔμπροσθεν ἔχει τὰ κέντρα, οἷον μυῖα, καὶ μύωψ, καὶ οἶστρος, καὶ ἐμπίς.

[k] *Nullis eorum*] Arist. Hist. Anim. III. 10. p. 355.

[l] *Nullum, cui aculeus*] Arist. Hist. Anim. I. 6. p. 49. et de Partibus Anim. IV. 6.

[a] *Crusta supervenit*] Tegmen habent, ad alarum fragilium tutelam: quale cernimus in iis animalculis, quæ Galli *Hanetons* vocant. Quorum alæ vagina teguntur hujusmodi, κουλεόπτερα Philosophus vocat, loc. cit. p. 48.

[b] *Ut scarabæis*] Τοῖς κανθάροις, quorum sunt plura genera.

[c] *Sed in quodam genere eorum*] Quos a cervinorum cornuum similitudine Cervos volantes, *Cerfs volans,* in Galliis nominant.

[d] *Remediis*] Amuletis.

[e] *Lucanos*] Ita Mss. omnes, cusique libri. Id nomen habuerunt, quod plurimi in Lucanis Italiæ essent. Errant qui hos cum tauris confundunt, ut Gaza, Constantinus in Lexico, et Dalecampius, quos refellemus XXX. 12.

[f] *Aliud rursus*] Scarabæi pilularii dicti, quod stercus volutant: in eo condunt sese per hyemem, vermiculosque pariunt, unde soboles prodit: Αἱ δὲ κάνθαροι, ἣν κυλιοῦσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὴν χειμῶνα, καὶ ἐντίκτουσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι. Arist. Hist. Anim. v. 18. pag. 602. Gallis, *Escarbots.*

[g] *Aversi pedibus*] Retro gradientes.

tra rigorem[h] hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur. Volitant alii[i] magno cum murmure ac mugitu. Alii focos[j] et prata crebris foraminibus excavant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore[6] lampyrides,[k] nunc pennarum[l] hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratæ, non ante matura[m] pabula, aut post desecta conspicuæ. E contrario tenebrarum alumna[n] blattis vita, lucemque fugiunt,[7] in balineis maxime humido vapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere[o] rutili atque prægrandes scarabæi tellurem aridam, favosque parvæ ac fistulosæ modo spongiæ, medicato melle[8][p] fingunt. In Thracia[q] juxta Olynthum locus est



nov. *volitant.*—6 Pintian. *candore;* alii ap. Dalec. *fulgore.* Mox, pro *lampyrides*, nonnulli ap. Dalec. *πυγολαμπίδες.*—7 Vet. Dalec. *alumna blattis vita. Lucem eæ fugiunt;* Parm. *alumnæ blattæ. Vitam lucemque fugiunt.*—8 Chiffl. *e medio melle.*—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

NOTÆ

h *Contra rigorem*] Ipsos scarabæos se his involvere pilulis, ibique mori, ac deinde reviviscere, scribit Epiphanius, in Ancor. n. 85. p. 89.

i *Volitant alii*] Quos Galli vocant *Hanetons.* Hos, filo pedibus adalligato, dum pueri sinunt circumvolitare, ac strepero volatu interim se exercere, iis ludicrum est.

j *Alii focos*] Grylli sunt nigri caminorum, *Grillons.*

k *Lampyrides*] Λαμπυρίδες, quæ Latinis *cicindelæ* dictæ, ut Plinius ipse admonet XVIII. 66. Gallis, *Vers luisans.* Aristoteli Hist. Anim. IV. 1. p. 401. *πυγολαμπίδες*, a *fulgore clunium.*

l *Nunc pennarum*] Nam ut in formicarum genere, sic et in cicindelis, quædam alas habent, quædam nullas. Arist. loc. cit. *Καὶ ταυτὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐστι καὶ πτερωτὸν καὶ ἄπτερον· οἷον μύρμηκές εἰσι καὶ πτερωτοὶ καὶ ἄπτεροι, καὶ αἱ καλούμεναι πυγολαμπίδες.*

m *Non ante matura*] Plinius XVIII. 66. 'Signum maturitatis hordei lucentes vespere per arva cicindelæ: ita appellant rustici stellantes volatus: Græci vero lampyridas.'

n *Tenebrarum alumna*] Hinc Virgilio Georg. IV. 243. 'Lucifugis congesta cubilia blattis.' Scarabæis hæc animalcula sunt, gryllisve similia, nigra, velocia, Græcis *σίλφαι ἀρτοκοπείων*, *blattæ pistrinorum:* Gallis *Caffars*, si Constantino credimus, in Supplemento Linguæ Latinæ. De blattarum aliis generibus dicemus XXIX. 39.

o *Ex eodem genere*] Scarabæorum videlicet. Hi sunt quos *μηλολόνθας* Philosophus vocat Hist. Anim. V. 18. p. 602. Hesychius: *Μηλολόνθη, εἶδος κανθάρων, οὓς τινὲς χρυσοκανθάρους καλοῦσι.* Scholiastes item Aristophanis in Nubibus, p. 170. *μηλολόνθην* ab aliis *χρυσοκάνθαρον* appellari dicit: ab aliis vero pro eo genere scarabæorum accipi, quod a nostratibus *Haneton* vocari paulo ante diximus.

p *Medicato melle*] Hoc est, vene-

parvus, in quo unum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus[r] appellatus.

Pennæ insectis omnibus sine scissura: nulli cauda nisi scorpioni. Hic eorum solus et brachia[s] habet, et in cauda spiculum. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo,[t] sive tabanum[u] dici placet: item culici,[9][v] et quibusdam muscis.[w] Omnibus autem his in ore et pro lingua sunt hi aculei. Quibusdam hebetes, neque ad punctum, sed ad suctum, ut muscarum generi, in quo lingua[10][x] evidens fistula est. Nec sunt talibus dentes. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignava, ut papilionibus. Quædam insecta[y] carent pennis, ut scolopendra.[11]



Miller. Bipont. et Franz. *item culicibus* edd. vett. et Gronov.—10 Vet. Dalec. *in quo loco*.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pinnis, ut scolopendra* Chiffl. *pennis, ut scolopendræ* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

nato, noxia quapiam vi infecto. Sic apud Maronem, in sexto Æneidos, 'medicatis frugibus offa.' Apud Martialem, 'medicata pocula.'

q *In Thracia*] Hæc totidem verbis Auctor lib. Mirab. Auscult. p. 1163. et Plutarch. de Anim. Tranq. p. 473.

r *Cantharolethrus*] Quod perniciem et letum, ὄλεθρον τοῖς κανθάροις, hic locus affert.

s *Et brachia*] Græci χήλας vocant. De scorpionum brachiis supra c. 30.

t *Ut asilo*] Locum hunc Philosophi nunc reddidit Hist. Anim. I. 6. p. 49. Ἔμπροσθεν ἔχει τὰ κέντρα, μυῖα, καὶ μύωψ, καὶ οἶστρος, καὶ ἐμπίς. De asilo sive œstro diximus c. 16.

u *Sive tabanum*] Hoc est, quem quibusdam tabanum dici placet, etsi minus accurato sermone: neque enim idem tabanus est, qui asilus. Vide quæ diximus c. 16. Tamen μύωπα, *tabanum*, et οἶστρον, *asilum*, pro synonymis usurpasse multos e veteribus, probat Bochartus, parte secunda de Animal. IV. 14. p. 546. Et quidem, Plinii ævo asili nomen obsolevisse, ejusque loco tabani quoque nomen cum asilo sive œstro fuisse communicatum, haud obscure Seneca significat, Ep. 58. p. 281. 'Hunc quem Græci,' inquit, 'œstrum vocant, pecora peragentem, et totis saltibus dissipantem, asilum nostri vocabant: hoc Virgilio licet credas,' &c.

v *Item culici*] Ἐμπίδι, Arist.

w *Et quibusdam muscis*] Cum tabani nomen antea asilo sive œstro accommodasset, hæc Philosophi verba, μυῖα καὶ μύωψ, *musca et tabanus*, quasdam muscas transtulit, tabanum genere muscarum complexus—'Fortassis hic tabanum genere muscarum complectitur.' *Ed. sec.*

x *In quo lingua*] Sive pro lingua. Nam, ut ait idem c. 65. hujus libri, 'Quibus aculeus in ore fistulosus, iis nec lingua nec dentes.'

y *Quædam insecta*] Quæ ἄπτερα id-

XXXV. Insectorum pedes[a] quibus sunt,[1] in obliquum moventur. Quorundam[b] extremi longiores foris curvantur, ut locustis.[c]

(XXIX.) Hæ pariunt in terram demisso spinæ[d] caule,[2] ova condensa,[e] autumni tempore. Ea durant[f] hyeme sub terra. Subsequente[g] anno exitu veris emittunt parvas, nigrantes et sine cruribus, pennisque reptantes. Itaque vernis aquis intereunt ova: siccoque vere major proventus. Alii[h] duplicem earum fœtum, geminum exitium[3] tradunt: Vergiliarum exortu[i] parere, deinde ad Canis ortum[j] obire, et alias renasci. Quidam Arcturi occasu[k] renasci. Mori matres[l] cum pepererint, certum est, vermiculo statim circa

CAP. XXXV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *quibus multi sunt: ἔντομα πολύποδα, κ. τ. λ.* Alii ibid. *Insectorum multipedes qui sunt.*—2 Dalec. *in terram d. spiculæ caudæ;* codex ejusdem: *in terra d. spinæ caule;* alii ap. Dalec. *in terram d. spinæ aculeo.*—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *exitium* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

circo vocantur. Hæc Arist. Hist. Anim. IV. 1. p. 401. De scolopendra dicemus XXIX. 39.

a *Insectorum pedes*] Hoc ex Arist. Hist. Anim. II. 4. p. 153. ubi multipedum, quales sunt muscæ, et apes, crura monet in latus inclinata curvaturam flectere.

b *Quorundam*] Quorundam postremi pedes longiores sunt quam ceteri: iidemque retro flexi, καμπτόμενα εἰς τοὔπισθεν, Arist. Hist. Anim. IV. 6. p. 469.

c *Ut locustis*] Gallis, *Sauterelles:* Græcis, ἀκρίδες.

d *Demisso spinæ*] Impacta fistula, quam ad caudam habent ipsæ. Τίκτουσι δὲ εἰς τὴν γῆν, καταπήξασαι τὸν πρὸς τῇ κέρκῳ αὐλόν. Arist. Hist. Anim. V. 23. p. 621. Sane per fistulam eam pariunt, quam caudæ subjectam habent. Plinius, cujus ævo Aristotelici codices multo erant, quam nunc sunt, saniores, καυλὸν legit, non αὐλόν. Sed eodem demum vox utraque recidit.

e *Ova condensa*] Quia simul cunctæ pariunt, eundemque in locum ova deponunt, ita ut quasi favus fiat. Arist. loc. cit. Ἀθρόως δὲ τίκτουσι, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον· ὥστε ἂν εἶναι καθαπερεὶ κηρίον.

f *Ea durant*] Transigunt hyemem sub terra: διαμένει τὰ ᾠὰ τὸν χειμῶνα ἐν τῇ γῇ. Arist. p. 622.

g *Subsequente*] Arist. loc. cit.

h *Alii*] Ab Aristotele scilicet dissidentes.

i *Vergiliarum exortu*] Circa Maii Nonas.

j *Ad Canis ortum*] Circa XV. Kalendas Augusti, ut dicemus XVIII. 68.

k *Arcturi occasu*] Ante diem quintum Idus Maias, ut diximus VIII. 72.

l *Mori matres*] Hoc ex Arist. lib. Hist. Anim. V. 23. p. 622. Vide Epiphan. in Ancoratu, n. 84. p. 89.

fauces enascente, qui eas strangulat.[m] Eodem[n] tempore mares obeunt. Tam frivola ratione morientes, serpentem,[o] cum libuit, necant singulæ, faucibus ejus apprehensis mordicus. Non nascuntur nisi rimosis locis.[4] [p] In India ternum pedum longitudinis esse traduntur, cruribus et feminibus serrarum usum præbere,[5] cum inaruerint. Est et alius earum obitus. Gregatim sublatæ[q] vento in maria aut stagna decidunt. Forte hoc casuque evenit,[6] non (ut prisci existimavere) madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt: ignari etiam longinqua maria ab iis transiri, continuata plurium dierum (quod maxime miremur) fame quoque, quam propter[a] externa pabula petere sciunt. Deorum iræ[7] pestis ea intelligitur. Namque et grandiores cernuntur, et tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur: Solemque obumbrant,[8] solicitis suspectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: et tanquam parum sit maria transisse, immensos tractus

[a] *Propter quam famem.*

—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Non nascuntur in rimosis locis* Chiffl. *Non n. nisi in planis et rimosis locis* edd. vett.—5 Vet. Dalec. *præbentes.*—6 Chiffl. *casu evenit.*—7 Vet. Dalec. *dierum profectione. Quod maxime miramur, famem quoque quam propter externa pabula petiere, sciunt imminere: ac Deorum iræ.* Chiffl. *deorum mire;* cod. Dalec. *mira pestis ea, &c.*—8 Vet. Dalec. *obumbrent.* Mox, pro *solicitis,* quod servant codd. Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

[m] *Qui eas strangulat*] Laxiore usus est vocabulo: exedunt enim potius quam strangulant.

[n] *Eodem*] Arist. loc. cit.

[o] *Serpentem*] Arist. Hist. Anim. IX. 9. p. 1026. Refert Simon Majolus Colloq. VIII. p. 123. olitorem suum, ex agro venientem, locustam conspexisse, quæ serpentem gutture apprehenderet, atque ita quidem ut citra pœnam interemerit.

[p] *Nisi rimosis locis*] Vide Notas et Emend. num. 56.

[q] *Gregatim sublatæ*] Sunt hæc accepta ex Theophr. in fragm. De animalibus quæ repente apparent. Augustinus de Civit. Dei, III. 31. 'Locustarum,' inquit, 'in Africa multitudinem prodigii similem fuisse... literis mandaverunt: consumtis enim fructibus foliisque lignorum, ingenti atque inæstimabili nube in mare dicunt esse dejectam,' &c. Idem refert Orosius IV. 11.

permeant, diraque messibus[r] contegunt nube,[9] multa contactu adurentes: omnia vero morsu erodentes, et fores quoque tectorum. Italiam ex[s] Africa maxime coortæ[10] infestant, sæpe populo ad Sibyllina coacto remedia[t] confugere, inopiæ metu. In Cyrenaica[u] regione lex etiam est ter anno debellandi eas, primo ova obterendo,[11] deinde fœtum, postremo adultas: desertoris pœna in eum, qui cessaverit. Et in Lemno insula certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. Graculos quoque[v] ob id colunt, adverso volatu occurrentes earum exitio. Necare et in Syria militari imperio[w] co-



solicite legitur in edd. vett. et Gronov.—9 Codd. Dalec. et Chiffl. *diramque messibus c. nubem.*—10 Cod. Dalec. *maxima cohorte.*—11 Cod. Dalec. *primo ova adjicere ;* Chiffl. *prima ova obterendo.* Mox, cod. Dalec. *qui cesserit.*—

NOTÆ

[r] *Diraque messibus*] Nam fruges populantur, ut ex Livio mox constabit.

[s] *Italiam ex*] Livius lib. XLII. p. 533. 'Locustarum tantæ nubes a mari vento repente in Apuliam illatæ sunt, ut examinibus suis agros late operirent. Ad quam pestem frugum tollendam,' &c. Etiam in Germaniam Poloniamque involasse, scriptorum testimoniis compluribus probat Majolus Colloq. v. p. 76. Quater annis singulis quinquiesve incredibili locustarum nube Teredonem Asiæ oppidum agrumque circumjectum obtegi, refert Tavernerius, αὐτόπτης, tom. I. Itiner. lib. II. p. 157. eas deinde vento in deserta loca abripi, ibique interire.

[t] *Ad Sibyllina coacto remedia*] Cum insanabilis pernicies aliqua Rempub. invasisset, cujus nec causa, nec finis, inveniretur, Livii verbis utor e lib. v. p. 91. libri Sibyllini ex S. C. adiri solebant. Quibus inspectis, Decemviri, quos penes horum librorum custodia fuit, referebant quæ ii remedia decernerent, carmine plerumque descripta, quale illud fuit, quod idem recitat lib. XXIX. p. 341. 'Quandocumque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia vincique posse, si mater Idæa Pessinunte Romam advecta esset.' Sic anno primo belli Punici, Diti Patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, eodem referente in Epitome lib. XLIX.

[u] *In Cyrenaica*] Forte pestilentiæ metu. Refert enim Julius Obsequens, c. 90. P. Plautio, M. Fulvio Coss. locustarum ingentia agmina in Africa a vento in mare dejectas, fluctibusque ejectas, odore intolerabili Cyrenis mortifero vapore gravem pestilentiam fecisse pecori, hominumque DCCC. millia consumta tabe.

[v] *Graculos quoque*] Cornicularum e genere avis est graculus veterum Latinorum: nos *Choucas* vocamus, ut recte Bellonius admonet VI. 3. et 7. Vide Notas et Emend. num. 57.

[w] *Militari imperio*] Cn. Sicinium Prætorem designatum, cum imperio

guntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis [x] et hæ in cibo gratæ. Vox earum proficisci ab occipitio videtur. Eo loco in commissura scapularum habere [12] quasi dentes existimantur, eosque inter se [y] terendo stridorem edere, circa duo æquinoctia maxime,[13] sicut cicadæ circa solstitium.[z] Coitus [a] locustarum, qui et insectorum omnium quæ coëunt, marem portante [b] fœmina, in eum [14] [c] fœminarum ultimo caudæ reflexo, tardoque [d] digressu.[♭] Minores [e] autem in omni hoc genere fœminis mares.

XXXVI. (XXX.) Plurima insectorum vermiculum gig-

[♭] *In marem reflectente fœmina ultimum caudæ suæ aculeum, tardeque a coitu digrediente.*

12 Dalec. *occipitii videtur eo loco ubi commissura scapularum. Habere.*—13 Pintian. *circa duo maxime æquinoctia.*—14 Dalec. *in alvum.*

NOTÆ

missum in Apuliam ad eas colligendas, auctor est Livius lib. XLII. pag. 533.

[x] *Parthis*] De Afris hoc idem scribit Dioscorides II. 57. De Græcis quoque, ut ex Aristophane, in Acharn. IV. 1. et 7. colligitur. De Æthiopibus Acridophagis ex Plinio et Agatharchide diximus VI. 35. Desinat igitur ineptire Grammaticorum pertinacia de locustis Divi Præcursoris Domini: de quibus fuse Bochartus, parte secunda de Animal. IV. 7. p. 488. et seq. Nec Monacho ei assentior qui Jacobo de Vitriaco, Hist. Hierosol. c. 53. de eo argumento sciscitanti respondit, 'quod frequenter in refectorio suo quædam herba monachis ad edendum apponebatur, quam ipsi Langustæ, hoc est, locustam nominabant, cujus circa monasterium suum magna habebatur copia: adjungens, quod illa esset quam edebat beatus Joannes.' Nugæ.

[y] *Eosque inter se*] Hanc soni locustarum causam approbat Aldrovandus, de Insectis, pag. 420. Existimat autem Philosophus Hist. Anim. IV. 9. pag. 489. sonum hunc excitari affricatione crurum, quibus in saltum emicat. Αἱ δὲ ἀκρίδες, τοῖς πηδαλίοις τριβοῦσαι, ποιοῦσι τὸν ψόφον. Πηδάλιον proprie *gubernaculum* est: nunc, ut ita loquar, *saltaculum*, crura saltatoria, παρὰ τὸ πηδᾷν.

[z] *Circa solstitium*] Cantus, nonnisi æstibus, cicadis.

[a] *Coitus*] Hæc totidem verbis Philosophus Hist. Anim. v. 23. pag. 621.

[b] *Marem portante*] Quia majores fœminæ maribus: itaque mares ab ipsis facillime sustinentur. Arist. Hist. Anim. v. 18. pag. 593.

[c] *In eum*] *In marem inserente fœmina surrectum sursum meatum suum: non quemadmodum in aliis animalibus, in fœminam mare:* Ἀφίησι δὲ τὸν πόρον κάτωθεν τὸ θῆλυ εἰς τὸν ἄῤῥενα τὸν ἐπάνω· ἀλλ' οὐ τὸ ἄῤῥεν εἰς τὸ θῆλυ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Arist. Hist. Anim. v. 8. pag. 536.

[d] *Tardoque*] Diuturna conjunctio, diuturnus coitus est. Arist. loc. cit.

[e] *Minores*] Arist. loc. cit.

nunt. Nam et formicæ [f] similem ovis[1] vere: et hæ communicantes laborem: sed apes utiles [g] faciunt cibos,[2] hæ condunt. Ac si[3] quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione [a] [h] vires esse majores. Gerunt ea morsu.[i] Majora aversæ[j] postremis pedibus moliuntur, humeris obnixæ. Et iis reipublicæ[k] ratio, memoria, cura. Semina [l] arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant e terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt atque siccant. Operantur [m] et noctu plena Luna:[4] eædem interlunio [n] cessant. Jam in opere qui labor! quæ sedulitas! Et quoniam ex diverso convehunt altera alterius ignara,[5] certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quæ tunc earum concursatio! quam diligens cum obviis quædam collocutio atque percunctatio! Silices itinere earum attritos videmus, et in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacumque

[a] *Pro portione corporum.*



CAP. XXXVI. 1 Pintian. ex codd. *similem apibus.*—2 Ita codd. Harduini, cum edd. antiquiss. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *laborem, ut apes: sed illæ faciunt cibos* Gronov. et al. vett. post Froben. 'Vet. et Mss. *ut apes laborem: sed apes utiles faciunt.* Quædam manuscr. verba illa, *laborem ut apes: sed illæ,* non habent.' *Dalec.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Et si* edd. vett. et Gronov.—4 Chiffl. *plenæ lunæ.*—5 Idem codex *ignaræ.* Vet. Dalec. *ignara, ut signa invicem recognoscant, certi.* Mox, Dalec. *velut nundinis dantur.*—

NOTÆ

[f] *Nam et formicæ*] Hæc totidem verbis Arist. Hist. Anim. v. 20. pag. 619.

[g] *Sed apes utiles*] Vide Notas et Emend. num. 58.

[h] *Portione*] Usus hac voce iterum posterius, cap. 46. 49. 70. et 73.

[i] *Morsu*] Ore admorsa gerunt onera.

[j] *Aversæ*] Objectis clunibus.

[k] *Et iis reipublicæ*] Vide Ælian. Hist. Anim. VI. 43.

[l] *Semina*] Plutarchum vide de Solert. Anim. pag. 968. et Basil. in Hexaëm. hom. IX. pag. 116.

[m] *Operantur*] Arist. Hist. Anim. IX. 62. pag. 1100. Ælianus Hist. Anim. IV. 43.

[n] *Interlunio*] In coitu lunæ, quem diem, inquit Plinius XVI. 74. alii interlunium, alii silentis lunæ appellant. Τῇ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τῇ νέᾳ, *mensis primo quoque die* cessare formicas scribit Ælianus Hist. Anim. I. 22. Etiam et sabbato, Judæorum instar, feriari, si Tzetzæ credimus, in Hesiodum scribenti, ἐν σαββάτῳ καὶ λ' τοῦ μηνὸς τῆς σελήνης οὐκ ἐργάζεται.

assiduitas. Sepeliunt[6] [o] inter se viventium solæ, præter [p] hominem. Non sunt in Sicilia pennatæ.

(XXXI.) Indicæ formicæ cornua, Erythris [q] in æde Herculis fixa, miraculo fuere. Aurum ex cavernis [r] egerunt terræ, in regione septemtrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Ipsis color felium,[7] magnitudo [s] Ægypti luporum. Erutum hoc [t] ab iis tempore hyberno, Indi furantur æstivo fervore, conditis propter vaporem in cuniculos[8] formicis: quæ tamen odore solicitatæ provolant, crebroque lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritasque est cum amore auri.

XXXVII. (XXXII.) Multa autem [a] insecta et aliter nascuntur, atque inprimis [1] ex rore. Insidet hic [b] raphani [2] [c]

6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Sepeliuntur* Gronov. et edd. vett.—7 Cod. Dalec. *fœdus*. Mox, *Ægypti vulpium* Strabo.—8 Cod. Dalec. *in cuniculis*.

CAP. XXXVII. 1 Cod. Dalec. *atque asilus in primis*. Aristot. *papilio*.—2 Diosc. *brassicæ*.—3 *Sole minus milio* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Ari-

NOTÆ

[o] *Sepeliunt*] Ita Mss. rectius, quam *sepeliuntur*. Sic Plautus 'inter se amplexari' dixit: Tullius, 'inter se amare.' Refert hoc pariter de formicis, Ælianus Hist. Anim. v. 49. Narrat Cleanthes apud Plutarch. de Solert. Anim. pag. 967. vidisse se exeuntes e cavo suo formicas obviam alteri formicarum examini, quæ mortuam efferrent: has ab illis vermem accepisse, ceu redemtionis elationisque pretium. Adde et Paxamum in Geopon. XIII. 10. p. 370.

[p] *Solæ, præter*] Elephanto hanc quoque religionem attribuit Ælianus, loc. cit. Elephanto, delphini, hirundini, api, urso, Tzetzes Chiliad. IV. Hist. 127. vs. 153.

[q] *Erythris*] Ioniæ oppido, de quo v. 31.

[r] *Aurum ex cavernis*] Refert hoc Strabo ex Nearcho, et Megasthene, lib. XV. pag. 706. Mela III. 7. Clemens Alex. lib. II. Pædag. pag. 207. aliique.

[s] *Magnitudo*] 'Non minus maximas canibus' ait esse Mela loc. cit. Strabo, vulpibus haud minores. Ex Herodoto uterque hausit lib. III. Thalia, pag. 203. Cetero species corporis formicis nostratibus simillima est.

[t] *Erutum hoc*] Quæ de iis deinceps narrantur, extant ea totidem fere verbis apud Herod. loc. cit. p. 204. Vaporem autem mox calorem æstivum intellige.

[a] *Multa autem*] Arist. Hist. Anim. v. 18. pag. 597.

[b] *Insidet hic*] Ros nimirum.

[c] *Raphani*] Græca voce pro Latina abutitur: nam dum raphanum dicit, brassicam intelligit: *μάλιστα δὲ ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην*, inquit Philosophus loc. cit. Sed non brassica solum gignit erucas, verum et pomus, et prunus, et quercus. At

folio primo vere, et spissatus Sole in magnitudinem [d] milii [3] cogitur. Inde porrigitur [4] [e] vermiculus parvus, et triduo eruca: [f] quæ adjectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: [g] ad tactum tantum movetur, araneo accreta,[h] quam chrysallidem appellant: [a] rupto deinde cortice [5] [i] volat papilio.

XXXVIII. (XXXIII.) Sic quædam ex imbre [1] [j] generantur in terra: quædam et in ligno. Nec enim cossi [k] tantum in eo, sed etiam tabani [l] ex eo nascuntur: et alia,[2] [m] ubicumque humor est nimius: sicut intra hominem tæniæ [n] trecenum [3] pedum, aliquando et plurium longitudine.

[a] *Araneoso involuta textu, quo tempore chrysallidem eam appellant.*

stot.—4 *Inde porro gignitur* Dalec. Mox, *et triduo uruca* Chiffl.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *movetur aranei. Hæc eruca, quam chrysalidem appellant, rupto, &c.* edd. vett. 'Quidam post *movetur* distinctionem collocant: reliqua mutilata annotant, ut palam fit ex Aristot. de Anim. v. 19. In Chiffl. legitur: *movetur araneo occreta quam chrys. ap. rup. deinde eo cortice.*' Dalec.

Cap. xxxviii. 1 Cod. Dalec. *exinde;* Chiffl. *ex imbri.*—2 Ita Editio princeps, aliæque vett. ante Harduin. *et alibi* codd. Harduini et Tolet. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et alias* Chiffl.—3 'In libris scriptis

NOTÆ

neque vitis, neque salix gignit.

[d] *In magnitudinem*] Milio minorem, ἔλαττον κέγχρου, Philosophus ait loc. cit.

[e] *Inde porrigitur*] Fit oblongior: ut de formicarum ovis dixit Arist. v. 20. pag. 619. ἐκ μικρῶν καὶ στρογγύλων μακρὰ γίνονται.

[f] *Triduo eruca*] Vel *urica*, ut in Reg. 1. et Parm. edit. Arist. *tertio die*, ἐν τρισὶν ἡμέραις κάμπαι μικραί. Gallis, *Chenille.*

[g] *Duro cortice*] Net eruca circum se, bombycum modo: ibi intus obsepta turget, crusta seu folliculo duriore: σκληρὸν ἔχει τὸ κέλυφος. Arist. loc. cit.

[h] *Araneo accreta*] Cum creverit, araneoso obducta textu, araneacea tela involuta, tum chrysallis vocatur: καλοῦνται χρυσαλλίδες . . . ἁπτομένου δὲ κινοῦνται· περιέχονται δὲ πόροις ἀραχνιώδεσιν. Vide Notas et Emend. num. 59.

[i] *Cortice*] Κέλυφος crustam vocat Arist. loc. cit.

[j] *Ex imbre*] Quemadmodum ex rore papiliones, de quibus proxime dictum est: ita ex imbre alia.

[k] *Cossi*] Vermiculi, qui in robore gignuntur, de quibus xvii. 37. Nostri *Cossons* vocitant.

[l] *Etiam tabani*] Μύωπες, de quibus cap. 16. Arist. Hist. Anim. v. 18. pag. 603. Οἱ δὲ μύωπες γίνονται ἐκ τῶν ξύλων.

[m] *Et alia* [*alibi*] Non in terra, inquit, tantum, et ligno, sed et alibi, ubicumque humor est nimius. Vide Notas et Emend. num. 60.

[n] *Tæniæ*] Tæniæ, sive tineæ, ventris animalia sunt, ab aliis scriptori-

XXXIX. Jam in carne exanimi, et viventium [a] quoque hominum capillo: [1] [a] qua fœditate [b] et Sylla dictator, et Alcman [c] ex clarissimis Græciæ poëtis, obiere. Hoc quidem [d] et aves infestat: phasianas vero interimit, nisi pulverantes sese. Pilos habentium [e] asinum tantum immunem hoc malo credunt, et oves. [2] [f] Gignuntur autem et vestis genere, præcipue lanicio [g] interemtarum a lupis ovium. Aquas quoque [h] quasdam, quibus lavamur, ferti-

et editis, *tricenum;* at emendandum *trecenum,* docet ipsa experientia, quæ tænias trecenum et quadragenum pedum ostendit. Jam erratum in simili numero probavi ex Aristotele.' *Brotier.*

Cap. xxxix. 1 *Jam in carne viventium quoque hominum, et capillo* cod. Dalec. *capillo* quidam ap. Dalec. expungunt.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. '*et*

NOTÆ

bus lumbrici appellati. Platerus, quem Sennertus laudat Pract. part. secunda III. 5. pag. 417. aliquot visos a se prodidit, quorum longitudo esset pedum quadragenum.

[a] *Et viventium*] *Pediculos* intelligit, φθεῖρας, qui et in capillo nascuntur, ἐν τῇ κεφαλῇ ἐγγίνονται, et reliquo corpore ubi humor exuberat, sudorve, ὅταν ὑγρασία πολλὴ ἐν τῷ σώματι ᾖ. Arist. Hist. Anim. v. 26. pag. 628.

[b] *Qua fœditate*] Hunc locum expressit carmine Q. Serenus, Gordiani Imp. Medicus, cap. 6. pag. 128. 'Noxia corporibus quædam de corpore nostro Progenuit natura, volens abrumpere somnos Sensibus, et monitis vigiles intendere curas. Sed quis non paveat Pherecydis fata tragœdi, Qui nimio sudore fluens animalia tetra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt? Sylla quoque infelix tali languore peresus Corruit, et fœdo se vidit ab agmine vinci.'

[c] *Et Alcman*] Ἀλκμᾶνα τὸν ποιητὴν vocat Arist. loc. cit. Antigonus Caryst. cap. 65. ad Alcmæonem physicum pertinere id imprudens putavit. Id vero de Alcmane, Sylla, Pherecyde, Callisthene, Mucio Jureconsulto, et aliis, tradit Plutarchus in Sylla, pag. 474.

[d] *Hoc quidem*] Pediculi nimirum. Καὶ γὰρ οἱ ὄρνιθες ἔχουσι φθεῖρας, καὶ οἱ καλούμενοι φασιανοὶ, κ. τ. λ. Arist. pag. 629. Sed ii molliores sunt, et oblongiores, tenuioresque, colore cinereo. Necantur pulvere, et aqua: utrumque enim avibus datum est.

[e] *Pilos habentium*] Arist. loc. cit.

[f] *Et oves*] Vide Notas et Emend. num. 61.

[g] *Præcipue lanicio*] Igitur vivæ oves a pediculis sunt immunes: a lupo cæsis lana vel maxime φθειρώδης, hos gignit. Hæc Plinius ex Arist. Hist. Anim. IX. 13. pag. 911. Et Plutarchus Symphos. Quæst. II. 9. pag. 642. Διὰ τί τὰ λυκόβωτα τῶν προβάτων τὸ κρέας μὲν γλυκύτερον, τὸ δὲ ἔριον φθειροποιὸν ἴσχει: *Quare ovis a lupe adesæ caro suavior est: lana autem pediculos generat.* Quæ ex Plutarcho etiam Geoponicon auctor expressit xv. 1. pag. 403. Meminit et Phile, p. 102. et Ælian. Hist. Anim. I. 38.

[h] *Aquas quoque*] Hæc sane haud satis aperta Aristotelicæ sententiæ

liores ejus generis, invenio apud auctores. Quippe cum etiam ceræ[3] [i] id gignant, quod animalium[4] minimum existimatur. Alia rursus generantur sordibus a radio Solis,[5] [j] posteriorum lascivia crurum petauristæ.[6] [k] Alia pulvere humido in cavernis, volucria.

XL. (XXXIV.) Est animal ejusdem temporis,[1] [a] infixo semper sanguini capite vivens, atque ita intumescens, unum animalium cui cibi [b] non sit exitus: dehiscitque nimia [2]

boves. De ovibus id falsum est.'—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et casei vetusti* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. *ἐν τυρῷ παλαιουμένῳ*, non *ἐν κηρῷ*. Gronov. et al. ante Harduin. *et ceteræ.*—4 Chiffl. *animal id.*—5 Cod. Dalec. *sordibus a radiis solis;* Gronov. et al. ante Harduin. *sordibus aridi soli.*—6 Cod. Dalec. *petauristis;* Chiffl. *posterior: lascivia crurum et auris;* Gronov. et al. ante Harduin. *crurum lascivia petauristarum.*

CAP. XL. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ejusdem turpitudinis* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, cod. Dalec. *semper capite sanguine.*—2 Cod. Dalec. *exitus cum nimia dehiscit.*—

NOTÆ

interpretatio est. Sic enim ille Hist. Anim. v. 26. pag. 630. *Γίνονται δὲ οἱ φθεῖρες μάλιστα, ὅταν μεταβάλλωσιν ὕδατα οἷς λούονται, ὅσα ἔχει τῶν λουομένων φθεῖρας. Quæ animalia et lavantur, et solent pediculos generare, ea tum pluribus infestantur, cum aquas, quibus sese lavant, mutant.*

[i] *Etiam ceræ*] Quod notabile sane est: ipsæ enim ceræ a putredine cetera vindicat. *In cera* etiam *vetusta*, inquit Philosophus Hist. Anim. v. 27. pag. 631. *ἐν κηρῷ παλαιουμένῳ*, non secius gignitur, quam in arido ligno, animal candidum, quod omnium animalium minimum videtur esse, et vocatur *ἀκαρὶ* propter exiguitatem, quasi quod *tonderi*, *κείρεσθαι*, non potest: sicuti nec punctum secari. Sunt qui existiment hoc animalculum esse cossum: alii cariem putant esse: caries enim ambulat et erodit, etsi oculis nostris non movetur.

[j] *Sordibus a radio Solis*] Hoc illud est quod Philosophus aliquanto apertius loquitur, pag. 632. et in aridis gigni vermiculos, si humectentur: et in humidis, si exsiccentur. Vide Notas et Emend. num. 62.

[k] *Petauristæ*] Hoc est, salientibus his ipsis sordibus, ubi animam accepere. Hoc verborum ambitu pulices, credo, describit. 'Petauristæ,' inquit Nonius Marcell. I. 277. 'veteribus dicebantur, qui saltibus moverentur:' quod ii *πρὸς ἀέρα πετῶνται*. Vide Notas et Emend. num. 63.

[a] *Ejusdem temporis*] Æstivi nimirum, radio Solis effervescente: nam per æstatem gignitur. Ricinum describit, quem Græci *κρότωνα*, Galli *Tique* nominant. Sunt et in homine ricini, quanquam diversa forma: *Morpions* nostrates vocant: pelle hærent, neque saturi decidunt, ut qui in cane: hi capite infixo tantum sanguinis exsugunt, donec excidant: excrementi enim exitum non habent: at qui in homine, et excernunt, et ova pariunt.

[b] *Cui cibi*] Uti nec cicadis potus sui ullus exitus est, quemadmodum

satietate, alimento ipso moriens. Nunquam[3] hoc in jumentis[c] gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia.[d] In ovibus et in capris hoc solum.[e] Æque mira[4] sanguinis et hirudinum[f] generi in palustri aqua sitis. Namque et hæ toto capite conduntur. Est et volucre[g] canibus peculiare suum malum, aures maxime lancinans,[5][h] quæ defendi[6] morsu non queunt.

XLI. (XXXV.) Idem pulvis[i] in lanis et veste tineas creat, præcipue si araneus una includatur. Sitit enim, et omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Hoc et in chartis[j] nascitur. Est earum genus[k] tunicas suas trahentium, quo cochleæ modo. Sed harum[l] pedes cernuntur. Spoliatæ[m] expirant.[1] Si accrevere, faciunt chrysallidem.[n] Ficarios[o] culices caprificus generat. Canthari-



3 *Nonnunquam* Pintian.—4 *Æque est mira* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Cod. Dalec. *lanians.*—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Franz. *qua defendi* Gronov. et al.

NOTÆ

observatum est cap. 32.

[c] *Nunquam hoc in jumentis*] Asinis mulisque. De asino inprimis dictum superius.

[d] *In quibus omnia*] Pediculi, pulices, culices, ricini, κυνομυῖαι. Columella VII. 13.

[e] *Hoc solum*] Ricini tantum. Τὰ δὲ πρόβατα καὶ αἶγες, κρότωνας ἔχουσιν. Arist. Hist. Anim. v. 26. pag. 629.

[f] *Hirudinum*] Sanguisugarum. Horat. de Arte Poët. vs. ult. 'Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.'

[g] *Est et volucre*] Musca canina, κυνομυῖα. Colum. VII. 13. 'Fere,' inquit, 'per æstatem sic muscis aures canum exulcerantur, sæpe ut totas amittant: quod ne fiat,' &c.

[h] *Lancinans*] Ita Mss. omnes. Scribi forte et *laciniians* possit: quoniam id malum canum aures discindit in lacinias.

[i] *Idem pulvis*] Cujus mentio in calce cap. 39. Hæc sunt ex Arist. ad verbum Hist. Anim. v. 27. pag. 631. Tineæ Græcis σῆτες, Gallis *des Tignes.* Vide XX. 18.

[j] *Hoc et in chartis*] Tinea scilicet. Et tineas sane in libris videmus, et interdum scorpionillos.

[k] *Est earum genus*] Aristoteli loc. cit. pag. 632. vermiculus est, quem ξυλοφθόρον a ligno rodendo vocat.

[l] *Sed harum*] Tinearum.

[m] *Spoliatæ*] Tunica detracta moriuntur, ac perinde inutiles fiunt, atque cochleæ exemta testa: ἐάν τις τὸν χιτῶνα περιέλῃ, ἀποθνήσκει, κ. τ. λ. Aristot. loc. cit.

[n] *Faciunt chrysallidem*] Erucarum more, inquit, de quibus dictum est cap. 37. ubi accrevere, ac circum se nevere folliculum, chrysallidem re ac nomine repræsentant. Sed ex erucis ita cortice suo involutis, rupta testa papilio volat: ex hac vero chrysallide quid alati fiat animalis, nondum perspectum est, inquit Philosophus loc. cit.

[o] *Ficarios*] Ψῆνας Philosophus vo-

das[p] vermiculi ficorum et piri, et peuces, et cynacanthæ,[2] et rosæ.[q] Venenum[r] hoc alæ medicantur: quibus demtis, letale est. Rursus alia genera culicum acescens natura[3] [s] gignit. Quippe cum[4] et in nive candidi inveniantur,[5] et vetustiore[t] vermiculi: in media quidem altitudine rutili, (nam et ipsa nix[u] vetustate rubescit)[6] hirti pilis, grandiores, torpentesque.

XLII. (XXXVI.) Gignit aliqua et contrarium naturæ[1] [v] elementum. Siquidem in Cypri[w] ærariis fornacibus, et

CAP. XLI. 1 *Spoliatæ adspirant* Chiffl.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *oxyacanthæ.* 'Alii *cynorrhodon* intelligunt.' *Dalec.*—3 Dalec. *materia.*—4 'Locus mire depravatus, et confusus verborum ordo. Vide Aristot. Hist. Anim. v. 19.' *Dalec.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *reperiuntur* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Chiffl. *rufescit.*

CAP. XLII. 1 Cod. Dalec. *aliquando contrarium natura.*—2 Ita ex codd. Har-

NOTÆ

cat, pag. 633. qui in fructibus caprificorum generantur. Horum tractationem latius persequemur xv. 21.

[p] *Cantharidas*] Cantharides, inquit Philos. Hist. Anim. v. 18. pag. 603. e ficariis erucis nascuntur, aut quæ in piris, pinu, et canino rubo, quibus omnibus oriuntur vermes: Αἱ δὲ κανθαρίδες ἐκ τῶν πρὸς ταῖς συκαῖς καμπῶν, καὶ ταῖς ἀπίοις, καὶ ταῖς πεύκαις· πρὸς πᾶσι γὰρ τούτοις γίνονται σκώληκες· καὶ ἐκ τῶν ἐν τῇ κυνακάνθῃ.

[q] *Et rosæ*] Non cujuslibet, sed caninæ, hoc est, cynorrhodi, et albæ rosæ, ut dicetur XXIX. 30. ut nec cujuslibet rubi, sed canini, seu κυνακάνθης.

[r] *Venenum*] De veneno cantharidum, et de eo, quod nunc adversus illud affertur, remedio, dicetur XXIX. 30. Vide Notas et Emend. num. 64.

[s] *Acescens natura*] Acetum intelligit, cujus e fæce nasci vermiculos, e vermiculis culices, Philosophus docet, Hist. Anim. v. 18. pag. 604. Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. Adhuc enim in iis animalibus recensendis habitat, quæ ex humore gignuntur: ad ea mox inde transiturus, quæ ex igne.

[t] *Et vetustiore*] Etiam in vetustiore, quamvis ea minus habeat humoris, quam quæ recens decidit. Hæc iisdem ferme verbis Philos. loc. cit. *In vetusta nive*, inquit, *vermes, qui propterea et rubri sunt, et hirsuti: quia nix vetus quoque rubra est: at cœlo tepido, in nive sunt candidi, et grandes: omnes autem tepidiores.* Ἐν χιόνι τῇ παλαιᾷ σκώληκες· γίνεται δὲ ἡ παλαιὰ ἐρυθροτέρα· διὸ καὶ οἱ σκώληκες τοιοῦτοι, καὶ δασεῖς· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἐν εὐδίᾳ χιόνος, μεγάλοι καὶ λευκοί· δυσκίνητοι δὲ πάντες. Hunc Plinii locum Salmasius pag. 177. in Solin. Pintianum imitatus, ut intelligat, pervertit, spreta omnium librorum auctoritate, et consensu.

[u] *Et ipsa nix*] Hujus rei causam Conimbricenses investigant, in Meteorol. Arist. VII. 5.

[v] *Et contrarium naturæ*] Ignis.

[w] *Siquidem in Cypri*] Ad verbum acceptum id ex Arist. Hist. Anim. v. 18. pag. 604. Seneca Natur. Quæst.

medio igni,[2] majoris muscæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, a quibusdam pyrausta.[3] Quamdiu est[x] in igne, vivit: cum evasit longiore paulo volatu, emoritur.[4]

XLIII. Hypanis[a] fluvius in Ponto, circa solstitium defert acinorum[b] effigie tenues membranas: quibus erumpit volucre quadrupes supradicti[1] modo, nec ultra unum diem vivit, unde hemerobion[c] vocatur. Reliquis talium[d] ab initio ad finem septenarii sunt numeri: culici et vermiculo ter septeni: corpus parientibus,[2] quater septeni. Mutationes,[e] et in alias figuras transitus, trinis aut quadrinis

duinus, eumque secuti recentt. *ex medici* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Chiffl. *Pyrato;* al. ap. Dalec. *Pyrotus.* Vide Senec. Nat. Quæst. v. 6.—4 Cod. Dalec. *volatu tunc moritur.*

Cap. xliii. 1 Cod. Dalec. *volucres quadrupedes supradictæ;* Chiffl. *volucre quadrupedes supradictæ.* Mox, *unde Ephemeron* margo edd. Dalec. et Gronov.

NOTÆ

v. 6. 'Est ergo aliquid in aqua vitale. De aqua dico? Ignis, qui omnia consumit, quædam etiam creat: et quod videri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur.' Accuratius tamen veriusque putem Philosophum esse locutum, qui ἐν τῷ πυρὶ, *in igne*, generari dixit, quam Senecam, qui *ex igne*, ἐκ τοῦ πυρός. Ovidius: 'Nataque de flamma corpora nulla vides.'

[x] *Quamdiu est*] Iisdem verbis Philos. loc. cit. Phile de Propr. Anim. pag. 56. Ælian. Hist. Anim. II. 2.

[a] *Hypanis*] Arist. pag. 605. et ex eo Cicero Tusc. Quæst. lib. I. pag. 327. 'Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem vivant. Ex his igitur hora octava quæ mortua est, provecta ætate mortua est: quæ vero occidente sole, decrepita: eo magis, si etiam solstitiali die.' Dalecampius ad Ararim, Scaliger ad Garumnam, Tarnemque, frequentes ait has bestiolas conspici, ubi vulgo *Manna* vocantur: quoniam aiunt eas copiosum piscium proventum portendere: piscibus eas avidissime consectantibus.

[b] *Acinorum*] Folliculos acino majores, inquit Philos. loc. cit. Οἷον θύλακοι μείζους ῥαγῶν.

[c] *Hemerobion*] Ἡμερόβιον. Aristot. Ἐφήμερον. Ælian. Histor. Anim. v. 43. Μονήμερον, quasi *Diale animal*, ut Cicero jocatus olim, qui 'Consulem dialem' dixit.

[d] *Reliquis talium*] Insecta, inquit, reliqua, præter hemerobia, similiaque, septenario numero dierum perficiuntur, ab initio sui ortus ad consummationem usque: nimirum culices, vermiculique, diebus ter septenis. Qui corpus, hoc est, ova pariunt, quater septenis: ovum enim addit hebdomadam, qua post coitum concrescit: reliquis ter septenis diebus incubatur, et excluditur. Hæc sunt ex Arist. loc. cit. pag. 606.

[e] *Mutationes*] Quales cum e vermi-

diebus. Cetera ex his pennata, autumno fere [f] moriuntur: tabani quidem etiam [3] cæcitate.[g] Muscis humore exanimatis, si cinere [h] condantur, redit vita.

XLIV. (XXXVII.) Nunc per singulas corporis [1] partes, præter jam dicta, membratim tractetur historia.

Caput habent [i] cuncta, quæ sanguinem. In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices, diversi quidem generis: Phœnici plumarum serie, e medio eo exeunte alio:[a] pavonibus, crinitis arbusculis: stymphalidi,[2] [j] cirro:[k] phasianæ,[3] corniculis.[l] Præterea parvæ avi,[m] quæ ab illo [n] galerita appellata quondam,[4] postea Gallico

[a] *E medio apice inferiore, altero emicante apice.*

ex Aristot.—2 Aristot. Hist. Anim. v. 20. *ova parientibus.*—3 Pintian. *tabani etiam quidam.*

Cap. xliv. 1 Cod. Dalec. *Itaque nunc per singulas corporum.* Legit et *corporum* Chiffl.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *stymphalides* Gronov. et al.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *phasianis* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *paro, atque ab illo galeritæ appellatæ quondam, quæ* Vet. Dalec. *paro et avi quæ* cod. Dalec. *parra et quæ* al. ap. Dalec. *aliud præterea parvæ, quæ* Gronov. et al.

NOTÆ

culo fit eruca: ex eruca deinde chrysallis: ex chrysallide demum papilio: uti dictum est cap. 37. Hæc Arist. pariter, pag. 607.

[f] *Autumno fere*] Arist. loc. cit.

[g] *Cæcitate*] Oculis aqua suffusa exturbatis, *αἱ δὲ μύωπες, καὶ τῶν ὀμμάτων ἐξυδρωπιώντων.* Arist. ibid.

[h] *Si cinere*] Addit Ælian. Hist. Anim. II. 29. si et ad Solem exponantur, *εἰ τέφραν ἐμπάσοις, καὶ καταθήσοις ἐν ἡλίου αὐγῇ.* Phile Plinio assentitur de Propr. Anim. pag. 76.

[i] *Caput habent*] Arist. de Part. Anim. IV. 10. pag. 1032.

[j] *Stymphalidi*] Avis fuit Arcadica, gruibus magnitudine haud inferior, si fabulæ fides. De ea Pausan. in Arcad.

[k] *Cirro*] Pilos prætenues, instar capillorum, ex quibus apex ille capitis conflatur, cirrum vocat.

[l] *Corniculis*] Hoc est, ceu cornicula duo, geminas ex pluma aures submittunt subriguntque phasianæ aves, ut ipse superius dixit x. 67.

[m] *Parvæ avi*] Ita rescripsimus ex Reg. 1. 2. et Paris. in quibus *parvæ aut* scribitur. Vossius in Etymol. verbo 'Galerita,' paulo audacius: *paro, et quæ.*

[n] *Quæ ab illo*] Ab apice quem gestat in capite, nomen invenit: sive Latinum *galerita*, sive Græcum *κορυδαλὸς*, a galea, quæ *κόρυς* Græce nominatur. Gallis *Alouette huppée: cochevis.*

vocabulo [o] etiam legioni [p] nomen dederat [5] alaudæ. Diximus [q] et cui plicatilem cristam dedisset natura: [6] per medium caput [r] a rostro residentem et fulicarum generi dedit: cirros Pico quoque [s] Martio,[7] et grui Balearicæ.[t] Sed spectatissimum insigne gallinaceis, corporeum,[u] serratum:[v] nec carnem id esse,[8] nec cartilaginem, nec callum jure



ante Harduin.—5 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *nomen dedit.*—6 'Codex Ms. *cuidam pl. cr. dedisse naturam.* Non probo.' *Dalec.*—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *a rostro residentem. Et fulicarum generi dedit cirros. Pico quoque Martio* Gronov. et al. ante Harduin. '*scirrhos* Dal. id est, callosam duritiam.' *Marg. Gronov.*—8 'Ms. *corpore consertum, nec carnem ita esse;* prave. Vet. et Chiffl. *corpore conserratum.*' Dalec.

NOTÆ

[o] *Gallico vocabulo*] De hoc veterum Gallorum vocabulo, 'Alauda,' multa Goropius Becanus Hieroglyph. lib. VIII. pag. 116. et Gallicor. lib. I. pag. 13. ubi ea voce significari 'Veteranos omnes' affirmat: sed falso. Ipsius avis id nomen, ut nunc est, olim fuit. 'Avis galerita,' inquit Marcellus Empir. cap. 39. pag. 202. 'quæ Gallice 'Alauda' dicitur.' Et Gregor. Turon. lib. IV. 'In Ecclesia Arverna .... in quadam festivitate, avis corydalus, quam 'Alaudam' vocamus, ingressa est.'

[p] *Etiam legioni*] Cujus legionis Cicero meminit ad Attic. XVI. 8. pag. 502. 'Antonium cum legione Alaudarum ad Urbem pergere,' &c. et Suetonius in Julio, cap. 24. Vetus inscriptio apud Reines. pag. 410. et apud Gruter. pag. 403. 544. 559. &c. LEG. V. ALAVD. Id legioni factum ex dicterio nomen videtur, quod instar avis alaudæ insignis esset cristis galearum.

[q] *Diximus*] Plin. X. 44. 'Upupa, crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigensque, per longitudinem capitis.'

[r] *Per medium caput*] Molliter dejecta per medium caput crista residet in fulicis, nec surrigitur, nec contrahitur. Vide Notas et Emend. num. 65.

[s] *Cirros Pico quoque*] Dedit, inquit, natura fulicis residentem toto capite cristam: et pico quoque Martio, gruique Balearicæ cirros pariter residentes, demissos, depressos, dedit. Vide Notas et Emend. num. 66.

[t] *Et grui Balearicæ*] Quam Bellonius, Aldrovandus, aliique gruis Balearicæ iconem exhibent, Plinianæ isti accommodari minime posse, quod cirros non habeat per totum caput residentes, jam demum liquido efficitur. Propior haud paulo illa Busbequii, Epist. III. fol. 64. 'Est mihi,' inquit, 'grus Balearica: id genus a vulgatis distat candido plumarum cirro ab utriusque auris sede demisso: deinde nigritie totius partis colli anterioris .... nec magnitudine communibus gruibus par est,' &c. Adjicit deinde lepida sane multa de φιλανθρωπίᾳ ejus avis, quæ tu consule. Vide Notas et Emend. num. 67.

[u] *Corporeum*] Non e plumis, cirrisve, ut superiores apices, conflatum: sed densiore materia.

[v] *Serratum*] Instar serræ dentatum, sectumque.

dixerimus, verum peculiare. Draconum enim cristas qui viderit,[w] non reperitur.

XLV. Cornua multis quidem et aquatilium, et marinorum, et serpentum,[a] variis data sunt modis: sed quæ jure cornua intelligantur, quadrupedum generi tantum. Actæonem[b] enim, et Cipum[1 c] etiam in Latina[d] historia,[2] fabulosos reor. Nec alibi major naturæ lascivia. Lusit animalium armis. Sparsit hæc in ramos, ut cervorum. Aliis simplicia tribuit, ut in eodem genere subulonibus[e] ex argumento dictis. Aliorum finxit[3] in palmas, digitosque emisit ex iis: unde platycerotas[f] vocant. Dedit ramosa

CAP. XLV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et cibum* Chiffl. et pro v. l. *in cibum;* Gronov. et al. ante Harduin. *et Cippum.*—2 Codd. Harduini cum Tolet. Salmant. et Chiffl. *in Latia historia,* id est, *Latīa,* sive

NOTÆ

[w] *Cristas qui viderit*] Vidit Apollonius Tyaneus, Philostrato ita narrante, III. 2. p. 113.

[a] *Et serpentum*] Serpentibus Ægyptiis circa Thebas non tam cornua, quam quiddam vice cornuum inesse scribit Aristotel. Hist. Anim. II. 7. pag. 174. quæ jure cornua dicantur, soli congruere quadrupedum generi: Πάντα δὲ ὅσα κερατοφόρα, τετράποδά ἐστιν, κ. τ. λ. Refert eadem ex Avicenna Albertus M. de Animal. II. 1. 3. p. 101. ubi serpentes illos cornutos, eorumque ortum describit.

[b] *Actæonem*] Ut Actæoni cornua in capite nascerentur, ira Dianæ factum fabulæ occinunt, apud Palæphatum de Incred. Histor. pag. 9. Hyginus Fab. 180. et Fulgent. Mythol. lib. III. cap. de Actæone. Affert exempla hominum complura, quibus enata sint in fronte cornua, Jo. Schenckius, Observ. Medic. p. 14. et seq.

[c] *Et Cipum*] Valer. Max. v. 6. p. 275. 'Genucio Cipo Prætori paludato portam egredienti, novi et inauditi generis prodigium incidit: namque in capite ejus subito veluti cornua emerserunt: responsumque est, Regem eum fore, si in Urbem revertisset. Quod ne accideret, voluntarium sibimet ac perpetuum indixit exilium.'

[d] *In Latina*] Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. Salmant. Chiffl. *in Latia historia.*

[e] *Subulonibus*] In eodem, inquit, genere, nempe cervorum, subulo vocatur animal cervo simile, cui cornua sunt simplicia, non in ramos, ut cervis, sparsa. Et quoniam vel tibiis similia, vel iisdem fingendis apta hujuscemodi cornua videbantur, ex re ipsa animali ei nomen subulonis inditum: nam 'Subulo Tusce tibicen dicitur,' inquit Festus. Vide Notas et Emend. num. 68.

[f] *Platycerotas*] Πλατυκέρωτας, a *latis cornibus* instar palmarum, e quibus digiti emittuntur. Sunt eæ damæ vulgares, *les Daims,* quas et dorcades appellari diximus, VIII. 83. Meminit Dioscorides δορκάδος τῆς πλατυκέρωτος, ut quidem Hermolaus et Ruellius legunt: etsi Marcellus perperam δορκάδος καὶ πλατυκέρωτος, ceu genera

capreis,[g] sed parva: nec fecit decidua.[h] Convoluta in anfractum arietum generi, ceu cæstus [i] daret: infesta, tauris. In hoc quidem genere,[j] et fœminis tribuit: in multis,[k] tantum maribus. Rupicapris in dorsum [l] adunca, damis in adversum.[4] [m] Erecta autem, rugarumque ambitu contorta,[a] et in leve fastigium exacuta, ut liras diceres,[5] [n] strepsiceroti, quem addacem Africa appellat. Mobilia eadem, ut aures, Phrygiæ [o] armentis: Troglodytarum,[6] [p] in terram directa:

[a] *Contorta in spiras, rugis toto ambitu extantibus.*

Latina.—3 Chiffl. *fudit;* et mox in eodem codice, *unde platygerontas vocant.* —4 Gronov. *id adversum.*—5 Codd. Dalec. et Chiffl. *dicerent.*—6 *Trogodyta-*

NOTÆ

duo diversa, malit. In Notis Tironis apud Gruterum, p. 175. *Platocerus.*

[g] *Ramosa capreis*] Et senis quidem plerumque distincta ramis.

[h] *Nec fecit decidua*] Capreas tamen singulis annis mutare cornua, scribit Albertus de Animal. II. 1. pag. 133.

[i] *Ceu cæstus*] Cæstus erant lora bubula, quibus convolutæ pugilum palmæ aptiores ad pugnam fiebant. Inde ' vinclorum immensa volumina ' Maroni dicta, Æneid. v. 408. Et ' paribus palmas innexuit armis,' vs. 425.

[j] *In hoc quidem genere*] Taurorum videlicet.

[k] *In multis*] Ut de cervis diximus, VIII. 50.

[l] *Rupicapris in dorsum*] Hoc Albertus perperam ascribit ibicibus, de Anim. lib. XII. sub finem, p. 374.

[m] *Damis in adversum*] In partem anteriorem adunca, seu reflexa. Vel hæc una nota per se satis declarat, veterum damas, longe ab iis, quas Galli *Daims* vocant, esse diversas: fallique pariter eos qui capras Africanas esse existimant, quas Arabico nomine *Gazelles* nuncupamus. His enim recta et simplicia, in dorsumque leviter rejecta, nedum in anteriorem adunca partem cornua sunt, uti ex descriptione Anatomica liquet, Lutetiæ edita an. 1669.

[n] *Ut liras diceres*] Quasi sulcos, et strias, mediosque inter illas ordines rugarum. Strepsicerotis inde nomen, a contortis striatisque in orbem cornibus, ἀπὸ τῆς στρέψεως τῶν κεράτων. Iconem exhibet Aldrov. de Quadrup. Bisul. lib. I. p. 740. Vide Notas et Emend. num. 69.

[o] *Phrygiæ*] Tum in Phrygia, tum alibi, boves esse, qui cornua, ut aures, moveant, auctor est Philos. Hist. Anim. III. 9. p. 354. Καὶ ἐν Φρυγίᾳ εἰσὶ βόες, καὶ ἄλλοθι, κινοῦσαι τὰ κέρατα. De Erythræis bubus idem Ælian. Hist. Anim. II. 20.

[p] *Troglodytarum*] In Libya Indis vicina, inquit Ælian. Hist. Anim. XVI. 33. Indos autem Æthiopes vocant, qui Nili ripam orientalem accolunt. Hic nempe Troglodytarum regio est. Et apud Garamantes ejusmodi armenta esse diximus jam VIII. 70.

qua de causa obliqua cervice pascuntur. Aliis singula,[q] et hæc medio capite, aut naribus, ut diximus. Jam quidem aliis[7] ad incursum[r] robusta, aliis ad ictum: aliis adunca,[s] aliis redunca:[8 t] aliis ad jactum,[u] pluribus modis: supina,[v] convexa,[w] conversa,[9 x] omnia in mucronem migrantia. In quodam genere[y] pro manibus ad scabendum corpus. Cochleis ad prætentandum iter: corporea hæc,[z] sicut cerastis: aliquando[a] et singula. Cochleis semper bina: et ut protendantur,[10 b] ac resiliant. Urorum[c] cornibus barbari septemtrionales potant:[11] urnaque bina[12 d]

rum cod. Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Jam quod aliis* Chiffl. *Jamque aliis* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Cod. Dalec. *trunca;* al. ap. Dalec. *projecta.*—9 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. *conversa, convexa* cod. Dalec. *conversa, connexa* Gronov. et al. vett.—10 'Ita codd. Paris. et Editio princeps. Sensus autem est, ut pro lubitu protendantur et resiliant.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *prætendantur* edd. ante Brotier.—11 Chiffl. *barbaris septemtrionalibus potatur.*—12 'Ita bene Editio princeps.' *Brotier.* *urnisque bina* codd.

NOTÆ

[q] *Aliis singula*] Vel medio capite, ut Monoceroti, bubusque unicornibus, de quibus VIII. 31. vel naribus, ut rhinoceroti, de quo ejusdem libri cap. 29.

[r] *Ad incursum*] Ut arietibus.

[s] *Aliis adunca*] Aliis antrorsus flexa, aliis retrorsus; utrisque ad inferendum ictum apta.

[t] *Aliis redunca*] Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. *Reunca.*

[u] *Aliis ad jactum*] Ad jacienda in sublime ea quæ arripuerint. Martialis, Spectac. Epigr. 22. 'Jactat ut impositas taurus in astra pilas.'

[v] *Supina*] Leviter in dorsum reclinata.

[w] *Convexa*] Adversa, curvatura scilicet utriusque cornus, seu aduncitate introrsus flexa, fornicis in morem.

[x] *Conversa*] Contraria: aduncitate seu flexione cornuum extrorsus projecta, in dextram, lævamque.

[y] *In quodam genere*] Nempe in capris: quod et in arietibus quibusdam vidimus.

[z] *Corporea hæc*] E carne, vel cartilagine, aliave peculiari quapiam natura: quo sensu corporeum accipi oportere Plinius ipse admonuit cap. sup.

[a] *Aliquando*] Ut in vipera cornuta Illyrica, cujus iconem exhibet Aldrovandus de Serp. p. 169. Non cerastis, ut vult Dalecampius: sunt enim his gemina, ut minimum, cornua: quandoque et quaterna: uti diximus alias VIII. 35.

[b] *Et ut protendantur* [*prætendantur*] Paris. cod. *protendantur.* Et sunt, inquit, hujusmodi cornua cochleis, ut modo protendantur, cum lubet, modo revocentur, ac pæne resiliant.

[c] *Urorum*] De his actum VIII. 15.

[d] *Urnaque bina*] Vide Notas et Emend. num. 70.

capitis unius cornua implent. Alii præfixa hastilia [13] [e] cuspidant. Apud nos in laminas secta translucent, atque etiam lumen inclusum [f] latius fundunt: multasque alias ad delicias conferuntur,[14] nunc tincta, nunc sublita,[g] nunc quæ cestrota [h] picturæ genere dicuntur. Omnibus autem [i] cava, et in mucrone [15] demum concreta sunt. Cervis autem [j] tota solida, et omnibus annis [k] decidua. Boum attritis [l] ungulis, cornua unguendo arvina, medentur agricolæ. Adeoque sequax [m] natura est, ut in ipsis viventium corporibus ferventi cera flectantur, atque incisa nascentium [16] in diversas partes torqueantur, ut singulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora fœminis [17] [n] plerumque sunt, ut in pecore multis [o]



Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *urnasque binas* edd. ante Harduin.—13 *Alii præfixa his pila* Vet. Dalec. et cod. ejusdem.—14 Dalec. *comparantur;* alii ap. Dalec. *conquiruntur.* Mox, pro *cestrota*, quod ex codd. recepit Harduin. *cerostrota* legitur in edd. vett. et Gronov.—15 Cod. Dalec. *et mucrone.*—16 Vet. Dalec. *nascendo.*—17 Pintian.

NOTÆ

[e] *Alii præfixa hastilia*] Ita Reg. 2. At Reg. 1. Paris. et editio Parm. ut existimo, sincerius, *præfixa his pila:* hoc est, pro pilorum cuspide, acuminatis utuntur cornibus.

[f] *Lumen inclusum*] Cornu laternarum translucido.

[g] *Nunc sublita*] Sublinere nostrates vocant *Vernir, appliquer le verni.*

[h] *Quæ cestrota*] Κέστρωτα sunt, quæ cestro, id est, viriculo, in ebore, cornuve, per inustionem picta sunt. Quo de picturæ genere cum Plinio dicemus xxxv. 41. Vide Notas et Emend. num. 71.

[i] *Omnibus autem*] Arist. de Part. Anim. III. 2. p. 1001. et Hist. Anim. II. 7. pag. 114. Verum et orygi, et platyceroti, et capreolis, alcibusque, solida pariter esse cornua, constare experientia ait Nierembergius noster Hist. Nat. VII. 2. p. 110.

[j] *Cervis autem*] Hæc totidem verbis Arist. loc. cit. et Albertus M. de Anim. III. 2. 1. p. 133. Nec cervis modo, inquit idem Albert. lib. II. p. 101. sed et iis quæ similitudine quadam cum cervo conveniunt, ut sunt damæ, capreoli, equicervi, sive quos Germani *Elend* appellant, decidua sunt omnibus annis cornua.

[k] *Et omnibus annis*] Nisi cervus castretur, ἐὰν μὴ ἐκτμηθῇ, Arist. Hist. Anim. III. 9. p. 334.

[l] *Boum attritis*] Arist. Hist. Anim. VIII. 10. p. 905. Colum. VI. 14. Cato de Re Rustica cap. 72. picem liquidam pro axungia adhibet.


[m] *Adeoque sequax*] Aristot. loc. citato.

[n] *Tenuiora fœminis*] Arist. Hist. Anim. IV. 11. p. 512.

[o] *Ut in pecore multis* [*mutilis*] Castratis. Vide Notas et Emend. num. 82.

ovium[18] nulla,[p] nec cervarum,[q] nec quibus multifidi[r] pedes, nec solidipedum ulli, excepto asino[s] Indico, qui uno armatus est cornu. Bisulcis[t] bina tribuit natura: nulla superne[u] primores habenti[19] dentes. Qui putant eos in cornua absumi, facile coarguuntur cervarum natura, quæ neque dentes[v] habent, ut neque mares, nec tamen cornua. Ceterorum ossibus[w] adhærent, cervorum tantum cutibus enascuntur.

XLVI. Capita piscibus portione corporum maxima, fortassis ut mergantur.[a] Ostrearum generi nulla, nec spongiis,



fiant tenuiora. Fœminis.—18 ' Ita bene Regg. 1. 2. et Editio princeps. Frustra eruditus Harduinus emendavit ex conjectura: *in pecore mutilis: ovium,' &c.* Brotier. Cod. Dalec. *in pecore. Multis avium, &c.*—19 ' Librariorum sane vitio excidit *natura.* Fuit ergo reponendum. Sic infra Plinius, cap. 54. ' natura composuit.' *Brotier.* Τὸ *natura* deest in edd. ante Brotier. Mox pro *nulla superne,* quod habent Ed. princeps et al. antiquiss. Dalec. Gronov. Harduin. et recentt. legunt, *nulli superne;* Vet. Dalec. *nullis qui superne primores habent.*

NOTÆ

[p] *Ovium nulla*] Et cornutas tamen oves quoque ipsas vidimus.

[q] *Nec cervarum*] De his egimus VIII. 50.

[r] *Nec quibus multifidi*] Causam Philosophus affert de Part. Anim. III. 2. p. 1000. quoniam vel ad inferendam vim, vel ad depellendam, cornua animantibus natura concessit: multifidis autem auxilia non desunt hujusmodi: dedit enim natura aliis ungues, aliis dentes pugnaces, partem aliis aliam, qua propulsare a se injuriam valeant. Vide ibi plura de eo argumento.

[s] *Excepto asino*] Arist. Hist. Anim. IX. 7. p. 168. Ælian. Hist. Anim. III. 41.

[t] *Bisulcis*] Arist. de Part. Anim. III. 2. p. 1000. Bisulca dicimus, *Pié fourchu.*

[u] *Nulla superne*] Quoniam natura, e dentibus adimendo, addidit cornibus: alimentumque, quod in eos dentes digeratur, in cornuum incrementum absumitur. Arist. p. 1002. Alia porro de cervis ratio est, ut mox subditur. Cornua cervo masculo pro telis data: non item fœminæ: quemadmodum ne calcaria quidem gallinis, sed gallo tantum: quæ tamen calcaria in rostrum illis, aut in dentes non abeunt.

[v] *Quæ neque dentes*] Aristot. loc. citato.

[w] *Ceterorum ossibus*] Hoc multo verius, quam quod Philosophus confidentius paulo pronuntiat Hist. Anim. III. 8. pag. 334. cornua corio potius hærere, quam ossi: τὰ δὲ κέρατα προσπέφυκε μᾶλλον τῷ δέρματι, ἢ τῷ ὀστῷ. Boum enim, aliorumque cornua ossi hærere, manifestum est: neque ab osse sine capitis dispendio avelli posse. Hæreant sane cuti boum Phrygiorum cornua, quia mobilia sunt, ut diximus: at non item ceterorum.

[a] *Fortassis ut mergantur*] Haud te-

nec aliis fere, quibus solus ex sensibus tactus est. Quibusdam indiscretum caput est, ut cancris.[b]

XLVII. In capite[c] cunctorum animalium homini plurimus pilus, jam quidem promiscue maribus ac fœminis, apud intonsas utique gentes. Atque etiam nomina ex eo Capillatis[d] Alpium incolis, Galliæ[1] Comatæ:[e] ut tamen sit aliqua in hoc terrarum differentia: quippe Myconii[f] carentes eo gignuntur, sicut in Cauno lienosi.[g] Et quædam animalium naturaliter calvent, sicut struthiocameli,[2] et corvi aquatici, quibus apud Græcos nomen est inde.[h] Defluvium eorum[i] in muliere rarum,[j] in spadonibus[k] non vi-



CAP. XLVII. 1 Cod. Dalec. *in Galliæ*.—2 Tolet. et Chiffl. *struthocameli*.

NOTÆ

mere adhibita cautio, *fortassis*. Passeres enim, quibus in fundo status est, et soleæ, minimum caput habent. Ab animali scilicet virtute in animalibus motus est: non ab elementis.

[b] *Ut cancris*] Verba hæc sunt Philosophi de Part. Anim. IV. 10. pag. 1032. Τῶν δὲ ἀναίμων ἐνίοις τὸ ἀόριστον τοῦτο τὸ μόριον, οἷον τοῖς καρκίνοις. Galenus quoque de Usu Part. tomo II. lib. VIII. cap. 5. p. 487. inter ἀκέφαλα ζῶα recenset καρκίνους, καὶ καράβους. Gammaro tamen, sive astaco caput exertum, discretumque esse, quamvis exiguum, contendit Phil. Jac. Sachs, in Gammarol. p. 205.

[c] *In capite*] Arist. Hist. Anim. I. 5. p. 159. In causa esse majorem humani cerebri, quam ceterorum animantium, humiditatem, ait Albertus de Anim. XII. 3. 3. pag. 367. post Arist. de Gener. Anim. V. 3. pag. 1142.

[d] *Capillatis*] De his III. 7.

[e] *Galliæ Comatæ*] Toti id olim Galliarum tractui nomen, præterquam Narbonensi, ut diximus IV. 31.

[f] *Quippe Myconii*] Calvitiem nimis quam frequens vitium in Mycono insula fuisse, refert quoque Strabo lib. X. p. 487. unde et calvos appellatos, φαλακροὺς Μυκονίους.

[g] *In Cauno lienosi*] Ita Mss. omnes: quanquam sunt, qui *pilosi* temere substituant. Caunum Cariæ oppidum, cœlo insalubri situm, *urbem morbosam*, πόλιν νοσερὰν, in qua et mortui ambularent, hoc est, pallidi ac mortuis similes, qui lienosorum color est, Stratonicus aiebat apud Strab. lib. XIV. p. 651.

[h] *Nomen est inde*] Φαλακροκόρακες, de quibus X. 68.

[i] *Defluvium eorum*] Pilorum. Hæc totidem verbis Hippocrates Aphor. VI. 28. et 30.

[j] *In muliere rarum*] Vidisse se mulieres duas oppido calvas, scribit Albertus de Animal XIX. 2. 6. p. 533. Ac Plinius ipse quidem inferius, cap. 94. 'Inventæ tamen,' inquit, 'fœminæ quædam defluvio capitis invalidæ,' &c. Causam hujus placiti Arist. explicat de Gener. Anim. V. 3. pag. 1142.

[k] *In spadonibus*] Arist. Hist. Anim. III. 10. p. 344. Οὐ γίνεται οὔτε παῖς

sum, nec in ullo ante Veneris[l] usum. Nec infra cerebrum,[m] aut infra verticem, aut circa tempora,[n] atque aures. Calvitium uni tantum animalium homini, præterquam innatum.[o] Canities homini tantum et equis:[3] [p] sed homini semper a priori parte [q] capitis: tum deinde ab aversa.

XLVIII. Vertices bini[r] hominum tantum aliquibus. Capitis [1] ossa plana, tenuia, sine medullis, serratis[s] pecti-



' Mox, lego, *corvi Alpini;* aquatici enim canescunt, Alpini calvescunt, a Græcis propterea dicti φαλακροκόρακες.' *Dalec.*—3 Chiffl. *et equo.*

CAP. XLVIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. Hist. Anim. I. 7. *Vertices bini homini tantum. Aliquibus capitis, &c.* Gronov. et edd. vett. *Vertices bini hominum tantum: aliquibus capitis, &c.* al. ap. Harduin.

NOTÆ

φαλακρὸς, οὔτε γυνή· οὐδέ οἱ ἐκτετμημένοι. Causam explicat de Gener. Anim. v. 3. p. 1142.

[l] *Ante Veneris*] Arist. πρὶν ἢ ἀφροδισιάζειν. Cujus rei causam aperit loco proxime citato.

[m] *Nec infra cerebrum*] Posteriora calvescunt nunquam, τὰ γὰρ ὄπισθεν οὐδεὶς γίνεται φαλακρός. Arist. 'Ego tamen vidi virum unum,' inquit Albertus loc. cit. 'qui in toto fuit calvus: ita quod in toto cranio nullus omnino fuit pilus, nec alicujus pili vestigium: et accidit ex febre acuta,' &c.

[n] *Aut circa tempora*] Arist. de Gener. Anim. v. 3. pag. 1140.

[o] *Præterquam innatum*] Quale esse struthiocamelis corvisque aquaticis superius diximus. Et picarum proprium præterea est calvescere omnibus annis, ut dictum est x. 41.

[p] *Homini tantum, et equis*] Arist. Hist. Anim. III. 10. pag. 341. et Albertus loc. cit. Causam cur et equi canescant, explicat Philos. de Gener. Anim. v. 5. p. 1146.

[q] *A priori parte*] Τὰ πρόσθια, *anteriores partes*, prius canitiem sentiunt, tum deinde posteriores. Arist. pag. 343. et Albertus, loc. cit. In hujus rei causa indaganda accuratam concertationem instituit Macrobius Saturn. VII. 10. p. 611.

[r] *Vertices bini*] Orationi Plinianæ lucem afferent Aristotelica verba, ex Hist. Anim. I. 9. pag. 62. Meditullium, inquit, calvariæ, quem dicimus *verticem*, κορυφὴν, etiam *explicatio capillorum* dicitur a Græcis, λύσωμα τῶν τριχῶν. Est autem id in quibusdam geminum: atque ii *Bivertices* sunt, δικόρυφοι, *non osse* geminato, *sed capillorum explicatione*, οὐ τῷ ὀστῷ, ἀλλὰ τῶν τριχῶν λυσώσει.—'Ut homines porro 'bivertices,' sic etiam auctore Festo, 'Biseta porca dicitur, cujus a vertice setæ bifariam dividuntur, cum jam esse incipit major sex mensium.' Et infra: 'Dissulcus porcus dicitur, cum in cervice setas dividit.'' *Ed. sec.*

[s] *Serratis*] Suturas intelligit: in mulieribus una est in orbem: in viris, ternæ. Vide Hippocr. initio libri quem inscripsit, 'De Capitis Vulne-

natim structa compagibus. Perfracta non queunt solidari: sed exemta modice non sunt letalia, in vicem eorum succedente corporea cicatrice. Infirmissima esse ursis, durissima psittacis, suo diximus loco.[t]

XLIX. Cerebrum omnia[a] habent animalia quæ sanguinem: etiam in mari,[1] [b] quæ mollia appellavimus, quamvis careant sanguine, ut polypi. Sed homo[c] portione maximum et humidissimum,[d] omniumque viscerum frigidissimum, duabus supra subterque membranis velatum,[e] quarum alterutram rumpi mortiferum est. Cetero viri,[2] [f] quam fœminæ, majus. Hominibus hoc sine sanguine, sine venis,[g] et reli-



CAP. XLIX. 1 Cod. Dalec. *quæ sanguinem etiam æque in mari.*—2 *Cetera*

NOTÆ

ribus.' Viri tamen caput visum esse sine sutura Philos. ait, Hist. Anim. III. 7. pag. 325. Talem fuisse Alberti Marchionis Brandeburgensis calvariam sine suturis, ejus qui Germanicus Achilles appellatus est, natus anno 1414. hodieque eam Heilbronnæ asservari, scribit Reinerus Reineccius in Chron. Brandeb. laudatus a Joan. Schenckio Observ. Medic. lib. I. pag. 33. a quo et alia exempla similia haud sane aspernanda commemorantur.

[t] *Suo diximus loco*] De ursis quidem VIII. 54. De psittaco X. 58. De leone item VIII. 54.

[a] *Cerebrum omnia*] Arist. Hist. Anim. I. 17. p. 118. Causam cur ita sit, reddit idem de Part. Anim. II. 7. p. 986.

[b] *Etiam in mari*] Arist. Hist. lib. I. p. 118.

[c] *Sed homo*] *Pro mole* nimirum corporis, κατὰ μέγεθος. Arist. pag. 118. Pueri sane longo tempore, ut idem animadvertit de Gener. Anim. II. 6. pag. 1088. nequeunt, præ cerebri pondere, caput continere. Duobus boum cerebris grandius esse cerebrum homini affirmat Rufus Ephesius: etiam quaternis, Riolanus Anthropographiæ lib. I. p. 10.

[d] *Et humidissimum*] Καὶ ὑγρότατον, Arist. At sit sane homini humidius, quam terrestrium ulli: piscibus vero humidius reor: mucus enim fere est.

[e] *Membranis velatum*] Altera exteriore crassa, tenuiore altera quæ interior est. Duram, et piam matrem, Arabes: Meninges Medici appellarunt.

[f] *Cetero viri*] Falsum id esse Riolanus affirmat Anthropogr. lib. I. p. 10. Plinio tamen Arist. suffragatur de Part. Anim. II. 7. p. 987.

[g] *Sine venis*] Καὶ οὐδεμίαν ἔχων ἐν αὐτῷ φλέβα, Arist. Hist. Anim. I. 17. pag. 121. Quod ita tamen accipiendum, ut nulla quidem vena cerebri partem interiorem subeat permeetque: sed plurimæ nihilominus, eæque prætenues illud ambiant, circumsepiantque, ac benigni roris instar, refrigerent, nutriantque. Ita fere idem Philos. de Part. Anim. II. 7. p. 986.

[h] *Et reliquis*] Et reliquis quoque,

quis [h] sine pingui. Aliud esse quam medullam eruditi docent, quoniam coquendo [i] durescat. Omnium cerebro medio insunt ossicula parva.[3] [j] Uni homini in infantia † palpitat,[k] nec corroboratur ante primum sermonis exordium. Hoc est viscerum excelsissimum, proximumque cœlo [4] capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. Hanc habent sensus [5] arcem: huc venarum [l] omnis a corde vis tendit, hic desinit: [m] hic culmen [6] altissimum, hic mentis est regimen. Omnium [7] autem animalium in priora [a] [n] pronum, quia et sensus ante nos tendunt.[o] Ab eo [p] proficiscitur

[a] *In anteriora.*

viro Chiffl.—3 'Lego *oscula parva*, per quæ nimirum in fauces pituita colatur: *χοάνην* tanquam *infundibulum* Anatomici vocant.' *Dalec.*—† Gronov. et al. ante Harduin. *Uni hominum infantia.*—4 Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *proximum cœlo.*—5 *Hoc habet sensum* codd. Dalec.—6 Chiffl. *hoc culmen.*—7 *Omnibus* in eodem codice. Mox, *ante ostendunt*, omisso *τῷ nos*, cod. Dalec.—

NOTÆ

sicut homini, sine adipe est. Scripsit tamen Philosophus Hist. Anim. III. 13. pag. 364. adipalium cerebella pinguia esse, ut suum: *οἱ δὲ ἐγκέφαλοι τῶν μὲν πιμελωδῶν λιπαροί.* Quam ob causam, *sui pingue*, legi oportere Pintianus conjiciebat olim. Sed et codices refragantur omnes, et ipsa orationis series: scribere enim Plinium tunc decuisset: *Omnibus hoc sine sanguine, sine venis: sui, pingue.* Nam *hominibus et reliquis*, puerile est, nec Pliniani styli.

[i] *Quoniam coquendo*] Falsa videtur uti ratione: durescunt enim medullæ coctæ: percoctæ etiamnum concrescunt magis. Veriore multo Philosophus utitur de Part. Anim. II. 7. pag. 985. medullam non esse, si frigidum sit; medullas namque calidiores esse.

[j] *Ossicula parva*] In canum cerebris ea reperiri, tralatitium est: etiam in humano a se ipso deprehensa, dum cerebrum ex anatomica arte dissecaret, ab aliisque sæpius, testatur Riolanus, in Comment. de Ossibus, pag. 522.

[k] *Palpitat*] Plinius VII. 1. 'Quamdiu palpitans homini vertex summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium!' *Vertex* Græcis *βρέγμα* est, superior illa pars capitis sub qua cerebrum, quæ omnium postrema concrescit, ut eam caput ineat, quam obstetrices velint, figuram. Arist. Hist. Anim. VII. 13. pag. 846. *Τοῖς δὲ παιδίοις τὸ βρέγμα μαλακὸν, καὶ ὀψὲ πήγνυται.*

[l] *Huc venarum*] Et arteriarum, ut mos est loquendi.

[m] *Hic desinit*] Quia altissimum culmen illud est, unde ad inferiora sanguis deinde delabitur.

[n] *In priora*] In anteriore parte situm, *τὴν θέσιν ἐν τῷ πρόσθεν ἔχων*, Arist. Hist. Anim. I. 17. p. 118.

[o] *Ante nos tendunt*] Ita Reg. 2. At Reg. 1. *ante ostendunt:* quod perinde est. Arist. de Part. Anim. II. 10. p.

somnus: hinc capitis nutatio. Quæ cerebrum [q] non habent, non dormiunt. Cervis in capite [r] inesse vermiculi [8] sub linguæ inanitate,[b] [s] et circa articulum,[t] qua caput jungitur, numero [9] viginti produntur.

L. Aures homini [a] tantum immobiles. Ab iis Flaccorum [b] cognomina. Nec in alia parte fœminis majus impendium, margaritis dependentibus. In Oriente [c] quidem et viris, aurum gestare eo loci, decus existimatur. Animalium aliis majores, aliis minores. Cervis tantum [d]

[b] *Concavitate.*

8 Rond. contra Aristot. Hist. II. 15. *musculi.*—9 Cod. Dalec. *jungitur humero.*

NOTÆ

991. *διὰ τὸ ἔμπροσθεν εἶναι ἐφ' ᾧ αἰσθάνεται. Quoniam sensus in anteriore corporis parte collocantur.* Et III. 3. pag. 1003. *ἐπὶ τὸ καλούμενον γὰρ ἔμπροσθεν ἡ αἴσθησις καὶ ἡ κίνησις. Versus eam partem, quam priorem appellamus, sensus omnis tendit, et motus.* Eandem causam affert Albertus de Animal. XII. 3. 1. p. 363.

[p] *Ab eo*] Hujus rei causam Aristoteles explanat abunde, tum de Part. Anim. II. 7. p. 986. tum de Sensu et Somno, cap. 3. pag. 689.

[q] *Quæ cerebrum*] Aut aliquid analogum, ac proportionale, quod cerebri vicem obtineat. Arist. locis cit. *Ποιεῖ δὲ καὶ τὸν ὕπνον τοῖς ζώοις τοῦτο τὸ μόριον τοῖς ἔχουσιν ἐγκέφαλον· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι, τὸ ἀνάλογον.*

[r] *Cervis in capite*] Hæc totidem verbis Philosophus Hist. Anim. II. 18. p. 261.

[s] *Sub linguæ inanitate*] Arist. *ὑποκάτω τοῦ ὑπογλωττίου ἐν τῷ κοίλῳ, sub linguæ concavitate.*

[t] *Circa articulum*] Circa vertebram, qua caput cervici committitur.

[a] *Aures homini*] Arist. Hist. Anim. I. 9. p. 74. *Μόνον ἄνθρωπος οὖς οὐ κινεῖ.* In quibusdam tamen hominibus visæ ætate nostra pro arbitrio mobiles. Et sua vidit Augustinus de Civit. Dei XIV. 24. qui aures moverent, vel singulas, vel ambas simul. Vidit et Andreas Vesalius, ipso ita prodente de Fabr. Corp. Hum. II. 13. et Andreas Laurent. Hist. Anim. XI. 12.—' Visæ et in Professore quodam, Crassoti nomine, Parisiis, ut quidem refert Abbas de Marolles in Commentariis.' *Ed. sec.*

[b] *Flaccorum*] Flacci nuncupati, quibus aures flaccidæ, pendulæque. Cognomen id non unius gentis apud Romanos fuit: Attiliæ, Calpurniæ, Fulviæ, Munatiæ, Norbanæ, Valeriæ, Verriæ.

[c] *In Oriente*] Ad Euphratem. Juvenal. Sat. I. 104. ' Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ Arguerint.'

[d] *Cervis tantum*] Neque vero id generi universo: sed in Asiæ monte duntaxat, Elaphunte dicto, ad Arginussam, ubi diem Alcibiades obiit. Cervæ ibi omnes fissa sunt aure: qua nota, cum loca mutant, dignoscuntur. Arist. Hist. Anim. VI. 29. p. 771.

scissæ, ac velut divisæ: sorici[1] pilosæ. Sed auriculæ[e] omnibus animal duntaxat generantibus, excepto vitulo[f] marino, atque delphino, et quæ cartilaginea appellavimus,[g] et viperis. Hæc cavernas tantum habent aurium loco, præter cartilaginea, et delphinum, quem[2] tamen audire manifestum est. Nam et cantu mulcentur, et capiuntur attoniti sono. Quanam audiant,[3] [h] mirum.[a] Iidem nec olfactus vestigia habent, cum olfaciant sagacissime. Pennatorum animalium buboni tantum et oto[4] plumæ, velut aures: ceteris cavernæ ad auditum.[i] Simili modo squamigeris, atque serpentibus. In equis et omnium jumentorum genere indicia animi præferunt: fessis marcidæ, micantes[5] pavidis,[j] subrectæ furentibus, resolutæ ægris.

LI. Facies homini[a] tantum, ceteris os, aut rostra. Frons

[a] *Qua parte corporis audiant, mirum est.*

CAP. L. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. *soricibus* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *et delphines, quos.*—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quoniam modo audiant* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et toto* Gronov. et al. vett.—5 Parm. *nutantes.*

NOTÆ

[e] *Sed auriculæ*] Accepta hæc ex Arist. totidem verbis Hist. Anim. I. 9. p. 74.

[f] *Excepto vitulo*] Nec vitulo marino, nec delphino auriculæ sunt: vitulo sine auriculis, cavernæ sunt, quem *πόρον* vocant, hoc est, *meatum* ad audiendum: delphino ne is *πόρος* quidem, tametsi audit. Arist. loc. cit. et Hist. II. 14. pag. 203.

[g] *Appellavimus*] Lib. IX. cap. 40.

[h] *Quanam audiant*] Sincera hæc Mss. codicum lectio. Interpolati, *Quonam modo audiant.* De auditu olfactuque piscium egimus X. 89.

[i] *Cavernæ ad auditum*] Πόροι, *meatus,* Arist. Hist. Anim. II. 15. p. 210.

[j] *Micantes pavidis*] Hinc Maro: 'micat auribus, et tremit artus.' Non est autem hæc pavidi appellatio a timore, qui degeneres animos arguat: sed ab insita illa generosissimo cuique trepidatione; paventibus enim et ad strepitum perterrefactis rigidissime surriguntur aures.

[a] *Facies homini*] Sic Arist. Hist. Anim. I. 9. p. 63. Cicero de Legib. lib. I. p. 303. 'Et is qui appellatur vultus, qui nullo in animanti esse, præter hominem, potest, indicat mores: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent.' Πρόσωπον tamen vocant. Vide in eum Tullii locum elegantes Turnebi notas.

et aliis, sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index. In animo sensus ejus.[1] [b] Supercilia homini, et pariter et alterne [c] mobilia, et in iis pars animi. Negamus, an [d] annuimus?[2] Hæc maxime indicant factum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet. In corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiusque [b] invenit in corpore, ubi solitaria esset.

LII. Subjacent oculi, pars corporis pretiosissima, et qui lucis usu vitam distinguant a morte. Non omnibus [e] animalium hi: ostreis nulli: quibusdam concharum dubii. Pectines enim,[f] si quis digitos adversum hiantes eos moveat, contrahuntur, ut videntes. Et solenes [g] fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum talpis [h] visus non est: oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat membranam. Et inter aves ardeolarum genere,[1] quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt.[i] Optimi augurii, cum ad austrum

[b] *Magis præruptum, elatumque.*

CAP. LI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *In ascensu ejus supercilia homini.* al. ante Harduin. 'Legendum fortassis: *index, animoque sensum. Supercilia, &c.* Pintian. legit: *in animo est usus ejus.* Quidam: *index omnium consensu.*' Dalec.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. recentt. *negamus, annuimus* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *factum* pro *fastum* quædam vett.

CAP. LII. 1 Cod. Dalec. *inter ardeolarum genera;* alii ap. Dalec. *inter*

NOTÆ

[b] *In animo sensus ejus*] Hac parte se maxime animus prodit, hic animi vis sentitur: hic se totum exerit: ut in superciliis, ex parte. Vide Notas et Emend. num. 73.

[c] *Et pariter et alterne*] Et utrumque simul, et seorsim alterutrum: altero, ut Tullius ait, ad frontem sublato: altero ad mentum depresso supercilio.

[d] *Negamus, an*] Vide Notas et Emend. num. 74. Produnt supercilia motu suo, quod intus in animo geritur.

[e] *Non omnibus*] Arist. Hist. Anim. I. 9. p. 69.

[f] *Pectines enim*] Arist. Hist. IV. 8. p. 485.

[g] *Et solenes*] Σωλῆνες, digiti marini. Vide quæ diximus X. 88.

[h] *Quadrupedum talpis*] Hæc plane totidem verbis Philosophus Hist. Anim. I. 9. p. 69. et IV. 8. p. 474.

[i] *Carere tradunt*] Sic Græci familiari suo atticismo, φασὶ, negant se ejus rei quam narrant, velle sponsores fieri. Vide Notas et Emend. num. 75.

volant,[2] septemtrionemve: solvi enim pericula et metus narrant. Nigidius nec locustis nec cicadis esse dicit. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu implent.[3] Nec lumbricis ulli sunt, vermiumve generi.

LIII. Oculi homini [j] tantum diverso colore: ceteris in suo [k] cuique genere similes. Et equorum quibusdam glauci. Sed in homine numerosissimæ varietatis atque differentiæ: grandiores, modici, parvi, prominentes, quos hebetiores putant: conditi, quos clarissime [l] cernere: sicut in colore caprinos.[m]

LIV. Præterea alii contuentur longinqua, alii, nisi prope admota, non cernunt. Multorum [a] visus fulgore Solis constat, nubilo die non cernentium, nec post occasus.[1] Alii interdiu hebetiores, noctu præter [b] ceteros cernunt. De geminis pupillis, aut quibus noxii visus essent, satis diximus.[c] Cæsii [d] in tenebris clariores.



aves in ardeolarum genere.—2 Chiffl. *volent.*—3 Cod. Dalec. *prætentatu adimplent.*

CAP. LIV. 1 Cod. Dalec. *post occasum.*—2 Cod. Dalec. *essent, diximus.*

NOTÆ

[j] *Oculi homini*] Alii enim cæsii, alii flavi, alii nigri, alii caprini. Accepta hæc sunt ex Arist. Hist. Anim. I. 9. p. 71. Quin et aliquos cæsios oculo altero nasci, aut alius coloris, auctor est idem Philos. de Gener. Anim. V. 1. p. 1136.

[k] *Ceteris in suo*] Sic boum omnium nigri, aquei ovium, aliorum rufi.

[l] *Conditi, quos clarissime*] Conditi sunt, qui in profundo, in recessu siti. Causa in promtu est: quia species inferiores perferuntur sub umbracula, neque aëris motu dissipantur. Causa autem contraria in contrariis, nimirum in extantibus. Tamen in equis extantes quærimus.

[m] *Caprinos*] Arist. Hist. Anim. I. 9. p. 70. caprinis oculis et visum acutissimum tribuit, et optimorum etiam, quod sane mireris, morum argumentum: Ἐνίοις δὲ αἰγωπόν· τοῦτο ἤθους βελτίστου σημεῖον, καὶ πρὸς ὀξύτητα ὄψεως κράτιστον.

[a] *Multorum*] Hos Græci νυκτάλωπας vocant: qua de voce dicemus uberius XXVIII. 47.

[b] *Noctu præter*] His oculorum habitudo plane par felibus, noctuis, vespertilionibus, muribusque: quos noctu videre, notissimum est.

[c] *Satis diximus*] Lib. VII. c. 2.

[d] *Cæsii*] Solinus c. 15. p. 34. de Albanis ad Caspium mare populis: 'Glauca oculis inest pupula: ideo nocte plus quam die cernunt.' Cur cæsii acute interdiu cernere nequeant, nigri noctu, causam Philosophus explanat de Gener. Anim. V. 1. p. 1137.

Ferunt Tiberio [e] Cæsari, nec alii genitorum mortalium,[2] fuisse naturam, ut expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quam luce clara, contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus. Divo Augusto equorum modo glauci fuere, superque hominem [3] albicantis [f] magnitudinis. Quam ob causam diligentius spectari eos, iracunde [g] ferebat. Claudio Cæsari ab angulis [h] candore carnoso sanguineis venis subinde suffusi: Caio principi [4] rigentes.[i] Neroni, nisi cum conniveret, ad prope admota hebetes. Viginti gladiatorum paria in Caii principis ludo fuere: in iis duo omnino, qui contra comminationem aliquam non conniverent, et ob id invicti. Tantæ hoc difficultatis est homini. Plerisque vero naturale, ut nictari [5] non cessent, quos pavidiores [j] accepimus.



Tiberio Cæsari in tenebris clariores. Ferunt ipsi alia quam genitorum mortalium; Vet. Dalec. *Orcis in t. clariores. Ferunt Tiberio Cæsari aliam quam cæterorum mortalium.*—3 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Chiffl. cum Ed. principe. *supraque hominem* edd. ante Brotier. Mox, Dalec. *albicantes et magni.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Caio principio* Gronov. et edd. vett.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller.

NOTÆ

[e] *Tiberio*] Suetonius in Tiberio, c. 68. 'Fuit prægrandibus oculis: et qui, quod mirum esset, noctu etiam et in tenebris viderent, sed ad breve, et cum primum a somno patuissent, demum rursus hebescebant.' Id quoque refert Sex. Empiricus Pyrrhon. Hypot. I. 14. p. 17. Cælius Rhodig. XV. 2. sancte affirmat, sibi etiam quandoque contigisse, ut noctu videret, literasque legeret.

[f] *Albicantis*] Candore qui pupillam circumcingit, inusitatæ ac supra ceteros homines magnitudinis. In Mss. legitur, *Superque hominem abdicantis magnitudinis:* quibus ex verbis elici sensus tolerabilis posset, nisi sequentia obstarent: esset enim sententia, glauci coloris oculos fuisse, prætereaque magnitudinis tantæ, ut eum mortalem non esse, sed Deum, hæc pars illius proderet.

[g] *Iracunde*] Quam ob rem oculorum dejectione religionem aulici simulabant. Suetonius in Aug. c. 79. 'Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiam existimari volebat inesse quiddam divini vigoris: gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, vultum summitteret: sed in senecta, sinistro minus vidit.' Maro in sexto Æneidos, de Augusto: 'Geminas cui tempora flammas Læta vomunt.'

[h] *Ab angulis*] Id vero malitiæ notam præbere, cum Trogo et Aristotele Plinius admonet, libri hujus c. 114.

[i] *Caio principi rigentes*] Hoc est, qui non circumagerentur. Suetonius

Oculus unicolor nulli: cum candore omnibus medius color differens.[6] Neque ulla ex parte majora animi indicia cunctis animalibus: sed homini maxime, id est, moderationis, clementiæ, misericordiæ, odii, amoris, tristitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, transversi, limi, summissi, blandi. Profecto in oculis animus habitat. Ardent,[k] intenduntur,[7] humectant,[l] connivent. Hinc illa misericordiæ lacryma.[8] Hos cum osculamur, animum ipsum videmur attingere.[9] Hinc fletus et rigantes ora rivi. Quis ille humor est, in dolore tam fœcundus et paratus? aut ubi reliquo tempore? Animo autem videmus: animo cernimus: oculi, ceu vasa quædam, visibilem ejus partem[m] accipiunt, atque transmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus visu.[10] Sic in morbo comitiali[n] aperti nihil cernunt, animo cali-



Bipont. et Franz. *ut nictari* edd. vett. et Gronov.—6 'Ms. *mediusculo* (leg. *medio colore*) *differentes*.' Dalec.—7 Cod. Dalec. *incenduntur*. Mox, Vet. Dalec. *humescunt*. Pintian. corrigit *nictant*.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Hinc illæ misericordiæ lacrymæ* Gronov. et edd. vett.—9 Chiffl. *exosculamur, an. ips. videtur attingere*.—10 Tolet. et Chiffl. *abducto mentis visu*.—11 Turneb.

NOTÆ

in Caligula c. 50. et oculis et temporibus concavis fuisse scribit: hoc tantum.

[j] *Quos pavidiores*] Nictabundos inconstantes esse, ἀβεβαίους, ait Aristoteles Hist. Anim. I. 9. p. 72.

[k] *Ardent*] Habet his similia, et sane venusta, Quintilianus Instit. XI. 3. p. 837. E recentioribus, Laurentius Anatom. XI. 3.

[l] *Humectant*] Ita Mss. omnes. Frustra Pintianus corrigit, *nictant*. De ea voce dixi X. 3.—'Quod autem sequitur, *Hinc illa misericordiæ lacryma*, e versu est Terentii, Andr. I. 1. 99. 'Hinc illæ lacrymæ, hæc illa est misericordia.' De more porro veterum oculos osculandi (nam id deinde proximum est) vide Rosweidum nostrum in Onomastico ad Vitas Patrum, p. 1044.' *Ed. sec.*

[m] *Visibilem ejus partem*] Hoc est, visivam, videndi facultate præditam. Spiritus, ut aiunt, vitales intellige. Visibile pro visivo dixit, quo more Latini penetrabile telum, fulmen, frigusque dixerunt, quod facile penetrat. Plautus 'impetrabilem oratorem,' qui facile quod vult impetrat, in Mostell. V. 2. 40. 'Non potuit venire orator ad me magis impetrabilis.' Plinius ipse IX. 6. 'spirabilia viscera,' quæ sint ad spiritum reddendum ac per vices recipiendum apta.

[n] *Sic in morbo comitiali*] Quod videlicet nervi optici tum sic inflectuntur et contorquentur, ut spiriti-

gante. Quin et patentibus[o] dormiunt lepores, multique hominum, quos κορυβαντιᾷν[p] Græci dicunt.[11] Tenuibus[q] multisque membranis eos natura composuit, callosis contra frigora caloresque in extimo[12] tunicis, quas subinde purificant[r] lacrymationum salivis, lubricos propter incursantia, et mobiles.[s]

LV. Media eorum cornua[1][a] fenestravit pupilla, cujus angustiæ non sinunt vagari incertam aciem, et velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant: aliis nigri, aliis ravi,[b] aliis glauci[2] coloris orbibus[c] circumdatis: ut



quod Corybantia regrediuntur; Scalig. *quod corybantiare Græci dicebant;* Chiffl. *quas corybantias Græci, &c.* Gronov. *quod corybantiam, &c.*—12 Gronov. *in extremo;* Chiffl. *in extumo.* Mox, Dalec. *purificat lacrymationum saliva.*

CAP. LV. 1 *Media eorum cornea* Dalec.—2 Ita codd. Harduini, Chiffl. et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aliis rufi, aliis*

NOTÆ

bus animalibus transitus denegetur: vel quod excrementa, quæ ex cerebro natura ejicit, in nervos opticos tum impellat. Sennertum vide Pract. parte tertia, I. 2. 37. p. 222.

[o] *Quin et patentibus*] Patentes negat esse leporum oculos in somno Phile: ita quidem videri ait, quod eos pellicula mollior tenuiorque obtegit, per quam oculi ipsi transluceant: p. 104. Ὢ πῶς καθεύδει, καὶ δοκεῖ πάλιν βλέπειν Ὄφις τε, καὶ πτὼξ, καὶ θυμοῦ πλήρης λέων; Ἐπιτέταται γὰρ ἡ χλαμὺς τῶν ὀμμάτων Ἄλλου τινὸς χιτῶνος ἁπαλωτέρου Φρουροῦντος αὐτοῖς, ὡς διόπτρας, τὰς κόρας.

[p] *Quos κορυβαντιᾷν*] Qui patentibus oculis nihil cernerent, sive id vigilantibus furore divinitus immisso contingeret, sive dormientibus a natura, hos κορυβαντιᾷν Græci dicebant. Deducto forte vocabulo, non tam a Corybantum sacris, quam a *κόρη, pupilla.* Vide Notas et Emend. num. 76.

[q] *Tenuibus*] Multiplices intelligit oculorum tunicas: corneam, uveam, ceterasque, quibus pupilla includitur.

[r] *Subinde purificant*] Oculi nimirum tunicas hasce extimas abluunt, irrigantque lacrymis, quæ e glandulis exprimuntur, in oculorum angulo sitis, iisque humorem e cerebro defluentem excipientibus.

[s] *Et mobiles*] Nervorum beneficio, qui sunt ad angulos, ut dextrorsum, et sinistrorsum, sursum, deorsumque moveantur.

[a] *Media eorum cornua*] Trans corneæ, inquit, tunicæ cortices, pupilla, ceu quædam utriusque oculi fenestra translucet. Hanc Latini et pupulam, et nigrum oculi vocant. Huic orbis alter circumdatur diversi coloris, qui ἶρις idcirco nominatur, Polluci σφενδόνη, quod pupillam continet in se, ceu lapidem funda. Vox autem 'fenestrare' Plauto nota, et Fortunato in Vita S. Albini Episc. Andeg. n. 18.—'Sed quiddam hic Plinius tradit simile, ac xx. 20. ubi 'cœpas delacrymatione caligini mederi' docet.' *Ed. sec.*

[b] *Aliis ravi*] Hoc est, fulvi. Vide

habili mixtura et accipiatur[3] circumjecto candore lux, et temperato repercussu non obstrepat.[a] Adeoque iis absoluta vis speculi, ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est,[d] ut pleræque alitum e manibus hominum oculos potissimum appetant, quod effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt.

Veterina tantum quædam, ad crementa[4] Lunæ morbos sentiunt. Sed homo solus emisso humore[e] cæcitate liberatur. Post vicesimum[f] annum multis restitutus est visus.

[a] *Et accipiatur ab oculi albo circumjecto lux, et temperato repercussu circumdatorum orbium diversi coloris, non offendat aciem.*

glauci Gronov. et al. ante Harduin.—3 Chiffl. *ut habili mistura ut accipiatur.* —4 Ita codd. Harduini et Chiffl. *incrementa* Gronov. et al. ante Harduin.—

NOTÆ

Notas et Emend. num. 77.

[c] *Orbibus*] Iridem oculi utriusque intelligit, quæ et orbicularis linea, γραμμὴ κυκλοτερὴς, et σφενδόνη appellatur, ut diximus.

[d] *Ea causa est*] Eam esse causam vix ego putem: nam et vicinam avem deberent eæ multo magis morsu appetere: et cadaverum oculos appetunt, in quibus species nulla apparet. In causa est igitur potius, quod id ipsis pabulum lautum inprimis videtur.

[e] *Emisso humore*] Cum scilicet humor pupillam obstruens, vel acu ab ea removetur, et versus oculi angulum transponitur: vel alterius generis acu, cannulæ, ut aiunt, seu canalis more pertusa, sugendo extrahitur. Id morbi genus ὑπόχυσιν Græci, Latini *suffusionem* vocant. Vide Sennertum Pract. part. tertia, I. 2. 28. p. 218.—'*Emisso humore*] Ita libri omnes, tum editi, tum manuscripti. Homo solus, inquit, ex animalibus, humoris seu pituitæ tenuis naturali cursu, quæ ex oculis emittitur, cæcitatis periculo liberatur. Sic 'humorem' pro pituita dixit Celsus VII. 15. de oculorum vitiis, de pituita oculorum, de pituitæ tenuis cursu: 'Animadvertimus autem quibusdam nunquam siccescere oculos, sed semper humore tenui madere.' Et infra: 'Id enim signum est quasi excæcatorum itinerum, per quæ humor ferebatur.' Non est hic sermo de humore, qui pupillam obstruit, cum ei suffunditur, et *cataractes* a Gallis vocatur. Hoc est, non de eo morbi genere, quod Græci σύγχυσιν, *suffusionem* Latini vocant: sed de lacrymatione, quæ cum oculis evenit, catarractæ incipientis vitio affectis, tunc homo clare videt, et a cæcitatis metu liberatur. Sic etiam sibi contingere sæpenumero testatus est nobis amicus ex intimis.' *Ed. sec.*

[f] *Post vicesimum*] Refert Pausanias in Messen. Ophioneum Poëtam Messenium, ab ortu cæcum, vehe-

Quibusdam statim nascentibus negatus, nullo oculorum vitio:[g] multis repente ablatus simili modo, nulla præcedente injuria. Venas ab iis pertinere ad cerebrum, peritissimi auctores tradunt:[h] ego et ad stomachum[5] crediderim. Certe nulli[i] sine redundatione ejus eruitur[6] oculus. Morientibus[j] operire,[7] rursusque in rogo[k] patefacere,



5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ego ad stomachum* Gronov. et edd. vett.—6 'Ms. *vertitur;* lego, *excæcatur;* alii *extinguitur.*' Dalec.—7 *Morientibus illos operire* Dalec.—8 Ita codd.

NOTÆ

menti dolore capitis visum recuperasse. Micislaum Polonorum principem, anno ætatis septimo, repente ac sine cujusquam ope, visum recepisse, Cromerus lib. II.

[g] *Nullo oculorum vitio*] Vitioso humore, seu vapore crasso, qui ex cerebro defluit, nervos opticos obstruente. Exempla ejusmodi cæcitatis plura a se visa Sennertus commemorat I. Pract. part. tertia, 2. 44. p. 226.

[h] *Auctores tradunt*] Tradit certe Aristot. Hist. Anim. I. 9. p. 74. Περαίνουσι δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς τὸν ἐγκέφαλον, καὶ κεῖται ὑπὸ φλεβίου ἑκάτερος. *At oculi ad cerebrum pertingunt pusillæ venæ beneficio, sub qua uterque situs est.* Nisi φλεβίου diceret, quæ vox *venulam* sonat, venæ nomine intellexisse id nervorum genus arbitrarer, quod visioni eliciendæ est institutum, et spiritui visibili devehendo. Nervos opticos vocant Græci πόρους ὀπτικοὺς, *meatus visivos*, ex duabus cerebri partibus ad medium coëuntes in communem tubum, qui intus est, unus ut visus fiat: atque inde ad suum uterque oculum revertitur. Aristoteli præivit Hippocrates de Locis in Homine, tex. 5. p. 365. Καὶ ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς φλέβια λεπτὰ ἐς τὴν ὄψιν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τῆς μήνιγγος τῆς περιεχούσης φέρονται· ταῦτα δὲ τὰ φλέβια τὴν ὄψιν τρέφουσι τῷ ὑγρῷ τῷ καθαρωτάτῳ τῷ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, κ. τ. λ. *Et in oculos venulæ tenues ad visum ex cerebro per ambientem membranam feruntur. Hæ autem venulæ visum alunt humore purissimo de cerebro, &c.*

[i] *Certe nulli*] Summam esse cerebri cum stomacho consensionem, nervorum, ut aiunt, conjugatione, quos reversivos vulgus appellat, ad os ventriculi a cerebro pertinente, docet Galenus, in Comment. Aphor. VI. 50. p. 283. Cerebri idcirco vel meningis læsione cieri redundationem stomachi, hoc est, nauseam vomitumque, idem animadvertit. Nervos porro quos ὀπτικοὺς vocant, quos et prodire a cerebri medulla et utraque meninge, (duram et piam matrem appellant,) notissimum est, hos, inquam, lædi erutis oculis, ad cerebrumque adeo dolorem hunc maxime pertinere, palam quoque est: ad ventriculum deinde a cerebro.

[j] *Morientibus*] Hoc 'supremum opprimendorum oculorum officium' appellat Valer. Max. II. 6. 8. pag. 107. Erat parentibus in votis, ut a liberis hoc sibi officii contingeret. Tralatitium illud Penelopes votum: 'Di, precor, hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis Ille meos oculos comprimat, ille tuos.'

[k] *In rogo*] Ad hunc Quiritium mo-

Quiritium ritu [8] sacrum est: ita more condito, ut neque ab homine supremum eos spectari fas sit, et cœlo non ostendi, nefas. Uni animalium [l] homini depravantur: unde cognomina Strabonum [m] et Pætorum.[n] Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites [o] vocabantur: qui parvis utrisque, Ocellæ: [9] [p] Luscini [q] injuriæ cognomen habuerunt.

Nocturnorum animalium, veluti [10] felium, in tenebris fulgent radiantque oculi, ut contueri non sit: et capræ,[11] [r] lupoque [s] splendent, lucemque jaculantur. Vituli marini, et hyænæ,[t] in mille colores transeunt subinde. Quin et in



Harduini, Dalec. et Tolet. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Quiritium magno ritu* Gronov. et edd. vett.—9 *Ocelli* Vet. Dalec. Mox, Gronov. *cognomen habuere;* Chiffl. et al. codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cognomen habuerunt.*—10 Gronov. *velut.*—11 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller.

NOTÆ

rem allusisse Virgilium Turnebus arbitratur, Advers. XXVI. 5. p. 909. ad illud poëtæ carmen: 'Dat somnos adimitque, et lumina morte resignat.'

[l] *Uni animalium*] Arist. Probl. X. 49. p. 731. Διὰ τί τῶν ζώων ἄνθρωπος, ἢ μόνον, ἢ μάλιστα διαστρέφεται, *Cur animantium homini, vel uni, vel maxime oculi depravantur?* Vide etiam Problem. XXXI. 27. et 28. p. 826.

[m] *Strabonum*] Fuit illud Fanniorum, Pompeiorum, aliorumque Romæ cognomen. Notus est Pompeius Magni pater, cognomento Strabo. Ita vocatur, qui oculis est distortis ac depravatis. *Louche, bigle.*

[n] *Pætorum*] Æliæ, Papiriæ, aliarumque gentium cognomen. Porphyrius in Horat. I. Sat. 3. 'Strabo, qui est detortis oculis, dicitur. Pætus, leviter declinatis.' Acro paulo aliter: 'Pæti dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur.'

[o] *Coclites*] Sic Horatius Cocles appellatus, ille quondam Curiatiorum victor.

[p] *Ocellæ*] Cognomen id Serviorum familiæ. Servium Ocellam triduo bis deprehensum in adulterio scribit Cælius ad Ciceronem, Epist. VIII. 7.

[q] *Luscini*] Qui per vim, inquit, hominumque injuria eluscati essent, ab ea injuria ii cognomen retinuerunt: Luscini appellati. Fabricius Luscinus in Fastis Consul iterum.

[r] *Et capræ*] Ita Mss. omnes, non *capreæ.* Plinius VIII. 76. de capris: 'Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu.' Et Albertus M. de Animal. lib. XII. sub finem, pag. 374. 'Caper montanus, qui rubeos habet oculos, acute dicitur videre valde.'

[s] *Lupoque*] Hinc est quod acutissimi visus lupum esse prædicant Ælianus, Phile, et alii, quos citat Bochartus, parte prima de Animal. III. 10. p. 826.

[t] *Et hyænæ*] Plinius VIII. 44. de

tenebris multorum piscium refulgent aridi, sicut robusti caudices[12] vetustate putres. Non connivere diximus,[u] quæ non obliquis oculis, sed circumacto capite cernerent. Chamæleonis[13] [v] oculos ipsos circumagi totos tradunt. Cancri in obliquum aspiciunt. Crusta fragili[w] inclusis, rigentes.[14] [x] Locustis[y] squillisque magna ex parte sub eodem munimento[z] præduri eminent. Quorum duri[a] sunt, minus cernunt, quam quorum humidi. Serpentium catulis, et hirundinum pullis, si quis eruat, renasci tradunt.[b] Insectorum omnium, et testacei[c] operimenti,[15] oculi moventur, sicut quadrupedum aures. Quibus fragilia[d] operimenta, iis oculi duri. Omnia talia, et pisces, et insecta, non habent genas,[e] nec integunt oculos. Omnibus membrana[f] vitri modo translucida obtenditur.

Bipont. et Franz. *et capreæ* edd. vett. et Gronov.—12 Cod. Dalec. *refulgent sicut aridi caudices*; al. ap. Dalec. *refulgent sicut aridi roboris caudices*.—13 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Chamæleontis* Gronov. et edd. vett.—14 Codd. Tolet. et Chiffl. *inclusos gerentes*.—15 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et quibus testacea operimenta* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

hyæna: 'Oculis mille esse varietates tradunt, colorumque mutationes.' Reddunt fortasse semper oculis, ut idem de chamæleone scribit, quemcumque colorem proxime attingunt.

[u] *Non connivere diximus*] Lib. VIII. cap. 45. Vide Notas et Emend. num. 78.

[v] *Chamæleonis*] Hic enim, ut Plinius ait VIII. 51. 'non pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumspicit.'

[w] *Crusta fragili*] Μαλακόστρακα Græci vocant: tales sunt gammari, cancri, &c. Vide IX. 44. et 50.

[x] *Rigentes*] Non circumaguntur.

[y] *Locustis ... præduri eminent*] Duris oculis, σκληροφθάλμους, locustas esse, notum est. Hinc jocus in Medicum, apud Plautum in Menæch. V. 5. 24. 'MED. Dic mihi hoc: solent tibi unquam oculi duri fieri? ME. Quid? tu me locustam censes esse, homo ignarissime?'

[z] *Sub eodem munimento*] Crusta similiter fragili, per quam oculi fenestrantur.

[a] *Quorum duri*] Arist. de Part. Animal. II. 13. p. 993.

[b] *Renasci tradunt*] Neque hoc loco, neque XXV. 50. hujus miraculi sponsorem haberi se cupit.

[c] *Et testacei*] Ὀστρακόδερμα, quibus est operimentum testa, quæcumque ostrearum duritie integuntur: ut testudo. Hæc sunt ex Arist. loc. cit.

[d] *Quibus fragilia*] Crustacea scilicet, quæ crusta fragili integuntur. Arist. loc. cit. Τὰ μὲν γὰρ σκληρόδερμα πάντα σκληρόφθαλμά ἐστιν.

[e] *Non habent genas*] Nos *palpebras* dicimus, βλέφαρα Græci. Cur his eæ

LVI. Palpebræ in genis [g] homini utrimque. Mulieribus vero [h] etiam infectæ quotidiano. Tanta est[1] decoris affectatio, ut tinguantur oculi quoque. Alia de causa hoc[2] natura dederat,[i] ceu vallum quoddam visus, et prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas [j] haud immerito Venere abundantibus tradunt. Ex ceteris [k] nulli sunt,[3] nisi quibus et in reliquo corpore pili. Sed quadrupedibus [l] in superiore tantum gena, volucribus in inferiore: et quibus molle ter-

CAP. LVI. 1 Cod. Dalec. *insectæ. Quotidiana tanta est;* Chiffl. *infectu quotidiano. Tanta est.*—2 Dalec. *has,* sc. palpebras. Mox, Gronov. *seu vallum.*

NOTÆ

desint, causam Philosophus affert loc. cit.

[f] *Omnibus membrana*] Quasi palpebra quadam translucida semper obducta. Arist. loc. cit.

[g] *Palpebræ in genis*] Genas appellat oculorum tegumenta, palpebras pilorum vallum, ut Tullius loquitur de Nat. Deor. lib. II. pag. 108. quibus ipsæ palpebræ sunt munitæ. Igitur quæ Plinio genæ dicuntur, hæ Tullio palpebræ: quas ille *palpebras,* βλεφαρίδας alii, hoc est, *τρίχας ἐσχάτους, pilos* qui palpebrarum *oras ambiunt,* vocant. Hæ utrimque homini sunt, hoc est, superne pariter et inferne, *supra et infra,* ἄνω καὶ κάτω, inquit Philos. Hist. Anim. I. 9. pag. 65.

[h] *Mulieribus vero*] Quibus illita fuco semel est facies, id nisi quotidie fiat, turpissimis rugis et colore lurido ea statim fœdatur. Vide Notas et Emend. num. 79.

[i] *Hoc natura dederat*] Palpebras nimirum, sive, ut mos est nunc loquendi, palpebrarum pilos. Tullius eleganter loc. cit. 'Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum: quibus et apertis oculis, si quid incideret, repelleretur: et somno conniventibus, cum oculis ad cernendum non egeremus, utique tanquam involuti quiescerent.'—'Palpebras vero Plinius cum genas vocat, sequitur vetustum morem, cujus Festus meminit: 'Genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc versu: 'Pandite sulti' genas et corde relinquite somnum.' Alii eas partes putant genas dici quæ sunt sub oculis. Pacuvius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc versu: 'Nunc primum opacat flore lanugo genas.'' *Ed. sec.*

[j] *Defluere eas*] Arist. Problem. IV. 19. pag. 705. Διὰ τί ὅσοις ἂν βλεφαρίδες ῥέουσι, λάγνοι, *Cur salaces hi sunt, quibus pili palpebrarum defluunt?* Locum vide. Id iterum repetit Hist. Anim. III. 10. pag. 348. ac Plinius ipse cap. 94.

[k] *Ex ceteris*] E ceteris animantibus cilium habent palpebris adjunctum omnia quæ pilos obtinent reliquo in corpore: βλεφαρίδας δ' ἐπὶ τῶν βλεφάρων ἔχει, ὅσα τρίχας ἔχει. Arist. de Part. Anim. II. 14. p. 994.

[l] *Sed quadrupedibus*] Præter simiam, ut dicetur cap. 100.

gus, ut serpentibus: et quadrupedum quæ ova pariunt, ut lacertæ. Struthiocamelus[m] alitum sola,[4] ut homo, utrimque palpebras habet.

LVII. Nec genæ quidem omnibus:[a] ideo neque nictationes iis, quæ animal generant.[n] Graviores alitum[o] inferiore gena connivent. Eædem nictantur,[p] ab angulis membrana obeunte.[1] Columbæ et similia utraque connivent. At quadrupedes[q] quæ ova pariunt, ut testudines, crocodili, inferiore tantum, sine ulla nictatione, propter præduros oculos. Extremum ambitum[r] genæ superioris antiqui cilium vocavere: unde et supercilia. Hoc vulnere[s] aliquo diductum non coalescit, ut in paucis[2] humani corporis membris.

[a] *Nec palpebræ quidem alitibus omnibus.*

—3 Dalec. *nullis sunt.*—4 *Simia quadrupedum sola* Vet. Dalec. Pintianus ex codd. et Aristot. Hist. Anim. lib. II. cap. ult. hæc ita ordinat: *ut et struthocamelo alitum soli. Cæteris volucribus in neutra, et quibus molle, &c. lacertæ. Homo utrimque, &c. habet. Nec genæ, &c. luctationes. Ex iis quæ an. gen. graviores.*

CAP. LVII. 1 Cod. Dalec. *nictarit ab ang. membr. exeunte.*—2 Dalec. *ut et in paucis;* Vet. Dalec. *ut pauca hum. corp. membra;* al. ap. Dalec. *ut ex paucis, &c.*

NOTÆ

[m] *Struthiocamelus*] Arist. loc. cit. cilium esse struthioni scribit: inferne tantum, an et superne, non ait. Verum cum volucribus esse cilia constet in inferiore gena seu palpebra, struthionem vero quadrupedum vel ex ea parte naturam referre idem doceat de Part. Anim. IV. 14. p. 1046. quod et superiore parte palpebras gerat, βλεφαρίδας ἔχει τὰς ἄνωθεν, nihil a Plinio temere affirmatum autumo, ut Pinetus post Pintianum censuit.

[n] *Quæ animal generant*] Ut vespertiliones.

[o] *Graviores alitum*] Arist. Hist. Anim. II. 15. pag. 211. et de Partib. II. 13. pag. 993. Μύουσι δ' οἱ βαρεῖς τῷ κάτω βλεφάρῳ. Id tamen et in aliis observatum.

[p] *Eædem nictantur*] Arist. loc. prius cit. Psittacum tamen excipere uterque debuit: hunc enim nictari negant. Nictari porro est sæpe ac leviter oculum movere: Græci σκαρδαμύττειν dicunt: Galli, *Cligner les yeux.*

[q] *At quadrupedes*] Aristot. de Part. Anim. II. 13. p. 993.

[r] *Extremum ambitum*] Ubi pili e gena superiore, seu palpebra, enascuntur.

[s] *Hoc vulnere*] Aristot. Hist. Anim. I. 11. p. 95. de præputio agens: ἐὰν διακοπῇ, οὐ συμφύεται, οὐδὲ γνάθος, οὐδὲ βλεφαρίς. *Si secetur, non coit: sicut neque malæ, neque palpebræ, sive genæ.* De præputio pariter Hippocrates Aphor. VI. 19. intestinisque tenuibus, ex eodem, Aphor. 24.

LVIII. Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII. tabularum [t] interdicto radi a fœminis [1] eas vetantes. Pudoris hæc sedes. Ibi maxime ostenditur rubor.

LIX. Intra eas hilaritatem [1] risumque indicantes buccæ.[a] Et altior homini tantum, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere,[b] [2] [b] nasus. Non alii animalium nares eminent. Avibus,[c] serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus,[3] sine naribus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum.[4] [d] Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium et narium defuere.

[b] *Subdolæ irrisionis signum esse sedemque voluerunt.*

CAP. LVIII. 1 Voces, *a fœminis*, non habentur in cod. Dalec.—2 Idem codex, *Ubi maxime.*

CAP. LIX. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Infra eas hilaritates* Chiffl. *Infra eas hilaritatem* Gronov. et al. vett.—2 Codd. Dalec. et Chiffl. *dicta vere.*—3 Cod. Dalec. *olfactum.*—4 'Simis et silonibus idem est nasi vitium. Unde *simorum* glossema esse videtur. Nec in familiis Romanis ullum novimus *Simorum* cognomen.' *Brotier.*

NOTÆ

[t] *XII. Tabularum*] Tabula nempe decima, lege II. de Jure Sepulcrorum, cap. 4. 'Mulieres genas ne radunto: neve lessum funeris ergo habento.' Hoc est, mulieres ne genas unguibus dilanianto, seu faciem carpunto: neve lugubrem ejulatum in funeribus adhibento. Refert hanc legem et Cic. de Legib. lib. II. ac Tuscul. lib. II. et Festus, verbo 'Radere.'

[a] *Intra eas ... buccæ*] Non *infra*, ut est hactenus editum, contra Mss. fidem. Horat. I. Sat. 1. 'Quid causæ est, merito quin illis Jupiter ambas Iratus buccas inflet?' Et Plautus in Trucul. II. 2. 45. 'buccas belle purpurissatas' dixit: Tullius, 'fluentes, cerussatasque buccas.' Ut intelligas non interiorem modo cavitatem genarum, sed partem quoque extimam, buccas appellari.

[b] *Subdolæ irrisioni dicavere*] Vulgare est et tralatitium: 'Naso suspendere adunco.' Vide Martial. XIII. 2.

[c] *Avibus*] Arist. de Partib. Anim. II. 16. p. 996.

[d] *Simorum, Silonum*] Silonum familiare gentibus Romanis cognomen, Abroniæ, Antoniæ, Aruntiæ, Gaviæ, Pompeiæ, Popediæ, Umbroniæ: Simorum, quod quidem sciam, nulli. Atque ea sane vox *Simorum* posterioris *Silonum* interpretatio quædam mihi videtur esse, spuriumque glossema. Græci σίλους Silones vocant, qui naso sursum versus adunco et repando deformes sunt, auctore Festo: ii et simi dicuntur. Glossæ Philoxeni: *Silo*, σιμός. Ut a *nasus Naso*, ita fere a *silus Silo* deducitur.

LX. Labra, a quibus Brocchi,[1] [e] Labeones [f] dicti. Et os probum [g] duriusve, animal generantibus: pro iis cornea [h] et acuta volucribus rostra. Eadem rapto viventibus adunca: collecto, recta: herbas eruentibus [2] [i] limumque, lata, ut suum generi. Jumentis vice manus ad colligenda pabula ora: apertiora laniatu viventibus. Mentum nulli præter hominem, nec malæ.[k] Maxillas crocodilus [l] tantum superiores movet: terrestres quadrupedes, eodem, quo cetera,[3] more, præterque [4] [m] in obliquum.

LXI. Dentium tria [a] genera: serrati,[b] aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coëuntes, ne contrario occursu



CAP. LX. 1 Ita Ed. pr. Venett. Parm. Rom. Brix. et Tarvis. *Brocci* Basil. 1545. et al. deinceps usque ad Harduin. *Bochi* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Cod. Dalec. *rodentibus.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *terrestris eodem quo ceteræ modo* ex Aristot. Hist. Anim. III. 7. Legitur et *modo* in Tolet.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *præterquam* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[e] *Brocchi*] Nonius I. 102. 'Bronci (iidem Bronchi et Brocchi) sunt producto ore, et dentibus prominentibus.' Vide Notas et Emend. num. 80. —'Sed nihil istud ad rem præsentem, ubi de labris solummodo agitur. Ab his dicit Corneliorum Bocchorum familiæ additum fuisse agnomen Labeonum. Cornelium Bocchum laudat Plinius non semel, ut ex Indice apparebit.' *Ed sec.*

[f] *Labeones*] Cognomen id fuit familiarum, Antistiæ, Asconiæ, Attiniæ, Fabiæ, Pacuviæ, Pomponiæ, ceterarumque. De Antistio Labeone dicemus in Auctorum Syllabo. Sosipater Charisius Artis Grammat. lib. I. pag. 79. Verrii Flacci auctoritate ait a labiis immodicis Labeones dictos.

[g] *Os probum*] Firmum, osseum. Alia vero oratio est, cum os probum in homine commendatur, ut in laude Pompeii dicitur a Plinio VII. 10. 'Illud os probum, ipsumque honorem eximiæ frontis.'

[h] *Pro iis cornea*] Hæc deinceps ex Aristot. de Part. Animal. III. 1. pag. 1000. et IV. 12. pag. 1041.

[i] *Herbas eruentibus*] Vel, ut in Reg. I. 2. &c. *ruentibus,* hoc est, effodientibus. Lata sunt idcirco suibus ora, et cartilaginosa, ut Albertus notat de Animal. VII. 1. 5. pag. 221. Sic Plinius X. 91. 'Alia rostri latitudine ruunt.'

[k] *Nec malæ*] Quas alio nomine genas vocamus.

[l] *Maxillas crocodilus*] Aristot. lib. I. Hist. Anim. 9. pag. 81. et III. 7. pag. 326. de fluviatili crocodilo. Sic inter aves psittacus solus mandibulam rostri superiorem movet.

Præterque] Prætereaque. Vide Notas et Emend. num. 81.

[a] *Dentium tria*] Accepta hæc ad verbum ex Arist. de Part. Anim. III. 1. pag. 999.

[b] *Serrati*] Visum a se Æthiopem, cui dentes serrati, ceu canibus, forent, scribit A. Benedictus, laudatus

atterantur: ut serpentibus, piscibus, canibus. Continui, ut homini, equo. Exerti, ut apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum, qui digerunt[c] cibum, lati et acuti: qui conficiunt,[d] duplices: qui discriminant[e] eos,[1] canini appellantur. Hi sunt serratis[f] longissimi. Continui, aut utraque parte oris sunt, ut equo: aut superiore primores non sunt, ut bubus, ovibus, omnibusque, quæ ruminant. Capræ superiores[g] non sunt, præter primores geminos.[2] Nulli exerti,[h] quibus serrati. Raro fœminæ,[i] et tamen sine usu. Itaque cum apri percutiant, fœminæ sues mordent. Nulli, cui cornua,[j] exerti: sed omnibus[3][k] concavi, ceteris dentes solidi. Piscium[l] omnibus serrati, præter scarum: huic uni aquatilium plani.[m] Cetero multis eorum[n]

CAP. LXI. 1 Dalec. *cibum acuti: lati qui conficiunt, et duplices: qui discr. eum.*—2 Vet. Dalec. et Chiffl. *genuinos.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *intimos, abditissimos.*—3 Vet. Dalec. *sed sui omnes.*—4 Ita codd. Harduini et Da-

NOTÆ

a Schenckio Observ. Medic. lib. I. pag. 217.

c *Qui digerunt*] Hoc est, qui dividunt, et incidunt: unde incisores dicti. Iidem primores sive anteriores appellati: item γελασῖνοι a Polluce, quoniam inter ridendum primi nudantur. Hæc ex Arist. Plinius, loc. cit.

d *Qui conficiunt*] Molares, dentium postremi, tum a figura, tum ab usu nomen habuerunt: instar enim molarum conterunt cibum præcisum.

e *Qui discriminant*] Qui separant, disterminant, dividuntque primores a molaribus, situ inter utrosque medii, Canini dicti, ob acutam duritiem, et usum: quod enim primores dividere nequeunt, hi confringunt. Oculares vulgus appellat. Horum radices altissimæ. Vide Notas et Emend. num. 82.

f *Hi sunt serratis*] Iis animalibus, quibus sunt dentes serrati, ut serpentibus, piscibus, canibus.

g *Capræ superiores*] Vel superiore parte oris.

h *Nulli exerti*] Aristot. Hist. Anim. II. 11. pag. 188. et de Part. Anim. III. 1. pag. 999.

i *Raro fœminæ*] In eorum animalium genere, quibus sunt dentes exerti, raro sunt ii fœminæ: aut si sunt exerti fœminæ, sine usu sunt. Arist. Hist. Animal. IV. 11. pag. 512. Χαυλιόδοντας αἱ θήλειαι οὐκ ἔχουσι τῶν ὑῶν, *Suibus fœminis exerti nulli sunt dentes.*

j *Nulli, cui cornua*] Arist. Hist. Anim. II. 11. pag. 188.

k *Sed omnibus*] Omnes, inquit, exerti dentes sunt concavi.

l *Piscium*] Aristot. Hist. Animal. II. 16. pag. 228. et de Part. III. 1. pag. 999. Errore lapsum hac parte Philosophum Scaliger affirmat, in Comm. ad priorem locum.

m *Plani*] Quibus sint dentes continui, sed teretes, et æquales, quasi paxilli qui citharæ aptantur, pisces invenire est alios: quibus sint non

in linguà et toto ore: ut turba vulnerum[a] molliant, quæ attritu subigere non queunt.[4] Multis et in palato, atque etiam in cauda.[5] [o] Præterea in os [p] vergentes, ne excidant[6] cibi, nullum habentibus retinendi adminiculum.

LXII. Similes aspidi,[a] et serpentibus: sed duo in supera[b] parte, dextera lævaque longissimi, tenui fistula perforati, ut scorpionum aculei,[c] venenum infundentes. Non aliud hoc esse[d] quam fel serpentium, et inde venis[1] sub

[a] *Numero vulnerum.*

lec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *queant* Gronov. et edd. vett.—5 Vet. Dalec. *in gula.* Ita quoque Rondel. III. 7.—6 Cod. Dalec. *ut excidant.*

CAP. LXII. 1 Chiffl. *venas.* Mox, Vet. Dalec. *pervenire, et has per ventrem*

NOTÆ

serrati iidem et plani, præter scarum nullum.

[n] *Cetero multis eorum*] Arist. de Part. Anim. III. 1. pag. 999. causam eandem affert: ut nempe dentium multitudine in minuta secent, quæ non possunt attritu longiore subigere. Hæc ille aliquanto uberius: quæ repetit quoque Albertus de Anim. XII. 3. 6. pag. 371.

[o] *Etiam in cauda*] Sic libri omnes: nequicquam *in gula*, ac perfrigide sane, Rondeletio rescribente.

[p] *Præterea in os*] Albertus loc. cit. 'Sunt etiam incurvati, ut hami, dentes multorum piscium, eo quod vigor eorum ad retinendum est in eis.'

[a] *Similes aspidi*] Hoc est, serrati.

[b] *Sed duo in supera*] Hæc ad verbum mutuatus est a Nicandro in Theriac. pag. 12. ubi de aspide: Τῆς ἤτοι πίσυρες κοῖλοι ὑπένερθεν ὀδόντες, κ. τ. λ. Quæ Gorræus Interpres sic reddidit: *Quatuor illi intus dentes curvique, cavique, Et longi, maxillæ altis radicibus hærent. Hi virus capiunt, tunica super undique tecti, &c.*

[c] *Ut scorpionum aculei*] Tertullianus, in Scorpiace, ipso initio, de scorpionis cauda: 'Scorpii,' inquit, 'series illa nodorum, venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato impetu surgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione stringit . . . Id spiculum, et fistula est, patula tenuitate in vulnus, et virus, qua figit, effundit.' Vide et Basil. in Hexaëm. Homil. IX.

[d] *Non aliud hoc esse*] Viperæ certe venenum aliud esse, tum a felle, tum a succo quodam flavo, qui vesicula gingivarum continetur, recte Charasius docet, in Anatomia Viperæ, sect. 8. pag. 29. In capite viperarum glandes ait esse salivarias, post oculos sitas: ex iis per venulas certas deduci humorem salivarium flavi coloris ad gingivarum usque vesiculam, qui humor hominis salivæ, atque animantium, proportione respondeat, idem innoxius sit, si sorbeatur. A felle hunc succum minime oriri, color ipse indicat, cum sit fel viriditatis eximiæ: gustus item, qui in felle acer-

spina ad os pervenire, diligentissimi auctores scribunt. Quidam unum esse eum:[e] et quia sit aduncus, resupinari, cum momorderit. Aliqui, tunc decidere eum, rursusque recrescere, facilem decussu: et sine eo esse, quas[2] tractari[f] cernamus. Scorpionis caudæ inesse eum,[g] et plerisque ternos. Viperæ[3] dentes gingivis conduntur. Hæc eodem[4][h] prægnans veneno, impresso dentium repulsu,[5] virus fundit in morsus. Volucrum nulli dentes, præter vespertilionem.[i] Camelus una[j] ex iis, quæ non sunt cornigera,[k] in superiori maxilla primores[6] non habet. Cornua habentium[l] nulli serrati. Et cochleæ dentes habent: indicio est etiam[7] a minimis earum derosa vitis. At in marinis crus-

descendere diligentissimi.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quos* Gronov. et edd. vett.—3 *Viperis* codd. Dalec. et Chiffl.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *eadem* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Codd. Dalec. *impressu dent repulsa.*—6 Chiffl. *priores.* Paulo post, in eodem codice, *nullis serrati.*—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *etiam* abest a

NOTÆ

bissimus, in eo succo injucunde suavis, dulcium amygdalarum referens saporem. Negat deinde vas esse ullum, aut venam, quæ a felle ad gingivas usque pertineat, quæ huic veneno illuc devehendo foret maximo necessaria opere. Quod vero viperei dentis sit letalis morsus, ait in causa esse spiritus irritatos, quos vipera tum simul cum morsu immittit, imprimitque: quæ irritatio si abesset, morsum plane innoxium fore, plurimis experimentis comprobatum. Denique illud adjungit: fel vipereum adeo non esse letale, ut ne sit quidem leviter noxium: sæpius, atque ingenti copia a canibus, felibus, gallinaceisque impune comesum.

[e] *Unum esse eum*] Dentem.

[f] *Quas tractari*] Subintellige, sine eo dente esse serpentes, quas tractamus.

[g] *Inesse eum*] Dentem, sive aculeum.

[h] *Hæc eodem*] Nicander in Theriac. pag. 16.

[i] *Præter vespertilionem*] Cui sunt, ut minimum, quatuor et viginti, serrati, teretesque: in maxillis singulis duodeni. Notat id quoque Basilius in Hexaëm. Homil. VIII. pag. 107. Nihilominus libro præcedenti, cap. 61. Juba Diomedeis avibus dentes esse tradidit. Quin et anatini, anserinique generis omnibus striæ sunt utroque rostri margine, instar dentium, acutissimæ.

[j] *Camelus una*] Arist. Hist. Anim. II. 11. pag. 186.

[k] *Quæ non sunt cornigera*] Nam ex iis quæ cornigera sunt capras paulo antea admonuit, cap. sup. primores habere geminos dentes in maxilla superiore.

[l] *Cornua habentium*] Arist. loco citato.

tata et cartilaginea primores[8] habere, item echinis quinos esse, unde intelligi potuerit, miror. Dentium vice aculeus insectis. Simiæ dentes, ut homini. Elephanto intus[m] ad mandendum quatuor: præterque eos, qui prominent, masculis reflexi, fœminis recti atque proni. Musculus marinus,[n] qui balænam antecedit, nullos habet: sed pro iis, setis intus os hirtum,[9] et linguam etiam, ac palatum. Terrestrium minutis[o] quadrupedibus primores bini utrimque[p] longissimi.

LXIII. Ceteris[q] cum ipsis nascuntur: homini,[r] postquam natus est, septimo mense. Reliquis perpetuo[1] manent. Mutantur homini,[s] leoni, jumento,[t] cani, et ruminantibus.[2] Sed leoni[u] et cani non nisi canini appellati. Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus.[v] Maxil-



vulgg. et Gronov. Mox, *derodi vites* Vet. Dalec.—8 Vet. Dalec. et Chiffl. *primos*.—9 Tolet. *hrsutum*.

CAP. LXIII. 1 Chiffl. *perpetui*.—2 Codd. Dalec. et Tolet. *et subantibus*.—

NOTÆ

m *Elephanto intus*] Elephanto, inquit, quaterni dentes utrimque sunt, quibus quasi mola cibum conficit. Præter hos, habet alios duos illos qui sunt exerti, et prominentes. Mas quidem, et magnos, et sursum reflexos, sive repandos: fœmina, minores, et contrario flexu quam mas: deorsum enim vergunt. Sunt ista quoque ex Arist. loc. cit. pag. 194. *Ὁ μὲν οὖν ἄῤῥην τούτους ἔχει μεγάλους καὶ ἀνωσίμους· ἡ δὲ θήλεια μικροὺς καὶ ἐξ ἐναντίας τοῖς ἄῤῥεσι· κάτω δὲ οἱ ὀδόντες βλέπουσιν.* Unde Plinius acceperit in eo genere fœminarum nonnullis dentes illos, qui prominent, esse rectos, nondum scio. Non attigit certe hoc discrimen Philosophus.

n *Musculus marinus*] Arist. Hist. Anim. III. 10. pag. 354. *Ἔτι δὲ καὶ ὁ μυστίκητος ὀδόντας μὲν ἐν τῷ στόματι οὐκ ἔχει· τρίχας δὲ ὁμοίας ὑείαις. Musculus marinus dentium loco pilos habet suillis setis similes.* De hoc musculo diximus ad calcem libri noni, cap. ult.

o *Terrestrium minutis*] Canibus, felibus, muribus.

p *Utrimque*] Superiore et inferiore maxilla.

q *Ceteris*] Elephanto quidem innascuntur ii, quos intus habet ad mandendum datos a natura: exertos illos longiores, nonnisi factus grandior. Aristot. Hist. Anim. II. 11. pag. 194.

r *Homini*] Vide quæ diximus VII. 15.

s *Mutantur homini*] Aristot. Hist. Anim. II. 11. pag. 190.

t *Jumento*] Equo, mulo, asino, *οἷον ἵππος, καὶ ὀρεὺς, καὶ ὄνος*. Arist.

u *Sed leoni*] De leone hoc tradit Aristot. Hist. Animal. VI. 31. pag. 777. De cane VI. 20. pag. 741.

v *Operibus*] Remediis, sive amule-

lares,[w] qui sunt a caninis, nullum animal mutat. Homini novissimi,[x] qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur: multis et octogesimo,[y] fœminis quoque: [z] sed quibus [a] in juventa non fuere nati. Decidere in senecta,[b] et mox renasci certum est.[3] Zoclen [c] Samothracenum, cui [4] renati essent post centum et quatuor annos, Mucianus visum a se prodidit. Cetero maribus [d] plures, quam fœminis, in homine, pecude, capris, sue.[5] [e] Timarchus [f] Nicoclis

3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *feminis quoque, sed quibus in juventa non fuere nati, decidere in senecta ... certum est* Gronov. et edd. vett.—4 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps; *Zanclen Samothracenum, cui* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Zanclem, Samothracem, cui* margo edd. Dalec. et Gronov. *Zanclen, Samothracenum civem, cui* Gronov. et al. ante Harduin. Τὸ *civem* non legitur in Tolet.—5 Ita codd. Harduini, Pintian. et Vet. Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *caprisve* Gronov. et edd. vett.—

NOTÆ

tis. Vide XXVIII. 78. Vel hoc fortassis de operum politura accipiendum est, quæ fit dente lupino, cum auro splendor conciliatur, quod ligno coriove inductum est.

[w] *Maxillares*] Hoc ex Arist. Hist. Animal. II. 11. pag. 190. quem in locum animadvertit Scaliger, aliter haud raro contingere: e liberis suis unum, matrem quoque, se denique ipsum maxillares amisisse, atque in eorum locum alios successisse. Genuini tamen, hoc est, maxillarium postremi duo, si semel exciderint, nunquam renascuntur.

[x] *Homini novissimi*] Hoc est, extremi duo, qui et σωφρονιστῆρες ab Hippocrate appellantur, quasi sapientiæ dentes, quod trigesimo ætatis anno, quartoque septenario, plerumque erumpant, quo tempore σωφρονεῖν, hoc est, *sapere*, incipimus. Plinius hæc totidem verbis accepit a Philosopho loc. cit. p. 194. Genuinos ille κραντῆρας vocat.—' Festus: 'Genuini dentes, quod a genis dependent.' Et interpres Persii: 'Genuinus proprie dens, qui sub genis est.' A 'gigno, deducere hujus vocis etymon Plinius videtur.' *Ed. sec.*

[y] *Et octogesimo*] Arist. loc. cit. et Albertus de Anim. XII. 3, 6. pag. 372. id se vidisse sancte asseverat. Vide et Sennertum parte prima Pract. II. 10. p. 261.

[z] *Fœminis quoque*] Arist. loc. cit.

[a] *Sed quibus*] Sive mares ii fuerint, sive fœminæ, ita demum nascuntur anno octogesimo, si non fuerint in juventa nati. Arist. loc. cit. pag. 194.

[b] *Decidere in senecta*] Testantur hoc et Medici recentiores, apud Schenckium Observ. Medic. I. pag. 218.

[c] *Zoclen* [*Zanclen*] Mss. *Zoclen*. Exempla similia complura Schenckius refert Observ. Medic. lib. I. pag. 217.

[d] *Cetero maribus*] Hoc superius ipse prodidit VII. 15. Totidem hæc verbis Philosophus, loc. cit. pag. 193. confirmantque tum Albertus de Anim. II. 1. 4. p. 105. tum Scaliger in eum

filius Paphii duos ordines[g] habuit maxillarum. Frater ejus non mutavit primores, ideoque prætrivit.[h] Est exemplum[i] dentis, homini et in palato geniti.[6] At canini[j] amissi casu aliquo nunquam renascuntur. Ceteris senecta rubescunt,[7][k] equo tantum candidiores fiunt.

LXIV. Ætas[a] veterinorum dentibus indicatur.[1] Equo sunt[b] numero XL. Amittit tricesimo mense primores utrimque[c] binos: sequenti anno totidem proximos,[d] cum subeunt dicti columellares.[e] Quinto anno incipiente binos

6 Codd. Dalec. *dentes homini et palato gigni.*—7 Chiffl. *rufescunt.*
CAP. LXIV. 1 Chiffl. *judicatur.*—2 *Bubus bis mutantur* codd. Dalecampii.

NOTÆ

Philosophi locum. Est ita nimirum ut plurimum: natura tamen haud ita legibus iis astricta, ut ab iis nunquam deflectat.

[e] *Capris, sue*] Vide Notas et Emend. num. 83.

[f] *Timarchus*] Vide Notas et Emend. num. 84.

[g] *Duos ordines*] Simile est quod refert Valerius Max. I. 8. pag. 75. 'Mithridatis vero regis filia Dripetine, Laodice regina nata, duplici ordine dentium deformis admodum, comes fugæ patris, a Pompeio devicti, fuit.' Narrat idem de Hercule Julius Pollux II. 4. pag. 92. Exempla alia vide apud Schenckium Observ. Medic. lib. I. p. 216.

[h] *Ideoque prætrivit*] Mss. *præterivit.* Quidsi *pertrivit* legas? hoc est, lima castigavit.

[i] *Est exemplum*] Est sane hujus rei historia apud Schenckium Observ. lib. I. p. 217.

[j] *At canini*] Negat hoc Fallopius, apud Sennertum, loc. cit. pag. 263. Maxillares omnes excidere et renasci ait, præter genuinos, sive novissimos: qui, si exciderunt, nunquam regenerantur.

[k] *Senecta rubescunt*] Alii *rufescunt.* Nigrescere Philosophus scripsit Hist. Anim. II. 11. pag. 192. Fuscos esse vel croceos canum in senecta dentes, notat Albertus de Anim. II. 1. 4. pag. 105.

[a] *Ætas*] Arist. VI. 22. pag. 753.

[b] *Equo sunt*] Arist. p. 749.

[c] *Primores utrimque*] Duos superiores, totidemque inferiores, τοὺς μὲν δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν. Arist. loc. cit.

[d] *Totidem proximos*] Duo rursum superiores, inferioresque totidem.

[e] *Columellares*] Jam non hæc accepta ex Aristotele, sed ex Varrone de Re Rust. II. 7. p. 87. 'Ætas,' inquit, 'cognoscitur equorum, et fere omnium quæ ungulas indivisas habent, et etiam cornutorum, quod equus triginta mensium primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, et totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum itidem ejiciunt, et totidem proximos eorum quos amiserunt, et incipiunt nasci quos vocant columellares. Quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos, quos caninos habent,' &c. Columellares ii sunt, quos

amittit, qui sexto anno renascuntur. Septimo omnes habet et renatos, et immutabiles. Equo castrato [f] prius, non decidunt dentes. Asinorum genus [g] tricesimo mense similiter amittit, deinde senis [h] mensibus. Quod si non [i] prius peperere, quam decidant postremi, sterilitas certa. Boves bimi [j] mutant.[2] Suibus [k] decidunt nunquam. Absumta hac observatione, senectus in equis, et ceteris veterinis, intelligitur dentium brochitate,[3] [l] superciliorum canitie, et circa ea lacunis, cum fere sedecim annorum existimantur. Hominum dentibus [m] quoddam inest virus. Namque et speculi nitorem [n] ex adverso nudati hebetant, et columbarum [o] fœtus implumes necant. Reliqua de iis in generatione hominum dicta sunt.[p] Erumpentibus,[q] morbi [4] cor-

Aristot. Hist. Anim. vi. 21. vulgatam probat. *Boves bimutant* Chiffl. Mox, in eodem codice, *Suibus non decidunt unquam.*—3 Vet. Dalec. *dentium rubore bronchitate.*—4 Dalec. *morbos.* Mox, pro *infantium*, quod servant codd. Harduini et Chiffl. *infantiæ* habent codd. Dalec. *infantia* Vet. ejusdem.—

NOTÆ

in Gallia mangones vulgo vocant *les Crochets.*

[f] *Equo castrato*] Nec cervi castrati cornua abjiciunt, Philosopho teste Hist. Anim. ix. 79. p. 1174. Eadem utrobique causa.

[g] *Asinorum genus*] Arist. Hist. Anim. vi. 23. p. 757.

[h] *Deinde senis*] Deinde sexto mense iterum quaternos: aliosque rursum quatuor singulis senis mensibus.

[i] *Quod si non*] Arist. p. 759.

[j] *Boves bimi*] Arist. Hist. Anim. vi. 20. pag. 745. τοὺς δ' ὀδόντας βάλλει βοῦς διετής.

[k] *Suibus*] Arist. Hist. Anim. ii. 11. p. 190. Ὗς δ' ὅλως οὐθένα βάλλει τῶν ὀδόντων. Albertus M. de Anim. ii. c. 4. p. 105. 'Sed et porcus nullum omnino ejicit dentem.'

[l] *Brochitate*] Sive, ut Nonius scribit, *bruncitate.* 'Cum dentes facti sunt brochi,' inquit Varro loc. cit. hoc est, exerti et prominentiores, 'et supercilia cana, et sub ea lacunæ, ex observatu dicunt eum equum habere annos sexdecim.'

[m] *Hominum dentibus*] Scilicet iratorum. Ex morsu irati hominis, maris fœminæque, gangrænam obortam non semel vidisse se scribit Riolanus, in Comment. de Ossibus, cap. 11. p. 484.

[n] *Speculi nitorem*] Halitu id fieri necesse est: nam si spiritum contineas, nihil tale continget.

[o] *Et columbarum*] Qua vi porro? halitune, an morsu? Si primum, non ea vis dentium est. Si alterum, continui solutione, non id alia occulta vi peragunt.

[p] *Dicta sunt*] Lib. vii. cap. 15.

[q] *Erumpentibus*] Vide Hippocratis libellum de dentitione, ad calcem tomi vii. operum Galeni.

pora infantium accipiunt. Reliqua animalia, quæ serratos habent, sævissima dentibus.[5]

LXV. Linguæ [a] non omnibus eodem modo. Tenuissima [b] serpentibus et trisulca, [c] vibrans, atri coloris, et si extrahas, prælonga: lacertis bifida et pilosa: vitulis quoque marinis duplex: [d] sed supra dictis [e] capillamenti tenuitate: ceteris [f] ad circumlambenda ora. Piscibus [g] paulo minus [1] tota adhærens, crocodilis tota. Sed in gustatu [h] linguæ vice carnosum aquatilibus palatum. Leonibus, pardis,[2] omnibusque generis ejus, etiam felibus, imbricatæ [i] asperitatis, ac limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis. Quæ causa etiam mansuefacta,[j] ubi ad vicinum sanguinem pervenit saliva, invitat [3] ad rabiem. De pur-

5 Chiffl. *sævissime dentiunt.*

CAP. LXV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *paulo minus quam* Gronov. et edd. vett.—2 Ita codd. Harduini cum edd. recentt. *Leonibus ac pardis* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Vet. Dalec. *etiam f. muricata asperitatis.*—3 *Qua de causa etiam mansuefactorum ubi ad vicinum sangui-*

NOTÆ

[a] *Linguæ*] At nulli tamen animantium pinguis est. In eo pariter conveniunt. Vide Arist. Probl. x. 21. p. 725.

[b] *Tenuissima*] Hæc totidem ferme verbis Arist. Hist. Anim. II. 20. pag. 277. et de Part. Anim. IV. 17. pag. 898.

[c] *Et trisulca*] Bisulcam Philosophus dixit: poëtæ trisulcam. Cave id tamen in eam partem accipias, cum Salmasio, ut existimes, unam esse simplicemque serpentium linguam, sed motu tremulo ita vibrari, ut gemina et bisulca videatur. Aliud enim non Plinii solum oratio, Aristotelisque, a quo accepit, atque adeo res ipsa postulat. Est, inquit Philosophus, Hist. Anim. II. 20. pag. 277. lingua serpentium lacertorumque bisulca in summo, δικρόα γλῶττα ἄκρα. Sed fissa magis est serpentibus, et quidem usque ad pilorum tenuitatem: πολὺ δὲ μάλιστα οἱ ὄφεις· τὰ γὰρ ἄκρα αὐτῶν ἐστι λεπτὰ, ὥσπερ τρίχες. Vide etiam Albertum, a quo hæc produntur expressius, de Anim. XII. 3. 5. p. 369. et Galenum de Usu Part. XI. 10. p. 569.

[d] *Duplex*] Fissa, ἐσχισμένη. Arist. locis cit.

[e] *Sed supra dictis*] Serpentibus.

[f] *Ceteris*] Lacertis, et vitulis marinis. Arist. locis citatis.

[g] *Piscibus*] Arist. Hist. Anim. II. 14. p. 203.

[h] *Sed in gustatu*] Arist. de Part. Anim. II. 17. p. 898.

[i] *Imbricatæ*] Ut imbricem lateremve paulo asperiorem tractare te putes.

[j] *Etiam mansuefacta*] Etiam in iis quæ sunt mansuefacta. Id accidere putat posse Dalecampius, cum Venere stimulantur, aut ira.

purarum linguis diximus.[k] Ranis prima[l] cohæret, intima absoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, cum vocantur ololygones.[4] [m] Stato id tempore evenit, cientibus ad coitum fœminas. Tum siquidem inferiore labro demisso, ad libramentum modicæ aquæ [a] receptæ in fauces, palpitante [n] ibi lingua ululatus elicitur.[5] Tunc extenti buccarum sinus perlucent, oculi flagrant labore propulsi.[6] Quibus in posteriori [o] parte aculei, et iis[7] dentes et lingua. Apibus etiam prælonga, eminens et cicadis.[p] Quibus aculeus [q] in ore fistulosus, iis nec lingua, nec dentes. Quibusdam insectis [r] intus lingua, ut formicis. Ceterum lata [s]

[a] *Ad vibrationem, seu tremulum aquæ motum.*

nem pervenit saliva invitat margo edd. Dalec. et Gronov. *Quæ c. e. mansuefactam, &c.* codd. Dalec. et Chiffl.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quam mittunt vocant ololygonem* alii ex Aristot. XLI. 9. *qua vocem mittunt. Mares tum vocantur ololygones* Gronov. et al. vett.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *editur* cod. Dalec. *ejicitur* edd. vett. et Gronov.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *labore perculsi* Vet. Dalec. *labore perpulsi* Gronov. et vulgg.—7 Chiffl. *posteriore p. a. et his.* Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *et dentes.*

NOTÆ

[k] *Diximus*] Lib. IX. cap. 60.

[l] *Ranis prima*] Diversam, inquit, ab aliis habent ranæ linguam: mucro namque primus, qui in ceteris absolutus est, ipsis cohæret piscium more: quod autem gutturi affine est, et intimum, id solutum et superexplicatum: qua vocem solent mittere. Hæc totidem verbis Philosophus Hist. Anim. IV. 9. p. 491.

[m] *Ololygones*] Vide Notas et Emend. num. 85.

[n] *Palpitante*] Tremulus ille aquæ motus receptæ in fauces celeri linguæ vibratione, seu palpitatione, efficitur. Arist. loc. cit. pag. 492. hunc ululatus modum ac materiam pari omnino ratione explicat, nempe ad aquam aëri mixtam refert: pellucere pariter pelles maxillarum adjicit, propter contentionem: rarefiunt enim: lucere denique in tenebris oculos. Hæc pariter Albertus de Animal. v. 2. 2. p. 171.

[o] *Quibus in posteriori*] Ut apibus, et formicis. Hoc ex Arist. de Part. Anim. IV. 6. p. 1028.

[p] *Et cicadis*] His non linguam, sed aculeatarum linguis simile quiddam esse superius dixit cap. 32.

[q] *Quibus aculeus*] Ut muscis, et culicibus, quibus hunc aculeum fistulosum tubæ vice simul et lanceæ natura dedit, ut Tertulliani verbis utar de Anima et adv. Marcion.

[r] *Quibusdam insectis*] Arist. de Part. Anim. II. 17. pag. 998.

[s] *Ceterum lata*] Ita Mss. omnes.

elephanto præcipue.[8] Reliquis in suo genere semper absoluta: homini tantum ita sæpe constricta venis, ut intercidi eas[t] necesse sit. Metellum[u] pontificem adeo inexplanatæ fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda æde Opis[v] vere dicere.[9] Ceteris septimo ferme[w] anno sermonem exprimit. Multis vero talis ejus ars contingit,[10] ut avium et animalium vocis indiscrete edatur imitatio. Intellectus saporum est ceteris in prima lingua,[x] homini et in palato.

LXVI. Tonsillæ[a] in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas, uvæ nomine,[b] ultimo dependet palato, homini tantum est. Sub ea[c] minor lingua, epiglossis appellata,[1]

—8 Pintian. ex Aristot. *Veterinis lata, elephanto perexigua.*—9 Ita emend. Harduinus, eumque secuti sunt recentt. *Opiferæ dicere* edd. ante Harduinum omnes.—10 Vet. Dalec. *contigit.* Paulo post, Vet. Dalec. *vocis indiscretæ;* Chiffl. *vocis discrete.*

NOTÆ

At esse parvam admodum, atque in recessu positam, vix ut cerni queat, Philosophus admonet Hist. Anim. II. 11. pag. 195. Γλῶτταν δὲ ἔχει μικρὰν τε σφόδρα, καὶ ἐντὸς, ὥστε ἔργον εἶναι ἰδεῖν. Quare legendum censuit Pintianus: *Veterinis lata, elephanto perexigua.*

[t] *Ut intercidi eas*] Sectionem venæ sub lingua fieri, præsertim in tumore linguæ. Vide Sennertum Pract. parte tertia I. 5. 2. pag. 251.

[u] *Metellum*] De quo diximus VII. 45.

[v] *Æde Opis*] Ædem Opis in vico Jugario, regione Urbis octava, statuit P. Victor in descriptione Romæ. Vide Notas et Emend. num. 86. Vere dicere, est juste, proprie, non perplexe, balbutientium more, fari.

[w] *Septimo ferme*] Nempe, ut cum tardissime.

[x] *In prima lingua*] In extremo linguæ mucrone. Sic Albertus, loco novissime citato. Tota, ut arbitror, lingua gustamus; alia tamen parte melius, alia minus. Est in linguæ acumine gustus acutior, secundum superiorem partem, et in ipso quoque palato: ibi enim tenuior caro est, nervusque subtilior.

[a] *Tonsillæ*] Glandulæ duæ pluresve, ad linguæ radicem positæ, quæ a fundenda saliva σιαλόχοοι, vulgo *Amygdalæ* appellantur, *Amigdales.*

[b] *Uvæ nomine*] Gallis, *la Luette.* Scriptores Miscellaneorum Medicophysicorum, sive Ephemerid. German. tom. III. pag. 568. 'Nullum animal uvula gaudet præter hominem, quia nullum animal loquitur,' &c. Γαργαρεῶνα Græci, Latini *gurgulionem;* Plinius, Celsus, Serenus, uvam; uvulam Trotula, lib. de Passion. Mulier. appellarunt. Uvæ ei nomen, quod aliquando ad similitudinem uvæ intumescit, cum vehementi inflammatione ac dolore.

[c] *Sub ea*] Arist. Hist. Anim. II. 15. pag. 213. Ἐπιγλωττὶς Atticis: Me-

nulli ova[d] generantium. Opera ejus[2] gemina, duabus[e] interpositæ fistulis. Interior[3][f] earum appellatur arteria,[g] ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit[h] in epulando, ne spiritu ac voce illac[4] meante, si potus cibusve[i] in alienum deerraverit tramitem, torqueat.[5] Altera exterior[6][j] appelletur sane gula, qua cibus atque potus devoratur. Tendit hæc ad stomachum,[k] is ad ventrem.[l] Hanc

CAP. LXVI. 1 Voces, *epiglossis appellata*, desunt in codd. Dalec. et Chiffl. —2 *Opercula ejus* Vet. Dalec. Mox, *interposita fistulis* Chiffl.—3 *Exterior* Vet. Dalec.—4 Chiffl. *et voce illa*.—5 Ita codd. Regg. Brot. Editio princeps, et al. vett. ante Harduinum. *deerravit tramitem, torqueat* Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *deerravit, tramitem torqueat* Franz.—6 *Altera interior* Vet. Dalec. Mox, *appellatur* Chiffl. et paulo post in eodem *devolvant* pro *devora-*

NOTÆ

dicis nostratibus, *l'Epiglotte: Ligulam* Latine satis apte dixeris.

[d] *Nulli ova*] Arist. loc. cit. At habent ea ibi simile quiddam, villosum nempe, sive fibrosum, quod adducitur ad constringendum.

[e] *Duabus*] Arteriæ et gulæ: de quibus mox. Unde epiglottida Erasistratus μέταυλον vocat, quoniam sit inter duos αὐλοὺς, apud Plutarch. Sympos. lib. VII. pag. 698. Erasistratum Plinius sequitur: deserit anatomia recens: quæ negat hanc operam geminam epiglottidi congruere.

[f] *Interior*] Quæ et in homine anterior est, Græci πρόσθιον dicunt.

[g] *Arteria*] Τραχεῖα, *aspera*, dicta: cujus usus est accipiendi reddendique spiritus, pulmonis cordisque perflandi. Hæc Arist. Hist. Anim. I. 18. pag. 127. et 128. *L'âpre artere:* aliis, *le sifiet, ou la cane du poumon.*

[h] *Hanc operit*] Arteriam ligula operit.

[i] *Si potus cibusve*] Arist. pag. 128. Uterque antiquis contradicit, qui gulam solidiorum ciborum meatum agnoscerent; guttur, sive arteriam, liquidorum: a ligula segregari cibum, ut in gulam, potum, ut in pulmones descenderet. Unde illud poëtæ, Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. Neque vero id penitus falsum: tametsi non quo illi putabant modo fiat. Nihil per arteriam labitur: per gulam omnia: verum a gula resudat in arteriam, per annulos, quibus utraque inter se committitur.

[j] *Altera exterior*] Posterior, ὀπίσθιος. Gula, *l'Esophage*, οἰσοφάγος.

[k] *Ad stomachum*] In hujus vocis nomine cavenda æquivocatio. Nunc enim tota fistula, qua esculenta poculentaque transmittuntur in ventrem, στόμαχος appellatur: nunc summa tantum hujus gulæ pars, quæ et φάρυγξ dicitur: nunc tantum infima, quæ orificium ventriculi, τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, sive τῆς κοιλίας, et καρδία improprie dicitur. Hoc postremo sensu ea vox a Plinio modo accipitur, et a Celso IV. 1. atque alias passim. Vide quæ mox subjiciuntur a Plinio cap. 69. de vero hujus vocis intellectu.

[l] *Is ad ventrem*] Quem nos stomachum improprie dicimus, *l'Estomach*, alii ventriculum.

per vices operit,[a] cum spiritus tantum aut vox commeat, ne restagnatio[m] intempestiva alvi obstrepat.[7] Ex cartilagine[n] et carne arteria, gula nervo[8] et carne[o] constat.

LXVII. Cervix nulli,[p] nisi quibus utraque hæc. Ceteris collum,[q] quibus tantum gula. Sed quibus cervix, e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis,[1] ad circumspectum,[b] [r] articulorum nodis jungitur. Leoni tantum,[s] et lupo, et hyænæ, ex singulis rectisque ossibus[c] rigens.[2] Cetero spinæ annectitur,[t] spina lumbis, ossea: sed tereti structura, per media foramina a cerebro medulla descen-

[a] *Gulam vicissim epiglottis operit.*
[b] *Ad circumflectendum, et ad circumspiciendum.*
[c] *Ex unico osse, in unoquoque horum animalium.*

tur.—7 Dalec. *alimenti obrepat;* al. ap. Dalec. *irrumpat.*—8 Chiffl. *gula e nervo.*

CAP. LXVII. 1 Codd. Dalec. *ossibus flexitilis.*—2 Dalec. *ossibus riget.*—

NOTÆ

[m] *Restagnatio*] Rejectio cibi per vomitum, redundatioque in fauces et os e ventriculo, cum ructu.

[n] *Ex cartilagine*] Iisdem verbis Arist. de Part. Anim. III. 3. pag. 1002. Cartilagines multæ sunt, rotundæ, et annulares: connectuntur hæ per intermedia ligamenta, quæ in brutis membranacea, in homine carnosiora sunt, ut musculi perexigui esse videantur.

[o] *Gula nervo et carne*] Arist. loc. cit. Duplici propria constat tunica: prima externa, crassiore, carnosiore, ac molliore: interna altera, magisque nervea, subtiliore ac duriore.

[p] *Cervix nulli*] Αὐχὴν, Aristoteli de Part. Anim. IV. 10. pag. 1032. unde hæc manarunt.

[q] *Ceteris collum*] Τράχηλος. Colli a cervice discrimen patet ex Varrone, qui de Re Rust. II. 5. vaccas eligit, 'cervicibus crassis ac longis, a collo palearibus demissis.'

[r] *Ad circumspectum*] Multis, inquit, hoc est, septenis cervix constat ossibus, seu vertebris orbiculatis: atque ut sit ea flexilis ad circumspiciendum, et ad convertendum caput in varias partes, articulationes peculiares habet et symphyses. Has vero Laurentius explicat de Ossibus II. 24. p. 89.

[s] *Leoni tantum*] Arist. loc. cit. De lupo quoque ita fere Ælianus Hist. Anim. X. 26. De leone plane affirmat IV. 34. de quo tamen id falsum esse pronuntiant viri eruditi, qui in Bibliotheca Regis Christianiss. leonem ex anatomiæ arte secuerunt anno 1667. mense Junio, ut in Ephemerid. Eruditorum narratur.

[t] *Spinæ annectitur*] Cervicis vertebræ septem sunt: dorsi seu spinæ, duodecim: quinque, lumborum.

dente. Eandem esse ei naturam,[u] quam cerebro, colligunt: quoniam prætenui ejus membrana modo incisa statim expiretur.[v] Quibus longa[w] crura, iis longa et colla. Item aquaticis,[x] quamvis brevia crura habentibus: simili[3] modo uncos ungues.[y]

LXVIII. Guttur homini tantum et suibus intumescit,[z] aquarum quæ potantur plerumque vitio. Summum gulæ fauces vocantur, extremum[1] stomachus.[b] Hoc nomine[a] est sub arteria jam carnosa inanitas[b] annexa spinæ, et latitudine ac longitudine lacunæ modo[c] fusa.[2] Quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est, nec colla, nec

[a] *Stomachi nomine.* [b] *Caritas.*

3 'Alii reponendum monent *dissimili*, ut antea legebatur; nec aliter in Vet.' *Dalec.*

CAP. LXVIII. 1 Cod. Dalec. *postremum.*—2 Cod. Dalec. *etiam lat. ac long.*

NOTÆ

[u] *Eandem esse ei naturam*] Hoc est, vim eandem aut pæne parem vitæ sustinendæ: quoniam æquo salutis discrimine cerebrum et spinæ medulla inciditur. Alioqui diversam esse utriusque naturam Philosophus monet de Part. Anim. II. 7. pag. 985. cerebri frigidissimam, calidissimam dorsi medullæ. Et in eandem sententiam Albertus plura de Animal. XII. 2. 3. pag. 353.

[v] *Statim expiretur*] Nervi prius solvuntur, spiritusque animales ad motum sensumque inepti redduntur. Id vero quemadmodum fiat, docet Laurentius lib. IV. p. 164.

[w] *Quibus longa*] Ut gruibus.

[x] *Item aquaticis*] Ut sunt olores, et propemodum anseres.

[y] *Simili modo uncos ungues*] Ut stellaris ardea, *le Butor.* Vide Notas et Emend. num. 87.

[z] *Intumescit*] Morbum hunc Bronchocelen vocant, non qualem Celsus describit VII. 13. sed quem Felix Platerus apud Sennertum parte prima Practicæ II. 25. pag. 289. Tumor est in gutture, amplo spatio extuberans, qui tensus est admodum: atque ita, ut cum pulsatur, sonum edat: cum premitur, utris instar cedat, moxque iterum attollatur. Nec tamen guttur ipsum intumescit, si proprie loquimur: sed extra guttur tumor est sub cute, guttur ipsum comprimens. In Liguribus Taurinis, qui Alpium aquas bibunt, monstrosi ea parte evadunt: sub Rhæticis item, Vindelicisque montibus, teste Scaligero in Arist. pag. 90. Vetus Interpres Juvenalis Sat. XIII. 'Tanquam si in Alpibus homines gutturosos admireris, ubi tales sunt plurimi: nam lata et inflata colla habent.'

[b] *Extremum stomachus*] Orificium ventriculi superius: ob amplitudinem κατ' ἐξοχὴν dicitur στόμαχος, παρὰ τὸ στόμα ἔχειν.

[c] *Lacunæ modo*] Vide Notas et Emend. num. 88.

guttur, ut piscibus, et ora ventribus junguntur. Testudini marinæ lingua nulla, nec dentes : rostri acie comminuit omnia. Postea arteria[d] et[3] stomachus denticulatus callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos, decrescentibus renis :[e 4] quicquid appropinquat ventri, novissima asperitas,[5] ut scobina fabris.[6]

LXIX. Cor animalibus[f] ceteris in medio pectore est: homini tantum infra lævam papillam, turbinato mucrone in priora[c 1 g] eminens. Piscibus solis[h] ad os spectat. Hoc

[c] *In anteriora.*

lacunæ modo fusæ ; Vet. Dalec. *in long. ac lat. lagenæ modo effusa ;* Chiffl. *ad lat. ac long. lacunæ modo fusa ;* Gronov. et al. ante Harduin. *ad lat. ac long. lagenæ, &c.*—3 *Post arteriam est* Vet. Dalec. et mox in eodem Vet. *in modum tubi.*—4 Ita codd. Harduini omnes, Regg. Brot. et Editio princeps. *decrescentibus venis* cod. Lugd. *deterentibus,* vel *dispescentibus* margo edd. Dalec. et Gronov.—5 'Ita Mss. Reg. et editio princeps : nec aliter interpungendum. Pars illa in testudine est angustissima : hæc est denticulata asperitas, de qua infra cap. 79. Major quidem et arctior prout appropinquat ventri. Venter ibi est, *l'Orifice intestinal.'* Brotier. *quo magis appropinquat* Vet. Dalec. *quicquid appropinquat ventri. Novissima, &c.* edd. ante Brotier.—6 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *ut scobina fabri* edd. vulgg. ante Brotier.

CAP. LXIX. 1 Cod. Dalec. *mucrone priore.*—2 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

[d] *Postea arteria*] In testudine, inquit, post rostrum arteria est, et gula, stomachusque : sed is denticuloso callo in rubi modum asper, ut in eo ipso canali conficiantur cibi, &c.

[e] *Decrescentibus renis* [*crenis*] Locum hunc si quis aut plane intelligere, aut sanare ausit, lampadem trado : nihil enim habeo quod affirmem. In Mss. omnibus, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. *decrescentibus renis* (in Lugd. *venis*) *quicquid appropinquet ventri novissima asperitas ut sobina fabris.* Pro *renis* forte *serris* legendum : nam *crenæ* vox nec ullius codicis est manu exarati, nec scio an alibi lecta. Forte etiam *quacumque* legi satius fuerit. Ut ut est, non ad hominem ista, ut interpretes omnes ad hunc diem arbitrati sunt, sed ad marinam testudinem, referri oportuit. Scobina fabri lima est, *une lime.* Varro de Lingua Latina lib. VI. pag. 76. 'In Nervolaria : Scobinam ego lima actutum adrasi. Scobinam a scobe ; lima enim materia fabrilis est.'

[f] *Cor animalibus*] Sunt hæc ex Arist. Hist. Anim. I. 20. pag. 133. Minime tamen suibus, aliisque multis, medio illud pectore est : sed fere ut homini. Asello marino in ventre esse ait Ælianus Hist. Anim. V. 20.

[g] *In priora*] In anticas partes, εἰς τὸ πρόσθεν ἔχει ἡ καρδία τὸ ὀξύ. Arist. loc. cit.

[h] *Piscibus solis*] Arist. Hist. Anim. II. 18. pag. 253. Causam reddit idem de Part. Anim. III. 4. p. 1005. Ἔχει δὲ πρὸς τὴν κεφαλὴν τὸ ὀξύ· ἔστι δὲ αὐτὴ τὸ πρόσθεν· ἐπὶ ταύτην γὰρ ἡ κίνησις.

primum[i] nascentibus formari in utero tradunt: deinde cerebrum, sicut tardissime oculos. Sed hos primum emori, cor novissime. Huic præcipuus calor. Palpitat[j] certe, et quasi alterum movetur intra animal, præmolli[2] firmoque opertum membranæ involucro,[k] munitum costarum et pectoris muro, ut pariat[3][l] præcipuam vitæ causam et originem. Prima domicilia[4] intra se animo[m] et sanguini[n] præbet, sinuoso specu,[o] et in magnis[p] animalibus triplici, in nullo non gemino:[q] ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ[r] in priora[d][5][s] et terga discurrunt, sparsaque

[d] *In anticas partes.*

Dalec. cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *movetur intra animalia præmolli* Chiffl. *movetur animal intra præmolli* Gronov. et edd. Dalecampius legebat, *alterum intro movetur anima præmolli.*—3 Chiffl. *ut pareat.* Alii ap. Dalec. *ut par erat.*—4 Chiffl. *originem primam. Domicilia.*—5 Codd.

NOTÆ

Cordis mucro ad caput spectat in piscibus, quia hæc pars ipsis anterior est, in quam motus omnis agitur. At serpentum quoque par ratio est, ut docet Ælianus Hist. Anim. v. 31.

[i] *Hoc primum*] Solenni cautione dum tradi id præfatur, rei se sponsorem negat velle fieri: quanquam id Philosophus asseverat loco proxime citato. Negat autem Galenus de Format. Fœtus v. 4. pag. 292. jecur primo formari affirmans: ut lumbos alii, alii cerebrum, umbilicum alii: alii denique, quod fidem excedit, pedis digitum crassiorem. Vide Plutarch. de Placitis Philos. v. 17. pag. 907. Simili cautione idem Plinius, superiore libro cap. 74. ubi de corde avium: 'Cor avium,' inquit, 'esse existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes.'

[j] *Palpitat*] Ex Arist. loco proxime appellato. Motum cordis geminum intelligit, diastolen, systolenque.

[k] *Membranæ involucro*] Pericardium Anatomici vocant.

[l] *Ut pariat*] Ita Reg. 1. Paris. librique impressi. At Reg. 2. Chiffl. &c. *ut pareat.* Forte, *ut appareat;* vel, *ut par erat.*

[m] *Animo*] Calori, quo partes animantur ac sustinentur.

[n] *Et sanguini*] Non quia sanguinem cor conficit, sed quia perficit, addito vitali spiritu ab insita vi cordis: ante hanc consummationem, non est idoneus nutritioni sanguis.

[o] *Sinuoso specu*] Cordis ventriculo.

[p] *Et in magnis*] Arist. Hist. Anim. III. 4. pag. 306. Τὰ δὲ μέγιστα, πάσας τὰς τρεῖς. In corde avium pisciumque tres pariter reperiri Cæsalpinus observavit, laudatus a Riolano Anthropogr. lib. III. pag. 236.

[q] *In nullo non gemino*] Sive ii conspicui sint, sive tam exigui, ut sensum effugiant. Arist. loc. cit. Galenus quoque de Usu Part. VI. 9. pag. 427.

[r] *Duæ grandes venæ*] Cava et arteriosa. Accepta hæc sunt plane totidem verbis ex Arist. de Part. Anim. III. 4. pag. 1006.

[s] *In priora*] Sive, ut habent Mss.

ramorum serie,[6] per alias minores omnibus membris vitalem sanguinem [7] rigant. Solum hoc [t] viscerum vitiis non maceratur, nec supplicia vitæ trahit: læsumque mortem illico [u] affert. Ceteris corruptis, vitalitas in corde durat.

LXX. Bruta existimantur [a] animalium, quibus durum riget: audacia, quibus parvum [b] est: pavida, quibus prægrande. Maximum autem [c] est portione muribus, lepori, asino, cervo, pantheræ, mustelis, hyænis, et omnibus timidis, aut propter [1] metum maleficis. In Paphlagonia [d] bina



Dalec. et Chiffl. *in prorsa.*—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sparsæque ramorum serie* Gronov. et edd. vett.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *omnia membra Vitali sanguine.*

CAP. LXX. 1 Cod. Dalec. *timidis nimia, aut propter;* Vet. Dalec. *timidis*

NOTÆ

omnes, *in prorsa*, hoc est, in anteriora.

[t] *Solum hoc*] Aristot. loc. cit. Pati tamen et cor ipsum quoque morbos aiunt: putredinem, inflammationem, ulcera, tumores, abscessus, tabem: quæ variis experimentis comprobat Bartholinus in Anatomia Reformata II. 6. p. 232. et Schenckius Observ. Medic. lib. II. pag. 296. De phthisi Plinius ipse XIX. 26.

[u] *Mortem illico*] Aristot. loc. cit. Multis exemplis idem Bartholinus fidem facit, vulnera quoque cor læsum ad tempus pati: sed ita nimirum, ut ne ad ventriculum vulnera pervenerint, ut Galenus admonet. Leporem tamen sclopeti glande medio in corde perfossum eadem ferme qua prius velocitate ad teli jactum cucurrisse: canes, interdum abscisso avulsoque corde, vociferari ac progredi visos, refert Schenckius, Observ. Medic. lib. II. pag. 293.

[a] *Bruta existimantur*] Hæc Philosophus totidem verbis loc. citato.

[b] *Quibus parvum*] Leoni tamen inventum est amplitudine tanta, quanta, proportione corporis, animalium nulli, cum Anatomicæ rei periti leonem secuerunt in Bibliotheca Regis Christianissimi anno 1667. mense Junio. Erat ei longitudo sex pollicum: latitudo, quatuor: basi in mucronem acutissimum desinente.—'Quod autem addit Plinius, pavida animalia esse, quibus cor prægrande sit, id experimento comprobasse se refert scriptor diligens et accuratus libri Gallici, *Mélange d'Histoire et de Littérature*, tom. I. p. 61. in dissecto juvene supra modum ignavo ac timido.' *Ed. sec.*

[c] *Maximum autem*] Hæc rursum iisdem verbis Arist. loc. cit.

[d] *In Paphlagonia*] Ælianus Hist. Anim. X. 35. et Gellius XVI. 15. pag. 906. Uterque ex Theophrasto. Athenæus item lib. IX. pag. 390. De gemino unius cordis mucrone hæc accipienda esse monet Galenus Admin. Anatom. VII. 11. Quod et in homine quodam observatum narrat Riolanus Anthropogr. lib. III. pag. 236.

perdicibus corda. In equorum[e] corde et boum ossa reperiuntur interdum. Augeri id[f] per singulos annos in homine, ac binas[2] drachmas ponderis ad quinquagesimum[3] accedere: ab eo detrahi tantundem, et ideo non vivere hominem ultra centesimum annum defectu cordis, Ægyptii existimant, quibus mos est[g] cadavera asservare medicata.[a] Hirto[4] corde[h] gigni quosdam homines proditur, neque alios fortiores esse industria,[5] sicut Aristomenem[i] Messenium, qui CCC. occidit Lacedæmonios. Ipse convulneratus et captus, semel per cavernam lautumiarum[j] evasit, angustos vulpium[6] aditus secutus; iterum captus, sopitis

[a] *Medicamentis condita.*

aut præter. Dalecampius legit, *timidis ac minimis propter.*—2 Tolet. *et ad binas.*—3 Gronov. et al. ante Harduin. *ad quinquagesimum annum.*—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *Hirsuto* vulgg. et Gronov.—5 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et edd. recentt. *fortioris esse industriæ* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *per cavernas lautumiarum evasit, angustias vulpi-*

NOTÆ

[e] *In equorum*] Arist. Hist. Anim. II. 18. p. 246. et de Part. Anim. III. 4. pag. 1005. Galenus item de Usu Part. VI. 19. pag. 445. Etiam in hominum corde visa. Vidit Riolanus in cadavere Præsidis Nicolai Parisiis: et in Regina Maria Medicæa, Ludovici XIII. Christianissimi Regis parente, hoc ipso prodente Anthropogr. lib. III. p. 236. Vidit Joan. Trullus in corde Urbani VIII. Pont. Max. Sed hæc rariora.

[f] *Augeri id*] Esse hoc exploratum, atque extra controversiam positum, Schenckius contestatur Observ. Medic. lib. II. pag. 294. Cœlius Rhodig. Antiq. Lect. XIX. 21. pag. 911. 'Astrorum peritus Dioscorides,' inquit, 'anno centesimo vitam circumscripsit, cordis ratione, quod in anniculo mensum habeat drachmarum duarum, in bimo quatuor, inde procursu pari in annum quinquagesimum: a quo decrementa supputentur ad æquilibrium: quæ ambitu peracto ad metam redeant eandem: proinde non superesse spatia, visceris ejus dilapsu.' Dioscoridis Ægyptii meminit Philostratus de Vita Tyanei, IV. 12. pag. 196.

[g] *Mos est*] Herod. II. 87. pag. 121.

[h] *Hirto corde*] Sive hirsuto, pilis referto. Sic quorundam latronum cor hirsutum esse repertum scribit Muretus, Variar. XII. 10.

[i] *Aristomenem*] Valer. Max. I. 8. pag. 75. 'Admirabilius Aristomenis Messenii cor: quod Athenienses, ob eximiam calliditatem exsectum, pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, et astutia elapsum cepissent.'

[j] *Lautumiarum*] Ita Mss. omnes. Alii *latumias* et *latomias* scribunt:

custodibus somno, ad ignem advolutus lora cum corpore exussit; tertio capto Lacedæmonii [k] pectus dissecuere viventi,[7] hirsutumque cor repertum est.

LXXI. In corde summo pinguitudo est[1] quædam, lætis extis. Non semper autem in parte extorum habitum est. L. Postumio Albino rege sacrorum,[m] post centesimam[n] vicesimam sextam[1] Olympiadem, cum rex Pyrrhus ex

um codd. Dalec. et Chiffl. *per cavernam latomiarum evasit, angustos, &c.* Gronov. et edd. vett.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *dissecuere causa videndi* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. LXXI. 1 Ita codd. Harduini, Tolet. Dalec. et Chiffl. cum edd.

NOTÆ

hoc est, lapicidinas, seu loca lapidibus exsecta.

[k] *Lacedæmonii*] Unus omnium Valerius Max. memoriæ lapsu pro Lacedæmoniis Athenienses scripsit. Refert hanc historiam Clemens Alex. apud Eusebium Præpar. lib. IV. pag. 157. et Pausan. in Messeniacis. Stephanus item verbo 'Ανδανία, pag. 81. ex Herodoto, Plutarcho, et Rhiano auctoribus.

[l] *Pinguitudo est*] Τὸ στέαρ, *adeps*, a πιμελὴ, quæ facile cordis calore liquaretur, discrepans. Vide Bartholin. Anatom. Reform. II. 6. pag. 235. et Riolanum Anthropogr. II. 6. p. 80.

[m] *Rege sacrorum*] Qui sacra a solis regibus obiri consueta perageret, regibus exactis: quem, ut par ei auctoritas inesse videretur in eo munere, regio nomine decorarunt, sacrorum Regem appellantes. Ita fere Pseudo-Fenestella de Sacerd. Rom. cap. 11. Regis sacrorum apud Tullium mentio est, in Orat. de Arusp. Resp. et pro Domo sua.—' De hac gente Albina fuit multo postea Clodius Albinus Cæsar: cujus est nummus hic singularis ex ære, cum argentea bractea; Gallice, *medaille fourrée:* nitidissimus, et egregiæ cælaturæ, in Museo D. Abbatis Fauvel. Pars nummi prior hunc titulum habet: D. CLODIVS ALBINVS CÆS. capite nudo; posterior, istum: P. M. TR. P. XVII. IMP. VII. COS. VII. Tutela sive Fides Cæsarea sedens, sceptrum sinistra tenet, dextram imponit capiti pueruli nudi, ad genua ei astantis. Significat parvulum Cæsarem filium 'Pontificis Maximi, Tribunitia Potestate XVII. Imperatoris VII. Consulis VII.' ac proinde Commodi Augusti, commissum ab ipso fuisse, cum sibi instare suprema tempora ob invaletudinem intelligeret, tutelæ ac fidei viri Consularis, et sexagenarii, Clodii Albini Cæsaris. Factum istud esse supremo vitæ Commodi anno hæc notatio temporis docet. Cuilibet nummum contrectanti venit in mentem quærere, quis cujusvis sit ille parvulus. Respondet titulus, esse 'Pontificis Maximi, Tribunitia Potestate XVII. Imperatoris VII. Consulis VII.' Ergo Commodi. Habuit Commodus liberos saltem duos, masculum et puellam, teste nummo ejus inscripto, LIBERI AVG. Verum puella jam Postumo nupserat, patri Postumi Augusti, ut ex ætate istius intelligitur. Eam ob rem parvulus in isto nummo uni-

Italia discessisset, cor in extis aruspices inspicere cœperunt. Cæsari[o] dictatori, quo die primum veste purpurea processit, atque in sella aurea sedit,[2] sacrificanti bis in extis defuit.[p] Unde quæstio[q] magna de divinatione argumentantibus, potueritne sine illo[3] viscere[r] hostia vivere, an ad tempus amiserit. Negatur cremari posse in iis, qui cardiaco[s] morbo obierint: negatur et veneno interemtis. Certe extat oratio Vitellii,[4] [t] qua reum Pisonem ejus sce-



recentt. *vicesimam tertiam* Gronov. et edd. ante Harduinum.—2 Vet. Dalec. *insedit*.—3 Ita Editio princeps; item margo edd. Dalec. et Gronov. Edd. ante Brotier. *sine ullo*.—4 Gronov. et al. vett. *Vitelli*.

NOTÆ

cus, et vix bimus trimusve pingitur.' *Ed. sec.*

[n] *Post centesimam*] Vide Notas et Emend. num. 89.

[o] *Cæsari*] Plutarch. in Cæsare, p. 737. Appianus de Bell. Civil. lib. II. pag. 501. Suetonius in Julio cap. 77. 'Eo arrogantiæ progressus est, ut aruspice tristia et sine corde exta sacro quodam nuntiante, futura diceret lætiora, cum vellet: nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.' Jul. Obseq. cap. 127. 'Cæsari Dictatori exta sine corde inventa: ipse Cæsar 23. vulneribus in curia Pompeiana a conjuratis confossus.'

[p] *In extis defuit*] Fiebat id astu doloque aruspicum, cor victimæ clam subtrahentium, ut eo ostento ab inceptis deterrerent Imperatores: vel ut plures hostiæ litarentur, cum priores fuisse tristes dicerentur, ut Athenæus animadvertit lib. IX. pag. 380.

[q] *Unde quæstio*] Cic. de Divin. lib. II. pag. 226. 'Sed affers,' inquit, 'in tauri opimi extis, immolante Cæsare, cor non fuisse: id, quia non potuerit accidere, ut sine corde victima illa viveret, judicandum esse tum interiisse cor,' &c. Vide et de Divin. lib. I. pag. 205.

[r] *Sine illo* [*ullo*] *viscere*] Sine ullo corde. Ita Mss. omnes. Editi nonnulli, *sine illo*.

[s] *Qui cardiaco*] Affectus hic est ventriculi, hoc est, oris stomachi, quod veteres καρδίαν quoque appellarunt: hujus enim mira est cum corde cerebroque consensio, de qua Laurentius VI. 18. p. 304.—' Cels. III. 19. 'Morbi genus, quod καρδιακὸν a Græcis nominatur .... nihil aliud est, quam nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente, immodicoque sudore digeritur. Licetque protinus scire id esse, ubi venarum exigui imbecillique pulsus sunt.'' *Ed. sec.*

[t] *Vitellii*] Hujus vehementiam in dicendo adversus Pisonem Tacitus prædicat Annal. III. pag. 73.—' Dolebat vehementer P. Vitellio sublatum veneno fuisse Germanicum Cæsarem, quippe socerum suum. Duxerat enim uxorem filiam Germanici Cæsaris, ex qua genuit A. Vitellium Cæsarem Germanicum Imp. Itaque vehementer hanc causam agebat P. Vitellius Germanici gener. Fuit enim

leris coarguit, hoc usus argumento: palamque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici[u] Cæsaris cremari. Contra genere morbi[v] defensus est Piso.

LXXII. Sub eo[1 a] pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus, ac fistulis



CAP. LXXII. 1 *Super eo* Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

NOTÆ

'Germanicus' cognomen hæreditarium in familia Neronis Claudii Drusi Germanici Imperatoris, qui pater Germanici Cæsaris fuit. Unde et Vitellius Imp. quia prognatus ex filia Germanici Cæsaris 'Vitellius Germanicus' est cognominatus in nummis ex auro argentoque et ære fere omnibus: A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P. Docet idipsum planius nummus insignis argenteus, quem accepi dono nuperrime a P. Juliano Percheron, Societatis nostræ. Inscriptus ille quidem est parte priore, ut ceteri vulgares: A. VITELLIVS GER. IMP. AVG. P. M. TR. P. capite laureato. In aversa autem pagina, Apollo Palatinus stat togatus, capite radiato, dextra lauri ramum tenet, sinistra orbem, cui Victoria Romana imposita coronam Augusto porrigit. Epigraphe: AVGVSTVS GERMANICVS. Quo titulo significatur, non modo hæreditario cognomine Vitellium esse Germanicum; sed et victoriæ nomine regimen ei fuisse cum Augustali potestate assignatum. Hinc etiam in nummis duobus e Regia gaza aureis non 'Vitellius Germanicus Imp.' sed 'Vitellius Imp. Germanicus' nuncupatur, addito scilicet victoriæ argumento. Prior est: A. VITELLIVS IMP. GERMAN. .)(. VICTORIA AVGVSTI. Victoria gradiens, dextra palmam tenet. Similis alter: .)(. CONSENSVS EXERCITVVM. Mars gradiens cum hasta et signo legionis. Apud Occonem denique tertius, pag. 144. ex auro pariter: A. VITELLIVS IMP. GERM. .)(. VICTORIA GERMAN. Victoria dextra lauream tenet. Ipsius autem Germanici Cæsaris nummus extat singularis, cum P. Vitellii nomine, qui gener ipsius, et idem pater A. Vitellii Imp. fuit, apud D. Vaillant, p. 10. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΟΡΤΥΝΙΩ. Caput Germanici nudum. *Germanicum Cæsarem Gortynius* Prætor salutat. .)(. In area, ΕΠΙ ΠΟΠΛΙΟΥ ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΥ ΑΝΘΥ. (hoc est, Ἀνθυπάτου) ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. *Sub Publico Vitellio Proconsule.* Nummus *Nicomediensium.*' Ed. sec.

[u] *Cor Germanici*] Suetonius in Caligula cap. 1. de Germanico Caligulæ patre: 'Antiochiæ obiit, non sine veneni suspicione. Nam præter livores, qui toto corpore erant, et spumas quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cujus ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat.' Narrat Thuanus Histor. lib. I. de Helveto gladiatore Huldrico Zuinglio, cadavere flammis tradito, absumi cor haud potuisse.

[v] *Genere morbi*] Quoniam non iis solum qui veneno, sed et iis qui cardiaco morbo interirent, evenire id pro confesso haberi vellet.

[a] *Sub eo*] Sub corde pulmones extant, quibus ipsum cingitur. Sunt hæc deinceps ex Arist. de Part. Anim. III. 6. pag. 1009.

inanibus[b] cavus. Pauca eum (ut dictum est[c]) habent aquatilia. At cetera[2] [d] ova parientia exiguum, spumosum, nec sanguineum: ideo non sitiunt. Eadem est causa,[e] quare sub aqua diu ranæ et phocæ urinentur. Testudo quoque,[f] quamvis prægrandem et sub toto tegumento habeat, sine sanguine tamen habet. Quanto minor hic corporibus, tanto velocitas major. Chamæleoni[3] [g] portione maximus, et nihil aliud[h] intus.

LXXIII. Jecur in dextra[i] parte est: in eo[j] quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. M. Marcello[k] circa

edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aquatilia ac cætera* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Chamæleonti* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

[b] *Fistulis inanibus*] Σύριγγας vocat Philosophus. Frequentibus pulmo cavernis hiat, quas venæ permeant, in quibus plurimum sanguinis.

[c] *Ut dictum est*] Lib. IX. 6.

[d] *At cetera*] Lacerti, testudines, aves. Arist. loc. cit. et Albertus de Animal. XIII. 6. pag. 384. Vide Notas et Emend. num. 90.

[e] *Eadem est causa*] Quia spumosus est, et fungosus, plurimum aëris in se continens, quo uno refrigeratur id genus abunde aliquanto tempore, dum sub aqua est. Arist. loc. cit.

[f] *Testudo quoque*] Arist. loc. cit.

[g] *Chamæleoni*] Plutarchus de Solert. Anim. ex Theophrasto, parum abesse scribit, quin totum corpus pulmone sit plenum.

[h] *Et nihil aliud*] In Indice hujus loci: 'Quibus animalibus nihil aliud quam pulmo intus.' Tamen de corde diximus VIII. 51. De ejusdem jecoris præstantia in medicina dicemus XXVIII. 29.

[i] *Jecur in dextra*] Arist. Hist. Anim. II. 19. pag. 269. Aliquando tamen jecoris ac lienis permutatas sedes, ut illud in læva, in dextra foret iste, visum a se Medici testantur apud Schenckium Observ. Medic. lib. III. pag. 447.

[j] *In eo*] In jecore. Caput jecoris ex omni parte diligentissime aruspices considerasse tradit et Cicero de Divin. lib. II. pag. 224. Plutarchus in Marcello, pag. 315. κεφαλὴν ἥπατος vocat. Ceteri scriptores Latini, cum Plinio, κατ' ἐξοχὴν caput extorum. Pars est jecoris superior, gibbera, et rotunda, Laconicæ testudinis ritu.

[k] *M. Marcello*] Plutarchus loc. cit. Valerius Max. I. 6. 9. de M. Marcello: 'Is captarum Syracusarum et Hannibalis ante Nolana mœnia a se primum fugere coacti gloria inflammatus, cum summo studio niteretur, ut Pœnorum exercitum aut in Italia prosterneret, aut Italia pelleret, solennique sacrificio voluntates Deorum exploraret, quæ prima hostia ante foculum decidit, ejus jecur sine capite inventum est: proxima caput jocineris duplex habuit.... Ita monitus M. Marcellus, ne quid temere conaretur, insequenti nocte specu-

mortem, cum periit ab Annibale, defuit in extis.[1] Sequenti deinde die geminum repertum est. Defuit et C. Mario, cum immolaret Uticæ: item Caio[l] principi Kalend. Januariis, cum iniret consulatum, quo anno interfectus est: Claudio successori ejus, quo mense interemtus est veneno. Divo Augusto[m] Spoleti sacrificanti primo potestatis[n] suæ die, sex[2] victimarum jecinora replicata intrinsecus ab ima fibra[o] reperta sunt: responsumque 'duplicaturum intra annum[p] imperium.' Caput extorum tristis ostenti[q] cæsum[r] quoque est, præterquam in solicitudine ac metu: tunc enim perimit curas. Bina jecinora[s] leporibus circa



CAP. LXXIII. 1 'Manuscriptus, *exitu:* prave.' *Dalec.*—2 Hanc vocem, *sex*, non agnoscit codex Dalecampii. Mox, Vet. Dalec. *ab una fibra:* et paulo post,

NOTÆ

landi gratia cum paucis egredi ausus, a multitudine hostium in Brutiis circumventus, æque magnum dolorem ac detrimentum patriæ interitu suo attulit.' Vide et Liv. lib. XXVII. p. 309. Hæc omnia Cicero ridet de Divin. lib. II. p. 226.

[l] *Item Caio*] Caio Cæsari Germanico Aug.

[m] *Divo Augusto*] Suetonius in Augusto cap. 95. 'Primo autem Consulatu ei augurium capienti duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt: et immolanti omnium victimarum jocinera replicata intrinsecus ab ima fibra patuerunt: nemine peritorum aliter conjectante, quam læta per hæc et magna portendi.'

[n] *Primo potestatis*] Quo die bellum sibi contra Antonium una cum potestate Prætoria decretum intellexit, Dio lib. XLVI. pag. 411. Miscet omnia Suetonius, loco allato, cum id ad primum Augusti Consulatum referre videtur. Plinii verba ab eo transcripta ibi palam est.—'Sed uterque a Plinii mente aberrat.' *Ed. sec.*

[o] *Ab ima fibra*] Jecoris extremæ partes, immo et cordis, et cujuscumque visceris, fibræ vocantur.

[p] *Intra annum*] Antonio devicto, A. U. C. 724.

[q] *Tristis ostenti*] Vel *tristi ostento.*

[r] *Cæsum*] Victimarii cultro imprudenter læsum. Hinc Ovid. Met. XV. 794. 'Magnosque instare tumultus Fibra monet, cæsumque caput reperitur in extis.' Decio quoque immolanti, caput jecinoris cæsum repertum Livius notat lib. VIII. p. 139.

[s] *Bina jecinora*] Lobos interpretor, pinnasve geminas, in quas animantium plerorumque, si bovem aliaque excipias, jecora dividi, iisque ventriculum, ceu digitis, tegi et contineri aiunt. Bartholin. Anatom. I. 14. pag. 83. Jecur ita fissum in iis leporibus esse Philosophus ait Histor. Animal. II. 19. pag. 269. ut cum reipsa duplicatum non sit, ejusmodi tamen esse videatur.

Briletum[3] [t] et Tharnen, et in Cherroneso ad Propontidem. Mirumque translatis alio interit alterum.

LXXIV. In eodem est fel, non omnibus [a] datum animalibus. In Eubœæ [b] Chalcide nullum pecori. In Naxo [c] prægrande geminumque, ut prodigii loco [d] utrumque advenæ.[1] Equi, muli,[e] asini, cervi, capreæ,[2] apri, cameli,[f] delphini non habent. Murium [g] aliqui habent. Hominum [h] paucis non est, quorum valetudo firmior,[3] et vita longior. Sunt qui equo non quidem in jecore esse, sed in alvo putent: et cervo [i] in cauda, aut intestinis. Ideo tantam habent amaritudinem, ut a canibus non attingantur.[j] Est



visum tum quoque est, &c.—3 Codd. Regg. Hard. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Hard. et Chiffl. *Prilietum;* sic quoque margo edd. Dalec. et Gronov. Vide Not. et Emend. n. 91.

CAP. LXXIV. 1 Vet. Dalec. *et prod. l. utr. sit advenis.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Antea legebatur *capræ.*—3 Cod. Dalec. *va-*

NOTÆ

[t] *Circa Briletum*] Vide Notas et Emend. num. 91.

[a] *Non omnibus*] Arist. Hist. Anim. I. 22. p. 139. et de Part. Anim. IV. 2. p. 1020.

[b] *In Eubœæ*] Arist. locis cit. Ctesias quoque in Indicis, apud Herod. p. 667.

[c] *In Naxo*] Arist. pag. 140. et pag. 1020.

[d] *Ut prodigii loco*] Triste ostentum advena putat esse, cum ibi facit rem divinam: utrumque non naturæ instituto ratus, sed portenti alicujus significatione accidere.

[e] *Equi, muli*] Arist. Histor. Anim. II. 18. p. 253. et de Part. Animal. IV. 2. pag. 1020. Ctesias apud Photium cod. 73. p. 153. negat fel esse iis animantibus, quibus est solida ungula. Arist. loc. cit. in cervis agnoscit quiddam felli simile, sed multo concretius.

[f] *Capreæ, apri, cameli*] Capream nunc appellat, quæ Aristoteli locis citatis πρὸξ appellatur: alii *damam* reddunt. Αἰγὸς ἀγρίας, quam Plinius *capream* quoque transtulit VIII. 82. fel inprimis laudatur a Diosc. II. 96. Camelis delphinoque inesse fel negari a quibusdam Philosophus ait loc. cit. Scriptor Arabicus apud Bochart. parte prima de Animal. II. 1. pag. 77. habere camelum ait quiddam felli analogum, quod interdum etiam fel vocatur, uti ab ipso Plinio XXVIII. 26. Vide Notas et Emend. num. 92.

[g] *Murium*] Arist. locis cit.

[h] *Hominum*] Veteribus id olim creditum, felle carere longævos, argumento ducto e cervorum solidipedumque genere, ut Arist. ait locis cit.

[i] *Et cervo*] Vide Notas et Emend. num. 93.

[j] *Non attingantur*] Subintellige, intestina. Emollit hoc Plinii dictum Philosophus de Histor. Animal. II. 18. pag. 262. ita ut affirmet quidem a canibus non attingi, sed hac excep-

autem nihil aliud, quam purgamentum pessimumque sanguinis,[4] et ideo amarum est.[k] Certe jecur[l] nulli est, nisi sanguinem habentibus. Accipit hoc a corde,[a] cui jungitur: funditque in venas.

LXXV. Sed in felle nigro[m] insaniæ causa homini, morsque toto reddito.[n] Hinc et in mores crimen, bilis nomine. Adeo magnum est in hac parte virus, cum se fundit in animum. Quin et toto corpore vagum,[1] colorem quoque oculis[o] aufert: illud quidem redditum, etiam aënis:[b] nigrescuntque contacta eo: ne quis miretur id venenum esse serpentium.[p] Carent eo,[q] qui absinthium[2][r] vescuntur in

[a] *Jecur accipit a corde sanguinem.*
[b] *Rejectum ore vel alvo tingit aëna quibus excipitur.*

letudo firma.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *pessimique sanguinis* Gronov. et edd. vett. 'Manuscriptus, *pessimusque sanguis.* Vet. *pessimum;* quod placet: fel enim æque optimi atque pessimi sanguinis excrementum est.' *Dalec.* Mox, Reg. Hard. 1. *et ideo in maria est;* Gronov. et al. ante Harduin. *et ideo in materia ejus est.* Vide Not. et Emend. n. 94.

CAP. LXXV. 1 Cod. Dalec. *toto vagum corpore.*—2 Idem codex *absinthio.*

NOTÆ

tione adhibita, nisi cervi valde pingues fuerint: ἔντερον αὐτῶν ἐστι πικρὸν οὕτως, ὥστε μηδὲ τοὺς κύνας ἐθέλειν ἐσθίειν, ἂν μὴ σφόδρα πίων ᾖ ὁ ἔλαφος. Et sane iis nostri venatores canes suos cibant, idque vocant, *Faire la curée.*

[k] *Et ideo amarum est*] Vide Notas et Emend. num. 94.

[l] *Certe jecur*] Arist. Hist. Anim. II. 18. p. 247.

[m] *Sed in felle nigro*] Quod vesica biliaria, seu fellis, ut vocant, folliculo, canalique biliaria continetur: diuque retentum aduritur: et nigrum inde colorem trahi. Hanc insaniam a felle, μανίαν ἀπὸ τῆς χολῆς, a μελαγχολίᾳ discriminat Galenus, Comment. in Aphorism. Hippocrat. VI. 21. pag. 260.

[n] *Morsque toto reddito*] In dysenteriæ morbo, qui ortum ab atra bile duxerit: jecore in duodenum intestinum, per porum canalemve biliarium, bilem propellente. Galenum lege in Comment. ad Aphorism. Hippocr. IV. 24. p. 147.

[o] *Colorem quoque oculis*] In morbo regio, quem effusio facit biliosi humoris in universum corpus. Inde tota cutis flavescit aureo colore, inprimisque oculi, in quibus propter ingenitum candorem color ille vitiosus magis conspicuus est.

[p] *Venenum esse serpentium*] Vide quæ de veneno serpentium diximus c. 62. Id ibi in felle situm esse negavimus, recentiores secuti scriptores.

[q] *Carent eo*] Hoc vero non de hominibus, sed de pecore tantum, quod absinthium vescitur, accipiunt Ælia-

Ponto. Sed renibus[s] et parte tantum altera intestino jungitur, in corvis, coturnicibus, phasianis: quibusdam intestino tantum, ut columbis, accipitri, murænis. Paucis avium[t] in jecore. Serpentibus portione maxime copiosum, et piscibus. Est autem plerisque[u] toto intestino, sicut accipitri, milvo. Præterea in jecore est[3] et cetis omnibus: vitulis quidem[v] marinis ad multa quoque nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Aruspices id Neptuno et humoris[c 4] potentiæ[w] dicavere: geminumque[x] fuit divo Augusto, quo die apud Actium vicit.

LXXVI. Murium jecusculis[a] fibræ ad numerum Lunæ

[c] *Et aquarum numini.*



Mox, Vet. Dalec. *pascuntur in Ponto.*—3 *Præterea in pectore est* Chiffl. Mox, idem codex et Dalec. *ceteris avibus: vitulis, &c.* ' Vet. *ceteris animalibus, &c.* Pintian. *cetis omnibus, aptis quidem ad, &c.* Vituli marini fel non habent Aristoteli. *Dalec.*—4 *Junonis* cod. Dalec.

NOTÆ

nus Hist. Anim. XI. 29. et Stephanus, verbo 'Αψίνθιος: uterque ex Theophrasto Histor. Plant. IX. 18. ut et Apollonius Histor. Comment. cap. 31.

[r] *Absinthium*] Vel *absinthio.* Utrumque recte: illud antiquius, et ex Mss. Reg. 1. 2. Colbert. 1. 2. Paris. Chiffl. Sic Tibullus: 'Phœbæas innoxia laurus Vescar,' &c. Plinio alias familiaris locutio. Indicem vide.

[s] *Sed renibus*] Hoc est, summis lumbis, quo loco renes esse solent iis qui renes habent. At, quemadmodum Plinius ipse animadvertit inferius c. 81. 'Renes pennatis squamosisque nulli.'

[t] *Paucis avium*] Ut gallinis et attagenis.

[u] *Est autem plerisque*] Avium plerisque, inquit, toto intestino porrigitur, pari cum eo longitudine.

[v] *Vitulis quidem*] Ea quoque animalia, quæ vesicula fellis destituuntur, ut cervus, camelus, delphinus, quæ superius affirmare visus est felle carere, hoc est, eo fellis folliculo, alterum nihilominus habent bilis receptaculum, quem πόρον vocant, canalemve biliarium, qui ab hepate recta abit in intestinum. Horum e numero vitulus marinus censendus est, ut Bartholinus animadvertit Anatom. I. 15. pag. 97. Sunt igitur bilis seu fellis vasa duo: vesicula, et canalis. Prius vitulo marino adimit Philosophus Histor. Animal. II. 18. p. 253. Posterius non negat.

[w] *Et humoris potentiæ*] Ita Reg. 1. 2. &c. Paris. et ult. Dalec. *et Junonis.* Forte rectius: *Neptuno, ut humoris potentiæ.*

[x] *Geminumque*] Divo Augusto litante, fel repertum est in hostia geminum.

[a] *Murium jecusculis*] Ælianus Hist. Anim. II. 56.

in mense congruere dicuntur, totidemque inveniri, quotum lumen[d] ejus sit: præterea bruma increscere. Cuniculorum in Bætica sæpe geminæ [b] reperiuntur.[1] Ranarum rubetarum altera fibra[c] a formicis non attingitur, propter venenum, ut arbitrantur. Jecur maxime vetustatis patiens, centenis[d] durare annis, obsidionum exempla[e] prodidere.

LXXVII. Exta serpentibus[f] et lacertis longa. Cæcinæ Volaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio traditur: et profecto nihil incredibile sit, existimantibus,

[d] *Quotus dies Lunæ.*



CAP. LXXVI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cuniculorum exta in Bætica sæpe gemina reperiuntur* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

[b] *Cuniculorum in Bætica sæpe geminæ*] Fibræ nimirum, quæ vox subintelligenda, e superiore clausula. Interpolatores voculam interseruerant, *Cuniculorum exta in Bætica sæpe gemina;* nos eam induximus, ut supervacuam, ac temere invectam.

[c] *Altera fibra*] Et quod mirum magis videtur, cum altera fibra propter venenum non attingatur, altera, quam formicæ appetunt, contra omnia venena est pro antidoto, ita referente Manuele Phile de Propr. Anim. pag. 76. cap. de rubeta: quod ad ranam vulgarem Plinius transtulit XXXII. 18.

[d] *Centenis*] Colb. 3. solus, *septenis.*

[e] *Obsidionum exempla*] Vide Notas et Emendationes num. 95. Familiaris est Plinio locutio, 'Est inter exempla,' 'Est in exemplis,' ut id quod commemorat, e libris Exemplorum Hygini, aut Valerii Maximi accepisse se significet. 'Exempla prodidisse' quidpiam, nec ipse dixerit, nec Latinæ patiantur aures.—'*Obsidionum exempla*] Jecur, inquit, ranarum rubetarum, (nam de eo solum hic agi verba proxime antecedentia demonstrant:) centenis durare annis, ex urbium obsidionibus didicimus. Nam in quibusdam munitionibus inclusæ, repertæ sunt prorsus corruptæ, solo jecore integro, cum post annos centenos diruerentur eæ munitiones. Familiaris est Plinio locutio, 'Est inter exempla,' 'Est in exemplis,' ut acceptum illud significet, e libris Exemplorum. Itaque 'exempla prodidere' idem valet atque 'est in exemplis,' sive 'proditum est in libris exemplorum,' capite de obsidionibus urbium. Sic II. 104. 'Est in exemplis,' et sic alibi persæpe, ut ex Indice intelliges. Ejusmodi est liber Exemplorum Val. Maximi.' *Ed. sec.*

[f] *Exta serpentibus*] Aristot. Histor. Animal. II. 20. p. 278. ubi extorum nomine, cor, et pulmo, intelligitur: hæc sunt in serpentibus et lacertis oblonga.

Pyrrho regi,[g] quo die periit, præcisa hostiarum capita repsisse, sanguinem suum lambentia. Exta homini[h] ab inferiore[i] viscerum parte separantur membrana,[1] quæ præcordia[j] appellant, quia cordi prætenditur,[2] quod Græci appellaverunt φρένας.[k] Omnia quidem principalia viscera, membranis propriis,[l] ac velut vaginis inclusit providens natura: in hac[m] fuit et peculiaris causa vicinitas alvi, ne cibo[3] supprimeretur animus. Huic certe refertur accepta subtilitas mentis:[n] ideo nulla[o] est ei caro, sed nervosa



Cap. lxxvii. 1 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *separant membrana* Chiffl. *separantur membranis* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Ita codd. Harduini et Pintian. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quia a corde prætenditur* Chiffl. *quia cordi prætenduntur* Gronov. et edd. vett. —3 Vet. Dalec. *cibis.*—4 'Id falsum: subit enim ad sextam costam. Lego,

NOTÆ

[g] *Pyrrho regi*] Plutarchus in Pyrrho p. 404.

[h] *Exta homini*] Accepta hæc sunt ab Arist. de Part. Anim. iii. 10. pag. 1014.

[i] *Ab inferiore*] A jecore, liene, renibus, ventriculo, intestinis.

[j] *Quæ præcordia*] Quod cordi prætenditur. Vulgatiore vocabulo διάφραγμα appellatur, a Græcis: Latinis, *septum transversum;* quoniam ventrem medium ab infimo dispescit: *Le diaphragme.* Aliam acceptionem ejus vocis, *præcordia,* vide inferius cap. 82. et xxx. 14.

[k] *Φρένας*] Φρένες proprie *mentem* significant, quam νοῦν καὶ διάνοιαν etiam Græci appellant: ad quam quoniam aliquid conducere diaphragma credebatur, aut quia, cum id nimio plus incalescit, mens quoque lædatur, et φρενῖτις, seu continuum prope delirium excitetur, ea gratia a Platone et reliquis veteribus eodem nomine donatum est: nihil ut intersit, φρένας an διάφραγμα dixeris.

[l] *Membranis propriis*] Aristot. lib. de Part. Animal. iii. 11. p. 1015. ubi et quæ sint ea principalia viscera aperit, cor nempe, cerebrumque: et membranarum quæ natura sit, explicat.

[m] *In hac*] In hac membrana, nempe diaphragmate. Hæc ex Aristot. de Part. iii. 10. pag. 1014.

[n] *Subtilitas mentis*] Consensus certe est illi cum cerebro is quem modo diximus: qui fit per nervos insignes a cerebro ad septum illud pertingentes, qui calorem cerebro communicant. Adde fumidos vapores, quos motu suo assiduo, flabelli instar, transmittit ad cerebrum. Ideo fortassis, τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν ἐν τῷ διαφράγματι εἶναι, principem animæ sedem in eo septo locarunt veterum quidam, ut auctor est Plutarchus de Placitis Philos. iv. 5. p. 899. Quam porro vim habeant sapiendi et intelligendi præcordia, recte explicat Hippocr. de Morbo Sacro x. 9. p. 485.

[o] *Ideo nulla*] Hoc septum media, eaque præcipua sui parte, (caput seu principium vocant) constat exiliore ac tenuiore membrâna, sed quâ costis adhæret, carnosius est, σαρκωδέ-

exilitas. In eadem præcipua[p] hilaritatis sedes, quod titillatu maxime intelligitur alarum,[q] ad quas subit,[4] non alibi tenuiore cute humana, ideo scabendi dulcedine ibi proxima.[5] Ob hoc in prœliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu[r] trajecta præcordia attulerunt.

LXXVIII. Subest venter[a] stomachum habentibus, ceteris simplex, ruminantibus geminus,[b] sanguine carentibus nullus. Intestinus enim[c] ab ore incipit, et quibusdam eodem reflectitur,[1] ut sepiæ, polypo.[a] In homine annexus[d] infimo stomacho, similis canino.[2][e] His solis[f] animalium inferiori parte angustior: itaque et sola vomunt,[3] quia repleto propter angustias[g] supprimitur cibus: quod accidere non potest iis, quorum spatiosa laxitas eum in inferiora[4] transmittit.

LXXIX. Ab hoc ventriculo lactes in homine et ove,[h] per

[a] *Intestinus, qui ventris vicem habet, ab ore incipit, et in quibusdam animalibus ad os reflectitur, ut in sepia, &c.*

---

ad quas fere subit.' Dalec.—5 Vet. Dalec. *præcipua.*

Cap. LXXVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Intestinis enim quibusdam ab ore incipiens quadam via eodem reflectitur* Gronov. et edd. vett. *Intestinum* cod. Dalec.—2 Dalec. *cani.*—3 Idem, *et tacite vomunt.*—4 Codex Dalecampii, *ad inferiora.*

NOTÆ

στερον, ut Philosophus scribit loc. cit.

[p] *In eadem præcipua*] Aristot. loc. cit.

[q] *Alarum*] Aristotelem sequitur, qui loco cit. et Probl. XXXV. 8. scribit hunc titillatum fieri περὶ τὴν μασχάλην, *circa alam.* Costas extremas congruentius mori nostro loquendi dixisset: ad has enim usque id septum pertingit.

[r] *Mortem cum risu*] Sed sardonio risu scilicet, Aristot. loc. cit.

[a] *Subest venter*] Ventriculus, *l'Estomach.* Sunt hæc accepta ex Arist. de Part. III. 14. pag. 1006.

[b] *Ruminantibus geminus*] Ut lepori. Vide Notas et Emend. num. 96.

[c] *Intestinus enim*] Ita Mss. omnes.

[d] *In homine annexus*] Ventriculus scilicet, stomacho (sic enim orificium ventriculi veteres, ut diximus, appellabant) annexus.

[e] *Similis canino*] Arist. Hist. Anim. I. 19. pag. 129.

[f] *His solis*] Homini et cani.

[g] *Propter angustias*] Inferioris orificii.

[h] *Lactes in homine et ove*] In Mss. omnibus *lactis* in singulari scribitur. Lactium non idem est apud veteres et recentiores significatus. Majoris nominis auctores pro intestinis gracilibus mollioribusque accipiunt, quæ

quas labitur cibus, in ceteris [1] hillæ: [i] a quibus capaciora intestina ad alvum, hominique flexuosissimis orbibus. Idcirco magis avidi ciborum, quibus ab alvo [2] longius [j] spatium. Iidem minus [k] solertes, quibus obesissimus venter. Aves quoque [3] [l] geminos sinus habent quædam: unum, quo merguntur recentia, ut guttur: [m] alterum, in quem [n] ex eo demittunt concoctione maturata: ut gallinæ, palumbes, columbæ, perdices. Ceteræ fere carent eo; [o] sed gula patentiore utuntur: ut graculi, corvi, cornices.[4] Quædam neutro [p] modo, sed ventrem proximum habent, quibus [5] prælonga colla et angusta, ut porphyrioni. Venter solidipedum asper et durus. Terrestrium aliis denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis.[q] Quibus neque [r] dentes utrimque, nec ruminatio, hic [6] conficiuntur cibi,

Cap. LXXIX. 1 Cod. Dalec. *cibus. Cetero.* Mox, Vet. Dalec. *illa a quibus;* al. ap. eundem: *cileos a quo.*—2 Dalec. *ad alvum.*—3 *Aves quædam* Vet. Dalec.—4 Codd. Dalec. *coturnices.*—5 Pintian. ex Aristot. Hist. Anim. l. II. cap. ult. *habent. Quibusdam.*—6 Cod. Dalec. *mordacis, quibus dentes utrinque*

NOTÆ

in homine et ove aliisque etiam occurrunt, per quæ cibus labitur. Gloss. vet. *Lactes,* λεπτὰ ἔντερα τῶν ἐρίφων. Priscianus lib. VI. pag. 686. 'Hæ lactes,' inquit, 'partes sunt intestinorum, . . . singulare, hæc lactis est. Titinnius: 'Lactis agnina.' Pomponius: 'Oro te, Basse, per lactes tuas.'' Nonius: 'Lactes dicuntur intestina,' &c. Aliis lactes non tam intestina, quam pingue illud quod ea ambit, significant.

[i] *In ceteris hillæ*] In ove lactes, inquit, in ceteris hillæ vocantur. Certe Acron, ad illud Horatii II. Sat. 4. 'Perna magis ac magis hillis,' &c. 'Hilla,' inquit, 'dicuntur salsa intestina hirci.' Hœdi lactes glossæ veteres vocant. Vide Notas et Emend. num. 97.

[j] *Ab alvo longius*] His enim minus flexuosum intestinum est. Vide Aristot. de Part. Anim. III. 14. pag. 1018.

[k] *Iidem minus*] Celsus II. 1.

[l] *Aves quoque*] Aristot. Hist. Anim. II. 22. pag. 281.

[m] *Ut guttur*] Πρόλοβον Philosophus vocat, loc. cit. Galli, *le Jabot.* Latini, ingluviem. Dalecampius fallitur, qui hanc ingluviem Gallis dici *Giserium* putat.

[n] *Alterum, in quem*] Gallis, *le Gésier,* vel *Gisier.*

[o] *Carent eo*] Nempe priore sinu, sive ingluvie. Sunt hæc ex Aristot. loc. cit. pag. 282.

[p] *Quædam neutro*] Hoc est, neque ingluviem habent, neque gulam amplam. Arist. loc. cit. pag. 283.

[q] *Cancellatim mordacis*] Sic eleganter limæ seu scobinæ ferrariæ aculeos expresseris, quorum series cancellatim disponitur.

[r] *Quibus neque*] Ad verbum ista ex Aristot. de Part. III. 14. p. 1017.

hinc in alvum delabuntur. Media hæc[s] umbilico annexa in omnibus, in homine suillæ infima parte similis, a Græcis[7] appellatur colon,[t] ubi dolorum magna causa est. Angustissima[u] canibus, qua de causa vehementi nisu, nec sine cruciatu, levant eam. Insatiabilia[v] animalium, quibus a ventre protinus recto intestino transeunt cibi, ut lupis cervariis, et inter aves mergis. Ventres elephanto[w] quatuor, cetera suibus[8] [x] similia: pulmo quadruplo major bubulo. Avibus venter carnosus callosusque. In ventre[y] hirundinum pullis lapilli candido[9] aut rubenti colore, qui chelidonii vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. Et in juvencarum secundo ventre pilæ rotunditate nigricans tofus,[z] nullo pondere: singulare, ut putant, remedium ægre parientibus, si tellurem non attigerit.

LXXX. Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento[a] integuntur, præterquam ova gignentibus.[1] [b] Huic



nec ruminatio. Hic; Vet. ejusdem: *mordacis. Quib. dentes utrinque nec ruminatio. Hic.*—7 Vet. Dalec. *ile inf. par. simile suilo e Græcia.*—8 Chiffl. *subus.*—9 Cod. Dalec. *candidi.*

Cap. LXXX. 1 Vet. Dalec. *tam ceteris, quam ova gign.* consentiente Ari-

NOTÆ

[s] *Media hæc*] Alvi situm et nomen explanat.

[t] *Colon*] Κῶλον, Intestinum crassum, in quo fiunt tormina colica.

[u] *Angustissima*] Arist. loc. cit.

[v] *Insatiabilia*] Arist. ibidem.

[w] *Ventres elephanto*] Arist. Hist. Anim. II. 19. pag. 275.

[x] *Cetera suibus*] In Mss. omnibus, *subus.* Aliis *suillis* magis placet. Viscera cetera, inquit Philos. loc. cit. suillis similia sunt, præter jecur, *πλὴν τὸ μὲν ἧπαρ,* quod bubulo majus est quadruplo, et alia pari ratione, *καὶ τἄλλα.*

[y] *In ventre*] Lapillos hujuscemodi duos penes se in Museo esse scribit Aldrov. Ornithol. XVII. 6. pag. 663.

[z] *Nigricans tofus*] Papiæ Vocabularium: *Tofus, lapis cavernosus et mollis. Du Tuf.* De hoc juvencarum tofo seu pumice rursum dicetur inferius XXVIII. 77.

[a] *Omento*] Græcis ἐπίπλοον, membrana ventriculo pulvinaris more instrata, intestinorum anfractus involvens, sæpe infra umbilicum, ad os usque pubis protensa. Gallis Anatomicis, *la Coiffe.*

[b] *Præterquam ova gignentibus*] Aquilæ tamen, nonnullisque avibus aliis ejusmodi, omentum esse Anatomici Parisienses annotarunt. At non de avium, credo, sed de animalium genere duntaxat, quæ ova pariunt, sermo Plinio est.

annectitur[c] lien in sinistra parte adversus jecori, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiose.[d] Quidam eum[e] putant inesse ova parientibus, item serpentibus[f] admodum exiguum: ita certe apparet in testudine, et crocodilo, et lacertis, et ranis. Ægocephalo[2] avi[g] non esse constat, neque iis quæ careant sanguine. Peculiare cursus impedimentum aliquando in eo: quamobrem inuritur[h] cursorum laborantibus. Et per vulnus[i] etiam exemto, vivere animalia tradunt. Sunt qui putent adimi simul[j] risum homini: intemperantiamque ejus[3] constare lienis magnitudine. Asiæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos esse pecori tradunt, et inde ad lienem inventa remedia.[4]

LXXXI. At in Brileto[k] et Tharne quaterni renes cer-

stot. Part. Anim. IV. 3. 4.—2 '*Cynocephalo* Parm. prave.' *Dalec.*—3 Vet. Dalec. et cod. ejusdem, *joci.*—4 Chiffl. *invecta remedia.*

NOTÆ

c *Huic annectitur*] Hæc deinceps ex Arist. Hist. Anim. II. 19. pag. 270.

d *Sed prodigiose*] Arist. loc. cit. In piscibus tamen multis e converso rem se habere, permutatisque sedibus, lienem in dextro, in sinistro hepar reperiri, auctor est Albertus M. de Anim. III. 2. 5. pag. 145. idque olim in homine quoque Herophilus animadvertit, teste Galeno Administr. Anatom. VI. 8. Etiam et recentiores, quos Schenckius laudat Observ. Medic. III. pag. 447.

e *Quidam eum*] Hæc totidem verbis Philosophus Hist. Anim. II. 18. pag. 247.

f *Item serpentibus*] In vipera pancreas appellandum potius, quam lienem, Charasius suspicatur, in Anatomia viperæ cap. 4. pag. 63.

g *Ægocephalo avi*] Arist. loc. cit. Αἰγοκέφαλος a Theodoro Gaza *Capriceps* redditur: avis eadem forte, quæ *αἰγώλιος*, de qua x. 79.

h *Quamobrem inuritur*] Hunc etiamnum morem esse Turcicis cursoribus, Rossetus est auctor, laudatus a Riolano Anthrop. lib. II. pag. 132. De extinguendo liene rursum dicetur XXVI. 83.

i *Et per vulnus*] Id vero fieri plane posse sine ullo vitæ discrimine, rationibus et experimentis nituntur efficere Physici quidam recentiores. Negavit olim Cœl. Aurel. Chron. Pass. III. 4.

j *Sunt qui putent adimi simul*] Exemto nimirum liene. Q. Serenus cap. de splene curando: 'Splen tumidus nocet, et risum tamen addit ineptum. Dicitur exsectus faciles auferre cachinnos, Perpetuoque ævo frontem præstare severam.'

k *At in Brileto*] Ab Apione Grammatico hæc hausisse Plinium, scimus ex Æliano Hist. Anim. XI. 40.

vis: contra pennatis[l] squamosisque nulli. Cetero[1] summis adhærent lumbis. Dexter omnibus[m] elatior, et minus pinguis sicciorque. Utrique autem pinguitudo e medio exit, præterquam in vitulo marino.[n] Animalia[o] in renibus pinguissima: oves quidem letaliter circum[2] eos[p] concreto pingui. Aliquando in eis inveniuntur lapilli.[q] Renes habent[r] omnia quadrupedum, quæ animal generant: ova parientium testudo sola,[s] quæ et alia omnia viscera: sed ut homo, bubulis[t] similes, velut e multis renibus compositos.[3]

CAP. LXXXI. 1 *De cetero* Chiffl.—2 Codd. Dalec. *pinguissima oves, letaliter quidem circum.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sed homini bub. similis, v. e. m. r. compositus* Vet. Dalec. *Ren homini bubulo similis,... compositus,* al. ap. Dalec. *sed homo bubulis, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[l] *Contra pennatis*] Avium generi universo inesse renes scribunt Anatomici Parisienses: sed carunculas eas esse, quæ renum vicem obtineant, jamdudum Aristoteles annotavit, a quo Plinius ista hausit: sic enim ille de Part. Anim. III. 9. pag. 1012. *Οὐδὲν γὰρ νεφροὺς οὔτε τῶν πτερωτῶν καὶ λεπιδωτῶν ἔχει, οὔτε τῶν φολιδωτῶν, πλὴν αἱ θαλάττιαι καὶ αἱ χερσαῖαι χελῶναι· ἀλλ' ὡς εἰς τοὺς νεφροὺς τεταγμένης σαρκὸς οὐκ ἐχούσης χώραν, ἀλλὰ διεσπαρμένης εἰς πολλὰ, πλατέα νεφροειδῆ ἐν ἐνίοις τῶν ὀρνίθων ἐστίν.* Hoc est, Gaza interprete: *Nullum enim pennatum, nullum squamatum, nullum corticatum, excepta testudine, renes habet: quanquam in nonnullis avibus carunculæ quædam sunt latiusculæ, speciem renum ostendentes: quasi ea caro, quæ renibus delegata est, locum non habeat, sed in plura dispersa sit.*

[m] *Dexter omnibus*] Aristot. loc. cit. et Histor. Anim. I. 23. pag. 142. At in homine tamen plerumque ren dexter inferior est, ut cedat jecori, cui proxime subjacet: raro is sinistro elatior: raro ambo situ pares.

[n] *In vitulo marino*] Neque enim æquabiles ei renes sunt, ut ovibus, quadrupedibusque ceteris: sed, quemadmodum homini, bubulis renibus similes, ac velut e multis renibus exiguis conflati atque compacti. Quare medio illo carent, quod *κοῖλον, cavum,* Aristoteli dicitur; unde illa pinguitudo exit. Arist. de Part. Anim. III. 9. pag. 1012.

[o] *Animalia*] Aristot. Histor. Anim. III. 13. pag. 364.

[p] *Circum eos*] Ex pabuli copia in Leontino Siciliæ agro evenire Philosophus ait, loc. cit. pag. 365. ut renes ovium undequaque pinguedine obruantur, eæque intereant.

[q] *Lapilli*] *La Gravelle.* Etiam et vermes gignuntur in renibus. Vide apud Schenckium exempla complura, Observ. Medic. lib. III. pag. 509.

[r] *Renes habent*] Aristot. Hist. Anim. II. 18. pag. 267. et de Part. III. 9. pag. 1012.—'Renem unicum inventum fuisse in corpore D. de Turenne, testatus est Chirurgus, ut refert Scriptor libri Gallici, *Mélanges d'Histoire et de Litterature,* tom. I. p. 60.' *Ed. sec.*

[s] *Testudo sola*] Nec vero quælibet,

LXXXII. Pectus, hoc est, ossa,[1] præcordiis et vitalibus natura circumdedit: at ventri, quem necesse erat increscere, ademit. Nulli animalium[u] circa ventrem ossa. Pectus homini[v] tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, et inter eas aquaticis maxime. Costæ homini tantum octonæ,[w] suibus denæ, cornigeris tredecim, serpentibus[x] triginta.

LXXXIII. Infra alvum[a] est a priore parte[a] vesica, quæ nulli ova gignentium, præter testudinem: nulli nisi sanguineum pulmonem habenti: nulli pedibus carentium. Inter eam et alvum arteriæ,[b] ad pubem tendentes, quæ ilia[1 c] appellantur. In vesica lupi lapillus, qui Syrites vocatur.[2] Sed in hominum[d] quibusdam diro cruciatu subinde nas-

[a] *Ab anteriore animalis parte.*

CAP. LXXXII. 1 Pintian. *et costas:* cod. Dalec. *Pectus præcordiis.*

CAP. LXXXIII. 1 Dalec. *quæ inguina.*—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vocetur* codd. Dalec. et Chiffl. *ap-*

NOTÆ

sed marina tantum, χελώνη ἡ θαλαττία. Aristot. loco prius citato: nam posteriore negat lutariam renes habere, ἡ δ' ἀμμὺς οὔτε κύστιν, οὔτε νεφροὺς ἔχει.

[t] *Sed ut homo, bubulis*] Hoc est, vitulinis. Arist. loc. cit. Rondeletium vide de Piscib. lib. I. cap. de renibus.

[u] *Nulli animalium*] Arist. de Part. Anim. II. 9. pag. 989.

[v] *Pectus homini*] Arist. de Part. Anim. IV. 10. pag. 1035.

[w] *Tantum octonæ*] Arist. Hist. Anim. I. 12. pag. 100. Veras seu majores tantum numerat: et sic utrimque octonæ sunt computandæ. Minores negligit, quas spurias, barbari 'mendosas' vocant, *Fausses côtes*, quæ sunt numero quaternæ. Alii septem veras, nothas seu spurias quinque enumerant.

[x] *Serpentibus*] Serpentum generi universo, inquit Philos. Histor. Anim. II. 20. pag. 278. costæ tot, quot in mense dies: τριάκοντα γὰρ ἔχουσι.

[a] *Infra alvum*] Hæc totidem verbis Arist. de Part. III. 8. pag. 1011. et Histor. III. 11. pag. 358.

[b] *Arteriæ*] Rami sunt duo arteriæ magnæ, seu Aortæ, iliaci appellati, quoniam ubi arteriæ truncus descendens in eos ramos dispescitur, nempe ab umbilico fere ad pubem, ibi sunt ilia utrimque, nempe inter coxas et pubem.

[c] *Quæ ilia*] Forte, *qua ilia*, hoc est, qua parte ilia appellantur. *Iliacæ* nescio quis hoc loco ridicule somniavit.

[d] *Sed in hominum*] Et quidem, præter hominem, calculosum fieri nullum animal posse docet Arist. Problem. X. 42. pag. 729. Διὰ τί τῶν ζώων οὐθὲν

centes calculi, et setarum [e] capillamenta. Vesica membrana constat,[f] quæ vulnerata cicatrice non solidescit:[g] neque qua cerebrum,[3 h] aut cor involvitur: plura enim membranarum genera.

LXXXIV. Fœminis eadem omnia: præterque vesicæ junctus utriculus, unde dictus uterus:[i] quod alio nomine [1] locos appellant: hoc in reliquis animalibus vulvam. Hæc viperæ [j] et intra [2] se parientibus, duplex: ova generantium annexa præcordiis:[k] et in muliere geminos sinus [l] ab utraque parte laterum [3 m] habet: funebris, quoties [n] versa

pellatur Gronov. et vulgg.—3 Chiffl. *nec qua cerebrum.*

CAP. LXXXIV. 1 Vet. Dalec. *quem in homine;* codex ejusdem, *quod in homine.*—2 Dalec. *ac intra.*—3 Dalec. *parte alterum.* Mox, cod. Dalec. *funera*

NOTÆ

λιθιᾷ, ἀλλ' ἢ ἄνθρωπος, κ. τ. λ. Verum et in equi vesica nuper calculum esse repertum, molis haud exiguæ, eruditi viri monuerunt.

[e] *Et setarum*] Instar setarum. Hinc pili simul cum urina rejecti: nec pili modo, sed vermes etiam capillares: de quibus vide Sennertum parte septima Pract. III. 3. pag. 587. et parte octava II. 8. pag. 597.

[f] *Vesica membrana constat*] Quodam membranæ genere constat, inquit Philosophus Hist. Anim. III. 11. pag. 358. quod facie potius quam natura membranam repræsentat: distendi enim potest. De intima et propria vesicæ membrana, in qua fibræ rugæque plurimæ, quo facilius distendatur, hæc accipienda sunt.

[g] *Non solidescit*] Non coalescit, nisi raro. Arist. loc. cit.

[h] *Neque qua cerebrum*] Arist. loc. cit. pag. 357. Vide etiam Hippocr. Aphor. VI. 18.

[i] *Uterus*] Ab utre sive utriculo, ob cavitatem, dictus: Matrix etiam dicitur, et loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt, inquit Varro. Gallis, *la Matrice,* quoniam fœtum, matris ritu, fovet.

[j] *Hæc viperæ*] Geminam, inquit, vulvam viperæ habent, ceteraque quæ similiter primum ovum, mox intra se pariunt animal: superiore enim ovum gignitur: mox descendunt ova in inferiorem, efficiunturque ibi animalia, proxime genitale. Hæc ex Arist. de Gener. Animal. I. 10. et 11. pag. 1053.

[k] *Annexa præcordiis*] *Septo transverso,* sive διαφράγματι, sive ὑποζώματι, ut Philosophus ait loco cit. et Hist. Anim. III. 2. pag. 295. ubi nihilominus pisces infra illud habere uterum monet.

[l] *Geminos sinus*] Idem ait quod Galenus de Usu Part. XIV. 4. pag. 635. *sinus* esse, κόλπους, uteri geminos, quorum numerum æquari putat cum papillarum numero, ceterarumque partium corporis, quæ geminæ sunt, dextræ ac sinistræ, ut aures, oculi, manus, pedes. Falso: nam et nullis sinubus multi fœtus continentur: et fœminæ quaternos, septenosque pariunt.

[m] *Laterum*] Alterum in dextra, in læva parte alterum. Latera matricis

spiritum inclusit. Boves gravidas negant præterquam dextero vulvæ sinu ferre, etiam cum geminos[4] ferant. Vulva ejecto[5] [o] partu melior, quam edito. Ejectitia[p] vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ[q] suis optima: contra effœtis.[6] A partu, præterquam eodem die suis occisæ,[7] livida ac macra. Nec novellarum[r] suum, præter primiparas probatur:[8] potiusque veterum, dum ne effœtarum, nec biduo ante partum, aut post partum, aut quo ejecerint die. Proxima ejectitiæ[9] est, occisæ uno die post partum. Hujus et sumen optimum, si modo fœtus[s] non hauserit:[10] ejectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen vocabant:[t] priusquam calleret, incientes occidere[u] non assueti.[a]

[a] *Antiqui id sumen abdomen vocabant: priusquam id in callum duresceret, propinquas partui sues occidere non assueti.*



quoties eversa; Vet. Dalec. *funera q. versa;* aliud ejusdem exemplar: *funesta q. versa.*—4 Vet. Dalec. *etiam si geminos.*—5 *Vulva secto* Chiffl.—6 Dalec. *effœta.*—7 Idem, *die sive occisa.*—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *præterquam primiparарum probatur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Vet. Dalec. et codex ejusdem, *necdum effœtarum.*—9 *Proxima abjectitiæ* cod. Dalec. *Proxima abjectitia* Chiffl.—10 Dalec. *fœtus lac non hauserit.*—11 Ita codd. Harduini, item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *prius callere id sinentes, ante occidere* margo edd. Dalec. et Gronov. *id scientes occidere* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

Pollux ὤμους vocat, quasi *humeros.*

[n] *Funebris, quoties*] Letalis est vulvæ conversio, quoties ascendens illa jecur appetit, suffocationemque derepente creat, inquit Hippocrates, lib. I. de Mulier. Morb. cap. 10. pag. 735. Στρεφόμεναι δὲ αἱ μῆτραι ἐπιβάλλουσι τῷ ἥπατι . . . . πνίγα ποιέουσιν ἐξαπίνης, κ. τ. λ. An uterus tamen re vera ascendat in fœminis, disputat Sennertus parte prima Pract. IV. 2. 15. pag. 649. Ex vestigiis porro vett. codd. *funesta* libentius, quam *funebris*, agnoverim.

[o] *Vulva ejecto*] Jam ad amplissimam ganeæ materiam explicandam transit: vulvam nimirum suillam. Ejectus partus est qui per abortum in lucem prodiit: vulva, quæ hunc fœtum continuit, μήτρα ἐκβολάδος dicitur ab Hipparcho, apud Athenæum lib. III. pag. 101. Editus, qui legitimo tempore ac nascendi modo prodibat. Hæc omnia miscet Corn. Witell. tomo I. Thesaur. Critic. cap. 1. pag. 588.

[p] *Ejectitia*] Ἐκβόλιμος.

[q] *Primiparæ*] Suis quæ primo genuit, πρωτογόνου.

[r] *Nec novellarum*] Virginum. Martial. XIII. 56. pag. 708. 'Te fortasse magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de sue vulva capit.'

[s] *Si modo fœtus*] Si mammam fœtus non exhauserit. Est enim sumen, farcimen illud quod fiebat ex mam-

LXXXV. Cornigera[a] una parte dentata, et quæ in pedibus talos habent, sevo pinguescunt.[b] Bisulca,[c] scissisve in digitos pedibus, et non cornigera, adipe.[d] Concretus hic,[e] et cum refrixit, fragilis: semperque in fine carnis. Contra pingue[f] inter carnem cutemque, succo liquidum.[1]



CAP. LXXXV. 1 Cod. Dalec. *sevum et liquidum*, unde Dalecampius legit,

NOTÆ

mis suillis, post primum statim partum exsectis, antequam porcelli suxissent: idque quo magis lacte plenum erat, hoc amplius commendabatur: unde illud Plinius laudari ait, quod fœtus non hauserit: et Martial. XIII. 44. pag. 704. 'Esse putes nondum sumen: sic ubere largo Effluit, et vivo lacte papilla tumet.' 'Mammas suminis' idem appellat, II. 37.

[t] *Antiqui abdomen vocabant*] Priusquam abdomini suminis vocabulum Publius mimorum poëta imponeret, ut dictum est VIII. 77. Forte a lacte abdito, et fugato, abdominis appellatio ab antiquis indita: quoniam ii, antequam ubera callescerent, hoc est, antequam siccato lacte durescerent, suem occidere non solerent.

[u] *Incientes occidere*] Inciens quæ sus dicatur, Festus declarat: 'Gravida,' inquit, 'est, quæ jam gravatur conceptu: prægnans, velut occupata in generando quod conceperit: inciens, propinqua partui, quod incitatus sit partus.' Nepotes et luxuriosos sui sæculi Plinius notat, ut Turnebus animadvertit Advers. XX. 23. pag. 645. qui ut illa parte tenera fruerentur, antequam occallesceret, durareturque, ante partum sues gravidas occidere solebant, quod majores non factitabant. In Reg. 1. Colb. 1. 2. et Paris. *inicientes*, unde nos cum Turnebo, *incientes*, fecimus: cum *id scientes* hactenus vitiose legeretur.

[a] *Cornigera*] Sunt ea ex Arist. de Part. Anim. II. 5. p. 984.

[b] *Sevo pinguescunt*] Στέαρ ἔχει. Arist. loc. cit. Sevum vel sebum, *du suif.*

[c] *Bisulca*] Arist. loc. cit.

[d] *Adipe*] Πιμελὴν ἔχει ἀντὶ τοῦ στέατος. *Adipem pro sevo habent.* Πιμελὴ nunc Philosopho *adeps* est, *sevum*, στέαρ. Mox eidem στέαρ, *adeps* erit: *pingue*, πιμελή. Adipem ipsum pro sevo dixisse Latini quoque videntur, quod in conficiendis candelis ut plurimum usurpatur. Testis Augustinus de Moribus Manich. lib. II. 'Quid de adipe respondebitis, qui prope omnes Italiæ lucernas illuminat?'

[e] *Concretus hic*] Adeps nimirum. Arist. enim a quo hæc emanarunt Hist. Anim. III. 13. pag. 362. adipem, et pingue differre invicem scribit: quod fragilis adeps sit, cogaturque et concrescat frigore: pingue contra liquidum, neque aptum gelascere. Locis enim ac situ, non natura modo discrepare: pingue namque inter cutem carnemque gigni: adipem non ibi, sed ad extrema carnis. Πιμελὴ δὲ καὶ στέαρ διαφέρουσιν ἀλλήλων· τὸ μὲν γὰρ στέαρ ἐστὶ θραυστὸν πάντῃ, καὶ πήγνυται ψυχόμενον· ἡ δὲ πιμελὴ, χυτὸν καὶ ἄπηκτον. Διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς τόποις· ἡ μὲν γὰρ πιμελὴ γίνεται μεταξὺ δέρματος καὶ σαρκός· στέαρ δ' οὐ γίνεται, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τέλει τῶν σαρκῶν. Τὸ στέαρ porro et de adipe dici a Latinis scriptoribus, testis est Philoxenus in Glossis: Στέαρ,

Quædam non pinguescunt, ut lepus, perdix.[g] Steriliora[h] cuncta pinguia, et in maribus, et in fœminis; senescuntque[i] celerius[2] præpinguia. Omnibus animalibus est quoddam in oculis pingue.[j] Adeps cunctis sine sensu: quia nec[3] arterias[k] habet, nec venas. Plerisque animalium est pinguitudo[4] sine sensu: quam ob causam sues spirantes a muribus[l] tradunt arrosos.[5] Quin et L. Apronii[m] consularis viri filio detractos adipes, levatumque corpus immobili onere.

LXXXVI. Et medulla ex eodem[n] videtur esse, in juven-



succosum liquidum.—2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps, *fœminis. Senescunt celerius* edd. vulgg. ante Brotier.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sine sanguine, quia nec* Vet. Dalec. *sine sensu, qui nec* Gronov. et edd. vett.—4 Cod. Dalec. *pinguedo.* —5 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. Male Editio princeps *rosas;* unde emendatum in recentioribus editionibus, *arrosas.*' Brotier. Edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. habent *arrosas;* Cod. Dalec. *rosas.*—6 Vet. Dalec. *immobile onere.*

NOTÆ

pingue, spissum, adeps. Vide Bartholin. Anatom. I. 3. p. 17.

[f] *Contra pingue*] Πιμελή.

[g] *Ut lepus, perdix*] Sunt qui de perdicibus negant id esse verum. Vide Busbeq. Epist. III. fol. 67.

[h] *Steriliora*] Arist. Hist. x. 13. pag. 366. Causam ejus rei affert idem, de Anim. II. 5. pag. 984.

[i] *Senescuntque*] Arist. loco proxime cit. Hæc verba: *et in maribus et in fœminis. Senescunt celerius præpinguia,* desunt in Mss. omnibus: et certe ἐπείσακτα mihi, ac supposititia esse videntur.

[j] *In oculis pingue*] In oculis id reperitur, ad calefactionem oculi conferens, ad humectationem, facilioremque motum, et ad inanitates inter musculos et vasa complendas.

[k] *Quia nec arterias*] Ubi enim sensus est, ibi vena et arteria est: ut in musculis, quorum nullus est sine iis, ut Galenus docet de Usu Part. XVI. 11. pag. 693.

[l] *A muribus*] Varro Rei Rust. II. 4. 'In Arcadia scio esse spectatam suem, quæ pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiam in ejus corpore sorex exesa carne nidum fecisset, et peperisset mures. Hoc etiam in juvenca factum accepi.' Et balænis quoque in Groënlandia, sine ullo doloris sensu, insciis adeps exscinditur.

[m] *Quin et L. Apronii*] Fuit is Augusti principatu Consul, ex Kalend. Jul. Meminere Tacitus et Velleius.

[n] *Et medulla ex eodem*] Ex eadem materia: nempe ex sanguine: adipem enim et pingue constare eo scribit Philosophus de Part. II. 5. pag. 984. medullam, cap. 6. pag. cit. ἔστι καὶ ὁ μυελὸς αἵματος φύσις.

ta[o] rubens, et senecta albescens.[1] Non nisi cavis[p] hæc ossibus: nec cruribus jumentorum, aut canum: quare fracta non ferruminantur,[q] quod defluente[2] evenit medulla.[a] Est autem pinguis[r] iis, quibus adeps: sevosa,[3] cornigeris: nervosa,[s] et in spina tantum dorsi, ossa non habentibus, ut piscium generi: ursis nulla: leoni[t] in fœminum et brachiorum[4] ossibus paucis exigua admodum: cetera[u] tanta duritia,[b][5] ut ignis elidatur, velut e silice.

LXXXVII. His dura,[1] quæ non pinguescunt:[a] asinorum ad tibias canora.[b] Delphinis[c] ossa, non spinæ: animal enim pariunt: serpentibus spinæ. Aquatilium mollibus,[d]

[a] *Quod idcirco evenit, quoniam omnis defluit medulla.*
[b] *Sed sunt ea ossa in tanta duritia, &c.*



CAP. LXXXVI. 1 *Ex medulla videtur juventa rubens, senecta albescens* cod. Dalec. *Et m. ex e. v. e. juventa rubens, in sen. &c.* Chiffl. *Et m. ex humidis* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Aristot. Hist. Anim. III. 29.—2 Vet. Dalec. *deficiente.*—3 'Manuscriptus, *obesa:* prave.' *Dalec.*—4 Vet. Dalec. *femorum et tibiarum.*—5 'Ita cod. Reg. 2. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque edd. ante Harduin. qui emend. *sed iis in tanta duritia;* eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *cetera ossa tanta duritia* Vett. ap. Dalec. *ceterum tanta in iis duritia* al. Vett. ibid. *cetera sunt tanta duritia* Chiffl.

CAP. LXXXVII. 1 'Ita bene cod. Reg. 1. et Editio princeps. Perperam in recentioribus edd. *et iis dura.*' Brotier. Mox, Chiffl. *ad tubas canora.*—

NOTÆ

[o] *In juventa*] In juvenculis ἐν τοῖς νέοις. Arist. Hist. III. 15. pag. 380.

[p] *Non nisi cavis*] Arist. pag. 381.

[q] *Non ferruminantur*] Non conglutinantur, nec solidantur fracturæ: hæc enim ferruminatio, conglutinatioque ossium fieri debet defluente medulla, et in fracturæ locum transeunte. Ea porro in jumentis canibusque nulla est.

[r] *Est autem pinguis*] Arist. pag. 380. et de Part. II. 6. pag. 985.

[s] *Nervosa*] Arist. loco proxime citato.

[t] *Leoni*] Arist. pag. 381. Galenus de Usu Part. XI. 18. pag. 582. in feminum brachiorumque ossibus, et si qua sunt alia ejusdem generis, vix conspicuam ac tenuem medullam agnoscit.

[u] *Cetera* [*sed iis*] Feminum et brachiorum ossibus, aliisque etiam, teste Philosopho Hist. Anim. III. 7. pag. 328. Vide Notas et Emend. num. 98.

[a] *Quæ non pinguescunt*] Ut lepori, et perdici.

[b] *Ad tibias canora*] Apta ut tibiæ ex iis canoræ fiant. Sic e cruribus hinnulei, ἐκ τοῦ νεβροῦ κώλων, factas olim tibias scribit Athenæus lib. IV. pag. 182.

[c] *Delphinis*] Arist. de Part. Anim. II. 9. pag. 989. Addere balænam potuit, aliaque cetacea, quæ animal pariunt, cum Alberto de Anim. III. 2. 1. pag. 133.

[d] *Aquatilium mollibus*] Mollia sunt,

nulla: sed corpus circulis carnis vinctum, ut sepiæ, atque loligini. Et insectis negatur æque esse ulla. Cartilaginea[e] aquatilium habent medullam in spina. Vituli marini cartilaginem, non ossa.[2] Item omnium auriculæ, ac nares, quæ modo eminent,[3] flexili mollitia, naturæ providentia, ne frangerentur. Cartilago rupta[f] non solidescit. Nec præcisa ossa[g] recrescunt, præterquam veterinis ab ungula ad suffraginem.[h] Homo crescit[i] in longitudinem ad annos usque ter septenos:[4] tum deinde ad plenitudinem. Maxime autem pubescens nodum quendam solvere,[j] et præcipue ægritudine, sentitur.

LXXXVIII. Nervi orsi a corde,[k] bubuloque[l] etiam circum-



2 Vet. Dalec. *ossa cartilaginea omnium.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quæ modicum eminent* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *flexibili mollitie* cod. Dalec.—4 Chiffl. *usque ad ter septennos;* cod. Dalec. *ad annos quater septenos.*

NOTÆ

loligo, sepia, polypus. His medulla nulla est.

[e] *Cartilaginea*] Raiæ, pastinaceæ, torpedo. Hæc ex Arist. loc. cit. et Hist. Anim. v. 8. pag. 332.

[f] *Cartilago rupta*] Quoniam est sine medulla, ut de jumentorum ossibus diximus, idcirco nulla vi ferruminatur.

[g] *Nec præcisa ossa*] Neque ossa, neque cartilago rupta semel, crescunt. Arist. Hist. Anim. III. 8. p. 331.

[h] *Ad suffraginem*] Ad tibiarum flexum, ubi eæ pedi annectuntur.

[i] *Homo crescit*] Macrobius in Somn. Scip. I. 6. p. 40. 'Post ter septenos annos flore genas vestit juventa: idemque annus finem in longum crescendi facit: et quarta annorum hebdomas impleta in latum quoque crescere ultra jam prohibet,' &c.

[j] *Nodum quendam solvere*] Explicare sese articuli omnes artusque incipiunt. Certe tum vox immutatur, mammæ turgescunt, καὶ τὰ αἰδοῖα, οὐ μεγέθει μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴδει, papillæ tum verruculantur, quæ nullæ prius extabant: e gracilibus fiunt crassiores, sanioresque multo: similis et in virginibus eventus. Ita Philosophus Hist. Anim. VII. 1. p. 790. 792. et 795.

[k] *Nervi orsi a corde*] Tanquam a primaria origine Arist. Hist. Anim. III. 5. p. 319. ἡ μὲν ἀρχὴ τῶν νεύρων ἐστὶν ἐκ τῆς καρδίας. Galenus lib. de nervorum dissect. c. 1. p. 241. tom. IV. de cerebro nervos deducit. Et vero verveces, adacto inter occiput et collum cultro, illico concidunt, intercepto scilicet motu, sensuque, de cerebro in nervos meante. Sed originem manifestam Galenus est contemplatus: Aristoteles, occultiorem. Itaque rationem reddit sententiæ suæ: nam si cor aliqua ex parte nervos continet, et cor præcipuum omnium membrorum est, nervos certe aliis subministrat. At in cordis sinu

voluti,[a] similem naturam[m] et causam habent, in omnibus lubricis applicati ossibus:[b][n] nodosque[1] corporum, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes, hic teretes, illic lati, ut in unoquoque poscit figuratio.[2] Neque ii[3] solidantur[o] incisi: mirumque, vulneratis summus dolor:[p] præsectis, nullus.[q] Sine nervis[r] sunt quædam animalia, ut pisces: arteriis enim constant. Sed neque his molles[s] piscium generis.[c][4] Ubi sunt nervi, interiores conducunt[d] membra, superiores revocant. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. His innatant venæ, id est, sanguinis rivi. Arteriarum[5] pulsus, in cacumine[t] maxime membrorum evidens, index fere morborum,

[a] *Et boum cordi etiam circumvolvuntur nervi.*
[b] *In omnibus animalibus, quæ constant ossibus, iis ossibus applicantur nervi, et adhærent.* [c] *Sed neque arteriis constant in piscium genere ii, qui molles vocantur.* [d] *Quo lubet, ducunt.*

CAP. LXXXVIII. 1 Parm. *nodisque.*—2 Cod. Dalec. *ut quæque poscit, &c.* alii ap. eundem, *ut quæque poscit figuræ ratio.*—3 *Nec hi* Chiffl. Mox, *perfectis nullus* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sed neque eæ mollium piscium generi* Gronov. et edd. vett.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *sanguinis rivi, arteriarum.*—6 ' Hæc,

NOTÆ

maximi nervi conspiciuntur: καὶ γὰρ ἐν αὐτῇ ἡ καρδία νεῦρα ἔχει. Nos Philosopho Plinioque assentimur: etsi conspicuam originem habere nervos fatemur a medulla, quæ partim cranio, partim spina continetur.

[l] *Bubuloque*] Nec bubulum modo, sed et humanum totum est nervaceis fibris constructum. Vide Notas et Emend. num. 99.

[m] *Similem naturam*] Cum medulla, de qua proxime dictum est. Igitur nervi e sanguine, tanquam a prima ac remotiore sui origine ortum habent: a medulla proximam.

[n] *Applicati ossibus*] Πρὸς τῷ ὀστέῳ πεφύκασιν, inquit Hippocr. de Locis in Homine, tex. IX. p. 367. Sunt autem ossa lubrica ob humorem interjectum.

[o] *Neque ii solidantur*] Arist. Hist. Anim. III. 5. p. 322.

[p] *Summus dolor*] Quoniam ubi nervus, ibi sensus, ut ait Galenus de Motu Muscul. I. 1. p. 366.

[q] *Præsectis, nullus*] Quia, si nervum præcidas, tota ea pars, quæ a continuitate cerebri, unde nervi exeunt, per sectionem fuerit separata, illico stupet, ac sensu privatur.

[r] *Sine nervis*] Quoniam flexionibus membrorum carent. Quare pisces qui nullos flexus nisi pinnarum habent, ibi tantum nervos habebunt. Arist. Hist. Anim. III. 5. p. 323. et Albertus de Anim. III. 1. 7. p. 132.

[s] *Molles*] Sepia, loligo, polypus.

[t] *In cacumine*] In extremis partibus corporis, quæ carent musculis et carne.

in modulos certos,[u] legesque metricas, per ætates, stabilis, aut citatus, aut tardus,[6 v] descriptus ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus,[7] observatione tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula vitæ[w] temperat.

LXXXIX. Arteriæ carent sensu:[a] nam et sanguine.[b] Nec[1] omnes vitalem continent spiritum: præcisisque torpescit tantum pars ea corporis. Aves nec venas[c] nec arterias habent: item serpentes, testudines, lacertæ, mini-

per ætates, stabilis, aut citatus, aut tardus, absunt a Mss. Reg. 1. et 2. Sunt autem in Editione principe. Nec glossema est, ut conjecit eruditus Harduinus. Forte tamen loco sunt dimota; et mallem ita legi: *index ferme morborum, per ætates, stabilis, aut citatus, aut tardus, in modulos certos legesque metricas descriptus ab Herophilo.*' Brotier.—7 'Vet. *deserta*; alii Vett. *desertas*; ut illic 'arte,' hic 'leges' subaudiantur.' *Dalec.*

CAP. LXXXIX. 1 *Nec* deest in Vet. Dalec. Mox, idem codex exhibet,

NOTÆ

[u] *In modulos certos*] De his multa Gellius III. 10. p. 238. Pliniusque iterum XXIX. 5. et nos ibi cum eo.

[v] *Per ætates, stabilis, aut citatus, aut tardus*] Deest hæc tota clausula in Mss. R. 1. 2. et Paris. et redolere nobis glossema videtur.

[w] *Gubernacula vitæ*] Quæ sit valetudinis ratio, quæ corporis habitudo, declarat: qui sit tenendus in cibo ac potu, quibus vita gubernatur, modus, præcipit, ac temperat.

[a] *Arteriæ carent sensu*] Sentiunt tamen eæ quæ adjunctam habent membranam eamque nervosam: carent aliæ sensu. Vide Barthol. de Arteriis, p. 441.

[b] *Nam et sanguine*] Sententia hæc fuit Erasistrati, statuentis solum vitalem spiritum, sine ullo sanguine, arteriis contineri: quam Galenus confutat, lib. de Venæ Sect. adv. Erasistr. atque alibi passim. Et sane arteriotomiam in certis morborum generibus recentiores medici approbant.

[c] *Aves nec venas*] Sed fibras tantum minutasque venulas. Philosophum sequitur aientem Hist. III. 4. p. 318. in iis animalibus quæ minutiora sunt, et pauxillum habent sanguinis, aut propter naturam, aut propter pinguitudinem, haud satis conspicuas esse venas: siquidem horum confusi sunt, quemadmodum rivuli quipiam largiore obducti limo, quorum tractus idcirco obscuri sunt, quia confusi. Ac sunt animantium quædam, inquit, in quibus pusillæ hujusmodi fibræ tantum pro venis sunt, ὀλίγας ἶνας ἀντὶ φλεβῶν ἔχουσι. Sola vena magna in omnibus, etiam in parvis, præ ceteris conspicua est. Ipse tamen Plinius et venarum nomine in avibus quoque abutitur, cum XXIX. 38. venam sub ala columbis jubet incidi, ad oculos cruore suffusos: nempe quia ibi magis conspicua est.—'Deinde avium nomine aviculæ modo intelliguntur, ut passeres; non alites majores, ut columbæ, milvi,' &c. *Ed. sec.*

mumque sanguinis.[d] Venæ, in prætenues postremo fibras[2e] subter totam cutem dispersæ, adeo in angustam subtilitatem tenuantur, ut penetrare sanguis non possit, aliudve quam exilis humor ab illo, qui cacuminibus[f] innumeris sudor[3] appellatur.[g] Venarum in umbilico[h] nodus ac coitus.

XC. (XXXVIII.) Sanguis quibus multus et pinguis,[a] iracundia:[1] maribus, quam[b] fœminis, nigrior: et juventæ[c] magis quam senio: et inferiore parte[d] pinguior. Magna

spiritum. Præcisis torpescit, &c.—2 Chiffl. *fimbrias.*—3 Vet. Dalec. *humor foraminibus innumeris stillans qui sudor;* alii Vett. ap. eundem, *humor ille, qui foraminibus, innumeris sudor.*

CAP. XC. 1 'Ita bene codd. Regg. 1.2.' *Brotier.* Edd. ante Brotier. *ira-*

NOTÆ

[d] *Minimumque sanguinis*] Legitimus stellio sanguinis expers omnino creditur, Plinio ipso teste, supra c. 30. Aiunt et ranas carere eo, præterquam in oculis.

[e] *Fibras*] Fibra Latinis est radicula minuta crassioribus adhærens: qua similitudine Plinius minutas venulas nunc fibras vocat.

[f] *Qui cacuminibus*] Cacumina accipimus, uti paulo ante, cum dixit, 'Arteriarum pulsus in cacumine membrorum evidens,' pro extremitate ac summitate venularum, sive fibrarum: atque id imitatione Lucretii, qui I. 592. id ita cecinit: 'Tum porro quoniam extremum cujusque cacumen Corporis est aliquod, nostri quod cernere sensus Jam nequeunt, id nimirum sine partibus extat, Et minima constat natura.'

[g] *Sudor appellatur*] Ita libri omnes. Forte, *sudorem expellit.*

[h] *Venarum in umbilico*] Venæ umbilicalis cum ceteris omnibus continuitatem Laurentius astruit Anatom. VI. 9. p. 286. Hippocrates, ipso initio libri de genitura, venarum omnium ait nervorumque coitum in pudendo esse: φλέβες καὶ νεῦρα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος τείνουσιν ἐς τὸ αἰδοῖον.

[a] *Et pinguis*] Crassus. Arist. a quo hæc accepta de Part. Anim. II. 4. p. 983. Τὰ δὲ πολλὰς ἔχοντα λίαν ἶνας καὶ παχείας, κ. τ. λ.

[b] *Maribus, quam*] Dilutiorem esse sanguinem fœminarum, quam marium, Hippocrates docet, et Galenus: videmus quoque quotidie experimento: et ratio est, quia minus sunt calidæ. Negat tamen Arist. Hist. Anim. III. 14. p. 376. quem Plinius merito hac in parte deserit. Negat et Albertus M. de Anim. III. 2. 6. p. 146. Aristotelem secutus.

[c] *Et juventæ*] Ratio eadem, quia in juvenibus plus caloris. Contrarius tamen Arist. loc. cit. p. 378. In infantibus, inquit, dilutior est largiorque sanguis: in senibus, crassus, niger, paucus: ætate stata, mediocris. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς πάμπαν νέοις ἰχωροειδές ἐστι καὶ πλεῖον· ἐν δὲ τοῖς γέρουσι παχὺ καὶ μέλαν, καὶ ὀλίγον· ἐν ἀκμάζουσι δὲ μέσως.

[d] *Et inferiore parte*] Inferiorum animalis partium sanguis est crassior.

et in eo vitalitatis[2][e] portio. Emissus spiritum secum trahit: tactum tamen[3] non sentit.[f] Animalium fortiora,[g] quibus sanguis crassior: sapientiora, quibus tenuior:[h] timidiora, quibus minimus,[i] aut nullus.[4][j] Taurorum[k] celerrime coit atque durescit, ideo pestifer[l] potu maxime. Aprorum, ac cervorum,[5][m] caprearumque,[n] et bubalorum[6] omnium non spissatur. Pinguissimus asinis,[o] homini tenuissimus. His, quibus[7][p] plus quaterni pedes, nullus. Obesis[q] minus copiosus, quoniam absumitur pingui.[a]

[a] *Abit in pinguedinem.*

cunda.—2 'Manuscriptus, *utilitatis:* prave: sic tamen Chiffl.' *Dalec.*—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *trahit secum: tactum tamen* Tolet. *secum trahit. Tamen tactum* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini, Tolet. et Salmant. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *timidiora, quibus minimus: quibus nullus, hebetia* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Gronov. *et cervorum.*—6 Vet. Dalec. *et*

NOTÆ

Vide Notas et Emend. num. 100.

[e] *Vitalitatis*] Hinc sedem animæ sanguinem esse veterum plerique dixerunt.

[f] *Tactum tamen non sentit*] Quemadmodum neque excrementa alvi: quin neque cerebrum, neque medulla, inquit Arist. de Part. Anim. III. 14. p. 368.

[g] *Animalium fortiora*] Arist. de Part. Anim. II. 4. p. 983.

[h] *Quibus tenuior*] Arist. loc. cit. Galenus lib. quod animi mores, c. 7. p. 452.

[i] *Quibus minimus*] Huc illud pertinet, quod de tironum delectu ad militiam scribit Vegetius de Re Milit. I. 2. p. 4. 'Omnes nationes,' inquit, 'quæ vicinæ sunt Soli, nimio calore siccatas, amplius quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicunt: ac propterea constantiam ac fiduciam cominus non habere pugnandi, quia metuunt vulnera, qui se exiguum sanguinem habere noverunt. Contra septemtrionales populi,' &c.

[j] *Aut nullus*] Arist. loc. cit. Τὰ ἄναιμα δειλότερα τῶν ἐναίμων ἐστίν. Vide Notas et Emend. num. 101.

[k] *Taurorum*] Arist. loc. cit. et Hist. Anim. III. 14. p. 369.

[l] *Ideo pestifer*] Plinius XXVIII. 41. 'Taurinus sanguis recens inter venena est,' &c.

[m] *Ac cervorum*] Arist. loc. cit. et Hist. Anim. III. 6. p. 323. Sed de apris nihil Philosophus, neque, qui Philosophum transcripsisse videtur, Albertus M. de Anim. III. 2. 6. p. 146.

[n] *Caprearumque*] Προκὸς, καὶ βουβαλίδος, καὶ ἄλλων τινῶν. Arist. locis citatis.

[o] *Pinguissimus asinis*] Hoc est, crassissimus, ut antea monuimus. Sic enim pinguissimum tenuissimo opponit: uti Philosophus, a quo hæc mutuatur Hist. Anim. III. 14. p. 372. παχύτατον τῷ λεπτοτάτῳ.

[p] *His quibus*] Arist. Hist. Anim. I. 4. p. 38.

[q] *Obesis*] Quoniam iners sanguis

Profluvium[r] ejus uni fit in naribus homini, aliis nare alterutra,[8] quibusdam per inferna, multis per ora stato tempore, ut nuper Macrino Visco[9] [s] viro prætorio: sed omnibus annis[10] Volusio[t] Saturnino Urbis præfecto, qui nonagesimum etiam excessit annum. Solum hoc in corpore temporarium sentit incrementum:[u] siquidem hostiæ[v] abundantiorem fundunt, si prius bibere.

XCI. Quæ animalium[a] latere certis temporibus diximus, non habent tunc sanguinem, præter exiguas admodum circa corda guttas, miro opere naturæ: sicut in homine,[1] vim ejus ad minima momenta mutari, non modo tantum in ore suffusa[b] materia,[2] verum ad singulos animi habitus, pudore, ira, metu: palloris pluribus modis, item ruboris. Alius enim iræ, et alius verecundiæ. Nam et in metu

hinnulorum.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Iis, quibus* Gronov. et edd. vett.—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aliis nare altera, aliis utraque* Gronov. et al. ante Harduin.—9 Ita Editio princeps. *Visco* deest in cod. Dalec. et Vet. ejusdem. *Macrino Vico* codd. Regg. Brott. et Colbert.—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et omnibus annis* Gronov. et vulgg.

CAP. XCI. 1 Cod. Dalec. *sicut et in homine.*—2 Ita Editio princeps, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *non modo tanto minore suffusi materia* Gronov. et edd. ante Harduin. *non modo tanto minore materia suffusa* Chiffl. *non modo tantum in ora suffusa materia* cod. Dalec. *non modo tantum minore suf-*

NOTÆ

et inutilior abit in pinguedinem. Arist. Hist. Anim. III. 14. p. 370.

[r] *Profluvium*] Arist. Problem. x. 2. p. 723. *Διὰ τί ἀνθρώπῳ μόνῳ τῶν ζώων αἷμα ῥεῖ ἐκ τῶν μυκτήρων; Cur homini tantummodo ex omni animantium numero sanguis e naribus defluit?*

[s] *Macrino Visco*] In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. *Macrino Vico.* Libentius agnoverim, *Macrino Vindici*, cujus mentio in inscript. vet. apud Gruter. p. 513.

[t] *Volusio*] De eo egimus VII. 12.

[u] *Sentit incrementum*] Albertus M. de Anim. III. 2. 6. p. 146. 'Sicut in his qui frequenter potant multum vinum, præcipue quod est forte et rubeum: illi enim multum accipiunt sanguinem.' Phædr. lib. IV. de Prometheo ebrio: 'Ubi irrigatus multo venas nectare,' &c.

[v] *Siquidem hostiæ*] Arist. Hist. Anim. III. 14. p. 370.

[a] *Quæ animalium*] Ursos, glires, et mures Alpinos VIII. 54. 55. &c.

[b] *Non modo tantum in ore suffusa*] Quod in homine solo evenit. Prius inepte legebatur, *Non modo tanto minore suffusi.*

refugere, et nusquam esse[c] certum est: multisque non transfluere[3] [d] transfossis: quod homini tantum evenit. Nam quæ mutari diximus,[e] colorem alienum accipiunt quodam repercussu:[f] homo solus in se[g] mutat. Morbi omnes morsque sanguinem absumunt.

XCII. (XXXIX.) Sunt qui[h] subtilitatem animi constare non tenuitate sanguinis putent, sed cute operimentisque corporum magis aut minus bruta esse, ut ostreas[1] [i] et testudines: boum terga,[2] [j] setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus,[3] [k] nec purum liquidumque transmitti: sic et in homine, cum crassior callosiorve excludat[l] cutis: ceu vero[4] non crocodilis et duritia tergoris tribuatur, et solertia.[5]

XCIII. Hippopotami corii crassitudo talis, ut inde tornentur hastæ,[1] [m] et tamen quædam ingenio medica[n] dili-

fusa materia Vet. ejusdem. *non morbo tantum*, &c. Pintian.—3 Cod. Dalec. *transfugere.*

Cap. xcii. 1 Ita codd. Harduini omnes, Regg. Brot. Dalec. et Editio princeps; *ut ostrea* ceteræ edd. ante Brotier.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *tergora* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Vet. Dalec. *innati spiritus.*—4 Gronov. *seu vero.*—5 Vet. Dalec. *quæ vero ratio crocodilis, si non cruori, sed duritiæ tergoris;* Tolet. *ceu v. n. c. sit dur. terg. et trib. solert.*

Cap. xciii. 1 Parm. *ut inde torreantur escæ.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *ut inde venabula fiant*, ex Aristot. Hist. Anim. ii. 7. Mox, Vet. Dalec.

NOTÆ

c *Et nusquam esse*] Nulla in parte corporis, quam possis liquido affirmare.

d *Non transfluere*] Cum eo metu percelluntur, quo sanguis omnis refugit.

e *Mutari diximus*] Chamæleonem, polypum.

f *Repercussu*] Repercussu colorum qui iis rebus insunt, quas proxime attingunt.

g *Homo solus in se*] Non viderat Plinius pavones nostros Indicos, *les Coqs d'Inde*, qui multos colores gutture et paleari variant in seipsis.

h *Sunt qui*] Carpere Philosophum videtur, cujus hæc sententia de Anima lib. ii. Οἱ μὲν σκληρόσαρκοι, ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν· οἱ δὲ μαλακόσαρκοι, εὐφυεῖς.

i *Ut ostreas* [*ostrea*] Mss. omnes, Reg. 1. 2. &c. *ostreas.*

j *Boum terga*] Ita libri omnes conditivi: publici, *tergora.*

k *Immeantis spiritus*] Aëris sese insinuantis in corpus.

l *Excludat*] Purum liquidumque aërem non transmittat. Sunt hæc placita eorum qui subtilitatem animi constare cutis tenuitate arbitrabantur: quæ Plinius mox coarguit pluribus exemplis.

m *Ut inde tornentur hastæ*] Ὥστε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ, Arist. Hist. Anim. ii. 12. p. 196. Incredibile ta-

gentia.[a] Elephantorum[o] quoque tergora impenetrabiles cetras habent,[2 p] cum tamen omnium quadrupedum subtilitas animi præcipua perhibeatur illis. Ergo cutis ipsa[q] sensu caret, maxime in capite: ubicumque per se ac sine carne est, vulnerata non coit, ut in bucca cilioque.[r]

XCIV. Quæ animal pariunt,[a] pilos habent: quæ ova, pennas, aut squamas, aut corticem,[1 b] ut testudines: aut cutem puram, ut serpentes. Pennarum caules omnium cavi: præcisæ non crescunt,[2] evulsæ renascuntur.[c] Membranis volant fragilibus insecta, humentibus hirundines[d] in mari, siccis[e] inter tecta vespertilio. Horum alæ[f] quo-

[a] *Ingeniosa diligentia, ut morbis suis medeatur.*

quædam est ingenio.—2 Vet. Dalec. *impenetrabilem cutem habent;* al. Vett. ap. eundem, *impenetrabiles setas habent.*

Cap. xciv. 1 Quidam inserunt *aut testam;* quæ voces desunt in codd. Dalec. et Chiffl. et Vet. Dalec. 'et quanquam Gron. in textu habuerit, tamen abesse jussimus.' *Franz.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *avium præcisi non crescunt* cod. Dalec. *cavi:*

NOTÆ

men: saltem dixisset, δοράτια, ut essent jacula, non venabula. Modestius Herodotus lib. II. pag. 117. ἀκόντια dixit, *tela, missilia, jacula.*

[n] *Ingenio medica*] De ea re superius egimus VIII. 40.

[o] *Elephantorum*] Alludere eo Plautus videtur in Mil. II. 2. 80. 'Herus meus elephanti corio circumtentus est, non suo: Neque habet plus sapientiæ, quam lapis.'

[p] *Cetras habent*] Hoc est, ex iis cetræ exscinduntur. Isidorus XVIII. 39. cetram interpretatur scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri et Mauri.

[q] *Ergo cutis ipsa*] Hæc totidem verbis Philos. Hist. Anim. III. 10. pag. 340.

[r] *In bucca cilioque*] Bucca *malæ pars tenuis* est, quæ sine carne, γνάθου τὸ λεπτὸν Aristoteli. Cilium βλεφαρὶς eidem, nos *palpebram* dicimus, Plinius superius cap. 57. genam.

[a] *Quæ animal pariunt*] Nempe ex terrestribus, quæ animal pariunt, ea pilis vestiuntur: ex aquatilibus, etiam delphinus, quanquam pilos non habet. Arist. Hist. Anim. III. 10. pag. 336. Albertus M. de Anim. I. 1. 8. pag. 16.

[b] *Aut corticem*] Sic testudinum operimentum appellat IX. 14. 'Alia cortice teguntur, ut testudines.' Indicem vide.

[c] *Evulsæ renascuntur*] Hoc vero experientia comprobat ipsa per se, frustra id negante Philosopho Hist. Anim. III. 10. pag. 355.

[d] *Hirundines*] Piscium genus, de quo IX. 43.

[e] *Siccis*] Coriaceis, ut diximus X. 81.

[f] *Horum alæ*] Vespertilionum.

que[3] articulos habent. Pili a cute[g] exeunt crassa hirti,[4] fœminis[h] tenuiores, equis in juba largi, in armis leoni: dasypodi et in buccis intus, et in pedibus, quæ utraque Trogus et in lepore tradidit:[5] hoc exemplo libidinosiores[i] hominum quoque hirtos colligens. Villosissimus[j] animalium[6] lepus. Pubescit homo solus,[k] quod nisi contigit,[7][l] sterilis in gignendo est, seu masculus,[8] seu fœmina. Pili in homine partim simul,[m] partim postea gignuntur. Congeniti autem[n] non desinunt, sicut nec fœminis magnopere. Inventæ tamen[o] quædam defluvio capitis invalidæ: ut et

præcisique non crescunt Gronov. et al. ante Harduin.—3 *Horum quoque alæ* Tolet. et Gronov.—4 ‘Salmas. *exeunt. Crassi hirtis;* lego, *Crassi maribus.*’ Dalec.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tradit* edd. vett. et Gronov.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Villosissimum animal* edd. vett. et Gronov.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *contingat* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. item edd. Har-

NOTÆ

[g] *Pili a cute*] ‘Si corium fuerit grossum, pili etiam erunt grossi,’ inquit Albertus de Anim. III. 2. 2. pag. 134. vir sane Latiniore ævo dignus. Arist. Hist. Anim. III. 10. pag. 337. *ἐν τοῖς παχυτέροις δέρμασι, σκληρότεραι αἱ τρίχες, καὶ παχύτεραι.*

[h] *Fœminis*] Arist. Hist. Anim. IV. 11. pag. 511.

[i] *Libidinosiores*] Huc pertinet Aristotelicum problema IV. 32. p. 707. *Διὰ τί καὶ οἱ ὄρνιθες καὶ οἱ δασεῖς ἄνθρωποι λάγνοι; Cur oves, et pilosi homines salaciores, ac libidinosiores sunt.*

[j] *Villosissimus*] Ut e contrario minime omnium villosus quadrupedum elephas. Arist. Hist. Anim. II. 5.

[k] *Pubescit homo solus*] Solus homo, cum incipit posse coire, tum pubescit: ceterorum autem animantium, quæ pilis teguntur, nullum tunc pubescit: etsi quiddam ab ortu congenitum habent, quod pubi simile videatur. Hæc Plinii sententia est, a Philosopho derivata Problem. IV. 3. pag. 702. *Διὰ τί ἄνθρωπος μόνον, ὅταν ἄρχηται δύνασθαι ἀφροδισιάζειν, ἡβᾷ· τῶν δὲ ἄλλων ζώων, ὅσα τρίχας ἔχει, οὐθέν;* Sane evenit, ut quamlibet pilosæ bestiæ, ad pubem et sub alis glabriores sint. Vide Notas et Emend. num. 102.

[l] *Quod nisi contigit*] Arist. Hist. Anim. III. 10. p. 345. Albertus M. de Animal. III. 2. 2. pag. 136. ‘Quidam sunt tam virorum quam mulierum, paucorum pilorum . . . et modus talium hominum raro habet semen, et non habet filios . . . Præcipue autem tales sunt qui carent per naturam pilis pectinis in inguine, aut valde paucos ibi habent.’

[m] *Partim simul*] In ipso statim ortu congeniti, ut pili capitis, superciliorum, et palpebrarum. Arist. loc. cit. p. 344.

[n] *Congeniti autem*] Vide Notas et Emend. num. 103.

[o] *Inventæ tamen*] Albertus de Animal. IX. 1. 4. p. 290. ‘Aliquando ac-

lanugines[9] [p] oris, cum menstrui cursus stetere. Quibusdam post geniti [q] viris sponte non gignuntur. Quadrupedibus pilum [r] cadere atque subnasci, annuum est. Viris crescunt [s] maxime in capillo,[10] mox in barba. Recisi,[t] non, ut herbæ, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Crescunt et in [u] quibusdam morbis, maxime phthisi,[11] et in senecta: defunctorum quoque corporibus. Libidinosis [v] congeniti maturius defluunt agnati,[w] celerius crescunt.[12] Quadrupedibus senectute [x] crassescunt, lanæque rarescunt.[13] Quadrupedum dorsa pilosa, ventres glabri.[14] [y] Boum coriis [z] glutinum excoquitur, taurorumque præcipuum.[15]

duin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *seu mas* edd. vett. et Gronov.—9 Par. *ut et languidiores;* Tolet. et Chiffl. *et lanugine;* Vet. Dalec. *velut lanugines, cum, &c.*—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *in capite* Gronov. et vulgg. Paulo post, Chiffl. *ut herbæ ab cetera;* cod. Dalec. *ut herba ab cetera.*—11 Codd. Dalec. et Chiffl. *maxime tussi.*—12 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *recrescunt* Gronov. et vulgg. ' Vet. et Chiffl. *decrescunt.* Lego, *excrescunt.*' Dalec.—13 Cod. Dalec. *crassescunt rarescuntque lanæ.*—14 Idem codex, *venter glaber.*—15 Vet. Dalec. *taurorumque et id præcipuum.*

NOTÆ

cidit, quod imprægnatis mulieribus fluunt pili capitis, quos habent a prima generatione .... et ideo calvæ fiunt,' &c.

p *Ut et lanugines*] Subintellige, inventæ sunt fœminis in ore lanugines, et in mento pili. Arist. Hist. III. 10. p. 345. Γυνὶ δὲ τὰς ἐπὶ τῷ γενείῳ οὐ φύει τρίχας, πλὴν ὀλίγαι ἐνίαις γίγνονται, ὅταν τὰ καταμήνια στῇ.

q *Quibusdam post geniti*] Menti, pubis, et alarum pili. Arist. loc. cit. Qui pili posterius, inquit, oriri solent, eis tam viri quam fœminæ, ab ortu naturæ vitio contracto, nonnulli carent: sed simul et generandi facultate et pube deficiuntur.

r *Quadrupedibus pilum*] Albertus M. de Anim. VIII. 5. 1. p. 276.

s *Viris crescunt*] Arist. p. 346.

t *Recisi*] Arist. p. 349. et 355. Pili recisi non crescunt ab summo ubi facta est incisura, sed ab radice augentur addita materia, non intro suscepta: unde exire potius dicendi sunt, quam augeri vel crescere.

u *Crescunt et in*] Arist. pag. 348. Αὔξονται δ' αἱ τρίχες ἔντε νόσοις τισὶν, οἷον ταῖς φθισικαῖς μᾶλλον, καὶ ἐν γήρᾳ, καὶ τεθνεώτων, καὶ σκληρότεραι γίνονται ἀντὶ μαλακῶν. *Crescunt pili et in ægrotis quibusdam, præsertim tabe laborantibus, et in senibus. Crescunt etiam in cadaveribus. Tum fiunt duriores.* Item Albertus M. de Animal. III. 2. 2. pag. 136.

v *Libidinosis*] Arist. p. 349.

w *Agnati*] Hoc est, post nati, postgeniti, nempe menti, pubis, et alarum. Arist. Ῥέουσι δὲ μᾶλλον αἱ τρίχες τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς αἱ μὲν συγγενεῖς· αἱ δ' ὑστερογενεῖς γίνονται θᾶττον.

x *Quadrupedibus senectute*] Vide Notas et Emend. num. 104.

y *Ventres glabri*] Aut minus pilosi,

XCV. Mammas homo[a] solus e maribus habet: cetera animalia mammarum notas tantum. Sed ne fœminæ[b] quidem in pectore, nisi quæ possunt partus suos attollere. Ova gignentium,[c] nulli: nec lac, nisi animal parienti: volucrum, vespertilioni[d] tantum. Fabulosum enim arbitror de strigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Esse in maledictis[e] jam antiquis strigem convenit: sed quæ sit[f] avium, constare non arbitror.

(XL.) Asinis a fœtu dolent: ideo sexto mense[g] arcent partus,[h] cum equæ anno prope toto præbeant. Quibus solida[i] ungula, nec supra geminos fœtus,[1] hæc omnia binas habent mammas, nec aliubi, quam in feminibus.



CAP. XCV. 1 Vet. Dalec. *geminos partus.* Mox, in eodem Vet. *quam in*

NOTÆ

aut omnino glabri ac læves. Arist. pag. 360. Τὰ δὲ ὕπτια ἢ λεῖα πάμπαν, ἢ δασέα ἧττον.

[z] *Boum coriis*] Arist. p. 340. Pressa cute et macerata glutinum elicitur, Discoridi III. 101. ταυροκόλλα appellatum, quomodo etiam fit ex piscibus, quæ inde dicitur Ichthyocolla.

[a] *Mammas homo*] Albertus M. de Anim. XIV. 2. 3. p. 408. et 409.

[b] *Sed ne fœminæ*] Qua de causa habent et simiæ mammas in pectore, quia fœtus suos attollunt, et quia sunt quædam similitudo hominis, inquit Albertus loc. cit. p. 408.

[c] *Ova gignentium*] Arist. Hist. Anim. III. 16. p. 383. Quæ ovum aut edunt, aut intra se excludunt, ut animal pariant, ea neque mammas, neque lac habent.

[d] *Vespertilioni*] Is et lac et mammas habet.

[e] *Esse in maledictis*] Hos nempe versus respicit, qui recitantur a Festo: 'Striges,' inquit, 'aves nocturnas, ut ait Verrius, Græci στρίγγας appellant: a quo maleficis mulieribus nomen inditum est, quas volaticas etiam vocant. Itaque solent his verbis eas veluti avertere Græci: Στρίγγ' ἀπόπομπον, νυκτινόμαν, τὰν στρίγγα τ' ἀλαὸν, Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας ἔλαυνε.' *Pelle strigem, noctu pascentem, tu striga cæcam, Feralem in celeres volucrem procul ejice naves.*' 'Hæc avis,' inquit Isidorus XII. 7. 'vulgo 'Amma' dicitur, ab amando parvulos, unde et lac præbere dicitur nascentibus.'

[f] *Sed quæ sit*] Haud dubie fabulosas inter aves censenda.

[g] *Ideo sexto mense*] Varro contra, Rei Rust. II. 6. de asinis: 'In partu,' inquit, 'eadem fere observant, quæ in equis. Secundum partum pullos anno non removent a matre.'

[h] *Arcent partus*] Hoc est, pullos. Vide quæ de hac voce diximus VII. 5.

[i] *Quibus solida*] Ut equæ, camelo, &c. Arist. de Part. Anim. IV. 10. p. 1035.

Eodem loco[j] bisulca et cornigera: boves quaternas, oves capræque binas. Quæ numeroso[k] fœcunda partu, et quibus digiti in pedibus, hæc plures habent, toto ventre duplici ordine, ut sues, generosæ duodenas, vulgares binis minus:[2] [l] similiter canes.[m] Alia ventre[n] medio quaternas, ut pantheræ: alia binas, ut leænæ. Elephas[o] tantum sub armis duas: nec in pectore, sed citra in alis occultas. Nulli in feminibus[3] [p] digitos habentium. Primogeniti[q] in quoque partu suis primas premunt:[4] eæ sunt faucibus proximæ: suam quisque novit in fœtu quo genitus est ordine, eaque alitur, nec alia. Detracto illa alumno suo sterilescit illico, ac resilit.[r] Uno vero ex omni turba relicto, sola[a] munifex, quæ genito fuerat attributa, descendit.[s] Ursæ[t] mammas quaternas gerunt. Delphini[u] binas

[a] *Sola mamma ea cui suus est fœtus lactandus.*

femoribus.—2 Idem Vet. *binas minus.*—3 *Nullis in feminibus* Chiffl.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Primis ingenitis* Chiffl. *Primo geniti in quoque parte s. p. premunt* cod. Dalec. et Vet. ejusdem; *Primis genitis in quoque partu sues primas præbent* Gronov. et al. ante

NOTÆ

[j] *Eodem loco*] Hæc paulo obscurius Arist. Hist. Anim. II. 8. pag. 176.

[k] *Quæ numeroso*] Arist. de Part. Anim. lib. IV. p. 1035.

[l] *Binis minus*] Hoc est, duntaxat denas.

[m] *Similiter canes*] Arist. loc. cit.

[n] *Alia ventre*] Arist. loc. cit. et Hist. Anim. II. 8. p. 177.

[o] *Elephas*] Arist. locis citatis.

[p] *Nulli in feminibus*] Nullum animal, inquit, inter femora mammas habet, cui pedes discreti in digitos sunt: οὐδὲν γὰρ ἔχει πολυσχιδὲς ἐν τοῖς μηροῖς. Aristot. de Part. Animal. IV. 10. p. 1035.

[q] *Primogeniti*] Aristot. loc. cit. Albertus M. de Animal. VI. 3. 1. pag. 209. 'Cum autem porca peperit, primo nato filio dat mammam primam, et sic aliis filiis dat ordinate mammas: aliquando tamen hoc non accidit.'

[r] *Ac resilit*] Mamma contrahitur, et flaccescit.

[s] *Descendit*] Demittit se ab alvo mamma, et lac sponte fundit. Libentius tamen agnoverim, *distenditur.*

[t] *Ursæ*] Aristot. Histor. Animal. II. 8. p. 176.

[u] *Delphini*] Mammas habent delphini duas, inquit Philosophus Hist. Animal. II. 16. p. 215. quia sunt vivipari: eas vero non in parte superiore, sed prope genitale habent: neque papillæ extant, quemadmodum quadrupedibus: sed veluti tubulos habent duos, οἷον ῥύακας δύο,

in ima alvo papillas tantum, nec evidentes, et paulum[5] in obliquum porrectas. Neque aliud animal in cursu lambitur. Et balænæ[v] autem vitulique mammis[6] nutriunt fœtus.

XCVI. (XLI.) Mulieri ante[a] septimum mensem profusum[1] lac, inutile. Ab eo mense, quod vitales[b] partus,[2] salubre. Plerisque autem totis mammis, atque etiam alarum sinu[3][c] fluit. Cameli lac[d] habent, donec iterum gravescant.[4] Suavissimum hoc existimatur ad unam mensuram tribus[5] aquæ additis. Bos ante[e] partum non habet. Ex primo semper a partu colostræ fiunt:[6][f] quæ, ni

Harduin. Mox, Vet. Dalec. *et si escæ sunt f. p. tamen suam.* Gronov. et al. ante Harduin. *et suam: τὸ et* non habetur in codd. Dalecampii.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et paulo* Gronov. et edd. vett.—6 Dalec. *lambitur. Balænæ autem vitulique marini mammis: τὸ autem* deest in cod. Dalec.

CAP. XCVI. 1 Cod. Dalec. *fusum.*—2 Ita codd. Chiffl. Regg. Brott. 1. 2. et Editio princeps; *quod vitalis est partus* aliæ edd. ante Brotier. *quo vitalis est partus* cod. Dalec.—3 Idem codex, *in alium sinus;* Chiffl. *alarum sinus.*—4 Parm. *Cameli lac mulgetur, nec iterum gravescat.* Dalec. *gravidescant.*—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *tribus, duabusve,* ex Aristot. Hist. Anim. VII. 5.—6 'Ita bene Regg. 1. 2. et Editio princeps. Vocem explicat Plinius infra XXVIII. 33. 'Est autem colostra, prima a partu spongiosa densitas

NOTÆ

utrimque singulos ab latere, qua lac effluat, quod in ipso cursu sugi ab assequentibus catulis nonnulli palam spectarunt. Vide et Oppian. Halieut. I. 660.

[v] *Et balænæ*] Aristot. Hist. Anim. III. 16. p. 383.

[a] *Mulieri ante*] Arist. Histor. VII. 6. p. 825.

[b] *Quod vitales*] Quoniam eo tempore, hoc est, septimo mense editus vitalis est partus: simulque cum natalitio tempore lactis usus incipit.

[c] *Etiam alarum sinu*] *Lac quibusdam fluit,* inquit Philosophus, Histor. Animal. VII. 14. p. 846. *non solum per papillas, sed etiam passim per mammas, aliquibus etiam per axillas.* Καὶ ἐνίαις ῥέει οὐ μόνον κατὰ τὰς θηλὰς, ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μαστοῦ· ἐνίαις δὲ κατὰ τὰς μασχάλας.

[d] *Cameli lac*] Aristot. Histor. Animal. VI. 26. p. 765. 'Cameli,' inquit, 'lac semper habent, dum iterum conceperint: atque interea carnes earum, atque lac, inter suavissimos censentur cibos: lactis usus est admixto duplo aut triplo aquæ.'

[e] *Bos ante*] Aristot. Histor. Anim. VI. 21. p. 746. Albertus autem de Animal. VI. 3. 2. p. 211. 'Vacca ante partum lac non habet, nisi forte modicum.'

[f] *Colostræ fiunt*] Plinius XXVIII. 33. 'Est autem colostra, prima a partu spongiosa densitas lactis.' Martial. XIII. 38. 'Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis, De primo matrum lacte colostra damus.'

admisceatur aqua, in pumicis modum coëunt duritia. Asinæ prægnantes continuo lactescunt.[g] Pullos earum,[7] [h] ubi pingue pabulum, biduo a partu maternum lac gustasse, letale est. Genus mali vocatur colostratio.[i] Caseus non fit[j] ex utrimque dentatis, quoniam eorum lac non coit. Tenuissimum[k] camelis, mox equis: crassissimum asinæ,[8] [l] ut quo coaguli vice utantur. Conferre aliquid et candori[9] in mulierum cute existimatur. Poppæa certe[m] Domitii Neronis conjux,[10] quingentas secum per omnia trahens



lactis.'' *Brotier.* *colostra fiunt* vulgg. ante Brotier.—7 Ita codd. Chiffl. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps. *Pullis earum* edd. vulgg. ante Brotier. *Pullo earum* Vet. Dalec.—8 'Idem habet Aristot. Hist. Animal. III. 16. Sed certe nostris in regionibus tenuissimum est asinæ lac, ut constat experientia. Ejus quoque tenuitatem passim prædicat Galenus. Hæc forte librariorum incuria a loco suo dimota, et fœde permutata. *Tenuissimum* enim est *lac asinæ:* contra vero *camelis crassissimum* et lentissimum, ita ut, si in id digitum intinxeris, adhærescat, et longa in fila protendatur.' *Brotier.*—9 Cod. Dalec. *candore.*—10 Vox *conjux* non legitur in cod. Dalec. Mox, Salm. *omnia loca trahens.*—

NOTÆ

[g] *Continuo lactescunt*] Mense tantum decimo prægnantes asinas lac habere, auctor est Arist. Histor. Anim. VI. 23. p. 759. Ἴσχει δὲ γάλα κύουσα δεκάμηνος οὖσα.

[h] *Pullos* [*Pullis*] *earum*] Mss. omnes, *Pullos.*

[i] *Colostratio*] Simili genere morbi tentantur infantes, qui inde colostrati dicuntur a Plinio XXVIII. 33. qui præpropere nimis, statim a puerperio, lac crassius matris suxerunt, quod in infantium deinde stomacho densatur in casei speciem: vel qui nutrices sugunt, quæ rursum conceperint, interim dum lactant.

[j] *Caseus non fit*] Albertus de Anim. III. 2. 9. p. 150. 'Lac animalis,' inquit, 'quod anterioribus dentibus caret in superiore mandibula, coagulatur coagulatione qua separatur caseus a sero: lac vero habentis dentes in utraque mandibula, non coagulatur tali coagulatione, propter subtilitatem ipsius et tenuitatem: licet forte elixetur, et inspissetur, sicuti diximus in libro Meteororum, ubi distinximus inter coagulabilia et elixabilia.' Et p. 152. 'Lac autem equæ, et asinæ, et cameli, et mulieris, non conveniunt ad caseos faciendos.' Aristot. Histor. Animal. III. 16. pag. 384. brevissime: τῶν δ' ἀμφοδόντων οὐ πήγνυται.

[k] *Tenuissimum*] Aristot. p. 385.

[l] *Crassissimum asinæ*] Aristot. loc. cit. Galenus tamen passim lac asinæ tenuissimum esse docet, ac minime coagulari, quin et quoquoversus in omne corpus digeri. Tom. X. Meth. Medic. V. 12. p. 123. alibique.

[m] *Poppæa certe*] Refert hoc quoque Dio lib. LXII. p. 714. Hinc Juvenal. Sat. VI. 460. 'Aut pinguia Poppæana Spirat.' Et vs. 466. 'Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur, Propter quod secum comites educit asellas, Exul Hyperboreum si dimittetur ad axem.'

fœtas, balnearum etiam solio[11] totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens. Omne autem[n] igne spissatur, frigore serescit.[12] Bubulum caseo[o] fertilius, quam caprinum, ex eadem mensura pæne altero tanto. Quæ plures[p] quaternis mammas habent, caseo inutilia, et meliora quæ binas. Coagulum hinnulei,[q] leporis,[13] hœdi laudatum. Præcipuum tamen dasypodis, quod et profluvio alvi medetur, unius utrimque[14][r] dentatorum. Mirum barbaras gentes, quæ lacte vivant, ignorare aut spernere tot sæculis casei dotem, densantes id alioqui in acorem jucundum,[s] et pingue butyrum: spuma id est[t] lactis, concretiorque,[15] quam quod serum[u] vocatur. Non omittendum in eo[v] olei vim esse, et barbaros omnes infantesque nostros ita ungi.

XCVII. (XLII.) Laus caseo Romæ, ubi omnium gentium

11 Cod. Dalec. *solium.*—12 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *omne autem igne spis. frigore fervescit* Chiffl. *omne autem lac igne sp. &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *omne autem lac igne spissatum humore fervescit* Parm.—13 *Coagulum inutile leporis* Parm. *C. hinuli, leporis* Dalec.—14 Chiffl. *unus utrimque.*—15 Gronov. *concretiusque.*

NOTÆ

[n] *Omne autem*] Vide Notas et Emend. num. 105.

[o] *Bubulum caseo*] Aristot. Histor. III. 16. p. 389. Albertus M. de Animal. III. 2. 9. p. 152. 'Caseus,' inquit, 'qui fit ab æquali quantitate lactis vaccæ ad lac capræ sesquialter esse dicitur, eo quod lac capræ siccius est, quam lac vaccæ, et minorem facit caseum.'

[p] *Quæ plures*] Aristot. loc. cit. Hic vero memineris vaccas quatuor papillas, ut Scaliger monet, sed binas tantum habere mammas.

[q] *Coagulum hinnulei*] Τοῦ νεβροῦ, inquit Aristot. pag. 391. ἀρίστη ἡ πυετία, præstantissimum coagulum, non ad profluvium modo alvi curandum, ut Scaliger interpretatur: sed et ad caseum faciendum, ut Albertus docet loc. cit.

[r] *Unius utrimque*] Unus est, inquit, ex utrimque dentatis dasypus, quod coagulum habeat. Aristot. loc. cit. Ἔχει δὲ πυετίαν... τῶν ἀμφοδόντων δασύπους. Albertus loc. cit. 'Inter animalia autem nota nobis, quæ dentes habent in utraque mandibula, non est usquam hodie inventum coagulum, nisi in lepore tantum.'

[s] *In acorem jucundum*] Qui ex addito butyro percipitur in cibis. Butyrum hoc verborum ambitu nimirum describit.

[t] *Spuma id est*] Hoc est pingue lactis, quod, ut in oleo, superne fluitat, instar spumæ. Plin. XXVIII. 35. 'Quod supernatat, butyrum est, oleosum natura.'

[u] *Serum*] Lactis aqua. *Le petit lait.* Virgil. 'Pasce sero pingui.'

[v] *In eo*] In butyro. Diosc. II. 81.

bona cominus judicantur, e provinciis, Nemausensi [a] præcipua, Lesuræ Gabalicique pagi: [1] [b] sed brevis, ac musteo tantum [c] commendatio. Duobus Alpes [d] generibus pabula sua approbant: Dalmaticæ [e] Docleatam [2] mittunt, Centronicæ Vatusicum. [f] Numerosior Apennino. [g] Cebanum hic e Liguria mittit, ovium maxime lactis: Æsinatem ex Umbria: mistoque Etruriæ atque Liguriæ confinio, Lunensem [h] magnitudine conspicuum; quippe et ad singula [i]

CAP. XCVII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Gabalicique pagis* Gronov. et al. ante Harduin.—2 'Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Docleatas, Dalmatiæ populum, memoravit Plin. III. 26.' *Brotier.* *Docleatem* aliæ edd. ante Brotier. Mox, *Ceutronicæ*

NOTÆ

[a] *Nemausensi*] E lacte caprino fit in agro Nemausensi caseus primæ commendationis, a Novembri mense ad Junium. Vide Joan. Poldo de Antiq. Nemaus. cap. 10. pag. 46. A pago, qui proxime Nemausum est, nomen ei caseorum generi, *Fromages de Baux.*

[b] *Lesuræ Gabalicique pagi*] Hoc est, Lesuræ, circumjacentisque Gabalici agri. Mons est Lesora in agro Gabalico, *le mont de Losere en Gevaudan,* ubi hodieque casei proventus uberrimus, teste Guill. de Catel. Histor. II. 7. pag. 297. Montis hujus, Tarnisque fluvii ex eo profluentis meminit Sidonius in Propemptico: 'Hic te Lesora Caucasum Scytharum Vincens aspiciet, citusque Tarnis, Limosum et solido sapore pressum Piscem perspicua gerens in unda.'

[c] *Ac musteo tantum*] Musteum caseum Sirmondus noster in notis ad Sidonium Apollin. recentem caseum recte interpretatur, et instar musti incoctum.

[d] *Alpes*] Alpinum caseum Antoninus Pius cum in cœna edisset avidius, in morbum incidit, quo decessit. Auctor Julius Capitol. in ejus Vita, pag. 21.

[e] *Dalmaticæ*] Τυρὸν Δαλματηνὸν, *caseum Dalmaticum,* pariter commendat Anonymus in ἐξηγήσει, quem vulgavit Jac. Gothofredus, pag. 30. De Docleatis Dalmatiæ populis egimus III. 26. Alpes porro Dalmaticas vocat ea montium juga quæ sunt a Carnis ad Dalmatas.

[f] *Centronicæ Vatusicum*] Alii *Natusicum* legunt. De Centronibus diximus III. 24.

[g] *Apennino*] Igitur Apenninus et maritimas etiam Alpes complectitur, ubi oppidum *Ceva,* olim Ceba dictum, hodieque Marchionatus titulo insigne, *le Marquisat de Ceve.*

[h] *Lunensem*] De Lunensi caseo Martial. XIII. 30. 'Caseus Etruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis.' De Vestino, Epigr. sequente, cui titulus, 'Caseus Vestinus:' 'Si sine carne voles jentacula sumere frugi, Hæc tibi Vestino de grege massa venit.' Sed *Vescinum* pro 'Vestino' utrobique legi viris doctis placet. Diximus de Vescino agro III. 9. sunt autem Vestini non ab Urbe modo, sed ab ipso Latio disjuncti longissime, in quarta Italiæ regione, ut dictum est III. 17.

[i] *Ad singula*] Singuli casei erant

millia pondo premitur: proximum autem Urbi Vestinum, eumque e Ceditio[j] campo laudatissimum.[3] Et caprarum[k] gregibus sua laus est, Agrigenti maxime, eam augente gratiam fumo:[l] qualis in ipsa Urbe conficitur, cunctis præferendus. Nam Galliarum sapor medicamenti vim obtinet. Trans maria vero Bithynus[m] fere in gloria est. Inesse pabulis salem, etiam ubi non detur, ita maxime intelligitur, omni in salem caseo senescente, quales redire in musteum saporem, aceto et thymo maceratos, certum est. Tradunt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis viginti, ita temperato, ut vetustatem non sentiret.

XCVIII. (XLIII.) Terrestrium[a] solus homo bipes. Uni juguli,[1 b] humeri, ceteris armi: uni ulnæ. Quibus animalium[c] manus sunt, intus tantum carnosæ: extra nervis et cute constant.

XCIX. Digiti quibusdam in manibus seni. C. Horatii[1 d]

Gronov. et vulgg. ante Harduin.—3 ‘*Crustuminumque et e C. c. laudatissimum et Capityum: gregibus* Vet. *Capnityum* alii; alii *Epityrum* legunt. Quod sequitur quidem, ‘augente gratiam fumo,’ lectionem *Capnityron* probat. Mox, pro *recenti*, quidam habent *Agrigenti*.’ *recenti* Gronov. et edd. ante Harduin.

CAP. XCVIII. 1 *Uni ungulæ* cod. Dalec. ‘Lego, *jugula*.’ Dalec.

CAP. XCIX. 1 *M. Curiatii* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec.

NOTÆ

mille pondo.

[j] *Ceditio*] De hoc agemus XIV. 8.

[k] *Et caprarum*] Non bubus, inquit, ovibusque tantum, sed etiam capris est sua laus in caseo, &c. Nam ovium lactis præcipue caseos hactenus memoravit. Vide Notas et Emend. num. 106.

[l] *Fumo*] Siccabant caseum, colorabantque fumo. Martialis XIII. 32. cujus lemma, ‘Caseus Velabrensis:’ ‘Non quemcumque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.’ Velabrum locus Romæ fuit, ubi casei infumabantur. Raderum vide in notis ad eum Martialis locum, pag. 783. Hic ille est Urbis caseus, quem mox Plinius ait cunctis præferendum.

[m] *Bithynus*] Et e Bithynia Salonites, *τυρὸς Σαλωνίτης*, a regione Bithyniæ sic appellatus, quæ boum pascuis ceteris anteiret, ut est auctor Strabo lib. XII. pag. 566.

[a] *Terrestrium*] Modo ne ex alitum genere fuerint, ut gallinacei.

[b] *Uni juguli*] Soli homini jugulus ex Latini sermonis proprietate tribuitur: ceterorum nulli, nisi *καταχρηστικῶς*.

[c] *Quibus animalium*] Homini, simiæ.

[d] *C. Horatii*] Vide Notas et Emend. num. 107.

ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepimus, et Volcatium Sedigitum,[e] illustrem in poëtica. Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos, et digitis adversus[f] universis flectitur: per se vero in obliquum porrigitur, crassior ceteris. Huic minimus mensura par est:[2] duo reliqui sibi, inter quos medius longissime protenditur. Quibus ex rapina[g] victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus, reliquis quaterni. Leones, lupi, canes, et pauca in posterioribus quoque quinos ungues habent, uno juxta cruris articulum dependente: reliqua quæ sunt[h] minora, et digitos[3] quinos. Brachia non omnibus[i] paria secum.[4] Studioso Thraci in C. Cæsaris[j] ludo notum est dextram fuisse proceriorem. Animalium quædam,[k] ut manibus, utuntur priorum ministerio pedum: sedentque ad os illis admoventia cibos, ut sciuri.

C. (XLIV.) Nam simiarum[1] [l] genera perfectam hominis imitationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris,[m] quas solæ quadrupedum et in inferiore habent gena. Jam mammas[n] in pectore, et brachia, et crura in contrarium

pari est.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et* deest in Gronov. et al. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *paria esse.*

Cap. c. 1 *Jam simiarum* Pintian. Mox, cod. Dalec. *hominis simulationem continent .... quæ s. q. et inferiorem h. genam.* Vet. Dalec. *quas s. q. et inferiorem h. genam.* Mox, cod. Dalec. *ut manus prælongæ.*

NOTÆ

[e] *Sedigitum*] Quem de poëtis librum scripsisse, auctor est Gellius xv. 24. pag. 841. Extat hujus Volcatii Sedigiti carmen de poëtis Comicis, inter Epigrammata Poëmatiaque vetera collecta a Pithœo, lib. II. pag. 51.

[f] *Et digitis adversus*] Sive fortassis rectius, *et in digitos adversos universim flectitur.*

[g] *Quibus ex rapina*] Arist. de Part. Anim. IV. 10. pag. 1035.

[h] *Reliqua quæ sunt*] Arist. loc. cit. Ratio est, quoniam serpunt, διὰ τὸ ἑρπυστικὰ εἶναι, κ. τ. λ.

[i] *Brachia non omnibus*] Ab simili dextræ proceritate cognomen habuit Longimanus Artaxerxes.

[j] *C. Cæsaris*] Caligulæ. Tranquillum vide in ejus Vita cap. 18.

[k] *Animalium quædam*] Arist. loc. cit.

[l] *Non simiarum*] Tota hæc sectio Aristotelicis verbis plane constat, ex Histor. Animal. III. 13. pag. 199.

[m] *Palpebris*] Quid palpebræ Plinio, quid genæ sint, diximus cap. 56. et 57.

[n] *Jam mammas*] *Papillas mammarum*, θηλὰς μαστῶν, Arist.

similiter[o] flexa: in manibus ungues, digitos, longioremque medium. Pedibus paulum differunt. Sunt enim ut manus, prælongi, sed vestigium palmæ[p] simile faciunt. Pollex quoque his, et articuli, ut homini, ac præter genitale, et hoc in maribus tantum,[q] viscera etiam interiora omnia ad exemplar.

CI. (XLV.) Ungues clausulæ nervorum[a] summæ existimantur. Omnibus hi,[b] quibus et digiti.[1] Sed simiæ imbricati,[c] hominibus lati, et defuncto[2][d] crescunt, rapacibus unci: ceteris recti, ut canibus, præter eum qui a crure plerisque dependet. Omnia digitos[e] habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim[f] informes, numero quidem quinque, sed indivisi, ac leviter discreti; ungulisque, haud[3] unguibus, similes: et pedes majores priores.[g] In posterioribus articuli breves.[h] Idem poplites[i] intus[4] flec-

Cap. ci. 1 *Ungues, qui claus. ner. sum. existimantur, omnibus iis, quibus et digiti* cod. Dalec.—2 Vet. Dalec. *defunctis.*—3 Cod. Dalec. *ungulæque haud;* Chiffl. *ungulisque non.* Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *similes. Crura majora priora. In posterioribus imis malleoli breves,* ex Aristot. Hist. Anim. II. 1.—4 Margo edd. Dalec. ex Aristot. *posteriores.*—5 Margo edd. Dalec. et

NOTÆ

[o] *In contrarium similiter*] Uti de homine dicetur cap. 102. brachia retrorsum, crura antrorsum flexa.

[p] *Sed vestigium palmæ*] Planta porrecta, sicuti quam volam appellamus. Οἱ δάκτυλοι ἔχουσι τὸ καλούμενον θέναρ. Arist.

[q] *Et hoc in maribus tantum*] Et hoc genitalis discrimen in maris tantum genitali agnoscitur: nam fœminæ genitale muliebri specie est: maribus, canina potius quam humana: ceterum universo generi viscera humanis similia. Arist.

[a] *Clausulæ nervorum*] Extrema nervorum cacumina. Certe ungues circa radicem ligamentis connectuntur, quos antiqui nervos appellarunt. Hippocratem vide de Natura Pueri, tex. XVI. pag. 144. ubi de unguium origine multa prolixe disputat, quæ Plinianæ orationi plurimum lucis allatura sint.

[b] *Omnibus hi*] Arist. Hist. Anim. III. 9. pag. 335.

[c] *Imbricati*] In morem imbricum curvi et convoluti.

[d] *Et defuncto*] Arist. Histor. Anim. III. 10. pag. 348.

[e] *Omnia digitos*] Arist. Hist. Anim. III. 9. pag. 335.

[f] *Huic enim*] Arist. Histor. Anim. II. 2. pag. 149.

[g] *Et pedes majores priores*] Hoc est, anteriores. Arist. loc. cit. Καὶ τὰ πρόσθια σκέλη μείζω, *anteriora crura majora multo.*

[h] *Articuli breves*] Arist. loc. cit. σφυρὰ ἔχει βραχέα, *malleolos* dixit: Plinius *articulos.*

tit hominis modo. Cetera animalia, in diversum[j] posterioribus articuli pedibus,[5] quam prioribus. Nam quæ animal generant, genua ante se flectunt, et suffraginum artus[6 k] in aversum.[l]

CII. Homini genua et cubita contraria:[m] item ursis,[n] et simiarum[o] generi, ob id minime pernicibus. Ova parientibus[p] quadrupedum, crocodilo, lacertis, priora genua post curvantur, posteriora in priorem partem. Sunt autem crura his obliqua,[q] humani pollicis modo. Sic et multipedibus,[r] præterquam novissima[s] salientibus. Aves, ut quadrupedes, alas in priora curvant, suffragines[t] in posteriora.

CIII. Hominis genibus quædam et religio inest, observa-

Gronov. *articulis et pedibus.*—6 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *articulum.*

NOTÆ

[i] *Idem poplites*] Arist. libro cit. cap. 4. pag. 153. Priores quidem, more ceterorum, quæ animal generant: sed et posteriores, peculiari prærogativa.

[j] *In diversum*] Nam anteriora crura prorsum et ante se, posteriora retrorsum et pone flectunt: itaque curvaturæ poplitum inter se sunt obversæ. Aristot. pag. 152.

[k] *Suffraginum artus*] Mallem dixisset, suffragines artuum, cum Philosopho, loc. cit. qui τὰς κάμψεις τῶν κώλων, *crurum plicaturas*, dixit.

[l] *In aversum*] Hoc est, pone, sive retrorsum flectunt, εἰς τοὔπισθεν.

[m] *Et cubita contraria*] Utrasque artuum inflexiones inter se contrarias habet: nam brachia retro flectit, crura antrorsum. Aristot. pag. 154.

[n] *Item ursis*] Nam et in his genua, seu pars genuum infima, (sunt qui talum vocent,) retrorsum flectitur: cubita, seu pars infima cubiti, quam alii carpum appellitant, antrorsum. Vide Anatomicos Parisienses in Ursi Anatome.

[o] *Et simiarum*] Ut dictum est cap. 100.

[p] *Ova parientibus*] In quibus et testudinum genera omnia censeri oportet. Hæc priora genua flectunt retrorsum: posteriorum, quæ geminis constant articulis, alterum prorsum, alterum pone flectunt.

[q] *Crura his obliqua*] Paulisper in latus inclinata, μικρὸν εἰς τὸ πλάγιον παρεγκλίνοντα, Aristot. pag. 153.

[r] *Sic et multipedibus*] Araneis, muscis, apibus. Arist. loc. cit.

[s] *Præterquam novissima*] Salientibus, inquit, multipedibus, ut araneo, et locustæ, novissima crura, hoc est, postrema, minus obliqua sunt: recta enim oportet esse, quorum nisu vibrare se ad saltum queant: idcirco et longiora videntur. Quam ob rem Ovid. Met. xv. 377. 'Crura dat: utque eadem sint longis saltibus apta, Posterior partes superat mensura priores.'

[t] *Suffragines*] Crurum flexuras. Τὰ μὲν σκέλη εἰς τὰ ὄπισθεν κάμπτει. Arist. pag. 155.

tione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras, adorant: fortassis quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusque commissura, dextra lævaque, a priore parte gemina quædam buccarum inanitas[a] inest: qua perfossa, ceu jugulo,[1] spiritus fugit. Inest et aliis partibus quædam religio: sicut dextra osculis aversa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græciæ[b] in supplicando mentum attingere mos erat. Est in aure[c] ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur.[2] [d] Est post aurem æque dextram Nemesios,[e] (quæ Dea Latinum nomen ne in Capitolio[f] quidem invenit,) quo referimus



CAP. CIII. 1 Gronov. *seu jugulo*; cod. Dalec. *ceu in gulis*; Vet. ejusdem, *ceu vinculis*.—2 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. Editio princeps, et vulgg. ante Harduin. *antestamur* vett. ap. Dalec. et codd. Harduini, item Harduin. 1. 2.

NOTÆ

[a] *Buccarum inanitas*] Os femoris inferiore sui parte ad genua gemino capite tibiæ sinus intrat: inter ea capita pone rotulam, sive molam, qua genu constat, spatium est amplum latitudine pollicis: per quod vasa nervique ad crura transeunt: suntque ob convulsionem in hac parte periculosa vulnera. Hoc spatium, ob similitudinem quandam, buccarum inanitatem vocat: quasi buccas inflatas cavitate referat: seu capita illa duo buccarum sint veluti recessus, et protuberationes quædam.

[b] *Antiquis Græciæ*] Exprimitur ille mos ab Homero, Iliad. A. 501. *Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων Σκαιῇ, δεξιτέρῃ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα. Ipso in conspectu sedit, lævaque prehendens Molle genu, dextra mulcebat supplice mentum.*

[c] *Est in aure*] Hinc aurem vellere, pro admonere, dictum. Virgilius: 'Mihi Cynthius aurem Vellit, et admonuit.'

[d] *Antestamur*] Testes præsentes appellamus. Antestationis mos hic antiquus: Cum quis vadatus non pareret, alicujus e præsentibus, quem testem cupiebant esse, aurem tangebant, rogabant an antestari liceret: quo concesso, voce hac 'Memento' a teste petebant, ut meminisset alterum in jus vocatum noluisse sequi. Vide Acronem et Porphyrionem in illud Horatii: 'Licet antestari,' I. Sat. 9. Hoc e XII. Tabulis fragmentum adducit Porphyrio, SI. IN. IVS VOCATIO. FVAT. ANTESTAMINO. I. F. AVREM. CAPITO. ANTESTATI. Vellicabatur autem auris, ut editi a se edendive testimonii memoriam vel sic asservarent. Hinc ea forte apud nos recepta loquendi formula: *se faire tirer l'oreille pour dire quelque chose.* In lege Ripuariorum, tit. 60. § 1. 'aures torqueri et alapas dari testibus' solitas legimus. In lege Bajwar. tit. 15. cap. 2. 'testes per aurem tractos.'

[e] *Nemesios*] Subintellige, locus.

[f] *Capitolio*] In Capitolio fuisse Nemesios simulacrum innuit, quod et ipse prodit apertius, XXVIII. 5.

tactum ore[3] proximum a minimo digitum, veniam sermonis a Diis ibi recondentes.[4] [g]

CIV. Varices[h] in cruribus viro tantum: mulieri raro.[i] C. Marium, qui septies consul fuit, stantem sibi[1] extrahi[j] passum unum hominum,[2] [k] Oppius auctor est.

CV. Omnia animalia a dextris partibus[l] incedunt, sinistris[m] incubant.[1] Reliqua, ut libitum est, gradiuntur. Leo tantum[n] et camelus pedatim, hoc est, ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur. Pedes homini maximi,[o] fœminis tenuiores in omni genere. Suræ homini[2]

3. Miller. Bipont. et Franz. *attestantur* cod. Dalec. *antestantur* Vet. ejusdem. —3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tactus more* cod. Dalec. *tacto ore* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Vet. Dalec. *a Diis exposcentes.*

CAP. CIV. 1 *C. Mario q. s. Cos. stante sibi* Chiffl.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque legendum putavit Joan. Laet. *unum hominem* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. CV. 1 Vet. Dalec. *sinistris magis incubant;* Chiffl. *sinistra incubant.* —2 Vet. Dalec. et codex ejusdem: *tenuiores in omni genere suræ. Homini.*

NOTÆ

[g] *A Diis ibi recondentes*] Veniam taciti exposcentes, digito ibi condito, si quis imprudentibus nobis sermo exciderit.

[h] *Varices*] Varix venæ dilatatio est, sanguinis melancholici copia distentæ, atque turgentis.

[i] *Mulieri raro*] Hac ætate frequentius quam viris.

[j] *Extrahi*] Subintellige varices, venæ sectione adhibita.

[k] *Unum hominum*] Quia primus, et illo quidem tempore solus fuit. Sed et fecere postea alii, ut Cicero docet, Tusc. lib. II. pag. 360. 'At vero,' inquit, 'C. Marius, rusticanus vir, sed plane vir, cum secaretur, principio vetuit se alligari, nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Cur ergo postea alii? Valuit auctoritas,' &c. Refert hoc quoque Plutarchus in Mario. Modum sectionis docet Ægineta VI. 82. Geminam curandi rationem Celsus VII. 31.

[l] *A dextris partibus*] Omnibus incedendi initium a dextra parte est, ἡ δ' ἀρχὴ, ἀπὸ τῶν δεξιῶν πᾶσι, Aristot. Histor. Animal. II. 4. pag. 156. Dextrum certe pedem aliquanto priorem movent omnia. In choreis quidem sinistrum movemus primo pedem: non ut naturæ adversemur, sed ut didicisse aliquid ab arte videamur. Sunt tamen qui etiam choreas dextrorsum ducant, pedemque dextrum producant priorem.

[m] *Sinistris*] Libentius nempe, quam dextris, Aristot. Problem. VII. 5. p. 715. Elephantus tamen in alterutrum latus incubat: fœtæ canes frequentius quadratæ jacent: item leones.

[n] *Leo tantum*] Hæc iisdem verbis Philosophus Histor. Anim. II. 4. pag. 157.

[o] *Pedes homini maximi*] Proportione molis: et merito; solus enim

tantum, et crura carnosa.[p] Reperitur apud auctores quendam in Ægypto non habuisse suras.[q] Vola homini [3] [r] tantum, exceptis quibusdam. Namque et hinc cognomina inventa, Planci,[s] Plauti,[t] Pansæ,[u] Scauri:[4] [v] sicut a cruribus Vari,[w] Vaciæ,[x] Vatinii:[5] [y] quæ vitia et in quadru-

Mox, Chiffl. *tantum et carnosæ,* omisso *crura.*—3 *Planta homini* Dalec.—4 Ita Chiffl. *Scauri, Pansæ* Gronov. et al. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

erectus est. Philos. de Part. Anim. IV. 10. pag. 1038.

p *Et crura carnosa*] Crurum nomine femur plerumque et tibia continentur. Ea vis Græcæ quoque appellationis σκέλος· Aristot. loc. cit. pag. 1037. Ἔτι δὲ τὰ σκέλη ὁ μὲν ἄνθρωπος σαρκώδη, καὶ μηροὺς καὶ κνήμας· τὰ δ' ἄλλα πάντα ἄσαρκα ἔχει, οὐ μόνον τὰ ζωοτόκα, ἀλλ' ὅσα σκέλη ἔχει τῶν ζώων. νευρώδη γὰρ ἔχει καὶ ὀστώδη, καὶ ἀκανθώδη. *Crura etiam homini femore suraque carnulenta sunt: cum cetera animalia, non modo vivipara, verum etiam quæcumque cruribus constant, vacua carne hæc habeant: nervosa enim, ossulenta, spinosa, rigida.* Albertus lib. II. pag. 100. 'Solus autem homo habet inter animalia nota tibias carnosas.'

q *Non habuisse suras*] Sed *tibias sine carne, ἀσάρκας κνήμας.*

r *Vola homini*] Festus: 'Vola vestigium medii pedis concavum. Sed et palma manus vola dicitur.'

s *Planci*] Acciæ familiæ, Munatiæ, Rubelliæque cognomen. Festus: 'Plancæ tabulæ planæ, ob quam causam Planci appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt.'

t *Plauti*] Festus in Fragm. 'Ploti appellati sunt Umbri, quod essent pedibus planis: unde soleas dimidiatas, quibus utuntur in venando, quo planius pedem ponerent, vocant semiplotia. Et ab eadem causa M. Accius Poëta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus cœptus est dici.'

u *Pansæ*] Pansæ dicebantur, qui pedibus erant pansis sive passis, a 'pando:' ut Planci, qui planis. Cognomen id familiarum Romanarum fuit, Apuleiæ, Genutiæ, Serviliæ, Sestiæ, Vibiæ.

v *Scauri*] Æmiliorum, Terentiorum, aliorumque cognomen. Scaurum Horatius I. Sat. 3. 7. ait esse 'pravis fultum male talis.' Glossæ: *Scaurus, σκελλὸς, στρεβλόπους.* Σκελλὸς idem porro ac *perversus.* Hesychius: Σκελλὸν, διεστραμμένον.

w *Vari*] 'Varum distortis cruribus,' inquit Horatius, loc. cit. Festus, verbo 'Valgos.' 'Vari dicuntur incurva crura habentes.' Notus est Quintilius Varus, qui cæsis legionibus Augusti principatu in Germania periit. Cognomen idem præterea fuit Acciæ, Arriæ, Ceioniæ, Geminiæ, Liciniæ, Pompeiæque genti.—'Cognomen idem præterea fuit Vibiæ genti. Martial. II. 35. ad Phœbum Varum: 'Cum sint crura tibi simulent quæ cornua Lunæ,' &c.

x *Vaciæ*] Ita id nomen a Varrone scribitur de Ling. Lat. lib. VIII. p. 103. Idem Rei Rust. II. 9. ubi de canibus loquitur: 'Sint cruribus rectis,' inquit, 'ac potius varis, quam vaciis.' Nempe Varus est, cui crura extrorsum contorta: Vacia, cui introrsum. Hinc Q. Marcius Rex Va-

pedibus. Solidas habent[z] ungulas, quæ non sunt cornigera: igitur pro his telum ungula est illis.[6] Nec talos[a] habent eadem. At quæ bisulca sunt, habent: iidem digitos habentibus[b] non sunt: neque in prioribus[c] pedibus omnino ulli. Camelo tali[d] similes bubulis, sed minores paulo. Est enim bisulcus discrimine exiguo[e] pes imus, vestigio[f] carnoso, ut ursi:[7] qua de causa in longiore itinere sine calceatu[g] fatiscunt.

CVI. (XLVI.) Ungulæ veterino tantum generi renascuntur. Sues in Illyrico[h] quibusdam locis solidas habent ungulas. Cornigera[i] fere bisulca. Solida ungula, et bicorne[j] nullum. Unicorne[k] asinus tantum Indicus:[l] uni-

Franz.—5 *Vatii* Dalec.—6 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps; *pro his telum ungula inest illis* codd. Harduini et Chiffl. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pro eis telum ungula inest illis* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—7 Chiffl. *carnosus ut ursis.*

NOTÆ

cia cognominatus, Ciceronis et Catilinæ temporibus. Hinc P. Servilius Vacia, Isauricus postea appellatus, post Isauros domitos.

[y] *Vatinii*] Ita Reg. 1. 2. Paris. &c. Parm. *Vatieni.* Diversa hæc duo sunt Romanarum familiarum nomina. Quæ vis utrique voci subsit, non liquet.

[z] *Solidas habent*] Arist. de Part. Anim. IV. 10. p. 1037.

[a] *Nec talos*] Arist. ibid.

[b] *Iidem digitos habentibus*] Digitatis animalibus tali non sunt. Arist. loc. cit. p. 1038. Vide cap. seq.

[c] *Neque in prioribus*] Sed in posterioribus tantum. Causam affert Arist. p. 1037.

[d] *Camelo tali*] Arist. Hist. Anim. II. 6. p. 164.

[e] *Discrimine exiguo*] Fissura ungulæ haud admodum lata: quanta est fere bovi.

[f] *Vestigio*] Pedis planta carnosa, velut ursis. Ὁ δὲ πούς ἐστι κάτωθεν σαρκώδης, ὥσπερ καὶ οἱ τῶν ἄρκτων. Arist. p. 165. Solinus, c. 49. p. 76. vestigia cameli 'carnulenta' dixit.

[g] *Sine calceatu*] Quam ob causam, inquit Philos. loc. cit. in bellicis expeditionibus, carbatinis calceantur, cum ipsis pes dolet. Est autem καρβατίνη vile et rusticum calceamentum, una sappactum solea.

[h] *Sues in Illyrico*] Et in Pæonia, et aliis locis, ex Antigono Carystio Hist. Mirab. c. 72. ipsoque Arist. Hist. Anim. II. 7. p. 167. Etiam et in Macedonia, ut scribit auctor libri de Mirab. Auscult. p. 1155. Et in Flandria juxta mare, teste Alberto M. de Animal. II. 1. 2. p. 100.

[i] *Cornigera*] Arist. loc. cit. p. 168. et de Part. Anim. III. 2. p. 1001.

[j] *Et bicorne*] Arist. locis cit.

[k] *Unicorne*] Subintellige, idemque solida ungula præditum: idcirco enim statim subjicit, 'unicorne et bisul-

corne et bisulcum, oryx.[m] Talos asinus[n] Indicus unus solidipedum habet. Nam sues[o] ex utroque genere existimantur, ideo fœdi earum.[a 1] Hominem[p] qui existimarunt habere, facile convicti. Lynx tantum[q] digitos habentium simile quiddam talo habet: leo etiamnum tortuosius.[2 r] Talus autem rectus est in articulo pedis ventre eminens concavo,[s] in vertebra[3] ligatus.

[a] *Ideo deformes suum tali sunt.*



Cap. cvi. 1 Parm. *ideo feruntur diversi earum fœtus;* Vet. *ideoque fœtus earum.*—2 Cod. Dalec. *tortuosus.*—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ventre eminens, concava in vertebra* Gronov. et al. ante Harduinum.

NOTÆ

cum, oryx:' et ante præmisit, 'solida ungula et bicorne, nullum.'

[l] *Asinus tantum Indicus*] Hoc unicornis, seu monocerotis asini genus prolixe describitur a Ctesia in Indicis, apud Photium in Bibl. cod. lxxiv. p. 153. Ctesiam secuti deinde Arist. locis citatis, Ælianus Hist. Anim. iv. 52. Quicquid tamen veteres aut recentiores de monocerote solidipede narrant, pro figmento habendum pronuntiat Samuel Bochartus parte prima de Anim. iii. 27. p. 952. idque plurimis evincere nititur argumentis, sane satis idoneis.

[m] *Oryx*] De oryge diximus viii. 79.

[n] *Talos asinus*] Arist. Hist. Anim. ii. 7. p. 168. et ante illum Ctesias loc. cit.

[o] *Nam sues*] Nam quod suibus, inquit, proprie *talus* non est, ἀστράγαλος, sed aliquid tamen simile, illud in causa est, quod in utroque genere censetur: sunt enim et solidipedes, et bisulcæ sues: ideoque talos habent fœdos ac deformes. Arist. loc. cit. At scimus tamen experimento, id quod in suibus tali vicem habet, ab aliis talis, cujusmodi sunt in ovibus, nec figura, nec loco, nec situ differre.

[p] *Hominem*] Aristoteli Plinioque *talus*, sive ἀστράγαλος, non is est, quem in imo pede vel usus vulgi, vel aliorum auctoritas, ut agnosceremus, extorsit, non in homine solum, sed et in aliis quoque: et calcem, sive calcaneum plerumque appellamus, quam Græci πτέρνην dixerunt. Talus Aristotelicus inter duos artus locum habet: os est inter cruris posterioris radium, et os coxæ. Cujusmodi illud sit, mox cum Plinio describemus. Id interim inesse homini, merito cum Aristotele loc. cit. pernegat. Malleoli quoque qui humano pedi inhærent, non in suffragine, ubi talum Philosophus locat, sed in laterum vertebra inseruntur.

[q] *Lynx tantum*] Arist. loc. cit.

[r] *Tortuosius*] Anfractuosum, quales effingunt labyrinthos, inquit Philos. loc. cit. ὁ δὲ λέων, οἷόν περ πλάττουσι λαβυρινθῶδες.

[s] *Ventre eminens concavo*] In eo, inquit, articulo, qua ossi pedis os coxæ committitur, os est, in quadrupedibus

CVII. (XLVII.) Avium aliæ[a] digitatæ, aliæ palmipedes, aliæ inter utrumque divisis digitis adjecta latitudine.[b] Sed omnibus[c] quaterni digiti, tres in priore parte,[1] unus a calce.[d] Hic deest quibusdam[e] longa crura habentibus. Iynx[f] sola utrimque binos habet. Eadem linguam serpentium similem[g] in magnam longitudinem porrigit. Collum circumagit in aversum.[2][h] Ungues ei[i] grandes, ceu graculis. Avium quibusdam gravioribus in cruribus additi radii.[j] Nulli uncos[k] habentium ungues. Longipedes[l] porrectis ad caudam cruribus volant:[3] quibus breves,



CAP. CVII. 1 Parm. *in superiore parte.*—2 Vet. Dalec. *Circumagit collum adversum;* codex ejusdem, *in adversum se.*—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Nulli uncos habent ungues, longi pedes. Porrectis, &c.* Gronov.

NOTÆ

bisulcis, quem talum vocant: id duas præcipuas facies habet: unam ventrosam, seu eminentem, alteram concavam, sive subsidentem ex adverso illius.

[a] *Avium aliæ*] Vide quæ diximus superiore libro cap. 13.

[b] *Adjecta latitudine*] Addita citra digitos latitudine aliqua, ceu volæ specie quadam, et palmæ.

[c] *Sed omnibus*] Arist. Hist. Anim. II. 15. pag. 209. Nihilominus struthiocamelum eximi ab hac historia oportuit: bisulcus enim est: ut idem Philos. animadvertit de Part. Anim. IV. 12. pag. 1043. Nisi forte bestiarum generi potius, ut Plinius ait x. 1. quam volucrum, ascribatur.

[d] *Unus a calce*] Calcanei vice, *ἀντὶ πτέρνης*. Arist. Hist. lib. II. pag. 209.

[e] *Hic deest quibusdam*] Ut struthioni Africano, et phœnicoptero Aldrovandi Ornithol. lib. XX. pag. 322. Nec anseres quoque ullum digitum pone habent.

[f] *Iynx*] Ἴυγξ est quam Galli *Torcou*, Gaza *Torquillam* vocat, quod assidue cervicem collumque contorqueat. Bellon. VI. 18. A sono apud Græcos nomen invenit: est enim *ἰύζειν, stridere.*

[g] *Serpentium similem*] Hoc est, serpentium more arbitratu suo nunc porrigit, nunc contrahit. In motu solo linguæ et exerendi modo similitudo est: in figura, disparitas. Habent enim serpentes planam et bifidam, ad lori secti modum. Iynx acutam et teretem. Hanc illa profert tanquam e vagina, ut illectis ejus ope formicis vitam alat.

[h] *In aversum*] In tergum, cetero corpore immobili, collum circumagit quemadmodum et angues: *περιστρέφει τὸν τράχηλον εἰς τοὐπίσω, τοῦ λοιποῦ σώματος ἠρεμοῦντος, καθάπερ οἱ ὄφεις.* Arist. loc. cit.

[i] *Ungues ei*] Arist. loc. cit.

[j] *Additi radii*] Calcaria, *τὰ πλῆκτρα καλούμενα ἐπὶ τοῖς σκέλεσιν*, Arist. de Part. Anim. IV. 12. pag. 1042.

[k] *Nulli uncos*] Uncunguium avium nulli calcaria sunt, sive radii. Arist. loc. cit. *Ἅμα δὲ οἱ αὐτοὶ οὐ γίνονται πλῆκτρα ἔχοντες, καὶ γαμψώνυχοι.*

[l] *Longipedes*] Hæc Philosophus totidem verbis, tum loc. cit. tum Hist. Anim. II. 15. pag. 212.

contractis ad medium.[m] Qui negant volucrem ullam sine pedibus esse, confirmant et apodas habere, et oten[4] [n] et drepanin, in eis quæ rarissime apparent. Visæ jam etiam serpentes anserinis pedibus.[o]

CVIII. (XLVIII.) Insectorum[a] pedes primi[1] longiores duros habentibus oculos, ut subinde pedibus eos tergeant,[2] ceu notamus in muscis. Quæ ex his novissimos[b] habent longos, saliunt: ut locustæ. Omnibus autem[c] his seni pedes. Araneis quibusdam prælongi accedunt bini.[d] Internodia singulis terna. Octonos et marinis esse diximus,[e] polypis, sepiis, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium[f] movent, pedes in orbem, aut in obliquum. Iisdem



et al. ante Harduin. 'Alii legunt mutata distinctione, *Avium quibusdam gravioribus in cruribus additi radii, sed nulli uncos habentium ungues. Longipedes porrectis ad caudam cruribus volant.* Vide Aristot. Hist. Anim. II. 12. unde totus hic locus.' *Dalec.*—4 'Otis est minor, *la petite Outarde, la Canepetière.* Bene autem editio Parmensis, *et oten.* In cod. Reg. Brot. 2. *et ocem.*' Brotier. *et ocen* Gronov. et al. ante Harduin. qui ex Aristot. rescripsit, *et hirundinem.* Vet. Dalec. *et nectorem;* Reg. Hard. 1. et Par. *et rectorem.* Mox, Chiffl. *ex his quæ, &c.*

CAP. CVIII. 1 Chiffl. *primo.*—2 Vet. Dalec. *tergant.* Mox, Gronov. *seu*

NOTÆ

[m] *Ad medium*] *Ad ventrem, πρὸς τῇ γαστρὶ*, Arist.

[n] *Et oten* [*hirundinem*] Vide Notas et Emend. num. 108.

[o] *Anserinis pedibus*] Id pariter Arist. recitat Hist. Anim. I. 6. pag. 48. Sed ex auditu tantum, in Æthiopia: *λέγονται γὰρ εἶναί τινες ὄφεις τοιοῦτοι (δίποδες) περὶ Αἰθιοπίαν.*

[a] *Insectorum*] Aristotelica verba paraphrasis instar erunt. *Pedes priores,* inquit ille de Part. Anim. IV. 6. pag. 1028. *nonnulla ex iis longiores ideo habent, ut, quoniam propter oculorum duritiem non exquisite cernant, cruribus iis longioribus abstergant incidentem molestiam, atque arceant, quod et facere muscas videmus, et apes.* Τοὺς δὲ πόδας τοὺς προσθίους μείζους ἔνια τούτων ἔχει, ὅπως, διὰ τὸ σκληρόφθαλμα εἶναι, ἐπειδὰν οὐκ ἀκριβῶς τὴν ὄψιν ἔχει, τὰ προσπίπτοντα τοῖς προσθίοις ἀποκαθαίρωσι σκέλεσιν· ὅπερ καὶ φαίνονται αἵ τε μυῖαι, καὶ τὰ μελιττώδη τῶν ζώων.

[b] *Quæ ex his novissimos*] Posteriores pedes.

[c] *Omnibus autem*] Arist. loc. cit.

[d] *Accedunt bini*] Ut sint omnino octoni.

[e] *Esse diximus*] Lib. IX. 44.

[f] *In contrarium*] Hoc est, brachia contra quam pedes, flectere solent: hos enim in cavum, illa in orbem, flectunt et circumagunt: est enim ad cibum capiendum admovendumque commodius. Arist. loc. cit. Κάμπτουσιν ἐναντίως ταύτας (χεῖρας,) κ. τ. λ.

solis[3] animalium rotundi.[g] Cetera binos pedes duces habent: cancri tantum,[h] quaternos. Quæ hunc numerum pedum excessere terrestria, ut plerique vermes, non infra duodenos habent, aliqua vero et centenos.[i] Numerus pedum[j] impar nulli est. Solidipedum crura statim justa nascuntur mensura: postea exporrigentia se[k] verius, quam crescentia. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus, quod addita ætate non queunt; quia longitudo[l] superficiem corporum solam ampliat.[4] Hac de causa inter initia pasci, nisi summissis genibus, non possunt: nec usque dum cervix ad justa incrementa perveniat.

(XLIX.) Pumilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volucres.[m]

CIX. Genitalia maribus quibus essent retro, satis[1] diximus.[a] Ossea sunt lupis, vulpibus, mustelis, viverris:[b]

notamus.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. '*Iidem solis,* vel, *Iisdem solis.*' Dalec. *Iidem soli* Gronov. et edd. vett.—4 Cod. Dalec. *sola ampliat.*

CAP. CIX. 1 Salm. *retro sat;* codd. Dalec. et Chiffl. *retrorsa.*—2 Cod. Da-

NOTÆ

[g] *Rotundi*] Circinati, in orbem ducti.

[h] *Cancri tantum*] Hoc est, cancri soli. Arist. Hist. Anim. I. 6. pag. 52. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα δύο τοὺς ἡγεμόνας ἔχει πόδας· ὁ δὲ καρκῖνος μόνος τῶν ζώων τέτταρας. *Reliqua quidem animalia binos pedes, quasi duces habent ad ingrediendum: solus cancer, quatuor.*

[i] *Et centenos*] Centipedas, credo, intelligit, quibus innumera pedum copia nomen fecit. De his XXIX. 39.

[j] *Numerus pedum*] Hujus rei causam indagat Arist. Problem. X. 32. pag. 727.

[k] *Exporrigentia se*] Latitudine potius ac torositate extendentia sese, quam altitudine crescentia.

[l] *Quia longitudo*] Quia incrementum affert ætas soli corporum superiori parti, in longitudinem: altitudinem cruribus aut proceritatem nullam addit. Hæc sunt ex Arist. de Part. Anim. IV. 10. p. 1033.

[m] *Inter volucres*] De gallinis pumilionibus egimus X. 77.

[a] *Satis diximus*] Libro superiore cap. 83.

[b] *Mustelis, viverris*] Hæc accepta ex Arist. Hist. Anim. II. 9. pag. 182. *Mustela,* γαλῆ, *une Belette. Viverra,* ἰκτὶς, *un Furet,* ut quidem plerisque videtur. Malunt alii Græcorum ἰκτίδα, *mustelam sylvestrem* interpretari, quod genus est domesticis haud multum absimile. Ἰκτὶς enim mella populatur: viverra sic odit, ut eo gustato pæne intereat. Albertus tamen de Anim. XXII. 2. 1. pag. 598. de viverra, sive furunculo, hæc accepit:

unde etiam[2][c] calculo humano remedia præcipua. Urso quoque,[d] simul atque expiraverit, cornescere aiunt. Camelino[e] arcus intendere, Orientis populis fidissimum.[3] Necnon aliqua gentium quoque[f] in hoc discrimina, et sacrorum etiam, citra perniciem amputantibus[4] Matris Deum Gallis.[g] Contra mulierum paucis prodigiosa assimulatio:[a][5][h] sicut hermaphroditis[i] utriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subjunctas[6] carpento suo equas, in Treverico[7] Galliæ agro repertas: ceu plane visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.

cx. Testes pecori armentoque ad crura decidui, subus annexi:[j] delphino prælongi ultima conduntur alvo, et ele-

[a] *E contrario paucæ mulieres similitudinem habent cum pudendo virili, idque non sine ostento.*

---

lec. *viverræ sunt, inde etiam;* Vet. Dalec. *Sunt in iis etiam.*—3 Vet. Dalec. *populis fidelissimum.*—4 Cod. Dalec. *citra perniciem amputatis.*—5 'Ita optime codd. Regg. Brot. 1. 2. Male Editio princeps aliæque, *assimilatio.*' Brotier. —6 Vet. Dalec. *subjuges;* codex ejusdem, *subjungi.*—7 Chiffl. *in Triveria.* Mox, Gronov. *seu plane.*

NOTÆ

'Furonem,' inquit, 'vel furunculum, Gallici furettum vocant....Est autem hoc animal medicinale, ut dicunt. Virga enim furonis masculi magnæ utilitatis est eis qui patiuntur in vesica, et eis qui guttatim et cum difficultate mingunt, si teratur ex eo uncia,' &c.

[c] *Unde etiam*] Rasa tritaque ἰκτίδος genitalia singulare esse laborantibus urinæ difficultate remedium, prodidit Arist. Hist. Anim. IX. 9. pag. 1027. Itemque auctor libri Mirab. Auscult. pag. 1151.

[d] *Urso quoque*] Etiam viventi osseum τὸ αἰδοῖον esse, ut et lupo, sciuro, mustelæ, cani, aliisque quibus os inest in extremo eo, aiunt Anatomici recentiores, in Anatomica Descriptione Ursi, pag. 97.

[e] *Camelino*] Aristotelica oratio planior, Hist. Anim. v. 2. pag. 524. Cameli genitale ejusmodi nervi natura constat, ut etiam ad arcus usum pro funiculo interpolent: Τὸ δὲ αἰδοῖον ἔχει ὁ κάμηλος νευρῶδες οὕτως, κ. τ. λ.

[f] *Gentium quoque*] Ut Judæorum, Ægyptiorum, ac Saracenorum.

[g] *Matris Deum Gallis*] De hoc ritu iterum XXXV. 46.

[h] *Prodigiosa assimulatio*] Ad similitudinem fere masculi genitalis, productiore nympha, ad binos ternosve digitos: uti Sennertus explicat parte nona Practicæ III. 13. p. 607.

[i] *Hermaphroditis*] De his egimus libro septimo c. 3.

[j] *Subus annexi*] De subus, delphino,

phanto occulti. Ova parientium[k] lumbis intus adhærent: qualia ocyssima in Venere. Piscibus[l] serpentibusque nulli, sed eorum vice binæ ad genitalia a renibus venæ.[m] Buteonibus terni.[n] Homini tantum injuria, aut sponte[o] naturæ franguntur: idque tertium ab hermaphroditis et spadonibus semiviri genus habent. Mares in omni[p] genere fortiores, præterquam in pantheris, et ursis.

CXI. (L.) Caudæ,[q] præter hominem, ac simias,[r] omnibus

NOTÆ

et elephanto eadem Philos. tradit Hist. Anim. III. 1. p. 287. De elephanto idem rursum II. 9. p. 179.

[k] *Ova parientium*] Arist. de Part. Anim. IV. 12. p. 1043. et Hist. III. 1. p. 288.

[l] *Piscibus*] Arist. de Part. IV. 13. p. 1045. et Hist. II. 16. p. 216. Delphinos interim, de quibus supra, vitulosque marinos ab eo numero excipi necesse est: sunt enim hi testibus præditi. Vipera quoque mas non duos modo, sed quatuor testes, geminumque τὸ αἰδοῖον habet, quod, ut ceteri mares, immittit in fœminam: ut quidem recentiorum anatomica inspectione nuperrime deprehensum est.

[m] *A renibus venæ*] Hoc est, ab eo loco ubi renes essent, si renes piscibus natura concessisset. Carent enim renibus pisces. Venas autem appellat meatus duos, quos illi habent tum ad excrementa alia, tum ad semen quoque exigendum: τοὺς πόρους Philosophus vocat Hist. Anim. III. 1. p. 288. Hos genitali succo impleri ait coitus tempore, et lacteum humorem emittere. Huic veterum hæresi, quam proxime confutavimus, astipulatur Albertus quoque, de Anim. II. 2. 3. p. 116. 'Serpentum,' inquit, 'genera non habent omnino testiculos, sed habent duas vias, sicut canales, descendentes a loco diaphragmatis, usque aliquantulum supra anum,' &c.

[n] *Buteonibus terni*] Buteonum hac parte similem natum esse cum tribus testiculis Philippum Hessum Lantgravium, Thuanus scribit in Hist. et Franc. Philelphum Rhodiginus XVII. 12. p. 783. Aiunt physiologi esse hujuscemodi homines salacitatis immodicæ. Contra Syllam et Cottam uno tantum præditos fuisse legimus in Pandectis, lib. XLIX. tit. 17. de re militari, ex Arriano JC.

[o] *Aut sponte*] 'Qui de matris utero sic nati sunt.' Matth. 19. Talis extitit Dorotheus Antiochenus Præsul, Aureliano Principi gratissimus, Eusebio teste.

[p] *Mares in omni*] Acceptum id ex Arist. Hist. Anim. IX. 1. p. 995. Negat tamen Albertus de Animal. VIII. 1. 1. p. 245. ursam fœminam tanto tempore in pugna perstare, quanto marem. 'In avibus item,' inquit, 'fœminæ rapacium avium omnium, quæ uncosos habent ungues, fortiores sunt, et majores corpore, quam mares,' &c. De pantheris subscribit Aristoteli, Plinioque, Ælianus Hist. Anim. IV. 48.

[q] *Caudæ*] Sunt hæc ex Arist. de Part. Anim. IV. 10. p. 1037.

[r] *Ac simias*] In his tamen caudæ vestigium inest, quam vix oculis deprehendas quidem, tactu tamen subesse intelligas: quam si attrectare tentes, promta miraque celeritate sese illæ subtrahunt, ridiculaque indignatione læsas præ se ferunt.

fere animal,[1] et ova gignentibus, pro desiderio[2] corporum: nudæ hirtis, ut apris: parvæ[s] villosis, ut ursis: prælongis[t] setosæ, ut equis.[3] Amputatæ[u] lacertis et serpentibus renascuntur. Piscium meatus[4 v] gubernaculi modo regunt:[a] atque etiam in dextram atque[5] lævam motæ, ut remigio quodam, impellunt. Lacertis inveniuntur et geminæ. Boum caudis longissimus caulis,[6 w] atque in ima parte hirtus. Idem asinis longior quam equis, sed setosus veterinis. Leoni infima parte, ut bubus et sorici: pantheris non item: vulpibus et lupis villosus, ut ovibus, quibus procerior. Sues intorquent:[7] canum degeneres sub alvum reflectunt.

CXII. (LI.) Vocem non habere,[a] nisi quæ spirent, Aristoteles putat.[1] Idcirco et insectis sonum esse, non vocem, intus meante spiritu,[b] et incluso sonante. Alia murmur

[a] *Piscium natatus regunt eorum caudæ gubernaculi modo.*



CAP. CXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. *omnibus fere animalibus* Gronov. et vulgg.—2 Margo Dalec. et Gronov. *pro differentia.*—3 Dalec. *prælongæ et setosæ equis.*—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Piscium natatus.*—5 Cod. Dalec. *æque etiam, &c.* Chiffl. *atque etiam in dextram ac.*—6 Cod. Dalec. *longissimus pilus.*—7 *Sues retorquent* Gronov.

CAP. CXII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiffl. et Tolet. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. 'Recte: nam quæ inter ea leguntur glossema sunt.' *Dalec.* Chiffl. habet *spirent.* Gronov. et edd. vett. *Vocem non habere, nisi quæ pulmonem et arterias habent, hoc est, nisi quæ spirant,*

NOTÆ

[s] *Parvæ*] Arist. de Part. Anim. II. 14. p. 994.

[t] *Prælongis*] Subintellige, corporibus. Omnia miscent, qui *prælongæ setosis*, contra librorum omnium fidem, legunt.

[u] *Amputatæ*] Arist. Hist. Anim. II. 20. p. 278.

[v] *Piscium meatus*] Varios in natando flexus.

[w] *Longissimus caulis*] Στόλον Arist. vocat de Part. Anim. II. 14. pag. 994. ubi brevibus pilis caudas esse instructas ait, quarum est tenor seu caulis longior, ut in bubus evenit: contra longioribus, quarum est brevior, ut in equis.

[a] *Vocem non habere*] Quæ deinceps sequuntur, usque ad ea verba: 'Ranis sonus sui generis,' &c. ea totidem plane verbis excepta sunt ab Arist. Hist. Anim. IV. 9. pag. 489. Vide Notas et Emend. num. 109.

[b] *Meante spiritu*] Admisso extrinsecus adveniente aëre, eoque motu membranæ incluso, et intercepto.

edere, ut apes. Alia cum tractu stridorem, ut cicadas. Recepto enim ut duobus sub pectore cavis[2] [c] spiritu, mobili occursante membrana intus, attritu ejus sonare. Muscas, apes,[d] et similia cum volatu et incipere audiri et desinere.[3] Sonum enim attritu et interiore aura,[e] non anima, reddi. Locustas[f] pennarum et feminum attritu sonare, creditur sane. Item aquatilium pectines[g] stridere, cum volant: mollia,[h] et crusta intecta,[i] nec vocem nec sonum ullum habere. Sed et ceteri[j] pisces, quamvis pulmone et arteria careant, non in totum sine ullo sono sunt. Stridorem eum dentibus fieri cavillantur. Et is qui caper[4] vocatur,[k] in Acheloo amne, grunnitum habet, et alii de quibus diximus.[l] Ova parientibus[m] sibilus, serpentibus[5] lon-



&c.—2 Cod. Dalec. *pectore cannis ;* Vet. ejusdem, *pectore caveis.*—3 Ita Tolet. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *similia* legitur etiam in codd. Mss. et Chiffl. *viscera sat notum est* in Chiffl. non legitur. Gronov. et vulgg. ante Harduin. exhibent, *attritu ejus sonare viscera sat notum est. Cetera simul cum volatu et incipere audiri et desinere, ut muscas, apes. Sonum, &c.*—4 '*Et is qui apes* Vet. κάπρος Aristot. quem *aprum*, non *caprum*, verti debere monstrat Leopard. II. 10.' *Dalec.*—5 Vet. Dalec. *diximus, ova parientes. Sibilus serpent.*—6 *Mutæ Cyrenis tra-*

NOTÆ

[c] *Sub pectore cavis*] Recepto aëre cavis duobus quæ sunt circa ventrem, τοῖς ἐντὸς τοῖς περὶ τὴν κοιλίαν. Arist. pag. 490.

[d] *Muscas, apes*] Vide Notas et Emend. num. 109.

[e] *Interiore aura*] Interius recepto aëre, non emisso. Non edunt sonum, qui habeat principia motus in ipsis.

[f] *Locustas*] Arist. pag. 489. ἀκρίδας, *locustas* terrestres.

[g] *Pectines*] Et marinæ hirundines. Arist. pag. 490.

[h] *Mollia*] Sepiam, loliginem, polypum.

[i] *Crusta intecta*] Μαλακόστρακα, squillas, locustas, cancros.

[j] *Sed et ceteri*] Arist. pag. 489.

[k] *Qui caper vocatur*] Græcam vocem κάπρος Latina inflexione donat. Alii *aprum* dicere satius putarent. Sumta hæc quoque ex Arist. loc. cit. Etsi fluviatilis, Acheloique incola, piscis hic dicatur, esse tamen eundem cum porco marino arbitror, cui grunnitum, cum capitur, Apion quoque attribuit apud Plin. XXXII. 9. Is κάπρος, et καπρίσκος, et χοῖρος dicitur.

[l] *De quibus diximus*] Lib. IX. cap. 7.

[m] *Ova parientibus*] *Quæ ova pariunt, alia sibilum productiorem, ut serpentes ; alia brevem mittunt, ut testudines.* Ὅσα μὲν ᾠοτόκα ἐστὶ . . . τὰ μὲν συριγμὸν, ὥσπερ οἱ ὄφεις· τὰ δὲ σιγμὸν μικρὸν, ὥσπερ αἱ χελῶναι. Arist. pag. 491.

gus, testudini abruptus. Ranis sonus sui generis, ut dictum est,[n] (nisi si et in his ferenda dubitatio est,) qui mox in ore concipitur, non in pectore. Multum tamen in iis refert et locorum natura. Mutæ[o] in Macedonia traduntur, muti et apri.[6][p] Avium loquaciores[q] quæ minores, et circa coitus maxime. Aliis in pugna vox, ut coturnicibus: aliis ante pugnam,[r] ut perdicibus: aliis cum vicere, ut gallinaceis. Iisdem sua maribus: aliis eadem ut fœminis;[7] ut lusciniarum generi. Quædam toto anno canunt, quædam certis temporibus, ut in singulis dictum est.[s] Elephas citra nares[8][t] ore ipso, sternutamento similem elidit sonum: per nares autem, tubarum raucitati. Bubus tantum[u] fœminis vox gravior: in omni alio genere exilior, quam maribus: in homine etiam[v] castratis. Infantis in nascendo[9] nulla auditur, antequam totus[w] emergat utero.



duntur, muti et in Macedonia sues margo edd. Dalec. et Gronov.—7 Vett. ap. Dalec. exhibent, *eadem quæ fœminis;* vel, *eadem fœminis;* vel, *eadem ac fœminis.*—8 *Elephas circa nares* Vet. Dalec.—9 *Infantis nascentis* Vet. Dalec.—

NOTÆ

[n] *Ut dictum est*] Cap. 65. hujus libri.

[o] *Mutæ*] Aquarum fortassis nimia frigiditate, ut diximus VIII. 83.

[p] *Muti et apri*] Ælianus Hist. Anim. III. 35. Ἄφωνοι ἐν Μακεδονίᾳ ὗς.

[q] *Avium loquaciores*] Arist. p. 494. eadem plane, totidemque verbis, de vocum discrimine in avibus scribit.

[r] *Ante pugnam*] Cum pugnam ineunt, provocantes, ut perdices. Arist. p. 494.

[s] *Dictum est*] Toto libro superiore.

[t] *Elephas citra nares*] Ex ore, non ex naribus, proficiscente spiritu conflatam dat vocem. Ἄνευ μέντοι τῶν μυκτήρων, αὐτῷ τῷ στόματι πνευματῶδες, ὥσπερ ὅ τ' ἄνθρωπος, ἐκπνέει καὶ λαλεῖ, κ. τ. λ. Arist. pag. 498.

[u] *Bubus tantum*] Arist. Hist. Anim. IV. 11. p. 512. Causam ejus rei profert Albertus M. de Anim. XIX. 9. p. 537.

[v] *In homine etiam*] Neque in homine modo, sed et in aliis animalibus, in quibus cum ars mutet naturam, mutat et naturæ vim: si marem mutat in fœminam, in fœminæ quoque mutabit affectus. Boves igitur, quam tauri, gravius mugiunt: in alterius vero generis animalibus, acutius castrata. Hæc ex Arist. Hist. Anim. V. 13. p. 559.

[w] *Antequam totus*] Etiam capite extante, cum ægre prodit, ac reliquum corpus intus habet: tunc enim pectus maxime, et pulmo laborat: et ipse nihil aliud quam exire nititur. Plinius hæc ex Arist. Hist. Anim. VII. 13. p. 844.

Primus[10] sermo anniculo est. Semestris locutus est Crœsi filius[x] in crepundiis: quo prodigio[y] totum id concidit regnum. Qui celerius fari[z] cœpere, tardius ingredi incipiunt. Vox roboratur quartodecimo anno.[11][a] Eadem in senecta[b] exilior: neque in alio animalium sæpius mutatur Mira præterea sunt de voce digna dictu. In theatrorum orchestris,[c] scobe aut arena superjecta devoratur,[d] et in



10 *Primo* Chiffl. Mox, cod. Dalec. *est et semestri. Loquutus, &c.*—11 Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *XIV. annis;* et sic etiam Chiffl. *quartodecimo anno,* vel *XIV. anno,* edd. vett. et Harduin. 1. *a tredecim annis, eadem*

NOTÆ

[x] *Crœsi filius*] Alterum hunc Crœsi filium fuisse constat ab eo, quem Herod. I. 85. p. 36. ceterique scriptores referunt, Sardibus captis, cum hostis in Crœsum stricto gladio irrueret, exclamasse, *Ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Homo, ne Crœsum interfice.* Nec sane pauca neque exigua alterum ab altero signa secernunt. Ille enim adulta jam ætate fuit, teste Herod. Nicol. Damasc. in Excerpt. p. 456. Gellio v. 9. p. 351. aliisque: Plinianus hic semestris tantum, atque in crepundiis. Ille Sardibus jam captis fatus: iste antequam regnum concideret, &c. Hausit hoc Plinius a Tullio de Divin. lib. I. p. 205.

[y] *Quo prodigio*] Id vero sine prodigio quemadmodum accidat aliquando, docet Arist. Problem. XI. 27. p. 739.

[z] *Qui celerius fari*] Hujus rei causam investigat Fortun. Licetus de Quæsitis per Epist. lib. III. p. 209. Forte in causa est præcipua cerebri caliditas, cujus vi absumto celeriter humore superfluo, eloqui citius incipiunt. Debili contra crurum calore humiditatem nimiam lentius concoquente, haud satis ea ad progrediendum firma redduntur.

[a] *Quartodecimo anno*] Tum sane mutatur in asperiorem sonum, inæquabilioremque vocem: *ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς δὶς ἑπτὰ,* Aristot. Histor. Animal. VII. 1. p. 790.

[b] *Eadem in senecta*] Homini nimirum: nam canibus, ac forte aliis animantibus, senescentibus ingravescit. Arist. loc. cit. et Histor. v. 13. p. 557.

[c] *Orchestris*] Orchestra, ab *ὀρχοῦμαι,* derivata vox, locus in scena fuit, in quo scenici artifices saltationes suas exercebant. Est etiam in Theatro locus, ubi sua Senatores habebant subsellia. Pro tota theatri cavea id vocabulum usurpari nunc a Plinio reor.

[d] *Devoratur*] Vox absumitur, minorque sentitur. Quærit Philosophus Problem. XI. 25. p. 739. quam ob causam, paleis in orchestram sparsis, chori vox minor sentiatur: *Διὰ τί ὅταν ἀχυρωθῶσιν αἱ ὀρχῆστραι, ἧττον οἱ χόροι γεγόνασιν.* An propter asperitatem vox pavimento minus lævi occurrens, ut minus una, ita minor existit, quippe quæ minus continua sit: quemadmodum etiam lux amplior resplendet in lævibus, eo quod nihil impedimenti intervenit, quo interpelletur? &c.

rudi[12][e] parietum circumjectu, doliis etiam[f] inanibus: currit eadem[g] concavo vel recto parietum spatio, quamvis levi sono dicta verba ad alterum caput perferens, si nulla inæqualitas[h] impediat. Vox in homine magnam vultus habet partem. Agnoscimus eam[13] prius, quam cernamus, non aliter quam oculis: totidemque sunt eæ, quot in rerum natura mortales: et sua cuique, sicut facies. Hinc illa gentium, totque linguarum, toto orbe diversitas: hinc tot cantus et moduli,[14] flexionesque. Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit a feris, inter ipsos quoque[i] homines discrimen alterum æque grande, quam a belluis, fecit.

CXIII. (LII.) Membra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Placuit in Ægypto nutrire portentum, binis et in aversa capitis parte oculis hominem, sed iis non cernentem.

CXIV. Miror quidem Aristotelem non modo credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam prodidisse. Quæ quanquam vana existimo, nec sine cunctatione proferenda, ne in se quisque et auguria anxie



in senecta exiliore codd. Dalec. et Tolet.—12 Vet. Dalec. *et rudi.*—13 *Agnoscimus ea* cod. Dalec. et Pintian.—14 Vet. Dalec. *cantibus moduli;* alii Vett. apud eundem, *cantibus et modulis.*

NOTÆ

[e] *Et in rudi*] Rudis paries appellatur, impolitus, et asper, ut qui nullo tectorio inductus, aut solum trullissatus asperrime. Villam rudem Cic. ad Q. Fratr. II. 9. impolitam imperfectamque sic appellat. Talium igitur parietum circumpositu vox frangitur.

[f] *Doliis etiam*] Inanium quidem doliorum vicinitate vox obscuratur: secus, si obducta opertaque sint. Vide Aristot. Problem. XI. 8. et 9. p. 736.

[g] *Currit eadem*] Fertur vox scilicet ab uno capite ad alterum loci, vel parietis, vel trabis, caput. Similiter locutus idem XVI. 73. 'Ideo fit ut aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphii sentiatur, penetrante rectis meatibus sono.'

[h] *Si nulla inæqualitas*] Asperitas.

[i] *Inter ipsos quoque*] Tullium imitatur, qui de Invent. lib. I. 'Præclarum,' inquit, 'mihi quiddam videtur adeptus is, qui qua re homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat.'

quærat: attingam tamen, quæ tantus vir in doctrina[1] non sprevit. Igitur vitæ brevis[a] signa ponit raros dentes, prælongos digitos, plumbeum colorem, pluresque in manu incisuras, nec perpetuas. Contra longæ esse vitæ incurvos humeris, et in manu una duas incisuras[b] longas habentes, et plures[c] quam XXXII. dentes, auribus amplis. Nec universa hæc (ut arbitror) sed singula observat, frivola, (ut reor) et vulgo tamen narrata. Addidit morum quoque aspectus[2] simili modo apud nos Trogus,[d] et ipse auctor severissimus:[3] quos verbis ejus subjiciam: 'Frons ubi est magna, segnem animum subesse significat: quibus parva, mobilem: quibus rotunda, iracundum, velut hoc vestigio tumoris apparente. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant: quibus juxta nasum flexa sunt,[4][e] austeros: quibus juxta tempora inflexa, derisores: quibus in totum demissa, malevolos et invidos. Oculi quibuscumque[f] sunt longi, maleficos esse[5] indicant. Qui carnosos a naribus[6] angulos habent, malitiæ notam præbent. Candida pars extenta, notam impudentiæ[7] habet: qui identidem[g] operire solent, inconstantiæ. Auricularum[8][h] mag-

CAP. CXIV. 1 Chiffl. *quia tantus vir in, &c.* Vet. Dalec. *quæ t. vir doctrina.* —2 Tolet. *spectus.*—3 Tolet. *e severissimis.*—4 Codd. Dalec. et Chiffl. *plexa sunt.*—5 Cod. Dalec. *longi moribus maleficos esse;* Chiffl. *mali moribus esse.*— 6 Cod. Dalec. *Qui carnosos naribus.* Mox, in eodem codice, *nota præventi.*— 7 Chiffl. *imprudentiæ.*—8 Ita codd. Dalec. *Oricularum* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

[a] *Igitur vitæ brevis*] Aristot. Histor. Animal. II. p. 193.

[b] *Duas incisuras*] Aristot. Histor. Anim. I. 14. p. 105.

[c] *Et plures*] Aristot. Problem. XXXIV. 1.

[d] *Trogus*] Hausit ea igitur et a Philosopho Trogus: habet enim illa totidem omnino verbis Hist. Anim. I. 9. p. 64. et seq.

[e] *Flexa sunt*] Vel inflexa. Αἱ δὲ πρὸς τὴν ῥῖνα τὴν καμπυλότητα ἔχουσαι, κ. τ. λ. Arist. p. 65.

[f] *Oculi quibuscumque*] Oculorum anguli sunt juxta nares duo, duo juxta tempora. Hi si longi sunt, nequitiam significant. Si carnosi sunt prope nares, pravitatis indicia sunt. Arist. p. 67.

[g] *Qui identidem*] *Frequentius nictabundi, σκαρδαμυκτικοί.* Aristot. p. 72.

[h] *Auricularum* [*oric.*] Vetus hæc scriptura, pro *auricularum.* Arist. p. 76. Τὰ δὲ μεγάλα ὦτα, καὶ ἐπανεστηκότα,

nitudo, loquacitatis et stultitiæ nota est.' Hactenus [illegible]

CXV. (LIII.) Animæ leonis virus grave, ursi pestilens. Contacta halitu ejus[a] nulla fera attingit: citiusque[1] putrescunt afflata reliquis. Hominis tantum[b] infici natura voluit pluribus modis, et ciborum ac dentium vitiis, sed maxime senio. Dolorem sentire non poterat:[2] tactu sensuque omni carebat,[3] sine qua nihil sentitur. Eadem commeabat,[c] recens assidue,[4] exitura supremo,[d] et sola ex omnibus superfutura. Denique hæc trahebatur e cœlo.[5] Hujus quoque tamen reperta pœna est, ut neque id ipsum, quo viveret,[6] in vita juvaret. Parthorum populis hoc præcipue,[7][e] et a juventa, propter indiscretos cibos: namque et vino fœtent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali,[f] cujus est suavitas præcipua in escu-

CAP. CXV. 1 Chiffl. *ocyusque.*—2 Dalec. *potest.* Mox, *tactu* non habetur in cod. Dalec.—3 Dalec. *caret.*—4 Cod. Dalec. *commeat, ab eo recedens assidue* Mox, Pintian. *ex homine superfutura.*—5 Dalec. *trahitur e cœlo.*—6 Gronov. *quo vivitur.*—7 Codd. Dalec. et Chiffl. *hæc præcipue.*—8 Vet. Dalec. *additi;*

NOTÆ

μωρολογίας καὶ ἀδολεσχίας. Magnæ et surrectæ aures stultiloquentiam multiloquentiamque indicant.

[a] *Contacta halitu ejus*] Ursi nimirum, cujus halitu et afflatas carnes putrescere scribit Albertus quoque de Animal. XXII. 2. p. 608. et VII. 1. 5. p. 201. De leonis halitu nihilominus eadem referunt Aristot. Hist. Anim. VIII. 9. p. 901. Ælianus Hist. Anim. V. 39. Chrysostomus, aliique, quos laudat Bochartus parte 1. de Anim. III. 3. p. 744.

[b] *Hominis tantum*] Subintellige, animam sive halitum oris, qui plurimis modis corrumpitur, inficiturque, dentium vitio, senio, cibo, vino, jejunio denique ipso: olet enim graviter halitus a jejuno ore. Unde illud Martialis IV. 4. in graveolentem: 'Quod jejunia sabbatariorum, Mœstorum quod anhelitus reorum, Mallem, quam quod oles, olere, Bassa.'

[c] *Eadem commeabat*] Animam scilicet aliud esse nihil opinatur, præter aërem illum quem spiritu ducimus, quemque subinde per vices respirant redduntque pulmones, ac semper recentem trahunt. Ita Cicero de Nat. Deor. lib. II. 'Anima,' inquit, 'quæ spiritu in pulmones ducitur.'

[d] *Exitura supremo*] Supremo vitæ die. Lucretii hæc scholam sapiunt, cujus carmina de somno consule, quæ superiore libro retulimus cap. ult.

[e] *Hoc præcipue*] Hoc malum: hic fœtor oris et halitus.

[f] *Assyrii mali*] *Le Citron.* Namque 'animas et olentia Medi Ora fovent ipso.' Virgil. Georg. I. 134. De eo rursum XII. 7.

lenta addito.[8] Elephantorum anima serpentes extrahit,[g] cervorum urit.[9] Diximus hominum[h] genera, qu. den' [illegible] serpentium suctu corporibus exigerent.[10] Quin et subus[11][i] serpentes in pabulo sunt, et aliis venenum est. Quæ insecta appellavimus, omnia olei[j] aspersu necantur. Vultures, unguento[k] qui fugantur, alios appetunt odores, scarabæi rosam.[12][l] Quasdam serpentes scorpio occidit. Scythæ sagittas[m] tingunt viperina sanie, et humano sanguine: irremediabile id scelus, mortem illico affert levi tactu.

CXVI. Quæ animalium pascerentur veneno, diximus.[a] Quædam innocua alioqui, venenatis pasta noxia fiunt et ipsa. Apros[b] in Pamphylia et Ciliciæ montuosis, sala-

Chiffl. *addita*.—9 Ita codd. Regg. Brot. et cod. Dalec. Alii libri et edd. ante Brotier. *cervorum item urit*.—10 'Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentioribus editionibus, *eximerent*.' Brotier. Codd. Dalec. et Chiffl. habent et *exigerent*; Vet. Dalec. *exugerent*; Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *eximerent*.—11 *Quin ex his* cod. Dalec. Mox, cod. et Vet. Dalec. *et ali veneno cervis*.—12 '*Vultures qui alias alios odores, &c.* Vet. *Vult. unguem quidem, &c. rosa* alii Vett. cui assentitur Theophr. de Caus. VI. 4.' *Dalec.*

NOTÆ

[g] *Serpentes extrahit*] Cavernis extrahit: quod et de cervorum anima dictum est VIII. 50.

[h] *Diximus hominum*] Psyllos intelligit, de quibus vide quæ nos in Notis addidimus II. 7.

[i] *Quin et subus*] A suibus sane mandi salamandras, Plinius iterum repetit XXIX. 23.

[j] *Omnia olei*] De ea re egimus jam superius cap. 21. Adde Ælianum Hist. Anim. IV. 18.

[k] *Vultures unguento*] Non fugari modo, sed et necari unguento vultures scribit Ælianus Hist. Anim. III. 7. Εὐωδία δὲ καὶ μῦρον γυψὶν αἰτία θανάτου. Item Phile pag. 26. ubi de vulturibus: Οἳ τῷ μύρῳ θνήσκουσι κανθάρων δίκην.

[l] *Scarabæi rosum*] Hoc est, unguentum rosaceum. Clemens Alexandr. Pædag. lib. II. οἱ γῦπες καὶ κάνθαροι ῥοδίνῳ χρισθέντες μύρῳ τελευτᾷν λέγονται. Eadem scribit et auctor libri Mirab. Auscult. pag. 1166. Fuit idcirco aliquando, cum scribendum putarem: *alio oppetunt odore, scarabæi rosa*; vel: *alios appetunt odores. Scarabæos rosa, quasdam, &c.*

[m] *Scythæ sagittas*] Auctor libri Mirab. Auscult. pag. 1166.

[a] *Diximus*] Libro superiore cap. 33. Puellam vidisse se scribit Albertus M. de Animal. VII. 2. 5. pag. 236. quæ araneas inprimis, nullo discrimine, seu parvas, seu magnas, in ciborum deliciis lautissimis haberet.

[b] *Apros*] Ælianus Hist. Anim. lib. IX. 28.

mandra ab his devorata, qui edere, moriuntur. Nec est intellectus [1] [c] ullus in odore, vel sapore: et aqua vinumque interimit salamandra ibi immortua, vel si omnino biberit, unde potetur: [2] item rana, quam rubetam vocant. Tantum insidiarum est vitæ! Vespæ serpente avide vescuntur, quo alimento [3] [d] mortiferos ictus faciunt. Ideoque magna differentia est victus: ut in tractu pisce viventium [e] Theophrastus prodit, [4] [f] boves quoque pisce vesci, sed non nisi vivente.

CXVII. Homini cibus [g] utilissimus simplex. Acervatio saporum pestifera, et condimento perniciosior. [1] Difficulter autem perficiuntur omnia [2] in cibis acria, nimia, et avide hausta: et æstate, quam hyeme, difficilius: et in senecta, quam in juventa. Vomitiones [h] homini ad hæc

CAP. CXVI. 1 *Nec enim est intellectus* Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *petetur.* ' Lege, *vel si omnino unde biberit potetur.*' Dalec.—3 Cod. Dalec. *quæ alimento.* —4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *prodidit* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. CXVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et condimenta perniciosiora* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec. *omnibus.*

NOTÆ

[c] *Nec est intellectus*] Nec pronum est veneni vim, quæ latet, odore vel sapore deprehendere: nam seu vinum, seu aqua fuerit, perinde est, par utrobique vitæ discrimen, si inde potus hauriatur, unde salamandra præbiberit.

[d] *Quo alimento*] Eo alimento, serpente nimirum pastæ, longe fiunt morsu infestiores. Ælianus Histor. Anim. IX. 15. de crabronibus, qui sunt vespis congeneres: Ὁ γοῦν σφὴξ γευσάμενος ἔχεως χαλεπώτερός ἐστι τὴν πληγήν. Sic etiam auctor libri Mirab. Auscult. p. 1166.

[e] *Pisce viventium*] Ichthyophagorum.

[f] *Theophrastus prodit*] Eo forte libro, quem inscripsit περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους, *de animalium solertia et more*, cujus Laërtius meminit lib. v. p. 125.

[g] *Homini cibus*] De hoc placito multa erudite et copiose scripsit in utramque partem Macrobius, Saturn. VII. 4. pag. 586. et cap. 5. pag. 591. Horat. II. Sat. 2. 70. ' Accipe nunc victus tenuis quæ quantaque secum Afferat. Inprimis valeas bene: nam variæ res Ut noceant homini, credas, memor illius escæ, Quæ simplex olim tibi sederit. At simul assis Miscueris elixa, simul conchylia turdis, Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis Cœna desurgat dubia? Quin corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægravat una, Atque affigit humo divinæ particulam auræ.'

[h] *Vomitiones*] Frequens erat apud veteres vomendi consuetudo. Cæsa-

in remedium excogitatæ, frigidiora[i] corpora faciunt, inimicæ oculis[j] maxime, ac dentibus.

CXVIII. Somno concoquere corpulentiæ, quam firmitati utilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Pervigilio[k] quidem præcipue vincuntur cibi.

(LIV.) Augescunt corpora dulcibus, atque pinguibus, et potu: minuuntur siccis et aridis,[1] frigidisque, ac siti. Quædam animalia,[l] et pecudes quoque in Africa, quarto die bibunt: homini non utique septimo[2 m] letale est inedias durasse: at ultra undecimum[n] plerosque certum est mori, esuriendi semper inexplebili aviditate animalium unicuique.

CXIX. Quædam rursus exiguo gustu famem ac sitim sedant, conservantque vires, ut butyrum, hippace,[1 o] gly-

CAP. CXVIII. 1 *Amaris* Pint. *aridis frigidisque* in cod. Dalec. desunt. —2 ' Alii, *non ante septimum.* Ms. *non utique ante septimum lætales inedias durasse et ult. und. cer. est, ut plerosque mori es. sem. in. avid. Animalium quædam exiguo, &c.* Vet. *mori esurientes semper, &c.* Alii, *esurienti.*' Dalec. *non utique septimo letalis inedia: durasse et ultra undecimum plerosque, certum est. Mori esuriendi semper inexplebili aviditate, animalium uni homini* Gronov. et edd. vett.

CAP. CXIX. 1 Chiffl. et al. *hippice.* Mox, pro *glycyrrhiza,* quod servant codd. Regg. Brot. 1. 2. et Chiffl. cum Editione principe, *glycyrrhizon* habent

NOTÆ

rem vomere solitum ostendunt illa ex Orat. pro Deiot. 'Cum te post cœnam vomere velle dixisses.' Diem sibi unum deligebant ex mense, quo cœnarent copiosius, ut postea vomerent: id vero ἐμετικὴν agere, ἡμέραν subintellige, appellabant. Damnat ejusmodi vomitiones Plutarchus de Valet. Tuenda. Damnavit et Asclepiades in eo volumine, quod de Tuenda Sanitate scripsit, teste Celso I. 3. Contra laudat impense Soranus Ephesius cap. 11.

[i] *Frigidiora*] Extenuare corpora vomitiones scripsit Hippocr. de Victus Rat. II. 10. pag. 473. tom. VI.

[j] *Inimicæ oculis*] Prodesse tamen vomitiones, quando madent oculi, Celsus est auctor loc. cit.

[k] *Pervigilio*] Somno magis quam vigilia concoqui cibos, statuere Galenus videtur, Comment. quint. in Epidem. VI. 10. pag. 522. calore in somno intus secedente: in pervigilio, se extra effundente.

[l] *Quædam animalia*] De camelis id superius dictum VIII. 26.

[m] *Non utique septimo*] Contra quam Varro sensit, teste Gellio III. 10. pag. 239.

[n] *At ultra undecimum*] Vide Notas et Emend. n. 110. Inediæ ad plures menses, annosque, toleratæ exempla congessit Joan. Schenckius Observ. Medic. lib. III. tit. de asitis, pag. 351.

[o] *Hippace*] Vel herbæ id nomen, vel equini coaguli. De utroque dice-

cyrrhiza.[p] Perniciosissimum autem in omni[2] quidem vita, quod nimium, præcipue tamen corpori: minuique, quod gravet,[3] quolibet modo utilius. Verum ad reliqua naturæ transeamus.

Gronov. et al. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Cod. Dalec. *est in omni.*—3 Chiffl. et Parm. *quod grave.*

NOTÆ

mus opportunius XXV. 44.

p *Glycyrrhiza* [*glycyrrhizon*] Herba eadem Scythice appellata. Vide XXII. 11. et XXV. 44.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XI.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.



1. Cap. i. *Multigenera*] Libri editi, *multigena*, verbo quidem satis bono, et quod culpare nemo jure possit. Verum istud emendatorum tantum judicio, illud chirographorum Reg. 1. Colbert. 1. 2. Paris. Chiffl. Vet. Dalec. aliorumque auctoritate nititur: quod qui minus probaverit, illud etiam Plautinum improbet, in Capt. i. 2. 56. 'Multis et multigeneribus opus est tibi Militibus.' Similiter 'bigenera' Festus, sed alio significatu dixit: 'Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut leopardus ex leone et panthera, mulus ex equa et asino.' Eorundem codicum fide, mox legimus: *Non tota incisura eam ambiente ruga: sed in alvo . . . imbricatis flexili vertebris:* quoniam libri reconditi *eam ambiente*, et *flexili*, constanter fideliterque exhibent: non, ut editi, *eas ambiente rugas*, et *flexilibus:* quod ante nos et Turnebus in libris suis vidit, ipso prodente Advers. x. 5. pag. 288.

2. Cap. ii. *Nexus spirabilis*] A Mss. exemplarium fide emendatores descivere, qui sic ediderunt, *quoniam visceri interiori nexus, &c.* Ea enim *viscera interiora* constanter exhibent: nos *in viscera* restituimus, repetita vocula *in*, quæ temere librariis excidit, propterea quod ultimæ superioris vocis syllabæ, *quoniam*, adhærescere videbatur. Arteriam, ut diximus, intelligit, quæ ad pulmonem pertinet. Carpere enim Philosophum videtur, scribentem Histor. Animal. ii. 18. pag. 245. quodcumque aëris receptione spirat, id gulam arteriamque, atque etiam pulmonem habere: Ὅλως δὲ πάντα ὅσα τὸν ἀέρα δεχόμενα, ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ, πάντ' ἔχει πνεύμονα, καὶ ἀρτηρίαν, καὶ στόμαχον.

3. Ibid. *Nec video cur magis possint non trahere animam talia, et vivere, quam spirare sine visceribus, &c.*] Locum hunc sive præpostera emendatione, sive perversa interpretatione Dalecampius depravavit, in margine editionis suæ ita rescribens: *Nec video cur magis non possint trahere animam talia, et spirare, quam vivere.* Nec minus temere paulo post adjectis vocibus nonnullis Plinianum contextum interpolat: *Et quamvis non sint*

membra, velut marinis, quæ sensus, &c.

4. Cap. iv. *Favos confingunt et ceras, mille ad usus vitæ: laborem tolerant, &c.*] Sic Reg. 2. Paris. et Chiffl. At Reg. 1. et *celerasimile*, mendose. Editi: *et ceras. Illæ ad usus*, haud paulo corruptius.

5. Cap. v. *Ante fabas florentes exeunt ad opera et labores, &c.*] Non solis exemplaribus manu exaratis, sed et experientiæ adversantur ii qui negationem huic sententiæ hactenus adjecerunt, *Ante fabas florentes non exeunt.* Plinio quoque ipsi refragantur, qui prioris favorum ac mellis vindemiæ assignat diem tricesimum ab educto examine cap. 14. peragique fere mense Maio censet.

6. Cap. vi. *Commosin*] Ita Colb. 1. 2. Paris. librique impressi post Frobenium. Reg. 1. 2. *Commisin.* Parmensis editio, diminuto vocabulo, *milyn.* Aristot. Histor. Animal. ix. 64. pag. 1109. κώνησιν vel κύνυσιν. Καλοῦσι δὲ μελιττουργοὶ τοῦτο κύνυσιν. *Commosin* tamen retineo, tum priorum codicum, tum Hesychii auctoritate adductus: Κόμμωσις, inquit, pag. 546. ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις. Commosin appellant apiarii, quæ apes prima favis ponunt fundamina, ut cum Marone loquar.

7. Ibid. *Ceu dilutior cera. E vitium populorumque mitiore gummi propolis*] Miras offudit huic loco tenebras indiligentia editorum, qui hactenus ita scripserunt: *ceu dilutior, ceræ initium plerumque e mitiore gummi. Propolis, crassioris jam materiæ.* Nos partim ex conjectura, partim librorum subsidio, ita locum interpungendo, et emendando, sanavimus: *ceu dilutior cera.* Deinde, ut esset alterius sententiæ initium, *E vitium populorumque mitiore gummi propolis, crassioris jam, &c.* Nam *vitium populorumque* constanter ac fidelissime exhibent Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. et Salmantic. teste Pintiano. De 'lacryma vitium, quæ veluti gummi est,' Plinius xxiii. 3. Denique idem xxiv. 32. 'Populi ferunt,' inquit, 'et foliis guttam, ex qua apes propolim faciunt.'

8. Cap. vii. *Menecrates florem esse dicit*] His vocibus libri omnes impressi statim subjungunt istas, *futuræ messis indicium*, quas parum sane huic loco opportuna eruditorum conjectura obtrusit: quorsum enim de futuræ messis indiciis modo sermo, cum de apibus agitur? Venit illis nimirum in mentem, pronuntiatum olim id placitum a Marone Georg. i. 187. 'Contemplator item, cum se nux plurima sylvis Induet in florem, et ramos curvabit olentes: Si superant fœtus, pariter frumenta sequuntur,' &c. Inde in Plinii contextum, *futuræ messis indicium*, convexerunt: quarum vocum ne vestigium quidem ullum apicemve exhibent Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. aut alii demum Mss. Ac si quidem ad futuræ messis indicia Plinius respexisset, quod ab hoc loco foret maxime alienum, certe non Menecratem solum dixisse id pronuntiasset, qui Maronem ut digitos suos novit, et sæpe laudat.

9. Cap. x. *Struunt orsæ a concameratione alvei, textumque velut a summa tela deducunt, limitibus binis circa singulos actus, &c.*] Hic libri editi eam consarcinarunt scripturam, quam captus castigatorum excogitare potuit, non quam auctor ipse prodidit: *Struunt orsa ea concameratione alvei, textumque vel usque ad summa tecta deducunt.* Fidelissime vero et constanter Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Salmant. teste Pintiano, *textumque vel ista summa tela*, scribunt: unde nos, iisdem fere literarum apicibus retentis, locum ita refinximus: *Struunt orsæ a concameratione alvei, textumque velut a summa tela deducunt.* Astruit enim hanc scripturam, falsique condemnat receptam illam priorem Philosophus Histor. Animal. ix. 64. p. 1110. Ἀρ-

χονται δὲ τῶν ἱστῶν ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ὀροφῆς τοῦ σμήνους, καὶ κάτω συνηφεῖς ποιοῦσιν ἕως τοῦ ἐδάφους ἱστοὺς πολλούς. Ordiuntur ab alvei camera tectoque telas suas, quas ad ima usque contexunt, et pavimento tenus multas deducunt. Turnebus Advers. XXII. 13. p. 759. legit, *textumque velis a summa tela*, quod minus arridet. Eidem tamen assentimur, cum paulo post, *circa singulos actus*, legit: sic enim codices antea memorati, et Chiffl. non *arcus*, ut impressi, exhibent. Quod vero notationem censoriam distringat in Plinium, lapsumque putet ignoratione Aristotelicæ sententiæ, quoniam aliud a Plinio dici nunc videtur, quam quod ille prodidit: facit sane is parum æque, parumque humaniter, qui unius scriptoris verbis atque sententiis addictum ac mancipatum, totius rerum naturæ enarratorem velit. Hic porro Aristotelis locus est, ex Hist. Animal. IX. 319. p. 1110. quem neque omnino Turnebus Latine reddidit, nec Scaliger intellexit: illustrari autem a nobis obiter operæ pretium fuerit: Αἱ δὲ θυρίδες καὶ αἱ τοῦ μέλιτος καὶ αἱ τῶν σχαδόνων, ἀμφίστομοι· περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσὶν, ὥσπερ ἡ τῶν ἀμφικυπέλλων· ἡ μὲν ἐντὸς ἡ δὲ ἐκτός. *Cellulæ tam mellis quam fœtuum gemino constant ostio. Unam enim semitam utrimque circumstant singulæ, sicut in geminis calicibus: altera intus, altera foris.* Ita Scaliger. At rectius aliquanto Gaza: *Cellæ autem et mellariæ et sobolariæ geminæ omnes sunt: uno enim eodemque intersepto duæ sibi junguntur cellæ, modo poculi gemini, altera intus, altera foris.* Nam cum sit gemini significatus vox ea βάσις, non *semitam* hoc loco, ut Scaliger, aut *binos* Plinii *limites*, ut Turnebus et Constantinus, verbo ἀμφικύπελλον, existimarunt: sed basim sonat, mediumve interseptum, quo cellæ geminæ inter se adversæ nectuntur: quale in vasis ἀμφικυπέλλοις, sive quæ geminas cuppas habent, spatium est, quantum fere manus aut digiti capiunt, quo utraque cuppa hæret. Utuntur eo vasorum genere apud nos fœminæ, quæ vaporatam e vino aquam divendunt. Est autem id septum intermedium cellarum pervium, in tubuli morem. Sed aliud Plinii consilium, ut diximus, hoc loco, aliud Philosophi fuit. Iste cellarum figuram, ordinem ille describit operis: iste binas conjunctim cerni cellas, ille geminam apibus viam esse seu semitam in alveari admonet, ne occursu mutuo perturbentur, alteram qua ingrediantur, alteram qua exeant.

10. Ibid. *Cum duo examina concordibus populis dissimiles habuere ritus*] Emendat Dalecampius *habuere situs*: refragantibus videlicet libris omnibus, ipsoque adeo Columella, a quo Plinius hæc mutuatus est: sic enim ille IX. 15. ‘Ubi potestas facta est liberius inspiciendi, fere, si duo sunt examina, duo genera quoque favorum inveniuntur. Nam etiam in concordia, suum quæque plebs morem figurandi ceras, fingendique, observat.’

11. Ibid. *Vepribus evitatis*] In editis, *hebetato*. In Mss. *evavatis*. In Paris. *evitatis*, quod anteponendum censuimus.

12. Ibid. *Contubernia et fucis. Hæ cellarum minimæ, sed ipsi majores apibus*] Frobenius, neglecta Mss. auctoritate, ac vetustarum editionum fide, rescripsit, *His cellarum minimæ*. Dalecampius paulo post, *sed ipsis majores apibus*. Nihil mutari oportere, tum ipsa loci sententia per se admonet, tum Aristot. Hist. Animal. IX. 64. p. 1110. ubi cellulas fucorum minores esse ait quam sint apum cellulæ, propterea scilicet quod non mellificant ipsi: ἐλάττω δ' ἐστὶ ταῦτα τῶν μελιττίων, quanquam fuci apibus mole præstant.

13. Cap. XI. *Fucus ademtis alis in alveum rejectus, ipse ceteris adimit*] Ex Pliniana oratione, quæ planissima est, lucem accipit Aristotelica, quæ

paulo intricatior: Κἂν κηφῆνος, inquit Histor. Animal. v. 19. p. 616. τὸ πτερὸν ἀποκνίσας ἀφῇ τις, τῶν λοιπῶν αὗται τὰ πτερὰ ἀπεσθίουσι. *Si fucum ademtis alis emiseris, aliorum ille erodet alas.* Nam τὸ αὗται, non ad apes, ut videri cuipiam posset, sed ad fucum ipsum, pertinet: etsi mutato, ut fit interdum, numero.

14. Cap. xii. *In ima parte alvei exstruunt amplas, &c.*] Sic emendavimus, tum ex Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. tum ex Columella ipso, a quo hæc emanarunt. Sic enim ille ix. 11. 'Fere,' inquit, 'in ipso fine cerarum velut papilla uberis apparet eminentior, et laxioris fistulæ, quam sint reliqua foramina, quibus popularis notæ pulli detinentur. Celsus quidem affirmat in extremis favis transversas fistulas esse, quæ contineant regios pullos: Hyginius quoque,' &c. Huic emendationi et Pintianus favet. Prius legebatur, *in una parte alvei.* Sequitur deinde in contextu Pliniano: *Tuberculo eminentes: quod si exprimatur, non gignuntur soboles.* Quod eo nempe tubere soboles includitur, id si prematur, certa soboli nex ea atque pernicies est, quorum capita una premi necesse est. Lucem huic rei Palladii locus affert, in Junio, tit. 7. 'Est hoc,' inquit, 'futuri regis signum. Inter cetera foramina, quæ pullos continent, unum majus ac longius velut tuber apparet. Sed tunc transferendi sunt, quando erosis cooperculis ad nascendum maturi capita nituntur exerere,' &c.

15. Ibid. *Præcipueque ipso Sirio exsplendescente fit*] Salmasius, p. 1020. in Solin. legit, *Iri impendente*, quoniam in quibusdam Mss. legi testatur, *ipso irio exsplendescit.* Addit et Aristotelis locum, ex Histor. Animal. v. 19. p. 612. Κήρωσιν δὲ φέρουσιν ἀπὸ τοῦ δακρύου τῶν δένδρων· μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψῃ ἡ Ἶρις. *Melliginem vero conficiunt ex arborum lacryma: mel autem ex aëre cadit, præsertim siderum exortu, atque ubi incubuerit Iris.* Scio jactitatum a viris doctis legi in Vaticano codice, ὅταν κατασκήψῃ Σείριος, *cum Sirius incubuerit:* quod si verum foret, rueret jam Salmasii conjectura. Sed pace illorum dixerim, suspecta ea mihi admodum scriptura est: tum quod usitata nunquam alias Aristoteli de Sirio loquenti, de arcu cœlesti familiaris, ut Problem. xii. 3. p. 746. εἰς ἅπερ ἂν Ἶρις κατασκήψῃ. Tum quia de Sirio satis aperte significavit, iis verbis, ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς. Ἄστρον enim passim apud optimos quosque auctores, non pro Vergiliis, ut Scaliger existimavit in priorem illum Aristotelis locum: neque pro quocumque sidere, ut Salmasius arbitratus est: sed pro æstivo illo sidere sumitur. Quæ sit autem hac parte vis iridis, seu arcus cœlestis, dicere Plinius distulit in cap. 14. ubi et hac loquendi formula, *Sirio exsplendescente,* ne quis aut in Latina lingua insolentiorem, aut temere immutandam putet, rursum abutitur.

16. Ibid. *Vergiliarum exortu*] Has Columella ix. 14. oriri ait 'post duodequinquaginta dies ab æquinoctio primo, quod mense Martio circa octavum Kalendas Aprilis conficitur.' Quem locum Dalecampius cum properanter cursimque legeret, ipsas Vergilias oriri dixit, in notis ad hæc Plinii verba, octavo Kalendas Aprilis, Columella ipso in partes vocato: cum æquinoctii ipsius hoc initium sit.

17. Cap. xiv. *Præterea solstitio, cum thymum et uva florere incipiunt, præcipua cellarum materia*] Ita Reg. 2. librique omnes publici. In Reg. tamen 1. Colb. 1. 2. et Chiffl. *Præterea soliti.* Sed vitium hujus lectionis, atque adeo receptæ scripturæ sinceritatem detegit Plinius ipsemet xxi. 31. ubi de thymo: 'Floret autem,'

inquit, 'circa solstitia, cum et apes decerpunt, et augurium mellis est. Proventum enim sperant apiarii large florescente eo.'

18. Ibid. *XII. partem apibus relinquunt*] Sic libri omnes publici, et e conditivis Reg. 1. Colb. 1. 2. et Paris. At Reg. 2. et Chiffl. *quintamdecimam partem*, quod et Fulv. Ursinus probat, in suis ad Varronem notis. Sed ut ut est, apposite Columella IX. 15. 'Hic modus,' inquit, 'non est in omnibus regionibus certus: quoniam pro multitudine florum, et ubertate pabuli, apibus consulendum est.' Sequitur mox in Pliniano contextu, *Dies status inchoandæ*, nempe vindemiæ. Ita enim rescripsimus omnium exemplarium fidem secuti. Libri impressi *inchoandi* habent.

19. Cap. XV. *Appellatur acetum. Maxime laudabile est etiam omne rutilum, vel sic auribus aptissimum. In æstimatu est e thymo, coloris aurei, &c.*] Quantum in hoc loco restituendo nostra profecerit industria, is liquido intelliget, qui paulo attentius perspexerit quam fœde in eo depravando, contra Mss. fidem, priorum correctorum grassata sit emendandi libido. Sic igitur libri publici: *Acœton, maxime laudabile est. Æstivum omne rutilum, ut diebus confectum siccioribus. Aptissimum existimatur e thymo, &c.* Chirographi, Reg. 1. Colb. 1. 2. Paris. &c. *Acetum. Maxime laudabile est etiam omne rutilum, ut siccioribus aptissimum in æstimatus ethimo, &c.* Sic illi egregii conjectores primum mutatis interpunctionibus sententiam perturbarunt. Deinde *est etiam* in *æstivum* verterunt. Postea voce ea, *siccioribus*, vehementer perculsi, ut sententiam absolverent, addidere de suo, quoniam de æstivo melle agi putarent, non de quocumque, *diebus confectum siccioribus*. Denique, *in æstimatu*, visa loquendi forma insolentior, carbone digna. Felicior paulo in conjiciendo Dalecampius, legendum putavit: *etiam omne rutilum ut ulceribus aptissimum, in æstimatu est e thymo*. Sed et ipse præpostera interpunctione corrumpit sententiam, et cum ex his vocibus, *ut siccioribus*, conflari recte *ulceribus* putat, nimium indulget conjecturæ suæ, idemque ductibus literarum, quæ Mss. libris continentur, parum sane tribuit. Denique cum hujus emendationis sponsorem Aristotelem facit, causam ipse prodit suam: neque enim is rutilo melli, sed albo, hanc vim sanandorum ulcerum Philosophus attribuit Hist. Anim. IX. 64. pag. 1131. τὸ δὲ λευκὸν, ἀγαθὸν πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη. Dalecampii tamen emendationi Salmasius astipulatur, pag. 1008. in Solin. Nos ex ea voce, *ut siccioribus*, dum aliquid commodius occurrat, nihil excudi sanius posse arbitrati sumus, quam *vel sic auribus:* ut esset ea ipsa sententia, quam Plinius ipse paulo aliter expressit XXII. 50. 'Mel auribus instillatur,' &c. Forte etiam cuipiam magis arriserit, *vesicæ et auribus aptissimum*.

20. Ibid. *In æstimatu est e thymo, coloris aurei, saporis gratissimi. Quod fit palam doliolis, pingue: marino e rore, spissum*] In libris hactenus editis, neglecta interpunctione confusa omnia ac perturbata, in hunc modum: *saporis gratissimi, quod fit palam doliolis, pingue, marino e rore spissum.* Quin etiam *soliolis* perperam reponere Dalecampius nititur: adjicitque idem nihilominus, imis doliolis, in quibus mel Hymettium asservabatur, thymum olim recondere solitos esse institores, ut acrimoniam ex eo mel contraheret, teste Galeno, credo, de Antidotis I. 4. pag. 873. Temporis enim progressu, thymum in superficie mellis erumpere ac fluitare, quo degustato deciperentur ignari. Mellis vero genus laudatissimum, acrimoniam quidem thymi resipere, per se: odorem non item referre. Hæc vero quam sint aliena hoc loco, vel ex

emendata sic a nobis Pliniana oratione, et ex adhibita interpretatione, constare cuivis facile potest. Accedit ipsa Plinii auctoritas c. 13. monentis ibi mel esse optimum, ubi 'cœli sudor,' 'succusve aëris,' ex quo mel apes efficiunt, 'optimorum florum doliolis conditur,' ut in prioribus Notis diximus: nam utroque hoc cap. eandem vim subesse huic voci, *doliolis*, palam est: utrobique mel indicari, quod e florum caliculis apes colligunt: ut antecellere ei intelligatur, quod e foliis ac fronde sorbetur: nam uti dictum est c. 13. fronde plerumque sorbetur infectum, præterquam e quercu, talia, arundine.

21. Ibid. *Cassio Dionysio*] Ita Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Editi mendose, *Thasio*. Is est Dionysius Cassius, qui Magonem transtulit, de quo plura nos in Auctorum Syllabo dicemus.

22. Ibid. *Signum dedere initium Caprifici: alii diem Vulcano sacrum*] Miras offudit huic loco tenebras editorum licentia, quæ eum hactenus ita publicavit: *Signum dedere initium Caprificialem diem Vulcano sacrum:* quibus in verbis nec structura orationis ulla constat, nec sententia. Quid enim illud portenti est, *dare signum initium diem?* Quid deinde Caprificialis dies? Quid denique Caprificialis Vulcano sacer? At plana est et aperta scriptura codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. quam exhibemus. Neque erat opus, sibi crucem figere Turnebum Advers. x. 5. pag. 290. ut *initium Africi* substitueret: nec Gyraldum, ut *Caprificiorum diem Junoni.*

23. Ibid. *Athenienses tetralicem appellant, Eubœa sisaram*] In magno igitur verborum ambitu est hæc ἐρείκη. Sed merito mendi suspecta hæc sunt vocabula: nam Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *tum terradicem*, vel *eam tetradicem:* et mox, *sysyrum*, non *sisaram*, legunt. Forte *tamaricem* priore loco scribi satius fuerit.

24. Ibid. *Quod acapnon vocant*] Subjungunt his vocibus statim libri impressi periodum integram: *Album mel non fit, quod bithymum est, sed oculis et ulceribus aptissimum existimatur.* Cujus sententiæ ne apex quidem unus extat in Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. aliisve: quamobrem eam, ceu spuriam suppositítiamque, induximus. Accepta ex Philosopho videtur, quanquam male reddita: e libro scilicet nono Hist. Anim. cap. 64. pag. 1131. Τὸ δὲ λευκὸν, οὐκ ἐκ θύμου εἰλικρινοῦς· ἀγαθὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη. *Album mel non fit ex thymo sincero: sed commendatur ad oculos et ulcera.*

25. Cap. xvi. *Vermiculus videtur candidus, jacens transversus, adhærensque ita, ut pars ceræ videatur*] Libri omnes hactenus editi, et manu exarati, *ita ut pascere videatur.* Quod cum Pintiano merito displiceret, substituit, *ita ut retineri videatur.* Dalecampius multo liberalius, *ita pascitur ut adhærescere videatur.* Hoc vero est, non Plinii textum refingere, sed novum cudere. Aristotele porro, a quo hæc emanarunt, in consilium vocato, occurrerunt ea nobis, quæ transferre in sua scripta Plinius hoc loco visus est Hist. Anim. v. 19. pag. 615. Ἐν δὲ τῷ κηρίῳ τὸ σκωλήκιον, μικρὸν μὲν ὂν, κεῖται πλάγιον .... καὶ πρὸς τῷ κηρίῳ ἔχεται, ὥστε καὶ ἀντειλῆφθαι. *In favo igitur vermiculus pusillus transversus jacens .... Hæret autem favo, ita ut retineatur.* Ita Scaliger vertit, et Gaza: sed frigide. Quid enim aliud est, amabo, hærere ita ut retineatur, quam hærere ita ut hæreat? At multiplex est hujus vocis ἀντειλῆφθαι vis ac potestas: atque inter ceteras hæc haud postrema, ut ἀντιλαμβάνεσθαι sit rem unam pro altera, seu in locum alterius accipi: quo sensu familiaris esse Thucydidi, Philoni, aliisque noscitur. Atque in eum sensum apud Aristotelem acci-

piendam Plinius merito putavit, cum ita hærere apim favo scripsit, ut pro ipsa cera, ceu pars aliqua ceræ, accipi posse videatur. Hoc porro certior hæc emendatio videbitur eruditis, quod, uti post biennium quam hæc a nobis edita typis nota fuit, cum Themistium ederemus, serius licet intelleximus, quod ea, inquam, suffragatorem habeat Petavium *τὸν μακαρίτην*, qui ex mera ingenii conjectura vidit legi ita oportere: cum neque ei tamen, aut alteri ante nos, quicquam de hoc eximio Aristotelis loco suboluerit, quo ea mirifice atque adeo unice stabilitur. Extat hæc Petavii animadversio in altera Themistianarum orationum editione: eademque casu nescio quo excidit in postrema, quæ superiore anno accurantibus nobis in lucem prodiit. Sic ille ibi: 'Postremus nobis ex Pliniana Historia prometur, XI. 16. ubi de apum ortu disputans: *Id quod exclusum est*, ait, *primum vermiculus videtur candidus, jacens transversus, adhærensque ita ut pascere videatur.* Quæ postrema verba intellexit, opinor, nemo. Corrigo itaque, *ut pars ceræ videatur.*' Nec plura omnino Petavius.

26. Ibid. *Qui vocatur clavus*] Ita correximus, admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. cum prius perperam legeretur, *qui vocatur clerus:* quæ vox quam vim haberet, nemo hactenus intellexit. Clavus certe multo expressius morbi genus declarat, folliculi nimirum, seu ovi fœtusque duritiam, instar ceræ. Neque nos fugit *κλῆρον* ab Aristotele fieri mentionem Hist. Anim. IX. 64. pag. 1128. sed vermiculus nimirum is est, quo crescente alveus totus quasi araneis obducitur, favique putrescunt. Morbi id genus a clavo diversum: de quo diximus c. 21.

27. Ibid. *Melior niger variusque*] Astipulari sane prima facie videtur lectioni, quam libri omnes publici, post Hermolaum, præ se ferunt, *melior rufus quam niger variusque,* unanimis planeque conspirans veterum consensus. E Græcis enim Arist. Hist. Anim. V. 19. p. 608. *Τῶν δὲ ἡγεμόνων*, inquit, *ἐστὶ γένη δύο· ὁ μὲν βελτίων, πυῤῥὸς, ὁ δ' ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος. Duo sunt regum genera: melior rufus, alter niger et varius.* Quæ rursum ille totidem verbis repetit, IX. 64. p. 1115. Florentinus in Geopon. XV. 2. p. 409. *Τῶν δὲ βασιλέων οἱ μὲν ἄριστοί εἰσι τῇ χροιᾷ ξανθοὶ, μέγεθος ἡμιόλιον μελίσσης· οἱ δὲ δεύτεροι ποικίλοι, ὀλίγον ὑπομελαίνοντες, μέγεθος διαπλάσιον.* E Latinis, Columella IX. 10. pag. 330. carmen illud Maronis recitans: "'Namque duæ regum facies, duo corpora gentis: Alter erit maculis auro squalentibus ardens, Et rutilis clarus squamis, insignis et ore.' Atque hic maxime probatur,' pergit Columella, 'qui est melior: nam deterior, sordido sputo similis, tam fœdus est, 'Quam pulvere ab alto Cum venit, et sicco terram spuit ore viator,'' &c. Verum ut ita se hæc habeant, a codicum tamen vetustiorum priorumque editionum sanctissima auctoritate discedere grave piaculum ducimus: revocant enim ac veluti reprehendunt manu, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Paris. &c. Parmensis etiam, Venet. 1. 2. in quibus aliud occurrit nihil, quam quod a nobis est editum, *melior niger variusque:* atque his verbis probabilem subesse sententiam interpretatione nostra planum factum est.

28. CAP. XVII. *Et quot Liberi patres*] Libri omnes excusi, *et quod Liberi patris sepulcrum.* Sed abest a Mss. omnibus vox hæc *sepulcrum:* quam eradendam idcirco censuimus. Ut mota in scholis Grammaticorum controversia fuit, unusne Hercules, an plures extiterint, ita de Libero patre disputatum significat. Et sane Hyginus fab. 155. duos agnoscit Li-

beros Patres Jovis filios, ex Proserpina alterum, alterum ex Semele genitum.

29. Ibid. *Si qua lassata deficit, aut forte aberravit, odore persequitur*] Dalecampius admonet legi posse, *si qua lassatus*, ut ad regem defatigatio illa errorque pertineat: quem deinde sic aberrantem odore subditæ investigent ac persequantur. Sed refragantur codices omnes, tum impressi tum manu exarati, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. &c. Refragatur etiam Albertus de Animal. VIII. 4. 3. p. 267. 'Dicunt autem aliqui, quod quando pulli apum juvenes aliquando amittuntur, et avolant sine rege, rex tunc quærit eos, et cognoscit eos inventos ex odore.' Dalecampii tamen conjecturæ, aut quisquis est alius, ne quid dissimulem, Aristoteles suffragatur, Hist. Anim. IX. 64. p. 1112. Φασὶ δὲ καὶ, ἐὰν ἀποπλανηθῇ ὁ ἀφεσμὸς, ἀνιχνευούσας μεταθεῖν, ἕως ἂν εὕρωσι τὸν ἡγεμόνα τῇ ὀσμῇ. *Ferunt etiam, si ab rege aberraverint, vestigantes recurrere, usque dum odoratu ducem invenerint.* Aristotelem, ut solet, imitatur Ælianus Hist. Anim. v. 10. Sed alios atque alios subinde Plinius sequitur auctores: et quid in ea re sit veritati propius, neque observare, neque statuere in promtu est.

30. CAP. XVIII. *Quod si defecerit aliquas alvos cibus*] Generis, ut aiunt, fœminini hæc vox, licet apud idoneos Latinitatis auctores usurpata crebrius, pro alveari, offendit tamen ita Plinii editores, ut barbari sermonis vitio laborare Plinianam orationem maluerint, quam vocis hujus novitatem ferre. Itaque scripsere, *Quod si defecerit alicujus alvei cibus.* A quo flagitio deterreri debuerunt verbis proxime sequentibus, *impetum in proximas faciunt;* nempe *alvos proximas*, ut cuique palam est. Et sane hæc omnium codicum constans scriptura est, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. &c.

31. CAP. XIX. *Deterrimæ ex iis pilosæ*] 'De pilosis nihil Aristoteles,' inquit Dalecampius: 'aut fucos significat, aut fures.' Immo vero, apes ipsas urbanas, de quibus Varro de Re Rust. III. 16. ex quo Pliniana hæc emanarunt: 'In emendo,' inquit, 'emtorem videre oportet, valeant, an sint ægræ .... Minus valentium signa, si sunt pilosæ, et horridæ,' &c.

32. Ibid. *Odere fœdos odores, proculque fugiunt, sed et fictos*] Prius *infectos* legebatur, contra fidem codicum, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Salmant. &c. De unguentis accipiendam esse vocem eam, tum series ipsa orationis ostendit, tum Aristotelis verba, Hist. Anim. IX. 64. p. 1126. quæ fidelissime redduntur a Plinio: Δυσχεραίνουσι δὲ ταῖς δυσώδεσιν ὀσμαῖς, καὶ ταῖς τῶν μύρων· διὸ καὶ τοὺς χρωμένους αὐτοῖς τύπτουσιν.

33. CAP. XX. *Cum favos explent*] Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Editi vero, *non explent.* At explere quandoque minuere est, ut Servius admonet, in illud Virgilii Æn. VI. 'Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris.' Nec tamen receptam scripturam prorsus damnandam autumo: cum usus obtinuerit, ut *explere* plerumque pro *implere* diceretur.

34. Ibid. *Cleron vocant*] Reg. 1. 2. Paris. &c. *claron*, haud dubie mendose. Sed adhuc deterius Dalecampius legendum *scleron* admonet, ut c. 16. cum neque idem genus morbi utrobique describatur, neque ibi quoque *sclerus* vel *clerus* habere locum possit, ut diximus. Ut ut est, de nomine morbi, quod esse corruptum suspicor, de genere certe paulo prolixius Columella IX. 13. p. 335. ubi φαγέδαιναν a Græcis vocari ait: quam merito, haud vacat nunc expendere. 'Sæpe etiam vitio,' inquit, 'quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt apes. Siquidem cum sit hæc apium consuetudo, ut prius tantum cerarum con-

fingant, quantum putant explere se posse, nonnunquam evenit, consummatis operibus cereis, ut examen conquirendi mellis causa longius evagatum subitis imbribus aut turbinibus in sylvis opprimatur, et majorem partem plebis amittat. Quod ubi factum est, reliqua paucitas favis complendis non sufficiat: tuncque vacuæ cerarum partes computrescant, et vitiis paulatim serpentibus, corrupto melle, ipsæ quoque apes intereant.'

35. Cap. xxiv. *Vespæ in sublimi e luto nidos faciunt, et in his ceras: crabrones in cavernis, aut sub terra*] Quæ vespæ Latinis, eæ Græcis ἀνθρῆναι sunt, non σφῆκες, ut Gazæ et Scaligero visum: cujus rei locuples testis esse debet idoneus Latinitatis auctor Plinius, qui quæ ταῖς ἀνθρήναις attribuit Græcus scriptor, tum Hist. Anim. v. 19. p. 617. tum ix. 65. et 66. hæc Latinus vespis: ille τοῖς σφηξὶ, quæ noster crabronibus. Ut illud est inprimis, unde de iis dicendi sumit exordium: acceptum enim istud ab Aristotele Hist. v. 19. p. 617. Αἱ μὲν ἀνθρῆναι ἐπὶ μετεώρου τινὸς, οἱ δὲ σφῆκες ἐν τρώγλῃ (ποιοῦσι κηρία)· ὅταν δ' ἔχωσιν ἡγεμόνας, ὑπὸ γῆν. *Vespæ quidem in sublimi loco aliquo, crabrones in cavernis favos faciunt: qui vero ducem habent, sub terra.* Eam ob causam et xxix. 27. genus phalangii quoddam agnoscit a crabrone penna tantum differens, quod σφηκεῖον Nicander vocat.

36. Ibid. *Cera autem corticea et araneosa*] Parm. editio, *Cetera autem cortice araneis.* Frobenius, insigni confidentia, quam ceteri tamen editores deinceps secuti sunt, *cetera autem e cortice et arena.* Verum longe aliter Mss. Reg. 1. *Cera autem cortice araneos.* Reg. 2. *Ceræ autem cortice araneosæ, &c.* Nos, horum exemplarium admonitu, magisque Philosophi auctoritate, permoti, scripsimus intrepide, *Cera autem corticea et araneosa.* Græca illius sunt, Hist. Anim. v. 19. p. 617. Ἑξάγωνα μὲν οὖν πάντα ἐστὶ τὰ κηρία τὰ τούτων, ὥσπερ καὶ τὰ τῶν μελιττῶν· σύγκειται δὲ οὐκ ἐκ κηροῦ, ἀλλ' ἐκ φλοιώδους ὕλης τὸ κηρίον. *Crabronum vesparumque favi sunt item sexanguli, quemadmodum et apum: compositi non e cera, sed ex corticea materia, atque araneosa.*

37. Cap. xxv. *In iis et ceras largius, quam apes faciunt*] Ita Mss. quos vidi, omnes, et, ut arbitror, quos non vidi. Neque enim eos audio, qui *cellas* alicubi legi aiunt. Aristoteles certe, unde hæc emanarunt, de iis agens Hist. Anim. v. 19. p. 618. ἐν τῷ πηλῷ γίνεται κηρός. Tzetzes, Suidas, aliique βομβύλιον vocant, ζωΰφιον κηροπλαστοῦν. Aristophanes, in Vespis, p. 438. Ὥσπερ μέλιττ' ἢ βομβυλιὸς εἰσέρχεται, Ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ἀναπεπλασμένος. Ubi Scholiastes vetus: Βομβυλιὸς ζῶον μελίττῃ ὅμοιον, καὶ ὅ, τι κηρὸν ποιεῖ. *Bombylius, animal api simile, quod et ceram facit.*

38. Cap. xxvi. *Et alia horum origo: e grandiore vermiculo, &c.*] Alterius jam originis, generisque, bombyces describit, quos sub diverso quoque lemmate distribuit in Indice, hoc modo: *De Bombyce Assyrio. De Bombyliis necydalis.* Genus hoc non ceras, ut prius memoratum, sed fila ducit. Hæc duo genera, tam diversa, tamque disparia, in unum conflat nihilominus Scaliger, in Comment. ad Arist. Hist. Animal. pag. 1148. quanquam Philosophus ea et descriptione ortuque ostendit esse dissimilia, et oratione ipsa sejungit: nam de priore agit, Hist. v. 19. p. 618. de posteriore c. 18. p. 599. Ea confundi quoque a Plinio, quoniam communi bombycum nomine ambo censentur, falso Salmasius credidit, in Tertull. de pallio, p. 85.

39. Ibid. *Primum eruca fit*] Vel *urica*, ut monuimus. Nam in Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. *umuricasfit*: unde nos *Primum urica*, vel *eruca fit*, expressimus, priores li-

teras numerales esse notas rati, pro *primum:* astipulante Philosopho, apud quem hæc totidem verbis leguntur, ut mox dicemus. *Uricam* certe, vel *urucam*, pro *eruca* dictum olim, non veteres modo libri testantur, sed et Columella in Horto, sive lib. x. 'Serpitque urica per hortos, Quos super ingrediens exurit semina morsu,' &c. Alii tamen, sed recenter cusi, codices *eruca* legunt. Gloss. vet. *Uruca*, κάμπη.

40. Ibid. *Deinde quod vocatur bombylius: ex eo necydalus*] Quamvis libri omnes publici et conditivi consentiant, invertit hic tamen verborum vices Dalecampius, et Dalecampium secutus Aldrov. de Insect. ii. 3. p. 362. *Deinde quod vocatur necydalus, ex eo bombylius.* Verum uterque non Plinio modo adversatur, sed et Philosopho, a quo hæc ad verbum accepta, Hist. Anim. v. 18. p. 599. Γίνεται δὲ πρῶτον μὲν, μεταβαλόντος τοῦ σκώληκος, κάμπη· ἔπειτα, βομβύλιος· ἐκ δὲ τούτου νεκύδαλος· ἐν ἓξ δὲ μησὶ μεταβάλλει ταύτας τὰς μορφὰς πάσας. Habet his paria Hesychius quoque: Νεκύδαλος, τὸ ἐκ τοῦ βόμβυκος ζῶον. Clemens item Alexandr. Pædag. lib. ii. p. 200.

41. Ibid. *Prima eas redordiri, rursusque texere invenit in Ceo mulier, &c.*] Telas, ut dixi, non vestes, quemadmodum Salmasius putavit, in Solin. p. 144. id enim esset actum agere: vestes retexere scilicet, ut rursum texerentur de novo. Deinde, si de vestibus Plinius ageret, non *eas* dixisset, sed *eam;* antecedit enim proxime, *texunt ad vestem.* Denique Philosophi verba de telis accipienda sunt: Ἐκ δὲ τούτου τοῦ ζώου, inquit Hist. Anim. v. 18. p. 599. καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινὲς ἀναπηνιζόμεναι· κἄπειτα ὑφαίνουσι. *Ex hoc animali bombycia mulieres quædam exsolvunt deglomerantes, atque inde texunt.* Neque enim βομβύκια dicit ἀντὶ τῶν βομβυκίνων, ut Salmasius arbitratur: sed ipsa sunt bombycum fila βομβύκια, uti ἀράχνια araneorum. Hoc lanicium mulieres fuso resolvebant: ex resoluto telam tum primum texebant.

42. Ibid. *In Ceo*] Mss. fere omnes, *in Coo*, sed mendose, pro *Ceo.* Alia Cos est Hippocratis patria, alia Ceos sive Cea, avulsa Eubœæ, de qua xii. 20. De utraque in Geographicis egimus. De Ceo nunc scripsisse Plinium ipse admonet, tum loc. cit. scribens: 'Ex hac (nempe, Cea insula) profectam delicatiorem fœminis vestem auctor est Varro:' tum hoc ipso loco, in quo illustrando versamur, statim subjungens, 'Bombycas et in insula Co nasci tradunt,' diversis bombycibus diversum natale solum assignans. Quanquam non sum nescius apud Arist. loco proxime appellato scribi, ἐν Κῷ. Sed Græci etiam εἰς τὴν Κῶ dicunt, de Ceo: ut Diodorus Siculus Bibl. lib. iv. p. 281. ubi de Aristæo, quem Ceam insulam tenuisse, tum ex aliis scriptoribus, tum ex Virgilio scimus Georg. i. 15. 'Cultor nemorum, cui pinguia Ceæ Tercentum nivei tondent jumenta juvenci.' Sic Heraclides Ponticus τὴν Κῶ, ἐν τῇ Κώων (lego Κείων) πολιτείᾳ, ubi de Aristæo multa, et de Ceæ cognomine, *Hydrussa,* de quo egimus in libris Geographicis. Sed vice versa ipsam Con insulam *Ceon* vocitatam esse, Κέως et Κῶς, auctor est Eustathius in Iliad. B. p. 319.

43. Cap. xxvii. *Hanc ab his cogi*] Addunt libri editi, *subigique:* quam vocem Mss. nulli agnoscunt. Proxime quoque prius, *lanuginem vellere,* ex iisdem, non *in vellera* scripsimus.

44. Ibid. *Junceo fuso*] Salmas. in Tertull. de pallio, p. 192. *junceum fusum* meras esse nugas pronuntiat: itaque reponit, *juncto foco.* At illudne aut Plinianum, aut omnino Latinum quisquam agnoscat, pro *igne adhibito?* Num brevius dixisset, *tepido humore,* vel *aqua tepente,* vel *hu-*

more solum, qua voce scimus tepidam aquam abunde exprimi?

45. CAP. XXVIII. *Majores interna et cavernis exigua vestibula prœpandunt*] In editis vulgo libris, *Majores in terra cavernis.* At Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Majores interna et cavernis:* quod Aristotelis auctoritas approbat, ita scribentis Hist. IX. 63. p. 1102. Ἐπὶ τοῖς στομίοις δ' ἀεὶ ποιεῖ τὸ ἀράχνιον, καὶ ἔνδον ἔχον τὰς ἀρχὰς τηρεῖ, ἕως ἂν ἐμπεσόν τι κινηθῇ. *In rimis autem semper araneus ponit intus orditus: ubi moratur, dum aliquid incidens moveat.* Turnebus Advers. v. 14. p. 144. legebat, *internœ cavernœ.* Ejusdem auctoritate permoti, et supradictorum codicum, paulo ante scripsimus, *Luporum minimi:* cum editi prius, *Luporum nomine minimi,* exhiberent: intermedia illa voce, ceu spuria, expuncta.

46. Ibid. *Crebratœ pexitas telœ*] *Crebratœ* pro *cribratœ* rescripsimus, admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Et mox: *Derelicta lasso prœtendi summa parte arbitrere licia: at illa difficile cernuntur, &c.* cum prius legeretur: *Derelicta lasso prœtenti summa parte, ut arbitrari licet illa quœ difficile cernuntur.* Quæ verba Ulitius, in Notis ad Cyneg. ut intelligat, ita depravat: *Derelicta laxe prœtendit summa parte, ut arbitrari liceat: illaque de facili cernuntur, &c.* In cod. Toletano Pintiani, *ut arbitrere licia.*

47. Ibid. *Os primum tela involventes, et tunc demum labra utraque morsu apprehendentes, &c.*] Non *hos primum,* ut libri vulgo impressi habent: sed *os,* tum ex Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. tum ex Arist. Hist. Anim. IX. 63. p. 1106. unde hæc ad verbum accepta: Περιτίθεται δὲ, inquit, καὶ περιελίττεται καὶ τοῖς μείζοσι ζώοις· ἐπεὶ καὶ ταῖς σαύραις ταῖς μικραῖς ἐπιβάλλον περὶ τὸ στόμα, περιθέον ἀφίησιν, ἕως ἂν συλλάβῃ τὸ στόμα· τότε δ' ἤδη δάκνει προσελθόν. *Circumvenit etiam et obducit majora animalia: nam minores quoque lacertulas invadit, et ob os circumcurrens emittit filum, donec buccas comprehenderit: tum vero aggressus mordet.*

48. Ibid. *Iidem sereno texunt*] Negantem voculam libri impressi addiderunt, *sereno non texunt,* quam neque Mss. agnoscunt ulli, nec veritas ipsa, experientiaque, patitur. Et Arist. quidem ipse, Problem. XXVI. 64. p. 806. ἐν ταῖς εὐδίαις, cum serenum cœlum est, operari araneos non semel asseverat.

49. CAP. XXIX. *Quia saliunt*] Non videtur Dalecampio Philosophi mentem Plinius assecutus, sed pervertisse potius omnia, sic enim conviciatur homini inprimis erudito. Philosophi hæc verba sunt ex Hist. Anim. v. 22. p. 620. Τίκτει δὲ πάντα μὲν εἰς ἀράχνιον· ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς λεπτὸν, καὶ μικρόν· τὰ δὲ, εἰς παχύ....οὐχ ἅμα δὲ πάντα ἀράχνια γίνεται· πηδᾷ δὲ εὐθὺς, καὶ ἀφίησιν ἀράχνιον. *In tela sua parit ova quidem omnia, sed sparsim: partim in tenui et brevi tela, partim in crassiore: non omnes araneoli simul generantur: statim nati et saliunt, et filum emittunt.* Videtur Dalecampio Plinius id, quod de excluso fœtu dicendum fuit, parentibus ipsis haud recte ascribere, ut in pariendo saliant, atque emittant. Perinde quasi assultim ingredi, quod statim nati faciunt, adultiores iidem minus expedite valeant: aut, si sparsa sic cernuntur ova, alia esse causa possit ulla, quam quod salientes emittunt: etsi a Philosopho id haud ita liquido sit expressum.

50. Ibid. *Pariunt autem et tricenos*] Ita libri quidem omnes, tum impressi, tum Mss. At *trecenos* potius, ut VIII. 10. hoc est, *trecentos,* legendum putamus, ex Arist. loc. cit. p. 621. Τὸ δὲ πλῆθος γίνεται καὶ τριακόσια περὶ ἓν φαλάγγιον. *Uni phalangio ad trecentos numero circumfusi visi sunt.*

51. CAP. XXX. *Similiterque pereunt*] In Reg. 1. et vet. cod. Dalec. *peri-*

munt: sed mendose. Respicit enim Plinius ad superiora de phalangii fœtu verba, 'qui, ut emersit,' inquit, 'matrem consumit, sæpe et patrem:' idemque nunc scribit scorpioni contingere, ut ab iis, quos parit, pereat: quod et Arist. docet Hist. Anim. v. 21. pag. 619. Τίκτουσι δὲ καὶ οἱ σκορπίοι οἱ χερσαῖοι σκωλήκια ὠοειδῆ πολλὰ, καὶ ἐπωάζουσιν· ὅταν δὲ τελειωθῇ, ἐκβάλλονται ὥσπερ αἱ ἀράχναι, καὶ ἀπόλλυνται ἀπὸ τῶν τέκνων. *Pariunt etiam terrestres scorpiones vermiculos ovorum specie, multos, atque incubant: illi ubi sunt perfecti, parentes ab illis expelluntur: quod etiam in aranearum genere fit, et a sua ipsorum prole pereunt.*

52. Ibid. *In novem genera descriptis, per colores maxime, supervacuo, quoniam non est scire, &c.*] Ita cum Pintiano correximus, cum prius legeretur, *per colores maxime supervacuos.* Sententia est, non omnia novem genera, sed pleraque, distingui coloribus. Octo ex iis refert Nicander, in Theriac. p. 55. idemque, quod Apollodorum non fecisse Plinius conqueritur, aperit qui minime sint exitiales, et qui maxime: Τῶν ἤτοι λευκὸς μὲν ἀκήριος, οὐδ' ἐπιλωβὴς, κ. τ. λ. Quæ Gorræus interpres ita reddidit:

I. *Innocuus stimulis et fati candidus insons.*
II. *Sed flammis homines rufo spectabilis ore*
Absumit subitis: ipsi, ceu febribus acti,
Uno stare loco nequeunt: sitis improba sævit.
III. *Qui niger est, ciet instabiles in corpore motus,*
Et facit amentes, et risus edit ineptos.
IV. *At viridis si quos petiit mucrone, repente*
Horror, et hyberna ceu nimbi grandine densi
Corporibus crepitant, vel si canis ardeat æstu.
V. *Lividus est alius, latum trahit helluo ventrem,*
Esurit, et semper nulla satiabilis herba:
Si ferit, inguinibus non evitabile vulnus, &c.
VI. *Cancro alius similis, qui degens littore et algas*
Pascitur, et pelagi quæcumque refuderit æstus.
VII. *Corpore sunt alii magno, durisque rapaces*
Forcipibus, testa simul asperiore . . . . .
VIII. *Adde melanchlorum, cui cauda nodus in ima*
Nigricat, et dorso densis compagibus alæ
Aptantur.

Nonum genus est Æliano Hist. Anim. vi. 20. eorum quos δικέντρους vocant, hoc est, quibus sunt, ut Plinius ex Apollodoro ait, gemini aculei. In his colorum generibus enumerandis, dissidet a ceteris Avicenna iv. 5. 2. p. 217.

53. Cap. xxxii. *Sequens est volatu rara, quæ canunt, vocantur achetæ*] In Mss. omnibus, et in edit. Parm. *sequens est volatura quæ canant.* Quid si legas, *Sequens est nota earum quæ canant?* Romani codices, teste Barbaro, pro his vocibus habent: *Item majores, quæ canunt.* Ms. codex Lugd. cum editis libris plane concinit.

54. Ibid. *Aculeatarum linguis*] Ita Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. ubi perperam editi, *aculeatum.* Aristoteles enim, a quo hæc prodierunt, Hist. Anim. v. 6. pag. 471. στόμα οὐκ ἔχει, inquit, ἀλλ' οἷον τοῖς ἐμπροσθοκέντροις τὸ γλωττοειδὲς, κ. τ. λ. *Ore caret, sed quiddam habet ejus specie quod simile linguæ est in iis quæ sunt ore aculeata.*

55. Ibid. *Cicadæ non nascuntur in raritate arborum, idcirco non sunt Cyrenis circa oppidum*] Sustulit inficialem voculam *non* Hermolaus, quam libri omnes Mss. editique agnoscunt: veritus ne a Philosopho Plinius dissideret. Sic enim ille, Hist. Anim. v. 25. p. 624. *Οὐ γίνονται δὲ τέττιγες ὅπου δένδρα μή ἐστι· διὸ καὶ ἐν Κυρήνῃ οὐ γίνονται ἐν τῷ πεδίῳ· περὶ δὲ τὴν πόλιν πολλοί· μάλιστα δὲ οὗ ἐλαῖαι οὐ γίνονται πολύσκιοι· ἐν γὰρ τοῖς ψυχροῖς οὐ γίνονται τέττιγες· διὸ οὐδὲ ἐν τοῖς εὐσκίοις ἄλσεσιν.* At Cyrenis ævo Pliniano arbores forsan nullæ fuerunt, quarum raritatem fugiunt cicadæ: nec sunt fere circa oppida frequentiora crebræ.

56. Cap. xxxv. *Non nascuntur nisi rimosis locis*] Interpolatores Pliniani scripsere, *nisi in planis et rimosis locis*, cum absint hæ voces *in planis et* in Mss. omnibus, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. &c. quanquam eas Philosophus agnoscit Hist. Anim. v. 23. p. 622. *Οὐ γίνονται δὲ αἱ ἀκρίδες ἐν τῇ ὀρεινῇ . . . ἀλλ' ἐν τῇ πεδιάδι καὶ κατεῤῥωγυίᾳ· ἐν ταῖς ῥωγμαῖς γὰρ ἐντίκτουσι. Locustæ in montana non oriuntur, sed in campestri, atque hiante: in rimis enim pariunt ova sua.*

57. Ibid. *Graculos*] Pervulgata est apud Phædr. fabula i. 3. 'Tumens inani graculus superbia Pennas pavoni quæ deciderant, sustulit, Seque exornavit,' &c. Quam fabulam perstringens Lucianus, in Apologia pro Mercede Conductis, p. 262. *κολοιὸν* dixit *ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγάλλεσθαι, alienis exultare pennis.* Horatius corniculam appellat: 'Ne si forte suas repetitum venerit olim Grex avium plumas, moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus.' Omnino sic se res habet. *Graculus* veterum Latinorum, *κολοιὸς* Græcorum est, non quem Galli *Geai* vocant, ut vulgus interpretum arbitratur: sed ut Bellonius admonet de Avibus vi. 3. et 7. *Choucas.* Glossæ veteres: *Graculus, κολοιὸς ὄρνεον*, igitur e cornicularum genere. Sane quem *Geai* nominamus, is est per se satis eximius, nec alienis indiget plumis. At graculus veterum, seu parva cornicula, tota nigri coloris est, quod inter ceteros Martialis animadvertit i. 116. 'Sed quandam volo nigriorem Formica, pice, graculo, cicada.' Et auctor Vitæ S. Fructuosi Arch. Bracar. n. 8. 'Nigras parvasque aves, quas usitato nomine vulgus Graculas vocitat, mansuetas in monasterio habuisse perhibetur.'

58. Cap. xxxvi. *Sed apes utiles faciunt cibos, hæ condunt*] Non placuit Frobenio hæc vetustorum exemplarium priorumque editionum lectio, quam sic ille interpolavit: *ut apes: sed illæ, &c.* Sic paulo ante, ubi libri omnes habent, *nam et formicæ similem ovis vere vermiculum gignunt*, Pintianus emendat, *similem apibus*: non modo contra fidem codicum, sed et contra scriptoris mentem, quam nobis Philosophus repræsentat Hist. Anim. v. 20. p. 619. ubi formicas parere ait vermiculos, qui e parvis et rotundis crescendo fiunt oblongi, *ἐκ μικρῶν καὶ στρογγύλων.* Et sane ova pariunt cocti tritici specie, sed multo minora.

59. Cap. xxxvii. *Ad tactum tantum movetur, araneo accreta, quam chrysallidem appellant: rupto deinde cortice volat papilio*] Hunc locum ita restituimus, summa religione ac fide vetustorum exemplarium auctoritatem secuti, Reg. 1. 2. Colb. Paris. Chiffl. et Lugd. in quibus *araneo occreta*, vel *accreta*, legitur: interpolatorum conjectura neglecta, qui *aranei: hæc eruca* frigide admodum scripserunt. Sic Plinius c. 41. vermiculis circum se pariter folliculum texentibus: 'si accrevere,' inquit, 'chrysallidem faciunt.'

60. Cap. xxxviii. *Et alibi, ubicumque*] Sic Reg. 2. Paris. et Tolet. Libri hactenus cusi perperam, *et*

alia. Tolerabilius Chiffl. cod. *et alias.* Arridet quam maxime lectio Reg. 1. cod. *aliubicumque.*

61. Cap. xxxix. *Pilos habentium asinum tantum immunem hoc malo credunt, et oves*] De ovibus id falsum esse, *et boves* potius scribi oportere, Dalecampius admonet frustra : nam et exemplaria consentiunt omnia: et, quod caput est, diserte Philosophus docet Hist. Anim. v. 26. p. 629. oves et capras carere pediculis, non item ricinis : sed nec ricinis, nec pediculis, carere boves : Καὶ τῶν ἐχόντων τρίχας, πλὴν ὄνος οὐκ ἔχει οὔτε φθεῖρας, οὔτε κρότωνας· οἱ δὲ βόες ἔχουσιν ἄμφω· τὰ δὲ πρόβατα καὶ αἶγες, κρότωνας· φθεῖρας δὲ οὐκ ἔχουσι.

62. Ibid. *Alia rursus generantur sordibus a radio Solis*] Sincerissima hæc lectio est, quam restituimus ope codicum Reg. 1. Paris. et vet. Dalec. Vi enim Solis æstivi hæc animalcula, cujusmodi sunt pulices, procreari significat. Quamobrem cap. seq. ricinum animal esse ejusdem temporis affirmat, hoc est, æstivi : ut experientia compertum est. Ac nisi eæ voces *ejusdem temporis* ad has referantur, *a radio solis,* quo illæ pertineant, nemo sane intelliget. Prius legebatur, *aridi soli.*

63. Ibid. *Petauristæ*] Id rectius visum est quam *petauristarum,* ut Frobenius prior rescripsit. In Mss. omnibus *petauris* tantum legitur. Idem Frobenius rursum paulo post, vetustorum codicum, priorumque ante se editionum auctoritate spreta, ubi de ricino agitur, *animal ejusdem turpitudinis* scripsit, cum *ejusdem temporis* libri omnes exhiberent: ipsaque series orationis ita postularet, ut interpretatione nostra planum factum est, et emendatione ea, quæ hanc proxime antecessit.

64. Cap. xli. *Venenum hoc alæ medicantur*] Interpolatores voculas hic addidere, quas ut supposititias erasimus : nulli enim eas codices habent: *Venenum hoc remedia secum habet, alæ medentur, &c.* In Reg. 1. 2. &c. hoc tantum, *Venenum hoc remeditantur,* pro *alæ medicantur.*

65. Cap. xliv. *Per medium caput a rostro residentem et fulicarum generi dedit. Cirros pico quoque Martio, et grui Balearicæ*] Miras offudere tenebras huic loco editores Pliniani in hunc usque diem præpostera hujuscemodi interpunctione : *Diximus et cui plicatilem cristam dedisset natura, per medium caput a rostro residentem. Et fulicarum generi dedit cirros. Pico quoque Martio, et grui Balearicæ.* Quæ oratio significat upupæ cristam per medium caput a rostro residere : id quod a veritate esse alienum, tum res ipsa clamat, tum Plinius quoque admonuit x. 44. scribens eam upupæ cristam plicatilem non residere dejectam ac depressam, sed subrigi contrahique. Ad fulicæ igitur cristam hæc rejicienda sunt, in hunc modum : *Diximus et cui plicatilem cristam dedisset natura. Per medium caput a rostro residentem et fulicarum generi dedit ;* nam ita revera fulicæ habent.

66. Ibid. *Cirros Pico quoque*] Quibus alitibus cirros natura dedisset, superius dixit : nunc cirrorum modum peculiarem explicat : nempe a rostro medio per caput medium residentes : quod est per se verissimum : ac nisi id faceret, stymphalidi, quam cirros habere dixit, jungere has statim aves pariter debuisset. Quod porro Dalecampius monet, *Schirros,* hoc est, callos callosamve duritiem, legi oportere, frustra est : quid enim ille callus præstet, nisi glabrum nudumque verticem, sine ullo insigni, vel apice, qui extet et emineat? At in apicibus ejusmodi cristisve recensendis, nunc totus Plinius habitat, non in cutis duritie, aliove habitu explicando.

67. Ibid. *Et grui Balearicæ*] Etsi non diffiteor Baleares insulas misisse grues, quæ et minores, et præcipuo forent in honore mensarum, uti a Pli-

nio dictum est x. 69. hoc loco tamen non de Balearica magis existimaverim, quam de Africana, sermonem institui. Incredibili enim consensu libri omnes tum excusi prelo ante Hermolaum, tum vero inprimis manu exarati, *gruibus aricæ*, fortassis pro *gruibus Africæ*, repræsentant, præter unum Lugd. in quo *gruibus Balearicæ* errore minime obscuro legitur. Nam quod suspicatur Barbarus, *gruibus areæ* legi posse, nec sua ipsi merito conjectura satisfacit, nobis vero multo etiam minus. Nam neque quid *areæ* in capite sint, constat: neque si constaret, ea voce putarim exprimi recte vel cirros, vel diadematis id genus quod picus Martius gestat in capite, quod omnes norunt, cui proinde, in grue ea quæ nunc cum Pico componitur, simile Plinius et affine quiddam agnoscit.

68. CAP. XLV. *Subulonibus*] Cervi subulonis nomine orygem significari, de quo nos egimus VIII. 79. multis contendit Salmasius, in Solin. p. 222. astipulaturque ei Bochartus III. 27. p. 970. insigni utriusque errore. Est enim oryx e monocerotum, seu unicornium, genere, ut Plinius cum Aristot. admonet, libri hujus c. 106. ipseque Bochartus icone orygis exhibita plane confirmat. Subulonibus vero simplicia quidem cornua, hoc est, non sparsa in ramos, sed recta, natura dedit: at non singula tantum, ut orygi, ac monoceroti; sed gemina, ut cervis, quorum e genere ii censendi. Eorum enim primum genera Plinius persequitur, quibus duplicia cornua sunt: quibus gemina, posterius, iis verbis: *Aliis singula, et hæc medio capite, aut naribus.* Hic meminisse subulonum oportuit, si ex eo genere forent, non prius. Nam quod Glossæ veteres habent, *Sublones*, ὄρυγες, haud illud tanti est ponderis: cum aliud forte *sublones* sint, aliud *subulones*: et a tibia, ut diximus, deduci verius sit subulonis nomen: ipsis illis Glossis mox referentibus, *Subulo*, αὐλητής: et Festo: *Subulo Tusce tibicen dicitur*.

69. Ibid. *Ut liras diceres, strepsiceroti*] Mss. fere omnes, *dicerent*. Sed Hermolaus, ut verum fatear, delicias facit, qui *lyras*, et *terpsiceroti* legit, a voce Græca τέρπω, *oblecto*, velut a modulatis et quasi ad lyram compositis cornibus.

70. Ibid. *Urnisque bina capitis unius cornua implent*] Ita emendavimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Paris. Chiffl. Prius falsa prorsus lectione legebatur, *urnasque binas capitis unius cornua implent*. At non urnæ cornibus, sed cornua urnis implentur: nec singula cornua urnam continent, bina binas: alias capitis unius cornua continere amphoram dixisset: sunt enim binæ in amphora urnæ: sed urna opus esse ait una, ut cornua gemina impleantur. Porro corollarii vice juvat subjicere hoc loco ea, quæ de urorum cornibus vetusti scriptores retulere, a Plinianis haud multum discrepantia. Cæsar l. VI. p. 34. 'Amplitudo cornuum, et figura, et species, multum a nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiose conquisita a labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.' Transcripsit hæc ad verbum a Cæsare Aimoinus Hist. Franc. I. 2. neque hæc solum, sed et quæ de alce ille prodidit, quanquam a vero abhorrentia, uti ostendimus in Notis et Emend. ad lib. VIII. num. 33. Cæsari et Aimoino concinit Fulco Viæ Hierosolym. lib. I. 'Uris cornua sunt immensæ concavitatis: Ex quibus ampla satis et lævia pocula fiunt, Vitibus et mensis et honora et commoda prosunt: Seu docti artifices ea quadrificata rotundent, Integra sive sinant, et fissa caloribus aptent.'

71. Ibid. *Quæ cestrota picturæ genere dicuntur*] Prius legebatur, *quæ cerostrota*. Sinceram restituimus lectionem, tum ex codicum prædictorum fide, tum ex Plinio ipso: quod et

ante nos Turnebus vidit Advers. XIII. 24. p. 404. Cujus conjecturæ et illud adjici forsan haud abs re fuerit, legi adhuc commodius posse, *Quæ cestrota a picturæ genere dicuntur.*

72. Ibid. *Tenuiora fœminis plerumque sunt, ut in pecore mutilis*] Hactenus ita editum, *ut in pecore multis.* Vel, interpunctione etiam perversa: *ut in pecore. Multis ovium, &c.* Emendandi, ut fecimus, auctor fuit Democritus apud Ælianum Hist. Animal. XII. 19. ita prodens, bubulo pecori castrato tortuosa, gracilia, longa fieri cornua: integro, ac testibus prædito, secundum radicem, qua vertici committuntur, crassa: cujus discriminis ibi causam affert: *Οἱ τομίαι βόες· Δημόκριτος λέγει, σκολιὰ, λεπτὰ, καὶ μακρὰ φύεται τὰ κέρατα αὐτοῖς· τοῖς δὲ ἐνόρχοις παχέα, κ. τ. λ.* Auctor etiam haud paulo certior Aristot. qui de Generat. Animal. v. 6. p. 1147. exsecta omnia mutari in fœminam docet. De tauris tamen speciatim aliter existimare alias videtur, ut suo loco monuimus.

73. Cap. LI. *In animo sensus ejus*] Ita rescribendum censuimus, admonitu codicum Reg. 1. Paris. vet. Dalec. &c. cum prius perperam legeretur, *In ascensu ejus supercilia, &c.* Adjuvat emendationem nostram, et interpretationem, id quod proxime sequitur, *Et in superciliis pars animi,* subintellige, ut in fronte totus. Certe in ascensu frontis supercilia esse non possunt, nam sub fronte sunt posita, *ὑπὸ δὲ τῷ μετώπῳ ὀφρύες διφυεῖς,* Aristot. Hist. Animal. I. 9. p. 65. Fuit cum legi putarem posse: *severitatis index, in assensu ejus,* ex Reg. 2. cod. et edit. Parmensi: ut loci sententia esset, frontis nutu motuque, animi clementiæ, aut severitatis, indicium præberi. Sed potior videtur aliorum exemplarium scriptura.

74. Ibid. *Negamus, an annuimus*] Descivit a vetusta lectione Frobenius, ut hanc ederet: *Negamus, annuimus. Hæc maxime indicant fastum.* Nostram emendationem tuentur codices Reg. 1. 2. et Paris. in quibus extat ea lectio totidem plane apicibus: et habet Parm. editio: *Negamus, an annuimus, &c.*

75. Cap. LII. *Et inter aves, ardeolarum genere, quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt*] Adeo festivo lepidoque dicendi genere Plinium hoc loco carpit Albertus, ut verba ejus præterire silentio, teque, lector optime, ea fraudare voluptate, religioni ducam. Sic ille de Animal. XXIII. p. 614. 'Quartum,' inquit, 'ardearum genus apponit Plinius monoculum, quod unum oculum dicit habere in latere uno tantum: et ideo facilius capi a venatore in latere cæco insidias ponente. Sed videtur præter naturam esse, et falsum, quod dicit: sicut enim alæ duæ et duo pedes crescunt a lateribus, ita duo oculi: nec ratio permittit ab uno latere formari oculum unum, et non ab alio alium. Plinius enim iste multa dicit falsissima: et ideo in talibus non sunt curanda dicta ipsius.' Sane, si fabulas hujusmodi nobis occineret, si se sponsorem talium faceret, si tot mendacia congereret. Sed plus vidit Albertus, quam Plinius scripsit: quartum id esse ardearum genus, idque, quia monoculum est, patere facilius insidiis venatorum, nec sua Plinius retulit, nec aliena fide.

76. Cap. LIV. *Quos κορυβαντιᾷν*] De hujus vocis intellectu, quid Scaliger Turnebusque senserint, piget referre, quorum conjectationes vanas ac frivolas Salmasius vocat, in Solin. p. 1086. In Reg. 1. 2. Paris. &c. *quas corybantia regrediunt.* Unde scribendum fortassis, *quos corybantiare credunt.* Sed Parm. lectionem amplecti satius visum est. Editi posterius, *quod corybantiam.*

77. Cap. LV. *Aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis*] Ita Reg. 1. 2. Chiffl. Paris. Interpo-

latores edidere, *aliis atri, aliis rufi:* ex una voce gemino colore conficto. Festus: 'Ravi coloris appellantur, qui sunt inter flavos et cæsios, quos Plautus appellat ravistellos,' &c. Nonius, cap. 2. num. 726. 'Ravum, fulvum. Cicero, Academ. lib. IV. Quia nobismetipsis tum cœruleum tum ravum videtur.' In Tullianis libris nunc *flavum* pro *ravum* legitur. Vide apud Voss. plura, in Etymol. Ita porro scripsisse Plinium, non exemplaria modo laudata testantur, sed et Aristoteles ipse, cujus verba noster, ut solet, interpretatur: 'Oculorum id,' inquit, 'quod album diximus, omnibus fere idem: nigrum autem variatur. Nam quibusdam nigrum sane est: aliis autem cæsium admodum, nonnullis fulvum sive ravum, quibusdam caprinum.' Τοῖς μὲν γάρ ἐστι μέλαν, τοῖς δὲ σφόδρα γλαυκὸν, τοῖς δὲ χαροπὸν, ἐνίοις δὲ αἰγωπόν. De caprinis supra Plinius.

78. Ibid. *Non connivere diximus*] Libro nimirum, ut diximus, octavo, cap. 45. ubi de crocuta Plinius agens: 'Acies ei perpetua: in utraque parte oris nullis gingivis, dente continuo.' Sic enim locum illum interpungendum esse, tum series ipsa orationis admonet, tum Solini paraphrasis, quam mox allaturi sumus. Prius legebatur, 'Acies ei perpetua in utraque parte oris,' &c. quæ verba de acie dentium continuoque acumine accipienda esse Salmasius in Solinum pag. 337. omni ope contendit: Solinumque idcirco male verbis accipit, qui Pliniana verba secus acceperit, cap. 27. p. 51. hac sua paraphrasi: 'Nusquam connivet aciem orbium: sed in obtutu sine nictatione contendit. In ore gingiva nulla: dens unus atque perpetuus.' At hanc Solinianam Plinianæ orationis interpretationem Plinius ipse nunc luculenter approbat: ad eum enim, qui de crocuta est, locum hæc alludit, hæc spectat oratio: cum enim ex hyæna crocuta nascatur, hyænæ porro collum rigeat, et rigere crocutæ par est, et circumacto pariter capite contuendi tantum potestatem esse, atque idcirco aciem ei esse perpetuam, hoc est, non connivere: quod nisi Plinius modo respiciat, quo hæc pertineant, dici nullo modo potest. Codices porro vetustiores, Reg. 1. Paris. et alii, non *connivere* hoc loco præferunt, sed *cohibere*, quod prisca ætas pro *connivere* dixit: Glossæ Philoxeni Gr. Lat. Ἐπιμύω, *Conhibeo.* Μύω, *Conhibeo.* Et Lat. Græc. *Cohibet*, καμμύει, καταμύει. Aurelius Victor, in Claudio: 'Sceleribus conhibentes.' Facundus Hermian. II. 2. 'Sancta illa synodus hæresi Nestorianæ cohibuit.' Plura apud Du-Cangium vide in Glossario.

79. CAP. LVI. *Palpebræ in genis homini utrinque. Mulieribus vero etiam infectæ quotidiano*] Ita quidem libri omnes. At quid si legas, *Mulieribus cura etiam infectæ quotidiana?*

80. CAP. LX. *Brocchi*] Prius *Brocci* legebatur. Reg. 1. 2. Paris. Chiffl. *Bochi.* Nos *Brocchi* scripsimus, ex antiquo numismate argenteo Cimelii nostri Parisiensis, cujus hæc epigraphe: L. FVRI. CN. F. BROCCHI IIIVIR. Hujus ectypum Patinus exhibet in gente Furia. T. Brocchum Cicero laudat, in orat. pro Ligario. Milonis Brocchi Prætoris meminit Marcellus, de Medic. cap. 26. p. 175. —'Prius *Brocci* legebatur, ab editione Basileensi, anni 1545. In vetustioribus editionibus, Parmensi, Tarvisina, Brixiensi, &c. *Brochi labeones.* At R. 1. 2. Par. Chiffl. *Bochi.* Nihil hic juvat, quod legitur in antiquo numismate argenteo Cimelii nostri Parisiensis, cujus hæc epigraphe: L. FVRI. CN. F. BROCHI IIIVIR. et cujus ectypum Patinus exhibet in gente Furia. Hujus enim inscriptionis longe alia est sententia, ut alibi ostendimus.' *Ed. sec.*

81. Ibid. *Maxillas . . . terrestres qua-*

drupedes, eodem quo cetera more, præterque in obliquum] Familiaris locutio Plinio, pro *prætereaque*, ut sæpe monuimus. At hic gravissimo errore lapsi editores Plinianorum librorum omnes *præterquam* scripserunt, plane contra auctoris sententiam, ita ut est, statuentis, terrestres quadrupedes non, ut crocodilum, superiorem maxillam movere, sed, ut cetera omnia, inferiorem tantum : eamque præterea in obliquum ducere, et contorquere, ut in ovibus, canibusve, atque adeo homine ipso, animadvertere cuique pronum est. Et vero Reg. 1. 2. Paris. &c. *præterque* exhibent : sed et vox, *quadrupedes*, in iisdem deest : ut *terrestris* forte legi oporteat, crocodilo subintellecto: nam de fluviatili solum Philosophus id prodit.

82. Cap. lxi. *Qui discriminant eos*] Pervertit profligatque scriptoris sententiam Dalecampius, qui *eum* emendat, et subintelligi *cibum* monet oportere. Non vidit ex Aristotele, ut pleraque alia, id excerptum esse, de Part. Animal. iv. 1. p. 999. *ὁρίζουσι δὲ ἑκατέρους οἱ κυνόδοντες, μέσοι τὴν φύσιν ἑκατέρων ὄντες, κ. τ. λ.*

83. Cap. lxiii. *Capris, sue*] Prius *caprisve* legebatur. Emendationis nostræ auctor Aristoteles Histor. Animal. ii. 9. p. 193. unde hæc prodierunt : *Ἔχουσι δὲ πλείους οἱ ἄῤῥενες τῶν θηλειῶν ὀδόντας καὶ ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἐπὶ προβάτων, καὶ αἰγῶν, καὶ ὑῶν.* Albertus quoque de Animal. ii. 1. 4. p. 105. 'Adhuc autem,' inquit, 'ut in pluribus, masculina animalium sunt plurium dentium, quam fœminina, ut frequenter patet in homine, capris, et porcis.'

84. Ibid. *Timarchus Nicoclis filius Paphii*] Legit Pintianus, *Nicoclis illius pater*. Sane acute. Nam Julius Pollux ii. 4. pag. 92. *ὁ δὲ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίων πατὴρ*, inquit, *τὸ μὲν ὄνομα αὐτῷ Τίμαρχος ἦν, διστοίχους εἶχεν ἄρα τοὺς ὀδόντας, τῷ Ἀριστοτέλους λόγῳ.* Verum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. aliique, *Nicoclis filius Papii*, constanter legunt.

85. Cap. lxv. *Qua vocem mittunt mares, cum vocantur ololygones*] Ita Mss. omnes. At scribendum fortassis, *quam vocant ololygonem*, vel, *cum vocant, ololygonem*, vel denique, *cum vocantur ololyzontes.* Neque enim rana mas ipsa, sed *ululatus* quem in aqua ciet, cum ad venerem fœmellam invitat, *ὀλολυγὼν* dicitur Aristoteli Histor. Animal. iv. 9. pag. 492. Æliano Hist. Anim. ix. 13. et Plutarcho de Solert. Anim. pag. 892. Defendi tamen et recepta lectio potest : nam si *ululam* Græci Latinique scriptores, a mœsto veluti ululatu, *ὀλολυγόνα* appellarunt, quidni et ranam, a simili sono, pari nomenclatione indigitarint? Id animalculo cuidam, lumbricis seu vermibus terrenis simili, nomen esse quoque testatur Hesychius, pag. 689. *Ὀλολύγων, ζωΰφιον γινόμενον ἐν ὕδασιν, ὅμοιον ἐντέρῳ.*

86. Ibid. *In æde Opis vere dicere*] Hactenus libri omnes, *in æde Opiferæ.* Quæ autem sit Opifera Dea, num Juno Sospita, num Ops ipsa, an alia quæpiam, altum apud scriptores silentium. Non enim unius modo Deæ propria hæc appellatio fuit, sed plurium, atque adeo omnium communis. Apud Gruterum, p. 41. DIANÆ OPIFER. NEMORENSI. Pag. 75. FORTVNÆ. OPIFERÆ. Verum intelleximus a Plinii librariis *fere* pro *vere* aliquoties pingi solitum, quod a nobis observatum jam antea x. 79. aliasque sæpius.

87. Cap. lxvii. *Simili modo uncos ungues*] Cur in editione Elzeviriana, contra Mss. omnium fidem, scriptorisque sententiam, scriptum sit, *dissimili modo*, nondum intelligo.

88. Cap. lxviii. *Lacunæ modo*] Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. vet. Dalec. aliique libri conditivi. Editores Pliniani, ventriculum hic describi rati, *lagenæ modo* scripserunt.

89. Cap. lxxi. *Post centesimam vicesimam sextam Olympiadem*] Sincera hæc lectio est, quam admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. Chiffl. restituimus, ita Chronologica temporum ratione exigente. Anno enim tantum postremo Olympiadis cxxvi. desitum est Pyrrhi bellum cum Romanis. In editis hactenus libris legebatur, *Post CXXIII.* pro *CXXVI.* errore, ut alias monuimus, oblato librariis ex affinitate *II.* et *V*, hoc est, earum notarum, quibus binarius numerus, quinariusque exprimitur.—' *Post centesimam vicesimam sextam, &c.*] Ita quidem codd. Verum Pliniana ratio in Olympiadibus computandis legi postulat, *Post CXXVIIII.* Itaque tres unitatis notas librarii hic omiserunt temere et imperite.' *Ed. sec.*

90. Cap. lxxii. *Pauca eum (ut dictum est) habent aquatilia. At cetera ova parientia exiguum, &c.*] Prius *ac cetera* legebatur. Verum palam est a piscium genere transferri nunc orationem ad cetera quæ ova pariunt, quibus exiguus pulmo esse dicitur, ut piscibus fere nullus. Ex Aristotele de Part. Anim. iii. 6. p. 1009. Plinii, hoc est, interpretis mentem perspeximus.

91. Cap. lxxiii. *Circa Briletum et Tharnen, et in Cherroneso*] In Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. &c. *Circa Prilietum et Tharnem et Cherroneso.* Auctor libri Mirab. Auscult. p. 1163. Theopompus apud Athen. lib. ix. p. 401. Ælianus Hist. Anim. v. 27. et xi. 40. Gellius item xvi. 15. p. 906. circa Bisaltiam, quæ vicina Thraciæ regio est, aiunt id evenire. Sed hic haud dubie legendum, *circa Brilettum et Parnetha*, uti ex Thucydide ac Pausania didicimus, qui hos esse Atticæ montes docuere. Thucydides quidem, lib. ii. p. 115. Ἄραντες ἐκ τῶν Ἀχαρνῶν, ἐδῄουν τῶν δήμων τινὰς ἄλλους, τῶν μεταξὺ Πάρνηθος καὶ Βριλήσσου ὄρους. *Motis castris ab Acharnis, nonnullos alios pagos vastarunt, qui sunt inter Parnetha et Brilessum montes.* Iterumque lib. iv. p. 317. Οἱ δὲ ἐπὶ τὸ Ὠρωποῦ· ἄλλοι δὲ πρὸς Πάρνηθα τὸ ὄρος. *Alii ad Oropum, alii ad Parnetha montem.* De Briletto Plinius ipse iv. 11. De Parnethe iterum Pausanias in Atticis, p. 31. Ὄρη δὲ, inquit, Ἀθηναίοις ἐστὶ Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι· καὶ Πάρνης, παρεχομένη θήραν συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων. *Montes sunt Atheniensibus: Pentele, ubi lapicidinæ: item Parnes, exhibens venationem suum agrestium, ursorumque.* Ibi et Jupiter Parnethius fuit, eodem teste: Καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς, κ. τ. λ.

92. Cap. lxxiv. *Capreæ, apri*] Prius *capræ* legebatur: at caprinum fel commendat ipse non semel in medicinis, lib. xxviii. ubi et de apri felle mentio. Scilicet, ut camelo, etsi fel inesse ei quidam inficias eunt, inest tamen quiddam felli quod proportione respondeat, sic apro fortassis: quamobrem tametsi de apro nihil hoc loco Philosophus dixerit, non esse solicitandam Plinii lectionem putavi: Pintiano hac parte infirmior paulo ac religiosior.

93. Ibid. *Et cervo in cauda, aut intestinis*] Nimis diffusa oratione usus, Scaligero post Dalecampium, Plinius videtur, nec satis religiose interpretis munus obiisse, qui ad universum cervorum genus transtulerit, quod de Achainis tantum appellatis Philosophus scripsit Histor. Animal. ii. 18. p. 253. Τῶν δ' ἐλάφων αἱ Ἀχαϊναὶ καλούμεναι, δοκοῦσιν ἔχειν ἐν τῇ κέρκῳ χολήν. Quod et Antigonus, Histor. 76. p. 66. repetit totidem fere verbis. Sed existimavit is nimirum gentile id loci alicujus nomen esse, non ætatis: impulsus in fraudem fortassis ab Apollonii Scholiaste, ita scribente: Ἀχαΐα ἐστὶ Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται Ἀχαϊνέαι ἔλαφοι, αἱ καὶ σπαθινέαι λέγονται. Verum nugari Grammaticulum constat ex ipso Apollonii carmine, quod interpretatur, ubi non ab ali-

cujus regionis indigenis cervo id nominis inditum, sed a venatoribus ipsis, unde unde illi fuerint, testatur: *ἢ ἐλάφοιο Γίγνεται, ἥν τ' ἀγρωσταὶ Ἀχαιΐνέην καλέουσιν.* Cervum juvenculum ea vox sonat.

94. Ibid. *Est autem fel nihil aliud quam purgamentum, pessimumque sanguinis, et ideo amarum est*] Locum hunc hactenus insigniter corruptum ita restituimus, tum ex vestigiis Reg. 1. cod. tum, quod certius haud paulo est, ex ipso Philosopho, cujus placita Plinius nunc sequitur. Is enim de Part. Animal. IV. 2. p. 1020. sanguinis purgamentum quoddam et excrementum esse pro confesso ponit: esse autem excrementum alimento contrarium, amarum dulci: sanguinem porro dulcem esse: ex quo sua felli amaritudo constat: Ἐξ *αἵματός ἐστιν ἡ χολὴ τὸ γινόμενον περίττωμα· ἐναντίον τε γὰρ τῇ τροφῇ τὸ περίττωμα βούλεται εἶναι, καὶ τῷ γλυκεῖ τὸ πικρόν· καὶ τὸ αἷμα γλυκὺ τὸ ὑγιαῖνον.* In libris hactenus excusis: *purgamentum pessimi sanguinis, et ideo in materia ejus est.* Reg. 1. *et ideo in maria est.*

95. Cap. LXXVI. *Jecur maxime vetustatis patiens, centenis durare annis, obsidionum exempla prodidere*] Sic libri omnes vulgati, a Parmensi usque editione ad hunc diem: sic Lugd. codex Ms. totidem syllabis, apicibusque. Nihil opis attulit huic loco Turnebi conjectura: nihil fortassis afferet et noster conatus. Augurabatur ille Advers. XX. 23. p. 645. legi posse, *Oxyrynchon exempla prodidere;* quoniam oxyrynchus piscis in Ægypto sit, cujus in jecore id quod Plinius narrat forsan ab otioso homine potuerit olim observari: ‘Sed istud,’ inquit, ‘mihi commentum non placet.’ Placuit nihilominus Salmasio, qui suas in Solinum Exercitationes, p. 1315. eo ditavit. In cod. Vatic. 1950. et 1952. *hoc syrio tum.* In Reg. 1. Colb. 1. 2. et Paris. *hoc sirion cum explenda prodidere.* In Reg. 2. *obsidione cum explenda prodidere.* Colb. 3. *exempla prodidere.* In tanta varietate quæ non sit hujus loci sententia, quam quæ sit, statuere magis promtum est. Fuit aliquando, cum *Assyriorum exempla* legi putarem oportere, placitumque quodpiam de jecoris vivacitate nunc a Plinio ingeri affine ei quod ex Ægyptiorum schola promtum de corde attulit cap. 70. ubi ‘id augeri per singulos annos existimasse’ dicuntur ii, ‘ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum accedere, ab eo detrahi tantundem, et ideo non vivere hominem ultra centesimum annum.’ Fuit aliquando religio a vetere scriptura vel latum unguem discedere: cumque tolerabilem eam putarem, *hoc Syrion, tum exempla prodidere,* intellectus hic ejus loci videbatur fore, tum Syrionis relatu, quisquis is demum fuerit, tum exemplis iisrem eam constare: nomenque id esset Medici alioqui obscuri, quale Syriationis, XX. 53. Fuit et cum *observantium exempla* conjicerem: quod exta forte condita capsis aruspices servarent diu, quorum contemplatione perdiscerent ea quæ de fibris auguriisque ars ea prodit. Sed aberrat longiuscule a veteris scripturæ vestigiis hæc conjectura, et aruspices si spectaret singularis hæc de jecinore observatio, annecti eam utique oportuit superiori proxime capiti, in qua aruspicum doctrinæ habita mentio: non ab ea divelli longius, nec in alienum locum reservari. Accedit eo quod quominus triplex illa nobis nimium conjectatio placeat, prohibet id quod in prioribus Notis animadvertimus, haud satis Latine *exempla prodidisse* dici videri. Quare propius vero veterique scripturæ forsan fuerit: *accretione tum explenda, prodidere;* ut sit sententia, quemadmodum augeri cor ad annum usque quinquagesimum dictum est superius, ex doctrina Ægyptiorum: ita jecinoris augmentum non ante centesimum annum

expleri, quosdam alios prodidisse. Sed angit iterum animum scrupulus, ac ne quid dissimulem, vehementer ambigo, numquid *vivacitatis eximiæ* potius jecur esse tum Plinius diceret, quam *patiens vetustatis.*—'Conjiciebat nuper quidam legi posse, *seniorum:* ac de jecore cocto vel condito Plinium agere: prorsus futili conjectura. Sinceram librorum omnium typis excusorum esse lectionem nostra probat interpretatio; quam esse verissimam Plinianæ orationis contextus docet.' *Ed. sec.*

96. Cap. lxxviii. *Ruminantibus geminus*] Vitiosam esse lectionem censuit Pintianus, et *quadrigeminus* reponendum, ex Aristotelis loco prave intellecto: atque hoc pacto errorem errore cumulavit. Neque enim Philosophus Hist. Anim. ii. 19. p. 271. quibuslibet ruminantibus quaternos assignat ventriculos, sed solum cornigeris, quadrupedibus, animal parientibus, iisdemque altera tantum maxilla dentatis. Horum si quid cui defuerit, erit illud ad aliud genus revocandum: ut cameli, lepores, aliaque.

97. Ibid. *In ceteris hillæ*] Anatomicæ rei imperitia, neglectuque Mss. codicum, factum est ut hoc loco editores Plinii *ile* scripserint, pro *hillæ*, uti exhibent Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. tum in ipso hoc contextu, tum in hujus libri indice. Inde error Rob. Stephani in Thesauro linguæ Latinæ, et aliorum. Quæ vero ilia appellentur, dictum est c. 83.

98. Cap. lxxxvi. *Feminum et brachiorum ossibus paucis exigua admodum: sed iis in tanta duritia, ut ignis elidatur velut e silice*] Sic restituimus admonitu cod. Reg. 1. aliorumque, in quibus scribitur, *Cetiis in tanta.* Hactenus editum, *cetera tanta duritia, &c.* Quod porro proxime antea legitur, *paucis exigua admodum*, legisse Albertus videtur, *porcis exigua*, de Animal. iii. 2. 7. p. 147. sed mendose, opinor.

99. Cap. lxxxviii. *Nervi orsi a corde, bubuloque etiam circumvoluti*] Num *bibulo* legi satius sit, subdubitat Hermolaus: quoniam, ut Aristot. auctor est Hist. Anim. iii. 5. p. 321. circa nervos humor est mucosus, albus, glutinosus, quo aluntur, et ex quo videntur generati. Sed lectionem jam usu receptam constabilit ejusdem Philosophi auctoritas, scribentis de Gener. Anim. v. 7. p. 1147. tauris cor esse nervosum, *οἱ ταῦροι νευρώδεις, καὶ ἡ καρδία.*

100. Cap. xc. *Et inferiore parte pinguior*] Nec Plinii mentem attigisse, nec Aristotelis verba legisse, unde excepta hæc sunt, Dalecampius videtur. Sic enim Philosophus Hist. Anim. iii. 14. p. 370. Καὶ ἐν τοῖς κάτω δὲ μορίοις, ἢ ἐν τοῖς ἄνω, παχύτερον τὸ αἷμα γίνεται καὶ μελάντερον. *Et in partibus inferioribus, quam in superioribus, sanguis fit crassior, nigriorque.* Plinius pro suo more παχύτερον *pinguius* reddidit, hoc est, crassius. Verum ἐν τοῖς κάτω μορίοις dum vertit *in inferiore parte*, non partes sanguinis emissi inter se confert, quemadmodum Dalecampius intellexit, ut sententia sit, sanguinem emissum, et vase exceptum, superne semper dilutiorem esse, inferne nigriorem, magisque concretum; hoc enim falsum est; sed comparat Philosophus partes ejusdem animalis, cujus ut inferiora quæque terrestriora sunt, sanguis eorum ejusmodi quoque debet esse, hoc est, terrestrior, crassiorque.

101. Ibid. *Timidiora, quibus minimus, aut nullus*] Tum ex Mss. fide, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. et Salmant. tum ex Philosophi loco in notis allato, ita rescripsimus, cum prius interpolata oratione legeretur, *at quibus nullus, hebetia.* Certe enim exsanguia quædam nonnullis sanguine præditis prudentiora esse, monet Arist. de Part. Anim. ii. 4. p. 483. ut formicas, apes, &c. Nisi forte hebetia dixeris, quæ nec ullius discipli-

næ capacia sunt, nec mansuetioris vitæ.

102. Cap. xciv. *Pubescit homo solus: quod nisi contigit, sterilis in gignendo est, seu masculus, seu fœmina*] Delicias facit Dalecampius, cum, hæc Plinii verba explanans, 'pubescere hominem solum in mento' dixit. Hæccine vero Plinii sententia est, qui deinde asseverat, nisi pubescat homo, sive mas fuerit, seu fœmina, infœcundum fore? Pubescere igitur etiam in mento fœminas necesse est, ut uterum ferant? At Arist. de pube hæc protulit, quæ circa τὰ αἰδοῖα nascitur, tum Hist. Anim. iii. 10. p. 345. tum vii. 1. p. 794. &c.

103. Ibid. *Congeniti autem non desinunt, sicut nec fœminis magnopere*] Hanc sane lectionem astruunt Mss. omnes, sed vitiose, ut arbitror: aut pugnantes inter se sententias, quod mihi simile veri non videtur, una eademque pagina Noster protulit: mox enim subdit, libidinosis congenitos pilos maturius defluere: defluunt, igitur, desinuntque et ceteris. Quam porro huic loco curationem adhibemus, eam eruditorum prius censuræ subjici oportere, quam in textum inseri visum est: ne non Plinium refingere, sed plane novum cudere ex arbitrio videremur. Ea est ejusmodi: *Congeniti autem non desinunt eunuchis, nec fœminis magnopere:* repetita posteriore syllaba vocis *desinunt*, quam librariorum incuria cum superiore passa sit absorberi. Audax fortassis emendatio videatur, nisi ipsius Philosophi verbis, unde hæc emanarunt, contexta ac concinnata foret: *Αἱ δ' ἐκ γενετῆς τρίχες*, inquit Histor. Animal. ix. 79. p. 1173. *οὐκ ἀπολείπουσιν· οὐδεὶς γὰρ γίνεται εὐνοῦχος φαλακρός.*

104. Ibid. *Quadrupedibus senectute crassescunt, lanæque rarescunt*] Subesse huic loco vitium Pintianus immerito suspicatur, legendumque frustra monet: *Quadrupedibus senectute crescunt lanæ, quanquam rarescunt.* Aristotelis enim summa fide Plinius sententiam repræsentat. Illius hæc verba sunt Histor. Animal. iii. 10. p. 350. *Καὶ τῶν τετραπόδων δὲ γινομένων πρεσβυτέρων, τῶν μὲν αἱ τρίχες, τῶν δὲ τὰ ἔρια βαθύτερα μὲν γίνεται· ἐλάττω δὲ τῷ πλήθει. Senescentibus quoque quadrupedibus, his quidem pili, his lana fit crassior, sed infrequentior.*

105. Cap. xcvi. *Omne autem lac igne spissatur, frigore serescit*] Ex Hermolai fabrica ea lectio est. In Parmensi olim legebatur, *Omne autem igne spissatum humore fervescit:* quod editores ex codicum Mss. vestigiis elicuerant. Nam in Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. legitur, *Omne autem igne spissaturum ore fervescit.* Verbum sane illud *serescit* haud facile eo sensu reperias apud ullos scriptores, ut in serum abire lac significet. Dum quid igitur occurrat aptius, aut Hermolai conjecturæ standum, aut scribendum fortassis: *Omne autem igne spumæ more fervescit.*

106. Cap. xcvii. *Et caprarum gregibus sua laus est, Agrigenti maxime*] Ita Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Tolet. Salmant. &c. ut merito Georgium Merulam rideat Corn. Withel, Thes. Critic. p. 589. tom. ii. cap. 2. legentem, *epityrum gregibus, &c.* cum præsertim sequatur mox, *præferendus Bithynus*, quod de epityro dici non posset. Mox vero *Agrigenti* scripsimus, eorundem fere omnium codicum admonitu et auctoritate, pro *recenti:* quod ante nos Frobenius fecit.

107. Cap. xcix. *C. Horatii ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas*] Vetus hæc omnium librorum lectio est, exhibentibus Mss. Reg. 1. 2. Colbert. 1. 2. Paris. &c. *Coraci*, pro *C. Oratii*, vel *Horatii*, nam *Ὠρατίους* sine aspiratione Græci scribunt. Hanc vocem prior Frobenius immutavit, nimium confidenter, in *M. Curiatii.*

108. Cap. cvii. *Et hirundinem*] In libris editis, *et ocen.* In Parm. *oten.*

In Reg. 1. et Paris. *et rectorem*. In aliis, *et nectorem:* unde Hermolaus, *et nycterim* legebat, quem plane confutat Pintianus. Nos *hirundinem* rescripsimus, Aristotele auctore, quem transcribere Plinius hoc loco videtur: is enim Hist. Anim. I. 2. p. 17. Σχεδὸν δὲ, inquit, *καὶ τὰ ὅμοια αὐτῶν εὔπτερα μὲν, κακόποδα δ' ἐστὶν, οἷον χελιδὼν καὶ δρεπανὶς... φαίνεται δ' ὁ μὲν ἄπους, πᾶσαν ὥραν· ἡ δὲ δρεπανὶς, ὅταν ὕσῃ τοῦ θέρους· ἄλλως δὲ καὶ σπάνιόν ἐστι τοῦτο τὸ ὄρνεον. Aliæ quidem aves apodibus similes pedum jacturam alarum compensant bonitate: talis hirundo est et drepanis... apparent autem apodes toto anni tempore. Drepanis vero æstate pluvia: alioqui rara inventu avicula.* Porro quanquam δρεπανὶς moribus, et pennis, et facie hirundini proxima ab Aristotele esse dicatur, ut tamen ripariam hirundinem esse concedam, quod Gaza et Scaliger volunt, a me certe non impetrabunt. Quorsum enim obscuro Græcæ appellationis vocabulo avem enuntiasset, quam et libro superiore, et alias passim, Latino tritoque in ore vulgi nomine indigitavit? Accedit eo quod raram inventu drepanim et ipse et Philosophus asseverat: at sunt in ripis fluminum Italiæ Galliæque, ut ut est de Græcia, hirundines ripariæ perfrequentes.

109. Cap. cxii. *Vocem non habere, nisi quæ spirent*] Hunc locum glossemate auxerunt editores, quod librorum manu exaratorum ne unus quidem agnoscit: *Vocem non habere, nisi quæ pulmonem et arterias habent, hoc est, nisi quæ spirant, &c.* Grassata eadem interpolandi libido est et paulo postea, ad ea verba, *attritu ejus sonare*, adjectis istis, *viscera sat notum est;* quæ ab omnibus absunt Mss. ut ante nos alii observarunt.

110. Cap. cxviii. *At ultra undecimum*] Locum hunc partim ex ingenii conjectura, partim ex vestigiis veterum codicum, integritati suæ restituimus. Editi hactenus libri in hunc modum: *Homini non utique septimo letalis inedia. Durasse et ultra undecimum plerosque certum est. Mori esuriendi semper inexplebili aviditate, animalium uni homini.* At R. 1. 2. aliique: *Homini non utique septimo letales inedias durasse, et ultra undecimum plerosque certum est mori esuriendi semper inexplebili aviditate animalium unicuique.*

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XII.

Arborum naturæ.

I. ANIMALIUM omnium, quæ nosci potuere, naturæ generatim membratimque ita se habent. Restant neque ipsa [1] anima carentia (quandoquidem nihil sine ea vivit) terra edita, ut inde eruta [a] dicantur, ac nullum sileatur rerum naturæ opus. Diu fuere occulta ejus beneficia, summumque munus homini datum, arbores, sylvæque intelligebantur. Hinc primum alimenta,[2] harum fronde mollior specus,[b] libro vestis.[c] Etiamnum gentes [d] sic de-

CAP. I. 1 *Restat ut neque ipsa* cod. Dalec. Mox, *terra editum, aut inde, &c.* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *alimentum*

NOTÆ

[a] *Ut inde eruta*] Ut deinde metalla dicantur, quæ sunt e terra eruta.

[b] *Mollior specus*] Tum scilicet, uti Naso cecinit Met. I. 'Cum primum subiere domos, domus antra fuerunt, Et densi frutices, et junctæ cortice virgæ.'

[c] *Libro vestis*] Ex arborum libro, inquit, seu cortice, mollior hominum in illis rerum primordiis vestis fuit.

[d] *Etiamnum gentes*] Ad rationem maxime ædium hic gentium mos spectat. Habuit nimirum Plinius ante oculos eximium Vitruvii locum II. 1. ubi multa eleganter de priscorum hominum vita, et de initiis humanita-

gunt. Quo magis ac magis admirari subit, ab iis principiis [3] [e] cædi montes in marmora, vestes ad Seras peti: unionem in Rubri maris profundo, smaragdum in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera: nimirum quoniam parum erat [4] collo crinibusque gestari, nisi infoderentur etiam corpori. Quamobrem sequi par est ordinem vitæ, et arbores ante alia dicere, ac moribus [5] [f] primordia ingerere.

II. (I.) Hæc fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia [1] rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.[g] Nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos, et in iis silentia ipsa adoramus. Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo servantur: [2] ut Jovi æsculus,[h] Apollini laurus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Quin et Sylvanos, Faunosque, et Dearum [i]



Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *melior specus* Vet. Dalec.—3 Chiffl. *admirari sub his a principiis;* cod. Dalec. *admireris ab iis principiis.* Mox, Vet. Dalec. *a Seribus peti.* Paulo post, cod. Dalec. *in R. maris profunda.*—4 Vet. Dalec. *esset;* Parm. *est.* Mox, Chiffl. *crinibus manibusque gestari.*—5 Vet. Dalec. *ac morbis;* alii Vett. ap. eundem, *ac orbis;* Dalecampius ipse legebat, *ac Deorum horum honoribus.*

CAP. II. 1 Cod. Dalec. *ut simplicia;* Parm. *simplici.*—2 Codd. Dalec. et

NOTÆ

tis atque tectorum, et incrementis eorum. Nam ut aliqua ex iis delibemus: 'Ad hunc diem,' inquit, 'nationibus exteris ex his rebus ædificia constituuntur: ut in Gallia, Hispania, Lusitania, Aquitania, scandulis robusteis, aut stramentis,' &c.

[e] *Ab iis principiis*] A cultu corporis tam simplice, ad tam luxuriosam in vestitu ædibusque lautitiam delapsos esse mores.

[f] *Ac moribus*] Atque inculcare animis legentium, qui prisci hominum mores fuerint, quibus initiis mores nostri ad hanc luxuriam venerint.

[g] *Arborem dicant*] Qui mos hodieque obtinet: nam proceras arbores, ruri præsertim, in vestibulis sacrarum ædium positas videmus.

[h] *Ut Jovi æsculus*] Lepide in eam rem Phædr. lib. III. 'Olim quas vellent esse in tutela sua Divi legerunt arbores: quercus Jovi, Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea, Pinus Cybelæ, populus celsa Herculi. Minerva admirans, quare steriles sumerent, Interrogavit: causam dixit Jupiter: Honore fructum ne videamur vendere. At me Hercules narrabit quod quis voluerit, Oliva nobis propter fructus est gratior. Tum sic Deorum genitor, atque hominum sator: O nata, merito sapiens dicere omnibus: Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.'

[i] *Et Dearum*] Dryadas, Hamadry-

genera sylvis, ac sua numina, tanquam et cœlo, attributa credimus. Arbores postea blandioribus fruge succis hominem mitigavere. Ex iis recreans membra olei liquor, viresque potus vini: tot denique sapores annui[3] sponte venientes: et mensæ (depugnetur licet earum causa cum feris, et pasti naufragorum corporibus pisces expetantur) etiamnum tamen secundæ.[j] Mille præterea sunt usus earum, sine quis vita degi non possit. Arbore sulcamus maria terrasque[4] admovemus: arbore exædificamus tecta: arbore et simulacra[5] numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum[k] cadaveri; atque ut, a Diis[6] nato jure luxuriæ, eodem ebore numinum ora spectarentur, et mensarum pedes. Produnt Alpibus coërcitas, et tum inexsuperabili munimento, Gallias, hanc primum habuisse causam superfundendi se Italiæ, quod Helico[7] ex Helvetiis civis earum,[l] fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam et uvam, oleique ac vini præmissa[8][m] remeans secum tulisset. Quapropter hæc vel bello quæsisse venia sit.

Chiffl. *perpetue servantur.*—3 Chiffl. *sapores anni.* Et sic legit Nic. Heinsius in Advers. III. 3. p. 423. Mox, pro *earum,* Dalecampius in margine annotavit, *epularum,* vel *ciborum.*—4 Nic. Heinsius in Advers. I. 14. p. 146. legit, *terrisque.*—5 Ita codd. Regg. Brot. Lang. et Editio princeps. Editiones recentt. ante Brotier, *Ex arbore et simulacra.*—6 Ita codd. Regg. Brot. Ambosian. et Editio princeps. Editiones aliæ ante Brotier, *antequam ut, a Diis.* Mox, *hominum ora* Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Elico* Gronov. et edd. vett.—8 Margo Ed. Dalec. '*præmia. primitius* Cœlius lib. III. *promissa* Vet. *promisso* Chiffl.'

NOTÆ

adasque intelligit, quas Semideas appellat Ovid. Heriod. Epist. IV. 49. 'Aut quas semideæ Dryades, Faunique bicornes,' &c.

[j] *Secundæ*] Arbores, inquit, mensas etiamnum secundas subministrant: poma nimirum: quæ mensis, ut vocat Horat. IV. Od. 5. alteris ponebantur. Hinc illud ejusdem vatis I. Sat. 3. 7. 'ab ovo,' quod erat cœnæ initium, 'usque ad mala,' qui cœnæ finis.

[k] *Belluarum*] Elephantorum ebori.

[l] *Civis earum*] Helvetiarum scilicet.

[m] *Præmissa*] Ita libri omnes. Diligentem exquisiti olei ac vini delectum ea vox significare mihi videtur: etsi aliter forte Rhodigino visum VI. 6. Hujus porro commenti Livius auctor est, lib. V. ubi Gallorum gentem ex vulgi fama tradit, dulcedine frugum, maximeque vini nova tum voluptate captam, Alpes transisse, &c.

III. Sed quis non jure miretur, arborem umbræ gratia [n] tantum ex alieno petitam orbe? Platanus [o] hæc est, mare[1] Ionium in Diomedis insulam ejusdem tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ, et jam ad Morinos usque pervecta, ac tributarium etiam detinens solum,[2] [p] ut gentes vectigal et pro umbra [q] pendant. Dionysius prior,[r] Siciliæ tyrannus, regiam in urbem [3] transtulit eas, domus suæ miraculum, ubi postea factum gymnasium: [s] nec potuisse in amplitudinem adolescere, ut alias [4] fuisse [t] in Italia, ac nominatim Hispania,[5] apud auctores invenitur.



CAP. III. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ea est. Hæc per mare* Vet. Dalec. *est* non legitur in cod. Dalec. *hæc est mare Ionium Diomedis insula tenus ejusdem* Chiffl. *hæc est per mare, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. Cujac. et Chiffl. *ad tributum pertinens soli* Dalec. *ad tributarium etiam pertinens solum* Gronov. et al. ante Harduin.—3 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps. In cod. Reg. 1. *regium in urbem.* Inde, et ex prava Theophrasti Hist. Plant. IV. 7. interpretatione Latina, male emendatum, *Rhegium in urbem.* Regia Dionysii domus fuit Syracusis.' *Brotier. Rhegium in urbem* vulgg. ante Brotier: '*in urbem:* glossema hoc indicat Fulv. Ursin. App. ad Ciac. pag. 99.' *Dalec.* Mox, *domui suæ umbraculum, quæ nunc in gymnasio stant* margo edd. Dalec. et Gronov. Vid. Theophr. Hist. Plant. IV. 7.—4 'Ita codd. Regg. et Lang. In libris editis, *et alias. Alias* autem intelligo alius generis.' *Brotier. ut alias* etiam cod. Dalec. *aut alias* Parm. et Chiffl. *raras* Ursin. l. l. *et alias* edd. ante Brotier.—5 Ursin. *in Adria.*

NOTÆ

[n] *Umbræ gratia*] Ex qua fructus alius, præterquam umbræ, percipi nullus possit.

[o] *Platanus*] Gallis, *Plane.*—'Ionium mare appellat, ut III. 14. quod Italiam ab Apulia usque in Pachynum Siciliæ promontorium circumcingit. De hoc mari Ionio Virgil. Georg. II. 108. 'Nosse quot Ionii veniant ad littora fluctus.' Non ab Ionibus tamen nomen habet, quippe qui hinc procul absunt, et sui nominis penultimam producunt, Ἴωνες.' *Ed. sec.*

[p] *Detinens solum*] Ita Mss. non *pertinens.* Inter sylvas suas Morini platanonas habebant, pro quibus vectigal populo Rom. pendebant. Solarium id vectigalis genus Pandectæ vocant, quod pro solo penditur.

[q] *Et pro umbra*] Pro arboribus alioqui infrugiferis, ac solius umbræ beneficio commendandis, pro qua etiam vectigal pendere gentes cogerentur. Hunc locum Cujacius in Observ. præpostera interpretatione corrumpit.

[r] *Dionysius prior*] Hoc est, *senior*, ὁ πρεσβύτερος. Hæc totidem fere verbis Theophr. Hist. Plant. IV. 7.

[s] *Gymnasium*] Sic Theophr. loc. cit. ἐν τῷ παραδείσῳ, αἵ εἰσι νῦν ἐν τῷ

IV. Hoc actum circa captæ [1] Urbis [u] ætatem: tantumque postea honoris increvit, ut mero infuso [v] enutriantur: compertum id maxime prodesse radicibus: docuimusque etiam arbores vina potare.

V. Celebratæ sunt primum in ambulatione Academiæ [1] [a] Athenis cubitorum XXX. III.[2] a radice [b] ramos antecedente. Nunc est clara in Lycia [3] [c] gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita, domicilii modo, cava octoginta atque unius pedum specu, nemorosa vertice, et se vastis



CAP. IV. 1 *Capuæ* cod. Dalec.

CAP. V. 1 *Academia* Chiffl. *Lycæi* Ursin. ad Var. de Re Rust. pag. 47.—2 Ita codd. Harduini et Ursin. l. l. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *XXX.* cod. Dalec. *XXXI.* Chiffl. *XXX. et unius* codex ap. Laet. *XXVI. unius radice, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. Mox *agente* pro *antecedente* Ursin. l. l.—3 *Lycio* quidam ap. Dalec. *Lydia* Dalec. Mox, *numerosa vertice* cod. Dalec. *nemoroso vertice* Gronov. et al. ante Harduin. Paulo post,

NOTÆ

γυμνασίῳ. Successit igitur hortis gymnasium, sive palæstra, ubi athletæ exercebantur.

[t] *Ut [et] alias fuisse*] Vide Notas et Emend. num. 1.

[u] *Captæ Urbis*] Romæ a Gallis captæ, anno U. C. CCCLXIV. Vide Notas et Emend. num. 2.

[v] *Ut mero infuso*] Macrob. Saturn. II. 9. p. 353. 'Hortensius platanos suas vino irrigare consuevit: adeo ut in actione quadam, quam habuit cum Cicerone susceptam, precario a Tullio postulasset, ut locum dicendi permutaret secum: abire enim in villam necessario se velle, ut vinum platano, quam in Tusculano posuerat, ipse suffunderet.' Martial. IX. 11. 'Crevit et affuso latior umbra mero.' Elegans de eodem argumento Epigramma Philippi, in Anthol. Græca I. 59. quod Grotius ita transtulit, in Ms. codice, quem Bibliotheca nostra Parisiensis servat: 'Frondiferam platanum me de radice revulsam Straverat insani vis truculenta Noti. Lota resurrexi Bromio: mihi scilicet æstu Imber is, et bruma gratior imbre Jovis. Sic mihi vita redux: aliorum corpora flectit Evius: at nostrum rectius esse dedit.'

[a] *Academiæ*] Hoc est, in Lyceo. Quanquam enim, ut Cicero ait, Acad. Quæst. I. 17. 'qui erant cum Aristotele Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo: illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium,' &c. tamen et ipsum Lyceum, institutumque Aristotelis Academiæ nomine fruebatur: unde et idem Tullius de Fin. V. 7. 'Aristoteles,' inquit, 'in Academia vetere numeratur.' Vide Notas et Emend. num. 3.

[b] *A radice*] Ita Mss. omnes, Reg. Colbert. Paris. &c. Sententia est, non tam patulis hanc platanum diffusam ramis, quam radicibus, fuisse.

[c] *In Lycia*] Ita libri omnes. Diversa hæc a Lydiaca platano, quam monili aureo Xerxes donavit, ut refert Ælian. Var. Hist. II. 14.

protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinet[4] umbris: ac ne quid desit speluncæ imagini, saxeæ[5] intus crepidinis corona muscosos complexa pumices: tam digna miraculo, ut Licinius Mucianus[d] ter consul, et nuper provinciæ ejus legatus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intra eam se cum duodevicesimo comite: large ipsa toros præbente fronde,[6] ab omni afflatu securum, optantem[e] imbrium per folia crepitus, lætiorem, quam marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. Aliud exemplum Caii[f] principis, in Veliterno rure mirati unius tabulata,[g] laxeque[7] ramorum trabibus scamna patula, et in ea epulati, cum ipse pars esset umbræ,[h] quindecim convivarum ac ministerii capace triclinio, quam cœnam appellavit ille nidum.[i] Est Gortynæ in insula

cod. Dalec. *ramorum arboribus instat. agros.*—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *obtinens* Gronov. et al. ante Harduinum.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *saxea* Gronov. et edd. vett. *saxa intus: crep. et cor. musc. compl. pumices stat digna miraculo. Licinius* cod. Dalec. *pumices extat* Parm. *ut Lucinius* Gronov. et al.—6 Cod. Dalec. *toris præbente frondes.* Mox, Chiffl. *lætioremque marmorum.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *laxæque* cod. Dalec. *laxisque* Gronov. et al.

NOTÆ

[d] '*Licinius Mucianus*] Ex gente Licinia; ex qua fuere Licinius Crassus, Licinius Nerva Augustus, Licinii Valerianus et Gallienus, Licinianus Licinius Augustus, cum filio Cæsare, &c. Est in Cimelio Comitis de Pembrok in Anglia, nummus Othonis Augusti æreus, cum eadem epigraphe, quæ in nummo Galbæ legitur, in parte aversa, ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΖΙΡ. *Sub Muciano nummus Antiochensium, anno CXVII.* æræ Cæsarianæ, currente ab autumno anni Christi LXVIII. Ex quo manifeste intelligitur, a legato, sive Duce, et Consulari Muciano, atque ab Antiochensibus æque agnitum Imperatorem fuisse Othonem, atque Galbam.' *Ed. sec.*

[e] *Optantem*] Cave credas Pintiano legenti, *captantem.* Captatur ille crepitus auribus, si quidem adsit: si non adsit, optatur.

[f] *Caii*] Caligulæ.

[g] *Unius tabulata*] Unius platani ramos late diffusos, tabulatorum instar, et scamnorum.

[h] *Pars esset umbræ*] Sic libri omnes: etsi Pintianus malit, *cum impar is esset umbræ.* Sententia est, Caium Caligulam obesitate corporis maximam umbræ, quam platanus efficeret, partem occupasse: nihilominus XV. convivas, cum ministris ac servis, sub eadem umbra latuisse.

[i] *Nidum*] Quam festiva translatione Virgilius Georg. II. 209. arbores appellat antiquas avium domos: tam

Creta juxta fontem platanus una, insignis utriusque linguæ [j] monumentis, nunquam folia dimittens: statimque ei Græciæ fabulositas [k] superfuit,[8] Jovem sub ea [l] cum Europa concubuisse: ceu vero non alia ejusdem generis [9] esset in Cypro.[m] Sed ex ea [n] primum in ipsa Creta (ut est natura hominum novitatis avida) platani satæ regeneravere vitium:[10] quandoquidem commendatio arboris ejus non alia major est, quam Solem æstate arcere, hyeme admittere. Inde in Italiam quoque ac suburbana sua, Claudio principe, Marcelli [o] Æsernini [11] libertus, sed qui se potentiæ causa Cæsaris libertis adoptasset, spado Thessalicus prædives, ut merito [12] dici posset is quoque Dionysius,[p] trans-

ante Harduinum. Mox, Dalec. *et in ea epulati, circum sparsa ipsius umbra.*—8 Cod. Dalec. *superfluit.*—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *seu v. n. a. ejus generis* Gronov.—10 Cod. Dalec. *in ipsa crevit. Nat. hom. nov. avida platanis adjecit genera vitium.*—11 Ita codd. Libri editi, *Esernini.* Mox *sed* deest in cod. Dalec.—12 Ita codd. Regg. Brott. et Editio princeps. Ita quoque correxit Joan. Laet in Var. Lectt. in ed. Elz. *et merito* vulgg.

NOTÆ

lepide Caius hominum nidum istud, quod platanus præbuit, triclinium vocat.

[j] *Utriusque linguæ*] Nam de ea Græce Theophrastus Hist. Plantar. I. 15. ex eoque Latine Varro de Re Rust. I. 7. p. 51.

[k] *Græciæ fabulositas*] Plinius ipse initio libri quarti, de tertio Europæ sinu: 'Omnis Græciæ fabulositas, sicut et literarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit.'

[l] *Jovem sub ea*] Theophr. loc. cit. ἐπὶ ταύτῃ, ubi ἐπὶ ἀντὶ τοῦ ὑπὸ dictum: etsi arbori insidere ipsi Europa videtur in nummo ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ, apud Ant. August. Dial. 3. pag. 85.

[m] *In Cypro*] Varro, et Theophrast. locis citatis, similem extitisse et in Cypro platanum pariter prodiderunt.

[n] *Sed ex ea*] Ex Gortynensi platano aliæ deinceps satæ, non eandem retinuere dotem, ut nunquam folia dimitterent: quæ laus illius propria et peculiaris fuit: sed nativum retulere arboris ejus seu vitium seu ingenium: ut quemadmodum opacitate frondium æstate solem arcerent, sic hyeme foliorum amissione totum admitterent.

[o] *Marcelli*] Is est Marcellus Æserninus, quem Cn. Piso cædis Germanici accusatus, patronum petiit, ut scribit Tacitus Annal. III. Tiberii principatu vixit: filius fuit Claudii Marcelli Æsernini, qui cum L. Arruntio Consulatum gessit, anno U. C. DCCXXXII.

[p] *Dici posset . . . Dionysius*] Cujus factum imitatus esset, de quo dictum est, cap. 3. Forte satius, *ut merito dici posset.*

tulit id genus.[q] Durantque etiam in Italia [13] portenta terrarum, præter illa scilicet, quæ ipsa excogitavit Italia.

VI. (II.) Namque et chamæplatani [r] vocantur coactæ brevitatis: quoniam arborum etiam abortus [s] invenimus. Hoc quoque ergo [1] in genere, pumilionum infelicitas dicta erit. Fit autem et serendi genere, et recidendi. Primus C. Matius [2] [t] ex equestri ordine, divi Augusti amicus, invenit nemora tonsilia intra hos LXXX.[u] annos.[3]

VII. (III.) Peregrinæ [a] et cerasi,[1] Persicæque, et omnes quarum Græca nomina aut aliena : sed quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter frugiferas. In præsentia externas [2] persequemur, a salutari maxime orsi. Malus Assyria,[b] quam alii [3] vocant Medicam, venenis [c] medetur. Folium ejus est unedonis,[d] intercurrentibus spi-

ante Brotier. Mox, *translulit ingeniis* cod. Dalec.—13 Chiffl. *et in Italia.*

CAP. VI. 1 *Hæc ergo* cod. Dalec. Mox, *infelicitas exit* cod. Dalec.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Cn. Malius* Chiffl. *Cn. Matius* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Cod. Dalec. XXX. *annos.*

CAP. VII. 1 *Peregrinæ cerasi*, omisso *et*, cod. Dalec. Mox, in eodem codice et Chiffl. *ex incolarum nomine.*—2 *In p. externa* cod. Dalec.—3 Cod. Da-

NOTÆ

[q] *Id genus*] Platani Gortynensis.

[r] *Chamæplatani*] Nostris, *des planes nains.*

[s] *Arborum . . . abortus*] 'Abortus dicitur,' inquit Festus, 'quod non sit tempestive ortus.' Nunc Plinius *abortum* vocat, quod infeliciter nec justa mensura ortum est: sed pumilionum brevitate.

[t] *C. Matius*] Augusto carum hunc fuisse Tacitus innuit, Annal. XII. pag. 191. Libros tres edidisse, quos inscripsit nominibus coci, cetarii, et salgamarii, auctor est Colum. XII. 44. pag. 448. Alius videtur a C. Matio, quem inter Julii Cæsaris Dictatoris amicos refert Sueton. in ejus vita, cap. 52.

[u] *Intra hos LXXX.*] Circa annum U. C. DCCL. qui ante Christum natum fere tertius, ex æra vulgari.—'Qui ante Christum natum fere quartus.' *Ed. sec.*

[a] *Peregrinæ*] E peregrinis primum terris advectæ. In Mss. Reg. 1. 2. *cerasæ.* In Colbert. 2. *cerasea*, forte pro *cerasiæ*: nam Græcis et ὁ κέρασος et ἡ κερασία arbos vocatur. De cerasis dicetur XV. 30. De Persicis eodem libro, cap. 13. Nam et eæ cœli jam sunt hujus incolæ, solique nostri.

[b] *Malus Assyria*] Nostris, *un Citronnier*: Galeno lib. VII. de fac. simp. med. pag. 209. Μηλέα Μηδική.

[c] *Venenis*] Vide quæ dicturi sumus XXIII. 55.

[d] *Unedonis*] Id arboris genus est,

nis. Pomum ipsum[e] alias non manditur: odore præcellit foliorum quoque, qui transit in vestes una conditus, arcetque animalium noxia.[4] [f] Arbor ipsa[g] omnibus horis[h] pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero subnascentibus. Tentavere gentes transferre ad sese propter remedii præstantiam fictilibus in vasis, dato per cavernas[i] radicibus[5] spiramento: qualiter omnia transitura longius seri arctissime transferrique meminisse conveniet, ut semel quæque dicantur. Sed nisi apud Medos,[j] et



lec. *quam alias*. Idem codex mox, *Veneri* pro *venenis*.—4 Dalec. *noxas*.—

NOTÆ

quod nostri vocant, *un arbouzier:* cui folia lauri simillima. Unde et ipsius Assyriæ mali folia cum laurinis confert Athenæus ex Theophr. lib. III. pag. 83. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης, κ. τ. λ. Virgilius quoque, Georg. II. 131. 'Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro: Et si non alium late jactaret odorem, Laurus erat.' Apud Theophr. Hist. Plantar. IV. 4. non δάφνης, sed ἀδράχνης, librariorum incuria legitur. Solinus Plinium transcribit, cap. 46. pag. 75.

[e] *Pomum ipsum*] Quod κίτριον Græcis dicitur, teste Galeno loc. cit. 'Citreum malum' ipsi Plin. XV. 14. nostris, *un citron*. Accepit hæc Plinius a Theophr. loc. cit. Accepit et Athenæus lib. III. pag. 83. ubi adjungit avorum suorum memoria edi cœptum esse citrium malum, cum ad illa usque tempora nemo inter esculenta habuisset.

[f] *Noxia*] Hoc est, ut recte Oppius apud Macrob. Saturn. II. 15. pag. 375. interjectum vesti tineas necat. Theophr. et Athen. loc. cit. ἱμάτια ἄκοπα διατηρεῖ, *vestes servat illæsas*. Diosc. loc. cit. ἄβρωτα ab erosionis vitio vindicat. Hinc apud Nævium poëtam, teste Macrobio, 'citrosa vestis.'

[g] *Arbor ipsa*] Solinus, aliique modo citati.

[h] *Omnibus horis*] Hoc est, quocumque anni tempore. Theophr. πᾶσαν ὥραν. Diosc. δι' ὅλου τοῦ ἔτους. Eleganter Palladius lib. IV. in Martio, tit. 10. cap. de citreo, pag. 95. 'Asserit Gargilius Martialis,' inquit, 'apud Assyrios pomis hanc arborem non carere: quod ego in Sardinia et in territorio Neapolitano in fundis meis comperi; quibus solum et cœlum tepidum est, et humor exundans: per gradus quosdam sibi semper poma succedere, cùm maturis se acerba substituant, acerborum vero ætatem florentia consequantur: orbem quendam continuæ fœcunditatis sibi ministrante natura.' Plinius 'omnes horas' more Græco dixit: nam 'annalia tempora,' inquit Cælius Aurel. III. 8. fol. 274. b. hoc est, ver, æstatem, autumnum, atque hyemem, 'Græci 'horas' appellant.' Plinius ipse, IX. 54. 'genitalis anni horam' pro verna tempestate dixit.

[i] *Per cavernas*] Per vasorum foramina. Breviter Theophr. εἰς ὄστρακα διατετρημένα, *in vasis perforatis*.

[j] *Nisi apud Medos*] Solin. loc. cit. At Palladii postmodum diligentia in

in Perside, nasci noluit. Hæc est autem, cujus grana [6] Parthorum proceres incoquere diximus [k] esculentis, commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis.

VIII. (IV.) Lanigeras Serum in mentione gentis ejus narravimus: [1] item Indiæ [1] [m] arborum magnitudinem. Unam e peculiaribus Indiæ Virgilius [2] [n] celebravit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus [o] eam Æthiopiæ intelligi maluit, in tributi vicem [3] regibus Persidis e materie ejus centenas [p] phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas, cum auro et ebore, prodendo. Non omittendum id quoque: vicenos [q] dentes elephantorum grandes, quoniam ita significavit, Æthiopas ea de causa [4] pendere solitos. Tanta ebori [5] auctoritas erat, Urbis nostræ [r] trecentesimo decimo anno: tunc enim auctor ille his-

5 Cod. Dalec. *radicitus.*—6 *Hæc est cujus grana* cod. Dalec. *Hæc est a. c. corticem* Dalec.

Cap. VIII. 1 Gronov. *narravimus.* Cap. IV. *Item Indiæ.*—2 Cod. Dalec. *unamque peculiarius Virgilius.*—3 Cod. Dalec. *maluit, tributi vice.*—4 Ita codd. Regg. et Editio princeps. *eadem causa* ceteræ edd. ante Brotier.—5 *Tanta*

NOTÆ

Italia arbos ea convaluit, atque alio inde propagata.

[k] *Incoquere diximus*] Libro sup. cap. 15. Hæc pariter ex Theophr. Plinius, et Athen. lib. III. pag. 84. Virgilius quoque, Georg. II. 134. 'Animas et olentia Medi Ora fovent illo.'

[l] *Narravimus*] Lib. VI. cap. 20.

[m] *Item Indiæ*] Lib. VII. cap. 2.

[n] *Virgilius*] Georg. II. 116. 'Sola India nigrum Fert ebenum.' Adde Solin. cap. 52. pag. 81.

[o] *Herodotus*] Lib. III. n. 97. pag. 201. Subscribit Diosc. I. 129. ubi Æthiopicam nigramque ebenum inprimis commendat: *Ἔβενος κρατίστη ἡ Αἰθιοπικὴ καὶ μέλαινα.* Lucanus quoque X. 117. 'Ebenus Meroëtica vastos Non operit postes.' Ubi 'Mareotica' in libris vulgatis perperam legitur. Nam idem vs. 303. 'Ambitur nigris Meroë fœcunda colonis, Læta comis ebeni.' Sed ab iis propterea Virgilius non discedit, qui omnem Æthiopiæ plagam Indiæ nomine complectitur.

[p] *Centenas*] Herod. loc. cit. ducentas, *διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου, fasces ebeni ducentos.* De hac voce *phalangas* egimus, VII. 57. p. 1425.

[q] *Vicenos*] Herod. *ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι.*

[r] *Urbis nostræ*] Cum annum ætatis XL. Herodotus ageret, Olympiadis LXXXIV. anno 1. ex P. Petav. lib. XIII. de Doctr. Temp. pag. 574. De tempore tamen conditæ ab Herodoto

toriam eam condidit Thuriis in Italia. Quo magis mirum est, quod eidem credimus,[s] qui Padum amnem vidisset,[6] neminem ad id tempus Asiæ Græciæque, aut sibi cognitum. Æthiopiæ forma,[t] ut diximus,[u] nuper allata Neroni principi, raram arborem Meroën[7] usque a Syene fine imperii, per DCCCXCVI.[v] M. passuum,[8] nullamque nisi palmarum[9] [w] generis esse docuit. Ideo fortassis in tributi[10] auctoritate tertia res[x] fuerit ebenus.

IX. Romæ[a] eam[1] Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico ostendit. Accendi Fabianus[2] negat:[b] uritur tamen odore jucundo. Duo genera[c] ejus: rarum id, quod melius, arboreum, trunco enodi,[d] materie[3] nigri splendoris,



eborea cod. Dalec.—6 Cod. ap. Laet. *qui Padum amnem non vidisset.* Consule Herod. lib. III. Mox, pro *neminem,* Laet. conj. *nemini.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *arborem ebenum Meroën* Gronov. et edd. vett.—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *per nongenta XCVI. M. passuum* Gronov. et al. ante Harduin.—9 Ita codd. Regg. Brott. Chiffl. et Editio princeps. Al. ante Brotier. *nullamque aliam nisi palmarum;* vel, *nullamque aliamque, &c.*—10 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tributorum* Gronov. et edd. vett.

CAP. IX. 1 *Romæ etiam* cod. Dalec.—2 *Accendi eam Fabianus* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et enodi materia.* Codex Salmasii, *arbore mire enodi, &c.*

NOTÆ

historiæ dissentit a Plinio Lucianus in Herodoto: ab utroque Suidas, et Eusebius in Chron.

[s] *Eidem credimus*] Lib. III. num. 115. pag. 206.

[t] *Æthiopiæ forma*] Quam nos Græco nomine Geographicam sive Chorographicam delineationem vocamus: et historicam narrationem rerum in ea regione singularium.

[u] *Ut diximus*] Lib. VI. cap. 35.

[v] *DCCCXCVI.*] Sic Mss. Reg. Colb. et Paris. Tamen VI. 35. spatium id ex ipso Neronis exploratum relatu, DCCCLXXIII. mill. passuum esse pronuntiavit.

[w] *Nisi palmarum*] Nec fuit igitur e palmarum genere ebenus, neque ex eo verius quod apud nos pro ebeno venditur: sed Gaiaci potius Indorum genus, quale a Dalecampio describitur Hist. Plant. II. 20. pag. 166. non quod Italis *Egano* et *Giegano* dicitur, etsi aliter visum Aloysio Anguill. de Simp. part. IV. pag. 86.

[x] *Tertia res*] Quoniam, ut dictum est, cum auro et ebore, Persicis regibus ebenum Æthiopes pensitarent.

[a] *Romæ*] Solin. cap. 52. p. 82.

[b] *Fabianus negat*] Affirmat Diosc. I. 129. 'Recens,' inquit, 'ebenus igni admota, ob pinguitudinem accenditur: (διὰ τὴν λιπαρίαν ἀνάπτεται·) vetus prunis imposita, cum odore jucundo et citra fumum.'

[c] *Duo genera*] Hæc accepta a Theophr. Hist. Plant. IV. 5.

ac vel sine arte[e] protinus jucundi: alterum[f] fruticosum cytisi modo, et tota India dispersum est.

X. (V.) Ibi[g] et spina[1] similis, sed deprehensa vel lucernis, igni protinus transiliente. Nunc eas exponam, quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto.

XI. Ficus ibi[h] exilia[1] poma habet. Ipsa se[i] semper serens, vastis diffunditur ramis: quorum imi adeo in terram curvantur, ut annuo spatio infigantur, novamque sibi propaginem faciant circa parentem in orbem,[2] quodam opere topiario. Intra sepem eam æstivant pastores, opacam pariter et munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculve, fornicato ambitu. Superiores ejusdem[3] rami in excelsum emicant, sylvosa multitudine, vasto matris corpore,[j] ut LX. passus plerique[k] orbe colligant, um-

Cap. X. 1 'Ita codd. Reg. et Editio princeps. In recentioribus, *Est ibi et spina.* At non disjungendum a superiore verbo, *dispersum est.*' Brotier. *dispersum.* Cap. v. *Ibi, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *dispersum.* Cap. X. *Est ibi, &c.* codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, quidam ap. Dalec. *humilis, candida, lucernis usu deprehensa;* al. ibid. *lucernarum usu;* al. ibid. *spina humi sedet, &c.* Deinde codex Dalecampii, *igni protinus fusi transiliente.*

Cap. XI. 1 *Ficus ibi eximia* Chiffl. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *poma semper ferens vastis diffunditur ramis, quorum pondera, &c.*—2 Cod. Dalec. *in orbes.*—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ejus* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *pleraque* Gronov. *plerumque in orbem colligant, umbram vero bino stadio pariant* cod.

NOTÆ

[d] *Trunco enodi*] Et qui sit venarum pectinumque expers, ac lævore similis cornui elaborato, μὴ ἔχουσα κτηδόνας, ἐμφερὴς κέρατι εἰργασμένῳ τῇ λειότητι, inquit Diosc. loc. cit.

[e] *Vel sine arte*] Theophr. *sine ætate:* commendat enim eam inprimis, quæ quem habet colorem, eum non decursu temporis acquirit, sed statim ac cæsa est, a natura habet.

[f] *Alterum*] Rectius id Plinius, quam Theophrastus, qui de utroque ebeni genere pronuntiat, ἔστι δὲ τὸ δένδρον θαμνῶδες, ὥσπερ ὁ κύτισος. Fruticosum dicitur, quod multos habet a radice fruticantes ramos.

[g] *Ibi*] In India. Hujus libri, ac loci index, 'Spina Indica.' Hanc similem ebeno, atque ad lucernarum lumen translucentem Plinius facit.

[h] *Ficus ibi*] In India. Vide Notas et Emend. num. 4.

[i] *Ipsa se*] Quæ hoc cap. continentur, summa fide Plinius ex Theophrasto transtulit Hist. Plant. I. 12. maxime vero IV. 5. Hujus Indicæ ficus iconem Clusius exhibet Exotic. I. 1. pag. 2. Est et in Eystettensi horto.

[j] *Matris corpore*] Stirpis, truncive.

bra vero bina stadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem[l] Amazonicæ habet: hac causa[4] fructum integens, crescere prohibet. Rarusque est, nec fabæ[m] magnitudinem excedens: sed per folia Solibus coctus prædulci sapore, dignus miraculo arboris: gignitur circa Acesinen[n] maxime amnem.

XII. (VI.) Major alia:[o] pomo et suavitate præcellentior, quo sapientes[p] Indorum vivunt. Folium alas avium[q] imitatur, longitudine trium cubitorum,[r] latitudine duum.



Dalec. Dalecampius legit, *binis stadiis.*—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque legit Dalecampius. *Ea causa* Gronov. et al. ante Harduin. *hæc causa* codex Dalec.

NOTÆ

Sic Virgil. Georg. II. 23. 'Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum,' &c.

[k] *Ut LX. pass. plerique*] Rami scilicet in orbem fusi. Ita Mss. omnes, Reg. Colb. &c. Credibilius id nimirum, quam quod Theophrastus ait loc. cit. vel unius caudicis crassitudinem LX. sæpissime, XL. crebrius passus æquare: Καὶ τὸ πάχος τοῦ στελέχους ἔνια πλειόνων ἢ ἑξήκοντα βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ τετταράκοντα. Quanquam non sum nescius et pedem βῆμα significare: unde apud Hesych. Βηματίζειν, τὸ τοῖς ποσὶ μετρεῖν.

[l] *Peltæ effigiem*] Et magnitudinem. Theophr. loc. cit. τὸ δέ γε φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης. Addit Plinius, 'Αμαζονικῆς. Pelta porro Thracum propria fuit. Amazonica peculiarem formam habuit, qualem diximus III. 6. Scutum id erat, Lunæ æqua portione divisæ, sive jam semiplenæ, ut aiunt, imaginem referens. Pelta proprie clypeus, scutum umbone carens. Hesych. et Suidas: Πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα.

[m] *Nec fabæ*] Theophr. Καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν, ἡλίκον ἐρέβινθος. *Fructum fert admodum exiguum, magnitudine ciceris.* Nempe eadem fabæ veterum, ut suo loco dicturi sumus, quæ ciceri, rotunditas fuit.

[n] *Circa Acesinen*] Theophr. περὶ τὸν 'Ακεσίνην, quo de amne dictum est VI. 23.

[o] *Major alia*] Hæc rursum idem Theophr. totidem verbis, Hist. Plant. IV. 5.

[p] *Sapientes*] Gymnosophistæ scilicet.

[q] *Alas avium*] Theophr. hanc arborem, cujus folium alas avium imitatur, ab ea, qua sapientes Indorum vivunt, diversam facit. Verba scriptoris Græci sunt ista: Καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν 'Ινδῶν οἱ σόφοι . . . "Ετερον δὲ, οὗ τὸ φύλλον τὴν μὲν μορφὴν πρόμηκες, τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοιον ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη. Et Græcis quidem στρουθὸς avis quælibet dicitur: sed Attici τὴν στρουθὸν struthocamelum solent appellare, ut ex Hesychio liquet. Et sic accepisse Theophrastum apposita nota demonstrat, cum ait galeis imponi ea folia.

[r] *Trium cubit.*] Theophr. duum tantum, μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον. At vide-

Fructum cortice[s] mittit, admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen palæ,[t] pomo arienæ. Plurima est in Sydracis,[u] expeditionum Alexandri termino. Est et alia[v] similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum[w] valetudini infesta.[x] Edixerat[y] Alexander, ne quis agminis sui id pomum attingeret.[1]

XIII. Genera[a] arborum Macedones narravere, majore ex parte[1] sine nominibus. Est et terebintho similis cetera, pomo amygdalis, minore[2] tantum magnitudine, præcipuæ suavitatis. In Bactris[b] utique hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potius, quam similem ei, putaverunt. Sed unde[c] vestes lineas faciunt, foliis moro similis, calyce pomi,[3] [d] cynorrhodo. Serunt eam in campis, nec est gratior villarum[4] prospectus.[e]

Cap. xii. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. *vivunt. Fructum cortice, &c. Alexandri termino. Est et alia similis huic, &c. pomum attingeret. Est et alia cujus folium alas avium, &c. duum. Genera arborum.* Pro *duum* cod. Dalec. habet *duorum.* Pro *mittit,* quod exhibent codd. Dalec. et Chiffl. *emittit* legitur in Gronov. et al. ante Harduin.

Cap. xiii. 1 Cod. Dalec. *ex parte majore.*—2 Vet. Dalec. *sed minor.* Mox, *magnitudine* non legitur in uno cod. ap. Dalec. Deinde, alius codex ap. eundem habet, *suavitatis in Bactris utique. Hanc, &c.*—3 Parm. *calyce bombycino.*—4 Gronov. et al. ante Harduin. *ullarum.*

NOTÆ

tur mutilus Theophrasti locus, quem Plinius integrum reddit.

[s] *Fructum cortice*] Ex ipso caudicis cortice fructus enascitur.

[t] *Palæ*] Aliunde hæc nomina Plinius, quam ex Theophrasto hausit. Arbori nomen esse *Tala,* ait Arrianus in Indicis, pag. 522. Clusius hanc Muzam esse existimat, Hist. Plant. ii. 10. pag. 229. cujus iconem apud Matthiolum vide in Diosc. lib. i. pag. 223. et 224.

[u] *Sydracis*] Ita libri omnes. Hos Syndracos idem appellat vi. 25.

[v] *Est et alia*] Ex Theophr. iterum Hist. iv. 5.

[w] *Interaneorum*] Ventris et intestinorum: ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ποιεῖ, καὶ δυσεντερίαν, inquit Theophr. *morsus in alvo facit, et dysenteriam.* Haud frustra sunt, qui Tamarindorum arborem hanc esse augurantur: nam et hujus dactyli alvum cient, teste Matthiolo in Diosc. lib. i. pag. 220.

[x] *Infesta*] Ita libri omnes: non *infesto,* ut vult Gronovius. Eodem pomo dulcis arbos, eodem infesta valetudini.

[y] *Edixerat*] Theophr. loc. cit.

[a] *Genera*] Sic rursum Theophr. Hist. iv. 5.

[b] *In Bactris*] Theophr. loc. cit.

[c] *Sed unde*] Genus hoc arboris alterum, unde vestes conficiunt, ἐξ οὗ τὰ ἱμάτια ποιοῦσιν, inquit Theophr. *Lineas* Plinius addidit; sic enim libri

XIV. (VII.) Oliva Indiæ sterilis, præterquam oleastri fructu.[1] Passim vero[f] quæ piper gignunt, juniperis nostris similes: quanquam in fronte Caucasi Solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere. Semina a junipero distant parvulis siliquis, quales in faseolis videmus. Hæ,[g] priusquam dehiscant, decerptæ, tostæque Sole, faciunt quod vocatur piper longum: paulatim vero dehiscentes maturitate, ostendunt[2] candidum piper: quod deinde tostum Solibus, colore rugisque mutatur. Verum et iis sua injuria est, atque cœli intemperie carbunculantur, fiuntque semina[3] cassa[h] et inania, quod vocant brecma,[4][i] sic In-



CAP. XIV. 1 Const. *sterilis: cæteris præterquam fructu oleastri.* Gronov. et al. ante Harduin. *oleastri fructu.* CAP. VII. *Passim, &c.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. *decerptæ faciunt quod voc. pip. long. paul. ve. dehiscentes maturitate tostæque sole ostendunt.* Cod. Dalec. *per maturitatem.*—3 Cod. Dalec. *carbunculant, fiuntque semine;* Chiffl. etiam *carbunculant;* et sic vulgg. ante Dalec.—4 Ita in Indice hujus libri. *brechma* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *brasma* Salmasius e Diosc. *bricma* Chiffl. *brechmasin* Gronov. et al.

NOTÆ

omnes: unde hoc lini genus esse quoddam intelligas, quod, ut subjungit idem statim, seritur in campis.

[d] *Calyce pomi*] Calyx est folliculus, quo dehiscente, in sua folia primum se flores pandunt, ut in rosis: mox pomum fructusve emergit. Theophr. folium moro simile pariter esse tradit, totam stirpem cynorrhodo: τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον τῇ συκαμίνῳ· τὸ δὲ ὅλον φυτὸν (rectius Plinium legisse arbitror, τὸ μῆλον κύτινον) τοῖς κυνορόδοις ὅμοιον.

[e] *Villarum prospectus*] Hoc est, vinearum. Vide Notas et Emend. num. 5.

[f] *Passim vero*] Plinium transcribit Solin. c. 52. p. 81.

[g] *Hæ*] Siliquæ nimirum, quibus piper continetur. Fuit hæc veterum opinio, piper ante maturitatem collectum candidum esse: idem maturitate nigrescere. Ita non Plinius modo, ejusque transcriptor Solinus loc. cit. sed et Diosc. II. 189. Auctor libri de Simp. Medic. ad Patern. inter opera Galeni, tom. XIII. p. 997. Galenus ipse Simplicium Med. lib. VIII. p. 217. aliique. E recentioribus contra Clusius, Arom. I. 22. p. 182. et alii bene multi, quibus Salmasius favet, in Solin. p. 1026. ubi Clusium transcribit, diversas albi ac nigri piperis plantas esse censuerunt, uti vitis albæ ac nigræ. Utrisque Saracenus in notis ad Diosc. experientiaque ipsa adversatur: constat enim piper album, quod ad nos convehitur, ipsum piper nigrum esse, cortice suo nigro rugosoque spoliatum: quo cortice nudatur tum, cum Soli objectum torretur. Longum vero piper a rotundo diversum in Bengala nasci, auctor est idem Clusius loc. cit. a quo recte pingitur, quale nos vidimus.

[h] *Cassa*] Diosc. loc. cit. ἄτροφον,

dorum lingua significante mortuum.[5] Hoc ex omni genere asperrimum est,[6] levissimumque, et pallidum. Gratius[j] nigrum: lenius[7] utroque candidum. Non est[l] hujus arboris radix, ut aliqui[m] existimavere, quod vocant[8] zingiberi,[n] alii vero zimpiberi, quanquam sapore simile. Id enim[o] in Arabia atque Troglodytica in villis nascitur, parvæ herbæ, radice candida. Celeriter ea cariem sentit, quamvis in tanta amaritudine.[9] [p] Pretium ejus in libras, VI.[10] [q] Piper longum[r] facillime adulteratur Alexandrino

ante Harduin. *sic* deest in cod. Dalec.—5 Ita codd. Regg. Brot. Lang. et Editio princeps. Edd. aliæ ante Brotier. *significante abortum.*—6 Dalec. *acerrimum est.*—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *lentius* Chiffl. *levius* vulgg. ante Harduin.—8 Cod. Dalec. *quum vocant.* Mox, pro *zingiberi, alii v. zimpiberi,* vulgg. ante Brotier. habent, *zimpiberi, alii v. zingiberi;* Vet. Dalec. *singiuerim, a. v. zingiberi;* Chiffl. *singiueri a. v. zempiberi.*—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *acrimonia potius.* —10 'Ita Mss. et editi omnes libri. Sed certe vel excidit, vel corrupta denarii nota. Itaque lege, *in libras, X. VI.* Ni forte legendum, *in libras, X. I.* Zingiberi, *le gingembre,* est et fuit semper pipere, *le poivre,* vilius. Mox piper nigrum æstimatur tantum *X. IV.* id est denariis quatuor. Denarius autem efficit Gallicæ nostræ monetæ asses fere sedecim.' *Brotier.*—

NOTÆ

κενὸν, καὶ κοῦφον, nutrimento defectum, cassum seu inane, ac leve.

[i] *Brecma* [*brechma*] In Indice libri hujus, *Brecma.* In Mss. *Brioma.* Diosc. loc. cit. ὃ καλεῖται βράσμα.

[j] *Gratius*] Suavius, ori jucundius, et magis aromaticum: ἥδιον, εὐστομώτερον, καὶ μᾶλλον ἀρωματίζον. Diosc. loc. cit.

[k] *Lenius*] Imbecillius pallido et nigro. Vide Notas et Emend. num. 6.

[l] *Non est*] Sic Diosc. II. 189. de pipere: ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ οὐκ ἔστι ζιγγίβερ, καθάπερ ἔνιοι ὑπέλαβον.

[m] *Ut aliqui*] Quos inter Dioscorides Alexandrinus fuit, aliique, quos errasse Galenus recte admonet, tomo II. in explic. vocum Hippocr. p. 92.

[n] *Zingiberi*] Et Galeno Γιγγίβερι de Facult. Simp. Med. VI. 175. Nostris, *Gingembre.*

[o] *Id enim*] Hæc pariter Diosc. II. 190. Oribas. lib. XI. p. 197. et Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. inter opera Galeni tom. XIII. p. 999. Scimus et ex Americanis insulis ad nos advehi.

[p] *Amaritudine*] Hoc est, acrimonia. Sic voces illas, 'acre,' 'asperum,' 'acerbum,' 'amarum,' Plinius sæpe permutat.

[q] *In libras VI.*] Hoc est, sex denariis libræ singulæ zingiberis permutantur. Monetæ Gallicæ asses ærei sunt octo et quadraginta.

[r] *Piper longum*] Auctor libri mox cit. inter Galeni opera, p. 997. 'Adulteratur,' inquit, 'longum piper, sinapi et gummi formatis in speciem piperis longi,' &c. Et pag. 1001. 'Est autem efficacissimum sinapi Alexandrinum,' &c. Vide etiam Ga-

sinapi. Emitur in libras, X. XV.[11] [s] Album, X. VII. nigrum, X. IV. Usum ejus adeo placuisse mirum est. In aliis quippe suavitas cepit, in aliis species invitavit: huic nec pomi nec baccæ commendatio est aliqua: sola placere amaritudine, et hanc in Indos peti. Quis illa[12] [t] primus experiri cibis voluit? aut cui in appetenda aviditate esurire non fuit satis?[13] Utrumque [u] sylvestre gentibus suis est, et tamen pondere emitur, ut aurum vel argentum. Piperis arborem jam et Italia [v] habet majorem myrto, nec absimilem. Amaritudo grano[14] eadem quæ piperi musteo [w] creditur esse. Deest tosta illa maturitas, ideoque et rugarum colorisque similitudo. Adulteratur juniperi baccis mire vim trahentibus.[x] In pondere quidem multis modis.

XV. Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllon,[a] grandius fragiliusque. Tradunt in Indico luco id[1] gigni. Advehitur odoris gratia. Fert et [b]

11 Dalec. *X. VI.*—12 *Quis ille* codd. Dalec. et Chiffl.—13 'Ita bene codd. Regg. Brot. Lang. et Editio princeps. Male in recentioribus, *esurie*. In Ms. Lang. *satius* pro *satis*.' Brotier. Cod. Dalec. *explenda aviditate esurie non fuit satius*.—14 Cod. Dalec. *absimilem amaritudinem. Grano.* Mox, Chiffl. *peperi must. credatur.*

CAP. XV. 1 Cod. Dalec. *in India id;* Chiffl. *in Indicato loco id;* et pro var.

NOTÆ

len. lib. de Theriac. ad Pison. cap. 12. pag. 948.

[s] *In libras, X. XV.*] Hoc est, denariis XV. Gallicæ monetæ, centeni sunt ac viceni asses: seu libræ sex, ut vulgo vocant. Sic album denariis VII. Gallicæ monetæ assibus sex et quinquaginta. Nigrum denique, denariis IV. monetæ nostræ assibus tribus ac tricenis. Sic longum albo, album nigro, fere dimidio carius æstimatum.

[t] *Quis illa*] Mss. omnes, *quis ille*.

[u] *Utrumque*] Piper et zingiberi.

[v] *Et Italia*] Italici piperis arbores non unius tantum generis vidisse se Matthiolus testatur in Diosc. lib. II. pag. 578.

[w] *Piperi musteo*] Recentissime lecto, decerptoque ex arbore, *νεοδρέπτῳ*.

[x] *Vim trahentibus*] De hac voce dicemus XXXVI. 30.

[a] *Garyophyllon*] Caryophylli nostri, quibus utimur ex Indicis Moluccarum commerciis ad condituras, diversi omnino sunt ab hoc aromate, quod Plinius eo nomine agnoscit. Nam neque ii grana sunt, neque ulla in re piperi similes, præter colorem. Fortasse potius *Cubebe* sit hoc Plinii granum, ut recte conjici a Scaligero puto, Exercit. 147. in Cardan. p. 496. et Exerc. 148. pag. 499. De Cubebis multa Clusius I. 23. Dalecamp. Hist. Plant. XVIII. 39. aliique.

[b] *Fert et*] Subintellige, India. Lycium Indicum describit, nec ab eo di-

in spinis[2] piperis similitudinem, præcipua amaritudine, foliis parvis densisque, cypri[3] modo,[c] ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignosaque, buxei coloris. Hac in aqua cum semine excepta[4] [d] in æreo vase medicamentum fit, quod vocatur Lycion. Ea spina[e] et in Pelio monte nascitur, adulteratque medicamentum. Item asphodeli radix,[a] aut fel bubulum,[f] aut absinthium, vel rhus,[5] [g] vel amurca. Lycion aptissimum medicinæ, quod est spumosum.[h] Indi in utribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. Spinam ipsam in Græcia quidam pyxacanthum[i] Chironium vocant.[6]

[a] *Ea spina admixta sincerum adulterat Lycium: neque ea spina solum, sed et asphodeli radix, &c.*

lect. *Indico.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Fert et in spina* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Diosc. *buxi.*—4 Ita codd. Harduini, et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Hac in a. c. s. expressa* Dalec. *Hæc in aqua, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Chiffl. *rus;* Gronov. et al. ante Harduin. *thus.*—6 '*Chironiam* Plin. XXIV. 14. Vocem tamen hic supervacuam arbitror.' *Dalec.*

NOTÆ

versum, quod a Dioscoride proponitur, I. 132. ut Dalecampio visum: nam Indicum quoque illud est, etsi in Cappadocia Lyciaque pariter gignitur. Ait esse arborem spinosam, fructu piperis instar nigro, amaro, denso, levi: foliis buxi similibus, densisque: ramis trium cubitorum, aut paulo longioribus: cortice pallido: radicibus numerosis, latis, lignosis. Quæ omnino cum Pliniana descriptione congruunt. Lycium porro quid sit, ignorari etiam a peritis herbariis pronuntiat Anguillara de Simp. Part. lib. III. p. 62. Nos arborem in Goana Indiæ regione, aliisque, *Hacchic*, succum ipsum *Cate*, vocitari, Clusio credimus I. 10. p. 163.

[c] *Cypri modo*] De Cypro dicemus cap. 52.

[d] *Excepta*] Expressa. Vide Notas et Emend. num. 7.

[e] *Ea spina*] Ejusdem quidem nominis, sed generis omnino disparis, perinde tamen ignoti: ex quo vilius medicamentum fiebat, quod adulterinum vocabant.

[f] *Fel bubulum*] Inter coquendum Lycium admixto felle bubulo, vel absinthii succo, vel amurca, inquit Diosc. loc. cit.

[g] *Vel rhus*] Vide Notas et Emend. num. 8.

[h] *Spumosum*] Quod igni accensum, dum restinguitur, rubentem spumam mittit, inquit Diosc. loc. cit. et post eum Oribasius, l. XI. p. 205. Plinius ipse XXIV. 77. de Lycio: 'Spuma ejus ac flos quidam oculorum medicamentis additur.' Vide quæ ibi dicturi sumus.

[i] *Pyxacanthum*] Πυξάκανθαν Diosc. quia spina est buxi folio. Plinius XXIV. 77. 'pyxacanthon chironiam.'

XVI. (VIII.) Et macir[j] ex India advehitur, cortex rubens[1] radicis magnæ, nomine arboris suæ: qualis sit ea, incompertum habeo. Corticis melle[k] decocti usus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur.

XVII. Saccharon[l] et Arabia fert, sed laudatius India: est autem mel in arundinibus[m] collectum,[1] gummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum.

CAP. XVI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ex Arabia adv. cortex ruffesc.* e Diosc.

CAP. XVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *concretum* e Diosc.

NOTÆ

j *Et macir*] Dioscoridi I. 110. Oribas. loc. cit. Galeno, de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 205. Μάκερ φλοιός ἐστιν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς κομιζόμενος, &c. Sic et Aëtius, tum in Ms. nostro Græco, tum in edit. Lat. de Re Med. lib. I. p. 23.

k *Corticis melle*] Hoc est, cum melle. Ita Galenus, et Aëtius quoque loc. cit. Ab ea vi nomen arbori a Lusitanis inditum refert A Costa Arom. c. 12. *Arbore de las Camunis*, hoc est, Arbor dysenteriæ: a Brachmanis Medicis, *Macre*. In provincia Malabarica et Cocini regno nasci, ibique visam a se, idem testatur.

l *Saccharon*] Dioscoridis, apud quem hæc totidem verbis extant II. 104. Pliniique σάκχαρον, ros ille matutinus fuit, quem apes mellis fingendi gratia colligunt: quare 'in arundinibus collectum' Plinio dicitur: non, uti saccharum nostrum, ex iisdem expressum, ac deinde coctum, coactumque in pyramidales formas. Num ros cœli ipse foret, num arundinis ipsius humor dulcis, Seneca subdubitat, Epist. 85. Ipsum rorem esse, quem Sol in arundinibus cogat, ad similitudinem salis, mellisque dulcedinem, affirmant Galenus de Fac. Simp. Medic. l. VII. p. 207. Oribas. lib. XI. fol. 205. ubi Marcoron. vocat: Alex. Aphrod. in Problem. et Isidor. Orig. XX. 2. Ex iisdem arundinibus, quibus et nostrum excipitur, senio confectis, lacrymæ seu gummi modo effluere, ac concrescere, unus credidit Saracenus in notis ad Diosc.

m *In arundinibus*] Non dixit, *ex arundinibus*. Aliud tamen sacchari genus fuit, apud antiquos, ex ipsis arundinum radicibus expressum, ut ait Solinus c. 52. p. 81. et Lucan. III. 237. 'Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos.' Et Isidor. Orig. XVII. 7. 'In Indicis,' inquit, 'nasci arundines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum suavissimum succum bibunt: unde et Varro ait: 'Indica non magna nimis arbore crescit arundo: Illius e lentis premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeant succo concedere mella.'' Sed et sacchari genus istud a nostro dispar est ac diversum: arundines quoque ipsæ forte dissimiles: quanquam et sacchari nostri feraces apud Indos sunt plurimæ: aut si sunt eædem, diversus humoris eliciendi modus. Exprimebatur olim ab Indis ipsis ad potum duntaxat: a nostris

XVIII. Contermina Indis gens Ariana[n] appellatur, cujus spina lacrymarum[1] pretiosa, myrrhæ similis, accessu propter aculeos anxio.[o] Ibi et frutex pestilens raphani,[2] [p] folio lauri, odore equos invitante, qui pæne equitatu orbavit[q] Alexandrum primo introitu: quod et in Gedrosis accidit. Item laurino[r] folio[3] et ibi spina tradita est, cujus liquor aspersus oculis cæcitatem infert[4] omnibus animalibus. Necnon et herba[s] præcipui odoris referta minutis serpentibus, quarum ictu protinus moriendum esset. Onesicritus tradit in Hyrcaniæ convallibus ficis[5] similes esse arbores, quæ vocentur occhi, ex quibus defluat mel[t] horis matutinis duabus.

XIX. (IX.) Vicina est Bactriana,[1] in qua bdellium[a]

CAP. XVIII. 1 Dalec. *spina lacryma.* Mox, codd. Dalec. et Chiffl. *myrrhæ simili.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *brassicæ magnitudine*, ex Theophr.—3 'Ita libri editi. In Mss. Regg. *lario folio.* At ex Theophr. Hist. Plant. IV. 5. emendandum, *nullo folio.*' Brotier.—4 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. In recentioribus, *inferret.*' Brotier. Cod. Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *inferret;* Gronov. et al. ante Harduin. *infert.*—5 Chiffl. *fico.*

CAP. XIX. 1 *Bactrianæ* Chiffl.—2 Idem codex, *ipsi natura quæ gummi;*

NOTÆ

hodie coquitur, densaturque in saccharum. Ac nihil est quidem unde plus jam voluptatis et deliciarum gulæ accedat. Solvitur in embammatis, cogitur in orbiculos, digeritur in panes, pinsitur in placentas; tornatur in crustula, fingitur in castella, in aviculas, et in omnium rerum simulacra, coquitur, aspergitur, duratur, incrustatur.

[n] *Gens Ariana*] Simile quiddam de Ariana spina recitat Theophr. Hist. Plant. IV. 5. sed codice ibi valde mendoso.

[o] *Anxio*] Infesto, molesto, difficili.

[p] *Raphani*] Subintellige, magnitudine, ex Theophr. loc. cit. unde hæc manarunt: Ἄλλο δὲ ὕλημα, μέγεθος μὲν ἡλίκον ῥάφανος· τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον δάφνῃ, καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ μορφῇ. Cur raphanum, non brassicam, ῥάφανον verterit, alibi dicturi sumus, ubi de brassica et raphano agemus.

[q] *Equitatu orbavit*] Quod præsentis noxæ venenum id foret: τοῦτο δὲ εἴ τις φάγοι, ἐναποθνήσκει. Theophr.

[r] *Item laurino*] Vide Notas et Emend. num. 9.

[s] *Necnon et herba*] Theophr. loc. cit.

[t] *Defluat mel*] Arbori nomen esse *Quest:* melli, *Xirquest*, vel, ut vulgo, *Siracost*, quod Persica lingua lac ex arbore vox ea, *Quest*, sonat, auctor est Clusius I. 11. p. 164.

[a] *Bdellium*] Græcis βδέλλα et βδέλλιον.

nominatissimum. Arbor nigra est, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici naturaque. Gummi[2][b] alii brochon appellant, alii malacham, alii maldacon.[c] Nigrum[d] vero et in offas convolutum, hadrobolon. Esse autem debet translucidum,[3][e] simile ceræ, odoratum, et cum fricatur,[f] pingue, gustu amarum citra acorem. In sacris vino perfusum, odoratius.[4] Nascitur et in Arabia,[g] Indiaque, et Media, ac Babylone. Aliqui peraticum[5][h] vocant ex Media advectum. Facilius[6][i] hoc et crustosius, amariusque: at Indicum humidius et gumminosum.[7][j] Adulteratur amygdala[k] nuce. Cetera[l] ejus genera cortice et scordasti.[8][m]

alii codd. ap. Dalec. *natura gummi*. Mox, cod. Dalec. *alii procon*; unde Dalecampius legit, *alii prochoon*, quasi *primarium*: *blochon* Vet. ejusd. *bolchon* Diosc. *brocon* Chiffl. Deinde, pro *malacham*, quod ex suis, Dalecampii et aliorum codd. recepit Harduinus, *malachram* habent edd. vett. et Gronov.—3 Codex Salmasii, *translucidæ*.—4 Cod. Dalec. *perfuso moderatius*.—5 *Aliqui paraneum* in eodem cod.—6 *Fragilius* margo edd. Dalec. et Gronov. et sic al. ap. Laet.—7 'Ita hic et alibi passim codd. Sine auctoritate in libris editis, *gummosum*.' Brotier. *cumminosum* Chiffl.—8 Vet. Dalec. *et surd*. Chiffl. *et scorti*.—9 Dalec.

NOTÆ

[b] *Gummi*] Quod ex arbore bdellio manat, et ipsum quoque bdellium nominatum. Sed quod sub eo nomine nunc prostat in officinis, adulteratum est. Sincerum est, quod vocant Lusitani, *Anime*, quale a Nicol. Monardo describitur de Simpl. Med. cap. 1. Bactrianum tamen Indicumque Bdellium, Benjuinum officinarum est: *Benjoin*, sive *Benzoin*.

[c] *Alii maldacon*] In Indice hujus libri, *Malodacon*. Apud Diosc. I. 80. literis permutatis, *μάδαλκον*.

[d] *Nigrum*] Alterum hoc bdellii genus est: alterum enim subalbidum, quod præstantissimum. Diosc. loc. cit. *ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ῥυπαρὸν καὶ μέλαν, ἁδρόβωλον, παλαθῶδες, κομιζόμενον ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. Est et alterum bdellium, sordidum, ac nigrum, grandioribus glebis, in offas convolutum, quod ex India advehitur.*

[e] *Translucidum*] Gummi videlicet. Isidorus Orig. XVII. 8. 'Bdella Indiæ et Arabiæ arbor, cujus lacryma melior Arabica. Est enim lucida, subalbida, levis, pinguis, æqualiter cerea, et quæ facile molliatur, neque ligno vel terræ commixta, amara, odoris boni. Nam ex India sordida est, et nigra, et majori gleba.'

[f] *Cum fricatur*] Ita libri omnes Alii, *cum friatur*, male.

[g] *In Arabia*] Quare et Saracenica arbor a Diosc. appellatur.

[h] *Peraticum*] Sic libri omnes. Περατικὸν ἐκ περάτων γῆς, quod ab extremo fine terrarum petitur.

[i] *Facilius*] Tractabilius, nec æque tactu adhærescens, atque illud quod humidius est.

[j] *Et gumminosum* [*gummosum*] Mss. *gumminosum*.

[k] *Amygdala*] Hoc Benjoinum illud est, quod amygdaloides vocant, propterea quia ungues seu maculas can-

Ita vocatur arbor æmulo[9] gummi. Sed deprehenduntur (quod semel dixisse et in ceteros odores satis sit) odore, colore, pondere, gustu, igne. Bactriano nitor siccus,[10] [n] multique candidi ungues.[o] Præterea suum pondus, quod gravius esse aut levius [11] non debeat. Pretium sincero in libras X. terni.[12] [p]

XX. Gentes [q] supra dictas Persis attingit, Rubro mari (quod ibi Persicum vocavimus [r]) longe in terra [1] æstus agente, mira arborum natura. Namque erosæ sale, invectis derelictisque similes, sicco littore radicibus nudis polyporum [2] modo amplexæ steriles arenas spectantur. Eædem mari adveniente fluctibus pulsatæ, resistunt immobiles. Quin et pleno æstu operiuntur totæ: apparetque rerum argumentis asperitate [s] aquarum illas ali. Magnitudo miranda est, species similis unedoni,[3] [t] pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.



arboris æmulum; Vet. Dalec. *arbor æmula.*—10 Ita codd. Dalec. et Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Bactrio nitor secus* Chiffl. *Bactriano nidor siccus* Gronov. et edd. vett. *B. nitor suus* conj. Pintian. —11 Cod. Dalec. *ac levius.*—12 Parm. *decem tantum terni;* cod. Dalec. *X. IIII.*

Cap. xx. 1 Dalec. *terram,* vel *terras.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *adrachnes,* e Theophr.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *unedonis* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

didas admixtas habet, amygdalarum instar, ut recte observat Clusius Arom. I. 5. p. 156.

[l] *Cetera*] Sive Benjuini, sive *Anime* genera reliqua, etiam scordasti cortice admixto, vel gummi ejus arboris, adulterantur. Δολοῦται δὲ μιγνύμενον κόμμει, inquit Diosc. Varia Benjuini genera enumerat idem Clusius loc. cit.

[m] *Scordasti*] In Indice hujus libri, *Scordacti.* Mss. Reg. 1. 2. et Colb. 2. ac Chiffl. hoc loco, *Scorti.* Simile bdellio gummi fundere ac pæne par, æmulumque, dicitur.

[n] *Nitor siccus*] Vide Notas et Emend. num. 10.

[o] *Ungues*] Lucentes ac læves, instar unguium, maculæ: quales in Benjoino amygdalino deprehenduntur. Dioscoridi bdellium, quod et a Bactriano diversum, et *Anime* a Lusitanis appellari superius diximus, lævorem coloremque unguis æqualiter præfert in tota gleba, ὄνυχι ἐοικός: quæ verba Serapion male accepit.

[p] *X. terni*] Denarii terni: monetæ Gallicæ, asses quatuor et viceni.

[q] *Gentes*] Quæ hac sectione continentur, ea totidem verbis habet Theophr. Hist. Plant. IV. 8.

[r] *Vocavimus*] Lib. VI. 28.

[s] *Asperitate*] Salsitudine.

XXI. (X.) Tylos[a] insula in eodem sinu est, repleta sylvis, qua spectat Orientem, quaque et ipsa æstu maris perfunditur.[1] Magnitudo singulis arboribus fici, flos suavitate inenarrabili, pomum lupino[b] simile, propter asperitatem intactum omnibus animalibus. Ejusdem insulæ excelsiore suggestu lanigeræ[c] arbores alio modo, quam Serum. His folia infœcunda:[d] quæ, ni minora essent, vitium[e] poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas,[f] quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas,[2] ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

(XI.) Arbores[g] vocant gossympinos:[3] fertiliore etiam Tylo minore, quæ distat X. M. pass.

XXII. Juba circa fruticem lanugines esse tradit, linteaque ea[1] Indicis præstantiora. Arabiæ autem arbores, ex quibus vestes faciant, cynas[h] vocari, folio palmæ simili.



CAP. XXI. 1 Chiffl. *profunditur.* Mox, Chiffl. *Magnitudo similis.*—2 Vet. Dalec. *pilos.*—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *gossampinum* cod. Dalec. *gossympinum* Chiffl. *gossampinus* Dalec. *gossampinos* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *fertiliores.* Pro *X. M. pass.* libro sexto legitur *XII.*

CAP. XXII. 1 Vet. Dalec. *fieri.*—2 Idem Vet. *miremur. In eo tractu est et alia.*

NOTÆ

[t] *Unedoni*] *L'arbousier.* Theophr. ὅμοια τῇ ἀδράχνῃ dixit, hoc est, *portulacæ:* quam folio similem unedoni esse dicemus XIII. 40.

[a] *Tylos*] Et hæc rursum expressa fidelissime ex Theophr. Hist. Plant. IV. 9. De Tylo Plinius VI. 32.

[b] *Lupino*] De quo XVIII. 36.

[c] *Lanigeræ*] Quas Gossympinos sive gossypinos mox appellabit.

[d] *Infœcunda*] Hoc est, lanæ minime feracia, qualia Serum esse diximus VI. 20.

[e] *Vitium*] Vitis foliis similia, ὅμοια τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρὸν, inquit Theophr.

[f] *Cucurbitas*] Fructus cucurbitarum similes. Eadem refert Herod. III. 106. Fructum describit eleganter Julius Pollux VII. 17.

[g] *Arbores*] Quas proxime attigit, et lanigeras vocavit. Hæc enim a superioribus hactenus perperam divulsa. In Indice libri hujus, *gossypinon.* In Mss. hoc loco, *gossympinos.* Theophr. et Herod. loc. cit. δένδρα ἐριοφόρα, *arbores* pariter *lanigeras* vocant: arbores, inquam, ut intelligas ab ea planta seu frutice differre, unde legitur gossypium nostrum, *le coton:* de quo XIX. 2. etsi nihil discrepare visum est Dalecampio, Hist. Plant. II. 221. sed errore falso.

[h] *Cynas*] In Indice hujus libri, *Chynas.*

Sic Indos suæ arbores vestiunt. In Tylis[i] autem et alia arbor floret albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, quod miremur in eo tractu.[2 j]

XXIII. Est et alia[k] similis, foliosior tamen, roseique floris: quem noctu comprimens, aperire incipit Solis exortu, meridie expandit. Incolæ dormire eum dicunt. Fert eadem[l] insula et palmas, oleasque, ac vites, et cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt. Rigaturque gelidis fontibus, et imbres accipit.

XXIV. Vicina his Arabia[1] flagitat quandam generum[m] distinctionem, quoniam fructus iis[2] constat radice,[a] frutice, cortice, succo, lacryma, ligno, surculo, flore, folio, pomo.

XXV. (XII.) Radix et folium[n] Indis est maximo pretio.[1] Radix costi[o] gustu fervens, odore eximio, frutice alias

[a] *Utilitatem ea genera afferunt, radice, &c.*

CAP. XXIV. 1 '*Arabia.* Hic finis capitis. Deinde: *Flagitant aromata quand. gen. dist. quon. fere cuncta ea constant.*' Dalec. Ita alii ap. Laet.—2 Al. ap. Laet. *fructibus is;* Gel. *fructus is.*

CAP. XXV. 1 'Lego: *Nardus, costi radix, et folium, Indis sunt et in maxi-*

NOTÆ

[i] *In Tylis*] Theophr. Hist. IV. 9.

[j] *In eo tractu*] In quo sunt fere omnia, quæ ibi gignuntur, odorata.

[k] *Est et alia*] Theophr. loc. cit. Contrariæ indolis est *Parizataco*, Malabaricæ Goanæque regionis arbos, quam Christ. A Costa describit, Arom. I. 37. quæ flores aperire incipit Solis occasu, amittit exortu: idcirco Arborem Tristem vocant. Eadem a Clusio describitur, pingiturque, II. 1. p. 225.

[l] *Fert eadem*] Theophr. loc. cit. et August. de Civit. XXI. 5.

[m] *Generum*] Aromatum, quæ ipsa gignit. Constant enim ea, 1°. radice, ut costus: 2°. frutice, ut cinnamomum, et casia: 3°. cortice, ut macir: 4°. succo, ut styrax, panax, et silphium: 5°. lacryma, ut balsamum, &c.

[n] *Radix et folium*] Radix ea costi est: folium, nardi. Hæc κατ' ἐξοχὴν et radix et folium appellantur. A malobathro, quod folium Indicum pariter vocant, et in paludibus Indicis gignitur, longe istud diversum, ut recte admonet Dioscor. I. 11. quanquam id nardo similem vim habet, ut docet Galenus de Fac. Simp. Med. l. VII. p. 205.

[o] *Radix costi*] Hæc quoque Diosc. I. 15. Nomen etiamnum retinet in officinis, 'Costus.' Describitur accurate a Charasio, in Pharmacopœia Galenica, c. 20. p. 292.

inutili. Primo statim introitu amnis Indi in Patale insula, duo[2] sunt ejus genera: nigrum, et quod melius,[p] candicans. Pretium in libras X. VI.[3] [q]

XXVI. De folio[1] nardi[a] plura dici par est, ut principali in unguentis. Frutex est[b] gravi et crassa radice, sed brevi ac nigra, fragilique, quamvis pingui, situm redolente, ut cyperi,[c] aspero[2] sapore, folio parvo densoque. Cacumina in aristas[d] se spargunt:[3] ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Alterum[e] ejus genus apud Gangem nascens, damnatur in totum, ozænitidis[4] [f] nomine, virus redolens. Adulteratur et pseudonardo[g] herba, quæ ubique



mo pretio.' Dalec. *est et maximo* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *inutili, primo, &c. insula. Duo.*—3 *P. in libras XVI.* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXVI. 1 *De modo* Dalec.—2 Codd. Dalec. et Chiffl. *aut cupressum, aspero;* Vet. Dalec. *ut cypressi aspero.*—3 Salmasius, *Cacumine aristæ se spargunt;* cod. Dalec. *Cacumina aristæ spargunt.* Dalecampius legit, *in spicas.*—4

NOTÆ

[p] *Et quod melius*] Diosc. loc. cit. et Oribas. lib. XI. p. 202.

[q] *X. VI.*] Ita scribendum, non *XVI.* Hoc est, denarii sex: monetæ nostræ, asses octo et quadraginta.

[a] *De folio nardi*] De Indica nardo hæc sunt accipienda.

[b] *Frutex est*] Diversi igitur generis a Syriaca nardo, Celtica, Creticaque: quæ genera omnia non frutices, sed herbæ, sunt, ut mox dicetur.

[c] *Ut cyperi*] Sic Diosc. I. 6. *καὶ μέτα τοῦ κυπειρίζειν ἐν τῇ ὀσμῇ, odore cyperum imitatur.* De cypero, cui odor est qui nardum imitetur, dicemus XXI. 70. At in Mss. Reg. Colb. Chiffl. et Paris. hoc loco *aut cupressum* legitur.

[d] *In aristas*] Auctor libri de Simp. Med. ad Paternian. inter Galeni opera, tom. XIII. p. 999. 'Spica nardi,' inquit, 'ad similitudinem cognominata est: similis est enim spicæ frumenti, et plurimas habet velut aristas,' &c. Statius Sylv. lib. V. 'Odoratas nec Arabs decerpsit aristas.' Spicæ, seu aristæ, folio parvo densoque constant. Nardus idcirco Indica gemino nomine commendatur, spicæ, et foliorum. Quanquam nardi spica a Galeno de Antid. I. 14. p. 887. pro radice accipitur, quoniam quæ pars spicæ nomen habet, radici est proxima. Nardi aristarum iconem Clusius exhibet, Arom. I. 33. p. 202. Hæc *νάρδος πιστικὴ*, hoc est, *vera*, in Sacris Codicibus, ex qua magni pretii unguentum fiebat. In Batavia Indiæ agro nascitur.

[e] *Alterum*] Hæc pariter Diosc. I. 6.

[f] *Ozænitidis*] Ab *ὄζαινα*, quod odore fœdo nares feriat.

[g] *Pseudonardo*] Lectam a se pseudonardum in Genebra monte Delphinatus, testatur Charasius in Pharmacop. Galen. c. 20. p. 292. Quamobrem hallucinantur ii qui putant esse lavendulam, *la Lavande.*

nascitur crassiore atque latiore folio, et colore languido in candidum vergente. Item sua radice[h] permixta ponderis causa, et gummi, spumaque argenti, aut stibio, ac cypero,[i] cyperive[5] cortice. Sincerum[j] quidem levitate deprehenditur, et colore rufo, odorisque suavitate, et gustu maxime siccante os, sapore jucundo. Pretium spicæ in libras X. C.[k] Folii[6] divisere annonam:[l] ab amplitudine hadrosphærum vocatur majoribus foliis,[m] X. L.[7] [n] Quod minore folio est, mesosphærum appellatur: emitur X. LX. Laudatissimum microsphærum e minimis folium: pretium ejus X. LXXV. Odoris gratia omnibus major recentibus.

Dalec. *gangitidis.*—5 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *argentea, ut stibi, ac cypero, cyperive* cod. Dalec. *argenti aut stibii, ac cyperive* Chiffl. *argenti, aut stibio, cyperive* Gronov. et vulgg. *argenti, aut stibio, ac cypiro, cyperive* codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Salmasius *radice* pro *cortice.*—6 *Folia* Gronov. et edd. vett. et sic etiam in omnibus Harduini codd. Vide Nott. Varr.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pipulis X. XXX.* Chiffl. aliusque codex ap. Laet; *pilulis, &c.* Salmasius; *foliis L.* Ms. in marg. edd. Dalec. et Gronov. *foliis X. XXX.*

NOTÆ

[h] *Sua radice*] Radiculis seu fibris tenuibus.

[i] *Ac cypero* [*cypiro*] Has voces ex Mss. Reg. et Colb. addidimus. De cypiro, cui candor odorque vicinus nardo, dicemus XXI. 69. De stibio XXXIII. 33. Habet his paria Diosc. I. 6.

[j] *Sincerum*] Diosc. loc. cit.

[k] *In libras X. C.*] Denarii centum, monetæ Gallicæ libras efficiunt quadraginta. Nunc vilius emitur, multo expeditiore ac frequentiore commercio apud Indos, quam olim fuit, ut notat Garcias, Arom. I. 33. p. 202.

[l] *Folii...annonam*] Hoc est, pretium aliud alii nardi folio mercatores fecere: majori, minus: minimo, maximum. Ita Mss. omnes, non *folia.* Quod porro de foliis nardi Plinius, hoc de malobathro quoque, quod Indicum folium κατ' ἐξοχὴν vocant, prodidit Auctor Peripli maris Erythræi: qui tria malobathri genera facit: primum quod majore folio, hadrosphærum: forte quod in sphæras seu pilulas folia ea convolverentur: quod ex minore, mesosphærum: quod ex minimo denique, microsphærum: Γίνεται δὲ γένη τρία· ἐκ μὲν τοῦ μείζονος φύλλου, τὸ ἁδρόσφαιρον, μαλάβαθρον λεγόμενον· ἐκ δὲ τοῦ ὑποδεεστέρου, τὸ μεσόσφαιρον· ἐκ δὲ τοῦ μικροτέρου, τὸ μικρόσφαιρον. Nota locutio, 'incendere annonam,' vel ut Varro loquitur, 'excandefacere annonam:' Galli dicunt, *enchérir.*

[m] *Majoribus foliis*] Sic Auctor Peripli mox laudatus. At in Mss. Reg. et Colb. *pipulis* legitur, forte pro *pilulis,* seu sphærulis.

[n] *X. L.*] Ita Mss. omnes. Denarii quinquaginta, sunt monetæ Gallicæ, libræ viginti. Denarii LX. libræ viginti quatuor. Denique LXXV. libræ tricenæ.

Nardo color[o] qui inveteraverit,[8] nigriori melior. In nostro orbe[p] proxime[9 q] laudatur Syriacum,[r] mox Gallicum, tertio loco Creticum,[10 s] quod aliqui agrium[t] vocant, alii phu, folio olusatri,[u] caule cubitali, geniculato, in purpura[v] albicante, radice obliqua villosaque,[w] et imitante avium pedes. Baccharis vocatur nardum rusticum, de quo dicemus[x] inter flores. Sunt autem ea omnia herbæ præter Indicum. Ex iis Gallicum[y] et cum radice vellitur, abluiturque vino. Siccatur in umbra, alligatur fasciculis in charta, non multum ab Indico differens, Syriaco tamen levius. Pretium X. III.[11 z] In his probatio una, ne sint fragilia, et arida potius, quam sicca, folia. Cum Gallico[a] nardo semper[12]

Gronov. et vulg.—8 *N. c. si inveteravit* cod. Dalec. *N. c. qui inveteravit* Franzius.—9 Dalec. *primum.*—10 *Ponticum* Diosc.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. '*Pretium sic XIII.* Parm. prave.' *Dalec. Pretium XIII.* Gronov. et al. ante Harduin.—12 Dalec. *sæpe.*

NOTÆ

[o] *Nardo color*] Rufus.

[p] *In nostro orbe*] In Romano imperio. Nam quare Syriaca nardus diceretur, quam tamen India mitteret, perridiculam rationem Dioscorides excogitavit, I. 6. vel ab aliis proditam probavit: quod nempe montis Indici, in quo nardus nasceretur, pars una Syriam, altera Indos spectaret: quod ante nos risit Dalecampius Hist. Plant. VIII. 21. Syriaca dicitur, quæ in Syria oritur: ut Gallica, Creticaque, quæ in Galliis Cretaque provenit.

[q] *Proxime*] Post Indicum.

[r] *Syriacum*] Spicam nardi Syriacæ ad torminosos commendat Scribonius Largus, Compos. 113. Gallicam, Κελτικὴν νάρδον Diosc. I. 7. In officinis Spica Celtica dicitur: recte pingitur a Clusio Hist. Plant. IV. 39. et a Matthiolo in Diosc. I. 7. p. 33. In Pyrenæis montibus frequens.

[s] *Creticum*] Et Creticæ nardi meminit Galenus de Antid. I. 14.

[t] *Agrium*] Hoc est, sylvestre. Dioscor. I. 10. Φοῦ, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀγρίαν νάρδον καλοῦσι. Ex hac porro Dioscoridis ac Plinii descriptione, sunt enim ambæ geminæ ac plane pares, nardum Creticam liquet esse eam, quam et herbarii et officinæ vocant Valerianam majorem, ut Matthiolus animadvertit, a quo recte depingitur, in loc. Diosc. cit. p. 39. In Gallia frequens, locis montuosis.

[u] *Olusatri*] Ἱπποσελίνου, de quo XIX. 48.

[v] *In purpura*] Caulis, inquit, in purpura albicat. Diosc. ait caulem purpurascere: flores in purpura albicare: καυλὸν ἐμπόρφυρον, ἄνθη ἐν τῷ λευκῷ διαπόρφυρα.

[w] *Villosaque*] Fibrosa.

[x] *De quo dicemus*] Lib. XXI. c. 16.

[y] *Ex iis Gallicum*] Diosc. I. 7.

[z] *Pretium X. III.*] Ita scribendum, non conjunctim, *XIII.* Hoc est, denarii tres, monetæ Gallicæ asses viceni quaterni.

[a] *Cum Gallico*] Reliqua deinceps

nascitur herba, quæ hirculus vocatur, a gravitate odoris et similitudine,[b] qua maxime adulteratur. Distat, quod sine cauliculo est, et quod minoribus foliis, quodque radicis neque amaræ, neque odoratæ.

XXVII. (XIII.) Nardi vim habet et asarum:[1] quod et ipsum aliqui sylvestre nardum[c] appellant. Est autem hederæ foliis, rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo, radice Gallici nardi:[2] semen acinosum,[d] saporis calidi ac vinosi. Montibus[e] in umbrosis bis anno floret. Optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur cum folia mittere incipit, et in Sole siccatur, celeriter situm trahens,[3] ac senescens. Inventa nuper et in Thracia herba est, cujus folia nihil ab Indico nardo distant.

XXVIII. Amomi uva[f] in usu[g] est, Indica[1] vite labrusca: ut alii existimavere, frutice myrtuoso,[h] palmi altitu-



CAP. XXVII. 1 *Nardum habetur et asarum* cod. Dalec.—2 Chiffl. *nardi simile.* Salmasius legit, *radici alligato, alterci simili, acinoso, &c.*—3 Cod. Dalec. *succum trahens.*

CAP. XXVIII. 1 Dalec. *est ex Indica.* 'Glossema esse, *labrusca,* censebat eruditus Petavius.' *Brotier.* Mox, *frutice venoso* Vet. Dalec. *frutice mutuoso*

NOTÆ

habet totidem verbis Diosc. loc. cit. et Oribasius lib. XII. p. 208. Inter nardi Celticæ fasciculos herbam eam, quæ hirculus dicitur, Carol. Clusius deprehendisse se testatur Arom. I. 33. ubi ejus iconem repræsentat. Vidit et Lobelius, ut eidem credimus, in Notis Mss. ad lib. Aloys. Anguillara de Simp. p. 23.

[b] *Et similitudine*] Cum nardo Celtica, ut testis est Clusius, qui contulit.

[c] *Sylvestre nardum*] Ἄσαρον, οἱ δὲ νάρδον ἀγρίαν καλοῦσι, Diosc. I. 9. a quo iisdem ferme verbis describitur. In officinis retinet nomen. Galli *Cabaret* vocant. A Matthiolo recte pingitur, in locum Dioscor. cit. p. 36.

[d] *Semen acinosum*] Florem habet purpureum, inquit Oribasius lib. XI. fol. 191. in quo semen est acino simile. In Mss. Reg. et Colb. *radice Gallici nardi simile acinosum.*

[e] *Montibus*] Hæc Diosc. et Oribas. locis citatis.

[f] *Amomi uva*] Uvam vocat, quoniam uvæ similis fructus est: ut arbor ipsa labruscæ viti. Dioscor. I. 14. Ἄμωμόν ἐστι θαμνίσκος οἱονεὶ βότρυς, κ. τ. λ. Ipsum est, quod in officinis vidimus 'Amomum racemosum' appellari, quodque luculenter a Charasio describitur, in Pharmacop. Galen. c. 20. p. 295. In Mss. *Amomi juba,* lectione haud aspernanda.

[g] *In usu*] In compositione Theriacæ. Vide Charasium, loc. cit.

dine: carpiturque cum radice, manipulatim leniter[2] componitur, protinus fragile. Laudatur[i] quam maxime Punici mali[3] foliis simile, nec rugosis, colore rufo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum pejus, pessimumque candidum, quod et vetustate evenit. Pretium uvæ in libras X. LX.[4][j] friato vero amomo X. XLVIII.[5][k] Nascitur[l] et in Armeniæ parte quæ vocatur Otene, et in Media, et in Ponto. Adulteratur foliis Punicis,[6] et gummi liquido, ut cohæreat convolvatque se in uvæ modum. Est et quæ vocatur amomis,[m] minus venosa atque durior, ac minus odorata: quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum.

XXIX. Simile his[n] et nomine et frutice cardamomum,[o] semine oblongo. Metitur eodem modo et in Arabia.[p] Quatuor ejus genera: viridissimum ac pingue, acutis angulis,



Chiffl. *f. multuoso* cod. ap. Laet. *f. myrteolo* codex Josephi Scaligeri.—2 Cod. Dalec. *capitur cum radice manu paulatim et leniter*; Chiffl. *capiturque c. r. manupilatim leviter.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *bryoniæ mali.*—4 Vet. Dalec. *sicli LXX.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *X. LVIII.* Gronov. et al. ante Harduin.—6 *Punici* cod. Dalec. *bryoniæ* ut antea Diosc.

NOTÆ

[h] *Myrtuoso*] Simili myrto, quam ipsius plantæ veram esse faciem tradit Nicol. Maronea Veron. de Amomo, p. 54. Vide Notas et Emend. num. 11.

[i] *Laudatur*] Diosc. loc. cit.

[j] *X. LX.*] Denarii sexaginta, hoc est, monetæ Gallicæ, libræ viginti quatuor.

[k] *X. XLVIII.*] Denarii XLVIII. monetæ Gallicæ efficiunt libras novemdecim, cum assibus quaternis. Friatum amomum uva fracta dicitur, acinique a pediculo divulsi.

[l] *Nascitur*] Non in India solum, inquit, sed et in Armenia. Ad Pontum vero quod attinet, Busbequius, qui eas lustravit oras, sic retulit, Epist. I. p. 34. 'Amomum, quod Dioscorides etiam in Ponto nasci scribit, nequicquam magno studio requisivimus: ut nesciam stirpsne ea interierit, an solum verterit.'

[m] *Amomis*] Ἀμωμὶς Dioscoridi, loc. cit. qua amomum ipsum adulterari scribit, ut et Oribasius lib. XI. fol. 189. Haud recte pingitur a Clusio Arom. I. 31. neque a Dalec. p. 1814.

[n] *Simile his*] Amomo et amomidi.

[o] *Cardamomum*] Καρδάμωμον, de quo Diosc. I. 5. In officinis retinet nomen. Describitur a Charasio, loc. cit. ea plane facie, qua ipsi vidimus.

[p] *Et in Arabia*] Et in India, inquit, et in Arabia metitur eodem modo: hoc est, carpitur cum radice, manipulatimque componitur. Diosc. loc. cit.

contumax frianti,[1] [q] quod maxime laudatur: proximum e rufo candicans: tertium brevius atque nigrius. Pejus tamen varium et facile tritu, odorisque parvi: qui verus,[r] costo vicinus esse[2] debet. Hoc et apud Medos[s] nascitur. Pretium optimi in libras X. duodecim.[3] [t]

XXX. Cinnamomo proxima gentilitas[a] erat, ni prius Arabiæ divitias indicari conveniret, causasque, quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedere. Principalia ergo in illa thus, et myrrha: hæc et cum[1] Troglodytis communis.

(XIV.) Thura,[b] præter Arabiam, nullis, ac ne Arabiæ quidem universæ. In medio ejus fere sunt Atramitæ,[2] pagus[c] Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelso, a quo octo mansionibus[d] distat regio eorum thurifera, Saba[e] appellata. (Hoc significare[3] Græci mysterium

CAP. XXIX. 1 'Habent quidem codd. *fricanti:* sed hæc sæpe confundunt. Sic in Ms. Reg. 1. infra XIII. 7. *fricatur* pro *friatur.*' Brotier. Mox, Chiffl. *hoc maxime.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *parvi. Quod verius Costo vicinius esse.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *libras duodecim* Gronov. et edd. vett.

CAP. XXX. 1 Chiffl. *hæc atque cum.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Adramyta* e Theophr. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte, &c.* Pro *capite,* Dalec. habet *caput.*—3 Ita codd. Regg. Brot. Lang. et Editio princeps. *Saribus appellatur, hoc, &c.* Chiffl. *Saba*

NOTÆ

[q] *Frianti* [*fricanti*] Vel *frianti,* frangenti. Diosc. δύσθραυστον. Oribas. lib. XI. fol. 200. quod difficulter frangitur.

[r] *Qui verus*] Subintellige, odor. Confidenter nimis emendat Dalecampius: *Quod verius, costo vicinius.*

[s] *Et apud Medos*] Hoc est, non in India solum, et Arabia. Dioscor. loc. cit.

[t] *X. duodecim*] Denarii notam, quæ exciderat, adjecimus. Efficiunt duodeni, monetæ Gallicæ, libras quatuor, cum assibus sedecim.

[a] *Gentilitas*] Nominis affinitas, propter quam proxime post amomum et cardamomum dici de cinnamomo videbatur opportunum.

[b] *Thura*] Transcribit hic Plinium Solinus c. 33. p. 62. Plinius Theophr. Hist. Plant. IX. 4.

[c] *Pagus*] Non κώμην ea vox, vicumve, sed regionem, præfecturam, toparchiamque significat. Glossæ: *Pagus,* τοπαρχία, χώρα, νομός. De his egimus VI. 32.

[d] *Mansionibus*] Mansio iter est unius diei. Mansiones camelorum mox appellantur c. 33.

[e] *Saba*] An ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod in cultu Deorum præcipuus thuris usus est? Σαβοὺς appellatos esse, qui Deo Sabasio, hoc est, Baccho, initiati forent, scribit Harpocration, p. 265.

dicunt.) Spectat ortus Solis æstivi, undique rupibus invia, et a dextra mari scopulis inaccesso.[4] Id solum[f] e rubro lacteum traditur. Sylvarum longitudo est, schœni[5] XX.[g] latitudo dimidium ejus. Schœnus patet, Eratosthenis ratione, stadia XL. hoc est, passuum quinque millibus: aliqui XXXII. stadia singulis schœnis dedere. Attolluntur colles alti,[6] [h] decurruntque et in plana arbores sponte natæ. Terram argillosam[7] [i] esse convenit, raris fontibus a cnitrosis. Attingunt et Minæi, pagus alius, per quos evehitur uno tramite angusto. Hi primi commercium thuris fecere, maximeque exercent: a quibus et Minæum dictum est. Nec præterea Arabum alii thuris arborem vident, ac ne horum quidem omnes. Feruntque MMM.[8] [j] non amplius esse familiarum, quæ jus per successiones id sibi vindicent. Sacros vocari ob id, nec ullo congressu fœminarum, funerumque, cum incidant eas arbores aut metant,[9] pollui: atque ita religione merces augeri. Quidam promiscuum jus iis populis esse tradunt in sylvis: alii per vices annorum dividi.

XXXI. Nec arboris ipsius quæ sit facies constat. Res in Arabia gessimus, et Romana arma in magnam partem ejus penetravere: Caius etiam Cæsar.[k] Augusti filius inde

appellata, quod significare, uncinis omissis, edd. ceteræ ante Brotier.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *maris scopulis inaccesso* codd. Dalec. et Chiffl. *maris scopulis inaccessa* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *schœnorum* Gronov. et edd. vett.—6 Cod. Dalec. *colles alii.* Mox, Dalec. *plana arbore sponte nascente.*—7 Vet. Dalec. *arenosam.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *subargillosam, et in latus crustas fissilem,* e Theophr.—8 *Feruntque quinque M. CCC.* Vet. Dalec. *Feruntque* ∞, i. e. *mille,* Salmasius.—9 Dalec. *incidunt eas arb. aut metunt.* Idem mox, *religionem mercis.*

NOTÆ

[f] *Id solum*] Terra, humus.

[g] *Schœni XX.*] De schœnis egimus VI. 30.

[h] *Colles alti*] Iidemque operti nive, inquit Theophr. Hist. Plant. IX. 4.

[i] *Terram argillosam*] Theophr. loc. cit.

[j] *Feruntque MMM.*] Deest in Reg. et Colb. 2. familiarum numerus. At in Colb. 3. *Feruntque non amplius esse familiarum quinque, quæ jus, &c.* Habet hæc quoque Solinus, tacito familiarum numero, c. 23. p. 62. et 63.

[k] *Caius etiam Cæsar*] Vide quæ diximus VI. 32.

gloriam petiit, nec tamen ab ullo (quod equidem sciam) Latino arborum earum tradita[1] est facies. Græcorum exempla[2] variant. Alii folio[l] piri, minore duntaxat, et herbidi coloris prodidere.[3] Alii lentisco[m] similem subrutilo. Quidam[n] terebinthum esse, et hoc visum Antigono regi allato frutice. Juba[o] rex iis voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium ardentem fama Arabiæ, tradit contorti[p] esse caudicis, ramis aceris maxime Pontici, succum amygdalæ modo emittere: talesque in Carmania apparere, et in Ægypto satas studio Ptolemæorum regnantium. Cortice lauri[q] esse constat: quidam et folium[r] simile dixere. Talis certe fuit arbor Sardibus.[s] Nam et Asiæ reges serendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt, quod jure miremur, virgis etiam thuris ad nos commeantibus: quibus credi potest, matrem quoque terete et enodi[4] fruticare trunco.

XXXII. Meti semel anno solebat, minore occasione vendendi. Jam quæstus alteram vindemiam[1] [a] affert. Prior



Cap. xxxi. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *arborum etiam tradita* Gronov. et al. ante Harduin.—2 *Græcorum exemplaria* Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *prodire* Gronov. et vulgg. ante Harduinum.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *terentem enodi* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

[l] *Alii folio*] Theophrastum signat, loc. cit.

[m] *Alii lentisco*] Et arboris specie, et ipso fructu, sed folio subrutilo. Theophrast. loc. cit. quod et Garcias probat, Arom. I. 6. p. 157.

[n] *Quidam*] Sic Theophr. loco citato. Fuit Antigonus, de quo hic sermo, Macedoniæ rex, Demetrii Poliorcetæ F.

[o] *Juba*] Plinius VI. 31. et nos in Auctorum Indice.

[p] *Contorti*] Solinus, 'intorto vimine:' male. Nam aliud vimen, aliud caudex est. Vimina sunt virgæ thuris, quas minime intortas esse, sed teretes, ex Plinio mox liquebit.

[q] *Cortice lauri*] Lævi ex omni parte cortice, lauri ritu. Theophr. loc. cit. λειόφλοιον δὲ πᾶν ὥσπερ τὴν δάφνην.

[r] *Quidam et folium*] Hæc pariter ex Theophr. loc. cit. δαφνοειδὲς καὶ λειόφυλλον. Nec certe multum abludit a similitudine cum lauri foliis ramus ille, quem in Trajani nummo mulier dextra tenet, cum epigraphe, ARAB. ADQ. hoc est, 'Arabia adquisita.'

[s] *Sardibus*] Plinius iterum XVI. 59. 'Vixit et in Lydia thuris arbor.' Ex Theophr. loc. cit.

atque naturalis vindemia circa Canis [b] ortum flagrantissimo æstu, incidentibus qua maxime videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur.[c] Inde prosilit [d] spuma pinguis. Hæc concreta densatur, ubi loci natura poscat, tegete palmea excipiente,[2] aliubi area circumpavita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum.[e] Sylva divisa certis portionibus mutua innocentia tuta est: neque ullus saucias [3] [f] arbores custodit: nemo furatur alteri. At hercules Alexandriæ, ubi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria [g] signantur opifici: persona adjicitur capiti, densusve reticulus: [4] nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud nos [h] pœna, quam apud illos sylvæ habent. Autumno legitur ab æstivo partu.[5] Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus incisis.[a]

[a] *Autumno legitur quod incisis ætate arboribus manavit .... vere quod incisis hyeme corticibus fluxit.*



Cap. xxxii. 1 Chiffl. aliusque codex ap. Joan. Laet, *alteram viam;* Salmasius, *alteram vim.*—2 Ita ex codd. emendavit Harduin. eumque secuti sunt recentt. *poscat tegere, palmea excipiente* Gronov. et edd. vett. Mox, cod. Dalec. *aliubi area circumpavimentata.*—3 Idem codex, *tuta est: nemo saucias.*—4 Dalec. *densumve reticulum.*—5 Ita codd. Harduini, Chiffl. et Dalec. cum

NOTÆ

[a] *Alteram vindemiam*] Mss. Reg. Colb. et Chiffl. *alteram viam,* haud pœnitenda lectione: subintellige, 'metendi.'

[b] *Circa Canis*] Theophr. Hist. Plant. ix. 2.

[c] *Non adimitur*] Sic arbos inciditur, ut nihil de cortice detrahatur.

[d] *Inde prosilit*] Quæ deinceps sequuntur ad eum usque locum, 'At hercules Alexandriæ,' ea totidem verbis Theophrastus habet, Hist. Plant. ix. 4.

[e] *Corticosum*] Admixtum corticem habet: διὸ καὶ φλοιὸν ἐνίοις προσεῖναι. Theophr. loc. cit.

[f] *Saucias*] Incisas, ac thus emittentes.

[g] *Subligaria*] Vox Martiali etiam usurpata iii. 87. Cicero subligaculum dixit, tegumentum quo obscœna velantur. Signabantur ea porro opifici, ab hero, impresso anulo, ne partem thuris aliquam opifex in ea conjiceret. Eam ob rem persona vultui obducebatur, aut reticulus, *un mouchoir,* ne videret opifex quo thus deferret, aut ubi reconderetur.

[h] *Apud nos*] In orbe Romano, atque inprimis Alexandriæ.

Rufum hoc exit, nec comparandum priori. Illud[i] carphiatum,[6] hoc dathiatum vocant. Creditur[j] et novellæ arboris candidius, sed veteris odoratius. Quidam et in insulis[k] melius putant gigni. Juba in insulis negat nasci.

Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, cum alias non fere mas vocetur, ubi non sit fœmina. Religioni tributum, ne sexus alter usurparetur. Masculum[l] aliqui putant a specie testium dictum. Præcipua autem gratia est mammoso, cum hærente lacryma priore consecuta alia miscuit se. Singula[m] hæc manum implere solita invenio, cum minore[7] [n] diripiendi aviditate lentius nasci liceret. Græci stagoniam[o] et atomum tali modo appellant: minorem autem orobiam.[p] Micas concussu elisas mannam[q] vocamus. Etiamnum tamen inveniuntur guttæ, quæ tertiam[r] partem minæ, hoc est, XXVIII.[8] [s] de-



edd. recentt. *ex æstivo partu* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita codd. Regg. Brott. et Editio princeps; *carpheotum* aliæ edd. ante Brotier. Mox, Salmasius, *hoc dadioton vocant.*—7 Codd. Dalec. et Chiffl. *quum inope.*—8 Ita codd. Harduini et Joannis Laet, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. 'Quædam exemplaria habent, *XXIX.* alia, *XXVIII.* Sic codd.

NOTÆ

[i] *Illud*] Quod autumno legitur. In Mss. Reg. Colb. aliisque, *Carfiathum*, et *Dathiatum:* quæ barbara potius, quam Græca vocabula esse reor: etsi aliter Salmasio visum, in Solin. p. 505. ubi *Carphioton* et *Dadioton* legi jubet.

[j] *Creditur*] Theophr. loc. cit.

[k] *Quidam et in insulis*] Arabiæ vicinis. Theophr.

[l] *Masculum*] Etiamnum in officinis, *l'Encens mâle, ou Oliban.* Virgilio, 'mascula thura.'

[m] *Singula*] Theophr. loc. cit. Singulæ, inquit, glebæ, seu guttæ, mole sua manum implent: pondere tertiam minæ partem æquant.

[n] *Cum minore*] Mss. Reg. Colb. Chiffl. Paris. *cum inope.*

[o] *Stagoniam*] Σταγονίας Diosc. I. 81. *a stillando, ἀπὸ τοῦ στάζειν.* Et ἄτομος sive ἄτμητος, *indivisus*, integer, qui sectionem passus non fuerit. Ἀτμήτου λιβανωτοῦ meminit Hesychius: Polemon item apud Athen. lib. XI. pag. 462.

[p] *Orobiam*] Sic Diosc. loc. cit. *Δευτερεύει δὲ ὁ ὀροβίας, secundas tenet Orobias appellatus.* Nam ab ὄροβος, hoc est, ab ervi magnitudine: quo sensu ὀροβίαν ἐρέβινθον cicer ervi mole appellat Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VI.

[q] *Mannam*] Ita Sextus Platon. c. 2. de lepore num. 6. thuris mannam vocat, quod alii thuris micas, et pollinem. Glossæ: *Thuris pollen*, Μάννα.

[r] *Quæ tertiam*] Theophrast. loco citato.

[s] *Hoc est, XXVIII.*] Minæ nomen

nariorum pondus æquent. Alexandro[t] magno in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris pædagogus Leonides dixerat, ut illo modo, cum devicisset thuriferas gentes, supplicaret. At ille, Arabia potitus, thure onustam navem misit ei, exhortatus ut large Deos adoraret.

Thus collectum Sabota[9 u] camelis convehitur, porta ad id una patente. Degredi via capitale[10] leges fecere. Ibi decimas Deo,[v] quem vocant Sabin,[11] mensura, non pondere, sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet: inde impensæ publicæ tolerantur. Nam et benigne certo itinerum[12 x] numero Deus hospites pascit. Evehi non potest, nisi per Gebanitas:[13 y] itaque et horum regi penditur vectigal. Caput eorum Thomna abest a Gaza nostri littoris in Judæa oppido XLIV. XXXVI.[z] millia passuum.[14] quod dividitur in mansiones camelorum LXV.[15] Sunt et quæ

Dalec. et Chiffl. Scribendum *XXXIII. X.* hoc est, 33. denar. et insuper scrupuli.' *Hotoman de Re Nummar.* p. 114. *XXXIX.* Gronov. et vulgg. ante Harduinum.—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Sabotam* Gronov. et edd. vett.—10 *Degredi via capitale* cod. Reg. 1. *Digredi via capital* Chiffl. *Digredi via capitale* Gronov. et edd. aliæ ante Brotier.—11 Ita Chiffl. et al. *quem invocant Sabin* cod. Dalec.—12 Codd. Dalec. Chiffl. et Tolet. *iterum.*—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Catabanitas*, e Strabone.—14 *D.M. oppido XXXXIV. XXXVI. d. p.* Chiffl. *oppido LXXX. XXVII. &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—15 Ita codd. Harduini, Dalec. Joannis Laet, et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *LXII.* Gronov. et al. ante

NOTÆ

hoc primum loco Plinius ad Romanæ libræ pondus accommodat: quam LXXXIV. denariorum esse disertis verbis admonet XXXIII. 46. Nam tertia pars LXXXIV. denarium, denarii sunt XXVIII. Vide Notas et Emend. num. 12.

[t] *Alexandro*] Hoc totidem verbis Plutarchus in Apophthegm. p. 179.

[u] *Sabota*] Τὰ Σάβοτα, vel, ut auctor Peripli, τὰ Σάββαθα, numero multitudinis. Vide VI. 32.

[v] *Deo*] Solem ait esse Theophr. Hist. IX. 4. Jovem tamen hunc intelligunt aliqui, et Assabinum vocant, Plinio teste c. 43.

[x] *Itinerum*] Mss. omnes, *iterum.* Sententia est, certo dierum numero mercatores, qui thus vehunt, pro hospitio uti ædibus ei Deo sacris, ejusdemque sumtibus ibi ali.

[y] *Gebanitas*] De his et de Tomna oppido, egimus VI. 32.

[z] *XLIV. XXXVI.*] Ita Mss. omnes. Hoc est, quadragies et quater centena, ac triginta sex millia passuum.

sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certæ. Sed præter hos[a] et custodes, satellitesque, et ostiarii,[16] et ministri populantur. Jam quacumque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo, aut pro mansionibus, variisque portoriis pendunt, ut sumtus in singulos camelos denarium DCLXXXVIII.[b] ad nostrum littus colligat: iterumque imperii nostri publicanis penditur. Itaque optimi thuris libra X. VI.[17] [c] pretium habet: secunda X. V. tertia X. III. Apud nos adulteratur resinæ candidæ gemma[18] [d] perquam simili: sed deprehenditur, quibus dictum est, modis.[e] Probatur[f] candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut statim ardeat. Item ne dentem recipiat potius,[19] quam in micas[g] frietur.

XXXIII. (XV.) Myrrham in iisdem sylvis permixtam arborem[1] nasci tradidere aliqui, plures separatim: quippe multis in locis Arabiæ gignitur, ut apparebit in generibus.[a] Convehitur et ex insulis[2] [b] laudata, petuntque eam etiam

Harduinum.—16 Chiffl. *et hostearii;* Gronov. *et hostiarii.*—17 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *libra XVI.* Gronov. et vulgg. ante Harduin. Mox, pro *secunda X. V. tertia X. III.* quam lectionem testantur codd. Harduini, et receperunt Harduin. Bipont. Miller. et Franz. *secunda XV. tertia XIV.* legitur in edd. vett. et Gronov. *secunda XV. tertia XIII.* cod. Dalec. *secunda XV. veriti XIII.* Chiffl.—18 'Manuscriptus *gumma:* lego *gutta.*' Dalec.—19 Cod. Dalec. *recipiat, potiusque.*

CAP. XXXIII.—1 Ita codd. Dalec. Reg. Brot. 1. et Editio princeps. Aliæ edd. ante Brotier. *permixta arbore.*—2 Chiffl. aliique codd. ap. Dalec. et Laet,

NOTÆ

[a] *Sed præter hos*] Theophr. loco citato.

[b] *DCLXXXVIII.*] Monetæ nostræ libræ sunt 267. cum assibus quaternis.

[c] *X. VI.*] Denarios sex. Libræ sunt e nostris duæ, cum assibus octo. Denarii quinque asses sunt quadrageni. Tres denique denarii asses efficiunt quatuor et vicenos.

[d] *Gemma*] Gemmam pro mica, seu gutta dixit.

[e] *Quibus dictum est, modis*] Nempe odore, colore, pondere, gustu, igne, ut dictum est c. 19. Ita Diosc. I. 81.

[f] *Probatur*] Dioscor. loc. cit.

[g] *In micas*] 'In miculas minutas, et ut sabulum dissipetur,' inquit auctor libri de Simp. Medic. ad Patern. inter opera Galeni, tom. XIII. pag. 1002.

[a] *In generibus*] Cum myrrhæ genera plura dicentur cap. 36.

[b] *Et ex insulis*] Uti de thure dictum est cap. sup. De his insulis odoriferis egimus VI. 32.

ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Sativa quoque provenit, multum sylvestri prælata. Gaudet[c] rastris atque[3] ablaqueationibus, melior[d] radice refrigerata.

XXXIV. Arbori[e] altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro et intorto, crassiore, quam thuris,[1 f] et ab radice etiam, quam reliqua sui parte. Corticem lævem, similemque unedoni:[2 g] scabrum alii, spinosumque[h] dixere. Folium olivæ,[3 i] verum crispius, et aculeatum. Juba olusatri. Aliqui similem junipero,[4 j] scabriorem tantum spinisque horridam, folio rotundiore, sed sapore juniperi. Necnon fuere, qui e thuris arbore utrumque nasci[k] mentirentur.

XXXV. Inciduntur bis et ipsæ,[1] iisdemque[l] temporibus, sed a radice usque[m] ad ramos qui valent. Sudant autem sponte, priusquam incidantur, stacten dictam,[2 n] cui nulla



ex sylvis.—3 *Gaudet rastris et* cod. Dalec.

Cap. XXXIV. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sura hominis*, e Theophr. *cruris* Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *adrachnæ*, e Theophr. Hist. Plant. IX. 49.—3 *Folium ulmi* ibid ex eodem.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *therebintho*, ex eodem Theophr.

Cap. XXXV. 1 Cod. Dalec. *binis et ipsæ denique.*—2 Chiffl. *stacte dicta.*—

NOTÆ

c *Gaudet*] Solinus cap. 33. p. 63. Diodor. quoque Bibl. V. p. 317. ὀπίζεται δὲ περισκαφείσης τῆς γῆς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν· *Effossa circum radices terra*, quod ablaqueare dicunt, *succus emanat.*

d *Melior*] Solini paraphrasis: 'Radices nudatæ pinguiore fluunt lacryma.'

e *Arbori*] Solinus, loc. cit. ex Plinio: Plinius ex Theophrast. IX. Hist. IX. 4.

f *Quam thuris*] Vide Notas et Emend. num. 13.

g *Unedoni*] *L'arbousier.* Theophr. loc. cit. τῇ ἀδράχνῃ, hoc est, *portulacæ*, cujus folia unedoni simillima: quam ob causam quoties fere ea vox ἀδράχνη apud Theophrast. occurrit, *unedonem* Plinius vertit. De unedone dicemus XV. 27.

h *Spinosumque*] Spinæ Ægyptiacæ similem facit Diosc. I. 77.

i *Folium olivæ*] Solinus, et Theophr. loc. cit.

j *Junipero*] Theophr. terebintho: reliqua in utroque scriptore paria ac gemina sunt.

k *Utrumque nasci*] Thus scilicet, ac myrrham. Theophr. loc. cit.

l *Iisdemque*] Quibus thuris arbor, hoc est, æstate et hyeme, ut dictum est cap. 33. Vere et æstate, dixit Diodor. Sic. Bibl. lib. V. p. 317.

m *Usque*] Usque ad ramos qui possunt incidi.

n *Stacten dictam*] Duplex est vis

præfertur. Ab hac sativa, et in sylvestri quoque melior[3] æstiva.[o] Non dant ex myrrha portiones Deo, quoniam et apud alios nascitur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes ejus pendunt. Cetero passim a vulgo coëmtam in folles conferciunt, nostrique[4] unguentarii digerunt[p] haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis.

(XVI.) Genera[q] complura: Troglodytica sylvestrium prima. Sequens Minæa, in qua et Atramitica[5] est, et Ausaritis Gebanitarum[6] regno. Tertia Dianitis.[r] Quarta collatitia.[s] Quinta Sembracena,[t] a civitate regni Sabæo-

3 Dalec. *quæ melior.*—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *confarciunt, nostrique* cod. Dalec. *confarciunt, ipsique* Gronov. et al. ante Harduin.—5 'Vet. *primas Erythræa sequens, et Minæa, in qua stactæa, et Atramitica.* Pro *stactæa* lego e Theophr. *Citibæna.*' Dalec. *in qua Atramitica* Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 'Ms. meus et Chiffl. *est et Gebanitica.* Lego ex eodem Theophr. *Mamalitia;* vel e

NOTÆ

hujus vocis στακτή. Nam et myrrham sonat, quæ sponte manet ex arbore: et recentis myrrhæ pinguedinem, quæ per se unguentum faciat sine oleo. Priore significatu a Plinio modo accipitur: posteriore, XIII. 2. et a Diosc. I. 73. et 77. Ab Athenæo quoque, l. XV. p. 688. Denique a Theophrast. loc. cit. ubi στακτὴν myrrham omnem vocat, quæ fluit ex arbore: ut distinguatur a πλαστῇ, quæ in pastillos conformatur. Plinii sententiam de stacte, quæ ex arboribus sponte manet, secuti sunt Mercurialis Antiquit. Lect. V. 24. aliique quos citat et sequitur P. Servius de Odoribus, p. 57. ubi eam sententiam egregie tuetur. E vetustioribus subscribit Solinus c. 33. p. 63. 'Sponte manans,' inquit, 'pretiosior ex ea sudor est: elicitus corticis vulnere vilior judicatur.' Ac si poëtas licet in partes advocare, Ovid. Met. X. 499. ubi Myrrhæ puellæ in arborem describit transformationem: 'Quæ, quanquam amisit veteres cum corpore sensus, Flet tamen: et tepidæ manant ex arbore guttæ. Est honor et lacrymis: stillataque cortice myrrha Nomen herile tenet, nulloque tacebitur ævo.'

[o] *Melior æstiva*] Quæ æstate inciditur, legiturque autumno.

[p] *Digerunt*] Odore et pinguitudine genera myrrhæ diversa discriminant.

[q] *Genera*] A regionibus, in quibus nascuntur, pleraque nomen sortita. De his regionibus lib. VI. qui de Geographicis agit, dictum est abunde cap. 32. Troglodyticæ primas attribuunt et Diosc. I. 77. et Galenus de Antid. I. 14.

[r] *Dianitis*] Ita libri omnes. Forsan ab insula Dia, cujus meminit Strabo l. XVI. p. 777.

[s] *Collatitia*] Quæ non uno genere constabat, sed ex permixtis earum generibus, quarum portiones a mercatoribus diversarum regionum, sa-

rum mari proxima. Sexta, quam Dusaritin[7][u] vocant. Est et candida uno tantum loco, quæ in Messalum oppidum confertur. Probatur Troglodytica[v] pinguedine,[8] et quod aspectu aridior est, sordidaque ac barbara, sed acrior ceteris. Sembracena prædictis caret vitiis, ante alias hilaris, sed viribus tenuis. In plenum[w] autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu[x] albicantis succi et tabescentis: utque fracta[9] candidos ungues[y] habeat, gustu leniter amara. Secunda bonitas intus varia.[z] Pessima, intus[10] nigra: pejor, si etiam foris. Pretia ex occasione ementium varia. Stactæ vero a XIII. ad XL.[11][a]

Diosc. *Caucasis.*' Dalec.—7 *Dusyritin* Chiffl.—8 In codd. Regg. Brot. Dalec. et Editione principe, *Troglodyticæ pinguedinis;* Edd. ante Brotier. *Troglodytica pinguitudine;* Chiffl. *Troglodyticæ pinguidinis.* Mox, *viridior est horrida* Dalec. e Diosc. ubi χλωροτέρα. Deinde, cod. Dalec. *barbara.* *Acrior ceteris. Sembracena, ante alias;* Chiffl. *barb. sed acrior ceteris Sambracena prædictis, ante alias.*—9 Cod. Dalec. *canescentis succi . . . confracta.*—10 *Pessima quæ intus* margo edd. Dalec. et Gronov.—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Stactæ vero a VI. ad L.* Gronov. et al. ante Harduin. *Stactæ a X. XXX. ad XL.* quidam ap. Dalec. Alii ibid. *S. a. XLVI. ad L.* vel, *Stactæ a XIII. ad XL.* Mox, cod. Dalec. *Sativæ sum X.*

NOTÆ

cerdotibus, scribis, custodibus, satellitibusque conferebantur, ut dictum est cap. 33. Vide Notas et Emend. num. 14.

[t] *Sembracena*] De hoc oppido, et de Messalo diximus VI. 32.

[u] *Dusaritin*] Δουσαρηνοὶ Arabes Ptolemæo cogniti VI. 7. in Arabia felice. Tertull. in Apolog. 'Unicuique provinciæ et civitati suus est Deus, ut Syriæ Astarte, ut Arabiæ Dusares.' Dusarin quoque Arabum Deum Stephanus vocat. Is autem Bacchus ipse est. Nam Hesychius ex Isidoro, *Δούσαριν τὸν Διόνυσον Ναβαταῖοι ὀνομάζουσιν.* Igitur vel a Dusarenis populis apud quos nascebatur, vel a Dusari Deo, cui offerebatur, id ei myrrhæ nomen factum.

[v] *Troglodytica*] Sylvestris nimirum, et quæ ἐργασίμη a Diosc. dicitur I. 77. Nam sativa Troglodytica, quam Diosc. laudat, et Galenus loc. cit. adeo non sordium et squaloris plena est, ut διαυγὴς potius dicatur, et *pellucida:* et hæc, ut dictum est, sylvestri præfertur.

[w] *In plenum*] Universe, generatim. Hæc Diosc. quoque loc. cit.

[x] *In concretu*] Dum liquida concrescit.

[y] *Candidos ungues*] Intercurrentes lineas candidas, unguium speciem præ se ferentes, ac læves: ἐν τῷ θλασθῆναι ἔνδοθεν λευκὰς, ὀνυχοειδεῖς ἔχουσαν διαφύσεις, λείας. Talem probat et Charasius in Pharmac. Galen. p. 296. talem et ipsi vidimus.

[z] *Varia*] Quæ intus varii coloris est, secundas tenet. Undequaque concolorem laudat Diosc. loc. cit.

[a] *XIII. ad XL.*] Ita Mss. omnes.

Sativæ summum, X. XI.[b] Erythrææ, ad XVI.[c] Hanc[d] volunt Arabicam intelligi. Troglodyticæ nucleo,[e] XVI.[12] ejus vero, quam odorariam[f] vocant, XIV.[g] Adulteratur lentisci glebis, et gummi.[h] Item cucumeris succo amaritudinis causa, sicut ponderis, spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore: gummis, dente lentescens.[13] Fallacissime[14] autem adulteratur Indica myrrha, quæ ibi de quadam spina colligitur. Hoc solum pejus[i] India affert, facili distinctione: tanto deterior est.

XXXVI. (XVII.) Ergo transit[j] in mastichen, quæ et ex alia spina[1] fit in India, itemque in Arabia: lainam vocant.[2] Sed mastiche quoque[3] gemina est: quoniam et in Asia Græciaque[4] reperitur herba[k] radice folia emittens,



XI. (*X. XLII.*) Chiffl. *Erythr. XVI. hac, &c.*—12 Ita codd. Harduini cum edd. recentt. *nucleo XXI.* cod. Dalec. *nucleo ad XIII.* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, pro *ejus vero*, Parm. habet *Seæ vero;* Vet. Dalec. *sextæ vero.* Denique Gronov. et al. ante Harduin. *quam adorariam vocant, ad XIIII.* Cod. Dalec. *quam adorariam vocant, XV.* Chiffl. *quam adorariam vocant, XVII.*—13 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Male in recentioribus: *sapore gummi, dente lentescentis.*' Brotier.—14 *Fallacissima* cod. Dalec. et mox in eodem, *ibi de aliqua spina.*

Cap. XXXVI. 1 '*Jam ego transeo ad mast. quæ et ex humili* (nempe Chamæleone) *spina, &c.* vel, *Transeamus ad mast.*' *&c.* Dalec. Harduin. 2. operarum certe lapsu, *id mastichen;* quem tamen errorem repetit Millerus.—2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps; *lamam vocant* aliæ edd. ante Brotier.—3 Dalec. *nobis quoque.*—4 *Græciaque* non habetur in cod. Dalec.—5 Dalec. *erumpit lima.*

NOTÆ

Denarios hic subintellige: quorum quadrageni libras efficiunt monetæ Gallicæ sedecim. Ter et deni libras quinque, asses quaternos.

[b] *X. XI.*] Denarii undecim. Libræ sunt quatuor, et asses octoni.

[c] *Ad XVI.*] Sedecim denarii sunt libræ sex, asses octo.

[d] *Hanc*] Mss. omnes, *hac.*

[e] *Nucleo*] Subintellige pretium. Quod in thure micam, mannam, pollinem, id in myrrha nucleum vocat: nempe grana concussa.

[f] *Odorariam*] Sic Mss. omnes, non *adorariam.*

[g] *XIV.*] Denarii quatuordecim libræ sunt quinque, et asses duodeni.

[h] *Et gummi*] Adulteratur gummi macerato in aqua, in qua myrrha maduerit, et cum myrrha permixto, inquit Diosc. loc. cit.

[i] *Pejus*] Quam quod alibi nascitur: cum Indica omnia sint fere reliquis toto orbe nascentibus præstantiora.

[j] *Ergo transit*] Igitur ea myrrha, quæ ex Indica spina colligitur, in mastichen degenerat, et mastiche verius appellanda: quæ mastiche et ex alia rursum Indica spina legitur: item et in Arabia: utrobique lamam seu lainam vocant.

et carduum similem malo, seminis plenum: lacrymaque erumpit incisa[5] parte summa, vix ut dignosci possit a mastiche vera. Necnon et tertia[l] in Ponto est, bituminis similior. Laudatissima autem Chia candida,[m] cujus pretium in libras XX.[n] nigræ vero XII. Chia e lentisco[o] traditur gigni gummi modo: adulteratur, ut thura,[p] resina.

XXXVII. Arabia etiamnum et ladano[a] gloriatur: forte casuque hoc et injuria fieri odoris,[1] [b] plures tradidere. Capras,[c] maleficum alias frondibus animal, odoratorum vero fruticum appetentius,[2] tanquam intelligant pretia, germinum caules[d] prædulci liquore turgentes, distillantemque ab his (casus mixtura)[3] [e] succum improbo barbarum villo abstergere: hunc glomerari pulvere,[4] incoqui Sole:



CAP. XXXVII. 1 'Pintian. *auctores.* Ms. meus, *injuria odores* (lego *odorem*, i. e. ἄρωμα) *fieri, plures;* alii, *injuria fieri odoris genus;* alii, *casuque hunc et injuria fieri odorem.*' Dalec.—2 Codd. Dalec. et Chiffl. *expetentius.* Mox, Gronov. et vulgg. ante Harduin. *pretia carpere geminum;* cod. Dalec. *pretia capere, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. *germini caulium prædul. turgentia c. liqu.*—3 'Sic libri omnes scripti et editi. Sed certe glossema est, ut plerique fatentur. Tentabat tamen eruditus Petavius, *casu in terram.*' Brotier. 'Salmasius delendum indicat hoc glossema.' *Laet.* Parm. *casu mixturæ;* alii ap. Dalec. *quasi cæsura;* vel, *morsu cæsis.*—4 Parm. *glomerari in pulverem.*—5 Cod.

NOTÆ

[k] *Herba*] Helxine, de qua XXI. 56. Ἰξίνη Theophrasto dicta Hist. VI. 4. unde hæc descriptio totidem ferme verbis excepta.

[l] *Et tertia*] Quæ nigra, ut dicetur XIV. 25.

[m] *Chia candida*] De qua Galenus, de Fac. Simp. Med. l. VII. p. 206. Μαστίχη ἡ μὲν λευκὴ καὶ Χία. Nostris, *du Mastic:* in officinis *Mastix* et *Mastiches.*

[n] *In libras XX.*] Subintellige, denarii: quorum viceni libras monetæ Gallicæ octonas æquant: duodeni, libras quaternas, cum assibus sedecim.

[o] *Chia e lentisco*] Diosc. I. 90.

[p] *Ut thura*] Quæ resinæ candidæ gemma seu mica adulterari dixit cap. 33. Vide Notas et Emend. num. 15.

[a] *Ladano*] In officinis retinet nomen, quod in Creta fit, teste Bellonio Observ. I. 7. sed minime sincerum illud quidem: immo nullarum virium.

[b] *Odoris*] Odoratorum fruticum, quos maleficum animal capræ rodunt.

[c] *Capras*] Accepta hæc ab Herod. l. III. p. 206.

[d] *Germinum caules*] Vel germina caulium.

[e] *Casus mixtura*] Habent has voces Mss. omnes: sed glossema inutile esse, quod ab ora in contextum irrepserit, recte censuit Pintianus.

et ideo in ladano caprarum pilos esse: sed hoc non alibi fieri, quam in Nabatæis,[f] qui sunt ex Arabia contermini Syriæ.

Recentiores ex auctoribus strobon[5g] hoc vocant: traduntque sylvas Arabum pastu caprarum infringi, atque ita succum villis inhærescere:[6] verum autem ladanum Cypri insulæ esse, (ut obiter quæque genera odorum dicantur, quamvis non terrarum ordine,) similiter[h] hoc et ibi fieri tradunt, et esse œsypum[i] hircorum barbis genibusque[7] villosis hærens, sed hederæ flore[8j] deroso, pastibus matutinis, cum est rorulenta Cypros. Deinde nebula Sole discussa, pulverem madentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti.

Sunt qui herbam[k] in Cypro, ex qua id fiat, ledam[9] appellant: (etenim illi ledanum vocant:[l]) hujus pingue[10m]

Dalec. *stobolon.*—6 Vet. Dalec. *succo villos inhorrescere.* Mox, Chiffl. *Cypri insula.*—7 Vet. Dalec. *genisque.*—8 Dalec. *ederæ folio.* ‘Errat Plinius; et κισσοῦ, *hederæ*, legit, cum esset legendum κισθοῦ, *cisthi*.’ Brotier.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ledon*, e Diosc. Mox, pro *appellant*, quod servant codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *appellent* legitur in Gronov. et vulgg. ante Harduin.—10 Chiffl. *hujus pingui.* Alii ap. Dalec. *hujus foliis pingue super eam herbam.* Mox, Dalec. *attractos*

NOTÆ

[f] *Nabatæis*] De his VI. 32.

[g] *Strobon*] Vide Notas et Emend. num. 16.

[h] *Similiter*] Quemadmodum in Arabia: succo nempe ex germinibus erosis stillante, ac barbis hircorum adhærescente, &c.

[i] *Œsypum*] Sordes pecudum sudoremque feminum et alarum adhærentes lanis œsypum vocant, inquit Plinius XXIX. 10. cum Diosc. II. 84.

[j] *Sed hederæ flore*] Vide Notas et Emend. num. 17.

[k] *Sunt qui herbam*] Paulo illi laxius accepto herbæ nomine locuti: nam fruticem, θάμνον, cum Diosc. I. 128. et αὐτοψίᾳ ipsa verius dixissent. Sic Plinio XXIV. 61. herba sabina dicitur, quæ frutex est. Ut ii porro herbam genere muliebri ledam, sic Diosc. virili fruticem λῆδον vocat, aitque esse alterum cisthi genus: quod unus omnium recte describit Prosper Alpinus de Plantis Exot. cap. 40. In Creta hodieque nascitur. Genera ejus plura depinguntur a Clusio Hist. Rar. Plant. I. 50. quæ fere omnia in horto Regio vidimus.

[l] *Ledanum vocant*] Id medicamentum scilicet, eumve succum, quem alii ladanum appellavere. Λήδανον Herodoto l. III. p. 206.

[m] *Hujus pingue*] Hujus herbæ foliis pinguitudinem quandam verno tempore aiunt insidere: φύλλα λιπαρίας τινὰς κατὰ τὸ ἔαρ ἐπισπώμενα, inquit Diosc. I. 128.

insidere itaque attractis funiculis: [n] herbam eam convolvi, atque ita offas fieri. Ergo in utraque gente [o] bina genera, terrenum [p] et factitium. Id quod terrenum est, friabile: factitium, lentum.

Necnon [q] et fruticem esse dicunt in Carmania, et super Ægyptum per Ptolemæos translatis plantis: aut (ut alii) generante et id thuris arbore: [11] colligique, ut gummi, inciso cortice, et caprinis pellibus excipi. Pretia sunt laudatissimo in libras, asses XL.[12] [r] Adulteratur myrti baccis, et aliis animalium sordibus. Sinceri odor debet esse ferus, et quodammodo solitudinem redolens: ipsum visu aridum,[13] tactu statim mollescere, accensum fulgere, odore jucundo gratum. Myrtata [14] [s] deprehenduntur, crepitantque in igne. Præterea sincero [t] calculi potius e rupibus inhærent, quam pulvis.

XXXVIII. In Arabia [a] et olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur, Græcis enhæmon [b] dictum, sin-

funiculos herbæ ei advolvi. Al. ap. Dalec. *revolvi.* Chiffl. *atque extractis, &c.*—11 Dalec. *generatis et ibid. cum thuris arbore;* Vet. ejusdem, *generari et id in iis, ut thuris arborem.*—12 'Alias, *asses XXX.*' Dalec.—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *viride*, ut infra XXVI. 8. *ὑπόχλωρον* Diosc. et mox ibidem, *mollescit, accensum fulget.*—14 *Myrrata* Gronov.

NOTÆ

[n] *Insidere itaque attractis funiculis*] Ita Mss. omnes. Funiculos, inquit, in fruticem eum, seu folia fruticum, injiciunt, quibus funiculis pinguitudo ea adhærescit: iisdem attractis ea exprimitur, deraditurque, et in offas cogitur, circa quas herbam ipsam seu folia convolvunt. Ita fere Diosc. loc. cit.

[o] *In utraque gente*] Arabica et Cypria.

[p] *Terrenum*] Terrenum est quod, hircorum caprarumve villis adhærens, glomeratur pulvere. Factitium, quod funiculis ex herba ea legitur.

[q] *Necnon*] Tertium ladani genus.

[r] *Asses XL.*] Seu denarii quaterni: monetæ Gallicæ asses duo ac triginta.

[s] *Myrtata*] Myrti baccis adulterata, ut dictum est.

[t] *Sincero*] Subintellige, ladano.

[a] *In Arabia*] Hæc totidem verbis Theophr. Hist. Plant. IV. 8.

[b] *Enhæmon*] Ἔναιμον, Theophr. hoc est, sistendo sanguini utile, ut Gaza vertit: vel, ut alii, quod cruentis injicitur vulneribus. Celsus V. 19. 'Ex emplastris,' ait, 'nulla majorem usum præstant, quam quæ cruentis protinus vulneribus injiciuntur: ἔναιμα vocant.' Sunt qui hanc lacrymam esse officinarum *Elemni* putant, quæ ex Arabia et Perside affertur. Ne-

gulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. In maritimis eæ[1] fluctibus æstuque operiuntur.[c] Nec baccæ nocetur, cum constet et in foliis salem relinqui. Hæc sunt peculiaria Arabiæ: et pauca præterea communia, alibi dicenda,[2] quoniam in iis vincitur.[d] Peregrinos ipsa mire odores et ad exteros[e] petit.[3] Tanta mortalibus[f] suarum rerum satietas est, alienarumque aviditas.[4]

XXXIX. Petunt igitur in Elymæos[1] [g] arborem bratum,[h] cupresso fusæ[i] similem, exalbidis ramis, jucundi odoris accensam, et cum miraculo historiis[j] Claudii Cæsaris prædicatam. Folia ejus inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumque ejus contra ligna[k] alia[2] remedio. Nascitur ultra Pasitigrin[l] in finibus oppidi Sittacæ[3] in monte Zagro.



Cap. xxxviii. 1 Chiffl. *hæ.*—2 *Arabiæ, et pauca. Præterea alibi communia dicenda* cod. Dalec.—3 Idem codex, *myrrhæ odores et ab exteris petit.*—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *alienarum aviditas* Gronov. et vulgg. ante Harduinum.

Cap. xxxix. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Helimæos* Gronov. et edd. vett. Mox, pro *bratum*, quod servant codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *brutam* exhibent edd. vett. et Gronov.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ligna exitialia.*—3 'Vet. *opimis Scytræ*, prave.' *Dalec. oppidi Scytræ* Chiffl. *oppidi Sitacæ*,

NOTÆ

que id immerito: quia vires utrique eædem: sanguinem enim fluentem sistit, inflammationesque arcet.

[c] *Operiuntur*] Prorsus ut eæ oleæ pelagiæ esse videantur, aut certe iis similes, de quibus rursum xiii. 51. De his enim id quoque Theophr. prodidit, loc. cit.

[d] *In iis vincitur*] Præstantiora sunt ea in aliis regionibus, quam in Arabia.

[e] *Ad exteros*] Hoc est, ab exteris. Similis locutio cap. 1. 'Vestes ad Seras peti:' atque alibi sæpius, ut constabit ex Indice.

[f] *Tanta mortalibus*] In eam sententiam multa præclare Plinius Junior Epist. viii. 20. ad Gallum.

[g] *Elymæos*] De Elymaide vi. 31.

[h] *Bratum*] Ita Mss. non *brutam.* Et in Indice libri hujus, *Bratus arbor.* Peregrina hæc arbos fuit, a sabina herba, quæ et brathy appellata est, de qua dicetur xxiv. 61. diversa. Hebræis,ut quidam volunt, ברות, cujus mentio in Sacris Paginis, Cant. i. 17.

[i] *Cupresso fusæ*] Pumilioni, atque in latitudinem magis fusæ, quam in sublime elatæ.

[j] *Historiis*] Quas Claudius Cæsar scripsit, ut dicemus in Auctorum Indice.

[k] *Contra ligna*] Quorum gravis exitiosusque fumus: ut sunt ipsius myrrhæ sarmenta.

XL. Petunt et in Carmanos arborem strobum[a] ad suffitus, perfusam vino palmeo accendentes. Hujus odor redit a cameris ad solum jucundus, sed aggravans capita, citra dolorem tamen. Hoc somnum ægris quærunt. His commerciis Carras[b] oppidum aperuere, quod est illis nundinarium.[c] Inde Gabbam[d] omnes petere solebant, dierum XX. itinere, et Palæstinam Syriam: postea Characem peti cœptum, ac regna Parthorum ex ea causa, auctor est Juba. Mihi ad Persas[1] etiam prius ista portasse, quam in Syriam aut Ægyptum, videntur, Herodoto[e] teste, qui tradit singula millia talentum thuris annua pensitasse[2] Arabas regibus Persarum.

Ex Syria revehunt styracem,[f] acri odore ejus in focis abigentes suorum[g] fastidium. Cetero, non alia ligni genera sunt in usu, quam odorata: cibosque Sabæi coquunt thuris ligno, alii myrrhæ, oppidorum vicorumque non alio, quam ex aris, fumo atque nidore.[a] Ad hunc[h] ergo sanan-

[a] *Non alius ibi ex oppidis, vicisque, quam ex aris, nidor convolvitur.*



monte Zagro Gronov. et al. ante Harduin. *in monte Schantro* Chiffl. *in monte Zagro* codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *monte Scantho* Vet. Dalec.

CAP. XL. 1 *Minæi et ad Persas* Vet. Dalec. Mox, *ista* deest in cod. Dalec. —2 Idem codex, *talentum annuorum thuris pensitasse;* alii ap. Dalec. *talentum*

NOTÆ

[1] *Pasitigrin*] De Pasitigri, Sittace, et Zagro, VI. 31.

[a] *Strobum*] In Indice libri hujus, ex Mss. omnibus, *Stobrum*.

[b] *Carras*] Mesopotamiæ, sive Arabiæ, ut dictum est V. 21.

[c] *Nundinarium*] Et VIII. 77. 'forum nundinarium' dixit: 'epulas' quoque 'nundinarias' Ulpianus: Plautus, 'coquum nundinalem.'

[d] *Inde Gabbam*] Ita libri omnes. De ea V. 16. De Palæstina Syria cap. 14. De Charace VI. 31.

[e] *Herodoto*] Lib. III. pag. 202. Ἀράβιοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον λιβανωτοῦ ἀνὰ πᾶν ἔτος. Dario nempe Persarum regi id vectigal Arabes pensitabant.

[f] *Styracem*] De quo dicemus cap. 56.

[g] *Suorum*] Subintellige, odorum, sive lignorum odoratorum. Solini paraphrasis cap. 33. pag. 63. 'Arabes sarmentis myrrhæ ignes fovent: quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt.'

[h] *Ad hunc*] Nempe nidorem abigendum, fastidiumque sanandum. Ita libri omnes.

dum urunt styracem in pellibus hircinis,[i] suffiuntque tecta. Adeo nulla est voluptas, quæ non assiduitate fastidium [3] pariat. Eundem et ad serpentes [4] fugandas urunt, in odoriferis sylvis frequentissimas.

XLI. (XVIII.) Non sunt eorum [j] cinnamomum aut casia: et tamen Felix appellatur Arabia, falsa et ingrata [1] cognominis, quæ hoc acceptum Superis ferat, cum plus ex eo inferis debeat.[k] Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ Diis intellexerat genita, adhibens [l] urendis defunctis. Periti rerum asseverant,[2] [m] non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps novissimo Poppææ suæ die concremaverit. Æstimentur postea toto orbe singulis annis tot funera, acervatimque congesta honori cadaverum, quæ Diis per singulas micas [n] dantur. Nec minus propitii erant mola salsa [o] supplicantibus, immo vero (ut palam est) placatiores. Verum Arabiæ etiamnum felicius mare est: ex illo namque margaritas mittit. Minimaque computatione millies [p] centena [3] millia sester-

thuris annuatim, &c.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *assiduitate sui fastidium* Gronov. et vulgg. ante Harduinum.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Eundem ad serpentes*, omisso *et*, Gronov. et edd. vett.

CAP. XLI. 1 Cod. Dalec. *falsi et ingrati*; Vet. Dalec. *falso et ingrata.*—2 Cod. Dalec. *genita, urentium defunctis. Periti rerum astruxerunt.* Et sic Chiffl. nisi quod habet, *adstruerant.*—3 '*H. S. quingenties* supra VI. 23.' *Dalec.*

NOTÆ

[i] *In pellibus hircinis*] Hæc verba suo loco mota existimat Pintianus, reclamantibus omnibus libris.

[j] *Non sunt eorum*] Non sunt Arabum propria et peculiaria: sed ab Æthiopia ad eos deferuntur.

[k] *Inferis debeat*] Cum odores ii magno redemti pretio, in mortuorum busta et rogos insumantur, ibi cremari soliti, et ungendis corporibus adhiberi. Quo Juvenal. allusit Sat. XIV. 'Et matutino sudans Crispinus amomo, Quantum vix redolent duo funera.'

[l] *Adhibens*] Hæc vox abest a Mss.

[m] *Asseverant*] In Mss. omnibus, *astruxerunt.*

[n] *Singulas micas*] Minuta grana. Tibull. IV. 1. 'Parvaque cœlestes pacavit mica.'

[o] *Mola salsa*] Utrumque morem complexus est Poëta Comicus, in Amphitr. II. 2. 108. 'Prodigiali Jovi Aut mola salsa hodie aut thure comprecatum oportuit.' Mola, inquit Festus, a molito farre, dicitur far tostum et sale sparsum, quod eo molito hostiæ aspergantur.

tium annis omnibus India et Seres peninsulaque[q] illa imperio nostro adimunt. Tanto nobis deliciæ et fœminæ constant! Quota enim portio ex illis ad Deos, quæso, jam, uti ad inferos, pertinet?

XLII. (XIX.) Cinnamomum et casias fabulose[1] narravit antiquitas, princepsve Herodotus,[a] avium nidis, et privatim phœnicis, in quo situ[a] Liber pater educatus esset, ex inviis rupibus arboribusque decuti,[b] carnis quam ipsæ inferrent[2] pondere, aut plumbatis sagittis. Item casiam[c] circa paludes propugnante[3] unguibus diro vespertilionum genere, aligerisque serpentibus: his commentis augentes rerum pretia. Comitata[4] vero[d] fabula est, ad meridiani Solis repercussus inenarrabilem quendam universitatis halitum[b] e tota peninsula[e] existere, tot generum[f] auræ[5] spirante concentu, Magnique Alexandri classibus Arabiam odore primum[g] nuntiatam in altum. Omnia falsa, siquidem cinnamomum, idemque cinnamum, nascitur in Æthio-

[a] *In quo terrarum tractu.* [b] *Omnium simul odorum.*



CAP. XLII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *fabulosa* Gronov. et edd. vett.—2 Cod. Dalec. *ipse inferret.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *paludes gigni propugnante.*—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Commenta* alii apud Dalec. *Commutata* Gronov. et edd. vett.—5 Parm. *auris;* alii ap. Dalec. *odoris.* Mox, cod. Dalec. *spirantis conceptum;* Chiffl. *spirante con-*

NOTÆ

[p] *Millies*] Monetæ Gallicæ libræ sunt, ut vocant, 10000000. seu decem milliones.

[q] *Peninsulaque*] Arabia, de qua nunc sermo: quam peninsulam inter duo maria procurrentem vocat, Rubrum, Persicumque, VI. 32.

[a] *Herodotus*] Lib. III. pag. 205. et 206.

[b] *Decuti*] Nidis per se ac sponte discissis, sive dehiscentibus, cum impares essent carnium ponderi ferendo: vel sagittarum jactu dejectis.

[c] *Item casiam*] Herod. loc. cit. pag. 205. n. 110. de casia: de cinnamomo idem Theophr. Hist. IX. 5.

[d] *Comitata vero*] Sic Mss. non *commutata.* Simili forma loquendi usus IX. 58. 'Comitatur fama unionis ejus parem,' &c.

[e] *E tota peninsula*] Arabia, ut diximus.

[f] *Tot generum*] Tot odorum, quot in Arabia nascuntur, afflatu suavi simul aspirante.

[g] *Odore primum*] Odore Arabiam prope positam ex alto sensisse.

pia[h] Troglodytis connubio permixta. Hi[6] mercantes id a conterminis,[i] vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant vel impellant, non vela, non ratio ulla adjuvet, cum omnium instar ibi sint homo tantum et audacia. Præterea hybernum mare exigunt[7][j] circa brumam, Euris tum maxime flantibus. Hi recto[k] cursu per sinus impellunt, atque a promontorii[l] ambitu Argeste[m] deferunt in portum Gebanitarum, qui vocatur Ocelis.[8] Quamobrem illi maxime id petunt, produntque vix quinto anno[9] reverti negotiatores, et multos interire. Contra revehunt vitrea, et aëna, vestes, fibulas cum armillis[10] ac monilibus. Ergo negotiatio illa fœminarum maxime fide constat.[n]

Ipse frutex[o] duum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, IV. digitorum crassitudinis, statim a terra sex digitis[11] surculosus, arido similis. Cum viret, non odoratus, folio origani,[p] siccitate gaudens, sterilior

ceptum; Dalecampius legit, *spiratu conceptum.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ii* Gronov. et edd. vett.—7 Dalec. *eligunt.*—8 ‘Variant codices manuscripti. Alii, *Ocilia;* alii, *Occhilia.* Variant et editi libri: vetustissimi, *Occilia;* recentes, *Ocila.* Emendandum, *Ocelis*, ut patet ex Plinio VI. 26.’ *Brotier.* *Ocilia* Chiffl. *Ocila* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 Dalec. *vix peracto anno.* —10 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *fibulasque cum armillis* Gronov. et edd. ante Harduin.—11 Ita edd. ante Harduini secundam. Hæc, *digitorum crassitudinis, statim a terra sex,* desunt in edd. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. De omissione silet

NOTÆ

[h] *Æthiopia*] De hac gente Æthiopum dictum est VI. 34.

[i] *A conterminis*] Troglodytæ ab Æthiopibus.

[j] *Exigunt*] Decurrunt. Ita libri omnes.

[k] *Hi recto*] Euri rates impellunt per singulos sinus, ita ut a terra vix illæ abscedant, sed oram semper legant.

[l] *A promontorii*] Arabici nimirum ejus promontorii a quo ad continentem Troglodytarum L. mill. pass. intervallum est, ut dictum est VI. 32.

[m] *Argeste*] Ventus est, qui ab occasu solstitiali spirat, ut diximus II. 46. De Ocila egimus VI. 26.

[n] *Fide constat*] Ex mutabili fœminarum ingenio pendet. Nam si affectare illæ monilia armillasque desierint, tum sublata omnis permutatio negotiatioque intelligetur.

[o] *Ipse frutex*] Ita fere Theophr. Hist. IX. 5.

[p] *Origani*] De quo dicemus XX. 67.

imbre, cæduæ[12] [q] naturæ. Gignitur in planis quidem, sed densissimis in vepribus, rubisque,[13] difficilis collectu. Metitur[r] non nisi permiserit Deus: (Jovem[s] hunc intelligunt aliqui: Assabinum illi vocant:) XLIV. boum, caprarumque, et arietum extis impetratur venia cædendi. Non tamen aut ante ortum Solis aut post occasum licet. Sarmenta hasta dividit sacerdos, Deoque partem ponit: reliquum mercator in massas[14] condit. Est et alia fama cum Sole dividi, ternasque partes fieri: dein sorte gemina[15] [t] discerni:[c] quodque Soli[u] cesserit relinqui, ac sponte conflagrare.

Præcipua[v] bonitas virgultorum tenuissimis partibus, ad longitudinem palmi. Secunda proximis breviore mensura, atque ita ordine. Vilissimum, quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratiæ.[16] Qua de causa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipsum vero lignum in fastidio est, propter origani[w] acrimoniam: xylocinnamomum vocatur. Pretium[x] est in libras XX.[17] Quidam cinnami duo genera[y]

[c] *Repetita iterum subsortitione discerni, quæ cui sit tribuenda pars: quæ Soli, quæ Jovi, quæ mercatori.*

Harduinus.—12 Vet. Dalec. *imbre, ceu diræ.*—13 Gronov. et al. ante Harduin. *rubrisque.*—14 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in naves* Dalec. *in nassas* Gronov. et edd. vett.—15 Ita omnes codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *germina* cod. Dalec. *gemia* Chiffl. i. e. *gemĩa*, vel *gemina;* Gronov. et al. ante Harduin. *cremia.*—16 Dalec. *summa gratia.*—17 'Ita libri omnes. Forte ita interpungendum, *X. X.* ut sint denarii deni, non viceni.' *Brotier.*—

NOTÆ

[q] *Cæduæ*] Hoc est, quæ cæditur. Sic sylvam cæduam dicimus.

[r] *Metitur*] Hæc Solinus a Plinio mutuatur c. 30. p. 57.

[s] *Jovem*] Solem alii, ut diximus c. 33. et Solinus loc. cit.

[t] *Sorte gemina*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. &c. non *sorte cremia.*

[u] *Quodque Soli*] Solin. loc. cit. a Plinio: Plinius a Theophr. loc. cit.

[v] *Præcipua*] Et hæc a Theophr. accepta Hist. IX. 5.

[w] *Propter origani*] Quoniam origani instar gustui acerbum est. Diosc. non cinnamomum, ut Dalec. affirmat, sed amomum dixit origanum olere I. 14.

[x] *Pretium*] Xylocinnamomi pretium in libras singulas denarii viceni: Gallicæ monetæ, libræ octo. An legendum potius, *in libras X. X.* hoc est, *denarii deni?*

[y] *Duo genera*] Candidum et nigrum, λευκὸν καὶ μέλαν, aliaque genera

tradidere, candidius, nigriusque.[18] Quondam præferebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur, atque etiam varium præferunt candido. Certissima[z] tamen æstimatio ne sit scabrum, atque ut inter sese tritum tarde frietur.[19] Damnatur inprimis molle, aut cui labitur[a] cortex.[20]

Jus ejus a Gebanitarum rege solo proficiscitur: is edicto mercatu vendit.[21] Pretia quondam fuere in libras denarium millia.[22][b] Auctum id parte dimidia[c] est, incensis, ut ferunt, sylvis ira barbarorum. Id acciderit ob[23] iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat. Austros ibi tam ardentes flare, ut æstatibus sylvas accendant, invenimus apud auctores. Coronas ex cinnamo interrasili[d]

18 Chiffl. aliique codd. apud Dalecampium, *nigricansque*.—19 *Certissima t. æstimatione si sit scabrum . . . tarde frangatur* cod. Dalec. *Certissimo t. æstimatio ne . . . inter sestertium t. frietur* Chiffl.—20 Ita codd. Tolet. Chiffl. et Editio princeps, nisi quod Chiffl. habet *Damnatum*. In codd. Regg. Brot. 1. 2. *labit;* in recentioribus edd. ante Brotier, *labat;* Gronov. et al. ante Harduin. *albet.* —21 *Jus ejus ad G. reges solos proficit: thuris edicto mercata venditur* cod. Dalec. Pro *edicto* Vet. Dalec. habet *indicto*.—22 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *mille* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—23 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *acciderit ne ob* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

Diosc. affert I. 13. Idem nigrum candido anteponit.

[z] *Certissima*] Similia habet Diosc. I. 13. a quo et scabra casia rejicitur c. 12.

[a] *Aut cui labitur*] Cui cortex a caudice sponte sejungitur. Vide Notas et Emend. num. 18.

[b] *Denarium millia*] Denarii mille, monetæ nostræ libras efficiunt quadringentas.

[c] *Parte dimidia*] Ita ut pretium foret in libras, denarii mille et quingenti: hoc est, monetæ Gallicæ, libræ sexcentæ.

[d] *Interrasili*] Partim cælato, partim plano. Sic 'interrasa' vasorum latera dixit XXXIII. 49. 'Interrasum marmor,' XXXV. 1. Papias: 'Interrasilis, anaglypha, sculpta.' Will. Brito in Vocabul. 'Interrasile dicitur interpolatum cælatura, et plana. Planum enim inter cælaturas, quasi rasum videtur.' Rasili igitur interrasile opponitur, quod subinde cælatura et plano variatur ac distinguitur. Alexander: 'Quod nunc sculpturis, nunc planitia variatur, Hoc et non aliud opus interrasile dicas.' Anonymus de gestis Constantini M. 'Laminam auream jussit interrasilem fieri.' Anastasius Bibl. in Leone III. 'Hic idem Præsul fecit . . . crucem anaglypham interrasilem ex argento purissimo.' Plura apud V. Cl. Du-Cangium in Glossario vide, unde ista fere decerpsimus.

auro inclusas, primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit imperator Vespasianus Augustus. Radicem ejus magni ponderis vidimus in palatii[e] templo, quod fecerat Divo Augusto conjux Augusta,[f] aureæ pateræ impositam: ex qua guttæ editæ[d] annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incendio consumtum est.

XLIII. Frutex et casia[a] est,[1] juxtaque cinnami campos nascitur: sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute[b] verius, quam cortice, quem contra atque in cinnamo, levari[c] et exinaniri pretium est.[2] Amplitudo frutici[3] trium cubitorum. Color triplex. Cum primum emicat,

[d] *Ex qua radice guttæ manantes.*

CAP. XLIII. 1 *Frutex et casiæ est* margo edd. Dalec. et Gronov.—2 Cod. Dalec. *quem conteri* ('leg. *alteri*.' Dalec.) *atque in cinnamo levare pretium est.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

[e] *In palatii*] Vidit et Galenus in scriniis Trajani, ceterorumque Impp. usque ad Severum, cui coævus fuit, ipso ita prodente de Antid. I. 13. p. 884. Hodie nullam ejus esse notitiam ait Pancirol. Rerum Memorab. tit. IX. p. 28. Pharmacopolæ in medicamentorum compositione, ut Charasius monet, in Pharmac. p. 293. cinnamomi nomine nihil hodie aliud præter casiam intelligunt, quam Canellam vocamus. Et sane casiam optimam in cinnamomum degenerare, auctor est idem Galenus c. 11. p. 882. At Petr. Quiqueranus Ep. Senec. de Laud. Provinc. lib. II. fol. 58. 'Lites sint,' inquit, 'inter litigantes. Ego vidi, tetigi, esitavi verum atque nativum cinnamomum, frequenter repertum inter ignobiliora fragmenta, ex odore vinoso facile semper venatus quod quærebam,' &c.

[f] *Augusta*] Livia. A Tiberio et Livia perfectum id fuisse, tum Dio testatur, l. LVI. p. 600. tum veteres Tiberii nummi, quos habemus, in quibus Templum visitur, cum epigraphe, ROM. ET. AVG. Quanquam alii non templum ibi esse, sed aram, censent. De Augustæ cognomine dicemus XV. 40.

[a] *Et casia*] Græcis κασσία. Nos Canellam vocamus: quod suo volumine tubos et canales imitatur. Hæc ejus fruticis descriptio a Theophr. accepta Hist. IX. 5. Accuratius paulo a Charasio expeditur, in Pharmac. p. 166. Ab insula Taprobane, sive Ceilano, nunc ad nos advehitur.

[b] *Tenui cute*] Nempe interiore libro, ex quo fistularum tubuli parantur, quam canellam dicimus. Alioqui crassi corticis sarmentum habet, ἔχει δὲ ῥάβδον παχύφλοιον, inquit Diosc. I. 12.

[c] *Levari*] Hoc est, a caudice seu stirpe eximi. Vide Notas et Emend. num. 18.

candidus pedali mensura: dein rubescit[4] addito semipede: ultra nigricans. Hæc pars[d] maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur vero candida. Consecant[5] surculos longitudine binum digitorum:[e] mox præsuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemtarum, ut iis putrescentibus vermiculi lignum erodant, et excavent corticem tutum[6] [f] amaritudine. Probatur[g] recens maxime, et quæ sit odoris mollissimi,[7] gustuque[8] quam maxime fervens potius, quam lento tepore leniter mordens, colore purpuræ,[9] quæque plurima minimum ponderis faciat, brevi tunicarum fistula,[h] et non fragili. Lactam[10] vocant talem barbaro nomine. Alia est balsamodes,[11] [i] ab odore simili appellata, sed amara, ideoque utilior medicis, sicut nigra[j] unguentis. Pretia nulli diversiora. Optimæ in libras X. L.[k] ceteris X. V.

(XX.) His addidere mangones, quam daphnoiden[12] [l]



Franz. *fruticis* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *dein rufescit* Chiffl. *deinde rubescit* Gronov. et edd. vett.—5 *Tum secant* Vet. Dalec. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *longitudine binum cubitorum.* Deinde, pro *quadrupedum,* margo edd. Dalec. et Gronov. *boum,* e Theophr.—6 Vet. Dalec. *cortice tuto.*—7 Alii ap. Dalec. *gravissimi.*—8 Ita codd. Harduini, et edd. recentt. *gustuve* al. Mox, *quam lento tempore* cod. Dalec.—9 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *colore purpureo* edd. vett. et Gronov.—10 'Vet. *Lædam;* Chiffl. *Ladam.* Fortasse, *achy,* ut ap. Diosc.' *Dalec.*—11 Vet. Dalec. *balsamoides.*—12 Chiffl. *mangoniis quam daphnidis.*—

NOTÆ

[d] *Hæc pars*] Sic Dioscor. I. 12.

[e] *Binum digitorum*] Vide Notas et Emend. num. 19. Sumta hæc a Theophr. loc. cit.

[f] *Tutum*] A vermiculorum erosione tutum, propter amaritudinem.

[g] *Probatur*] Diosc. I. 12. probat recentem, odore vinoso, gustu mordacem et aromaticam.

[h] *Tunicarum fistula*] Tunicæ, seu corticis, qui fistulæ instar habet, cum vaginæ in morem a ligno sejungitur, divelliturque, angusto foramine ac meatu. Sic auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tomo XIII. operum Galeni, p. 989. Casiæ fistulas appellat quoque Scribonius Largus Compos. XXXVI. Casiam fistulam Plin. Valer. II. 37. Sic Galenus de Antid. I. 14. p. 887. σύριγγα καλοῦσιν.

[i] *Balsamodes*] Quæ Dioscoridi purpurascens, rosæ odorem spirans, et ad usus medicos maxime accommodata. Βαλσαμώδης.

[j] *Sicut nigra*] Quæ vilis habetur, εὐτελὴς, Diosc. loc. cit.

[k] *X. L.*] Denarii quinquaginta. Monetæ Gallicæ libræ, ut vocant, viginti. Denarii quinque, libræ duæ.

[l] *Daphnoiden*] Δαφνοειδῆ, a simili-

vocant, isocinnamon[m] cognominatam: pretiumque ei[13] faciunt X. CCC.[n] Adulteratur[o] styrace, et propter similitudinem corticum,[14] laurus[15 p] tenuissimis surculis. Quin et in nostro orbe[q] seritur: extremoque in margine imperii, qua Rhenus[16] alluit, vivit in alveariis apum sata. Color abest ille torridus Sole, et ob id simul idem odor.

XLIV. Ex confinio casiæ cinnamique et cancamum[r] ac tarum[s] invehitur, sed per Nabatæos Troglodytas, qui considere[t] ex Nabatæis.[1]

13 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pretiumque ejus* Gronov. et edd. vett.—14 Vet. Dalec. *cortice.*—15 Ita cod. Reg. Brot. omnesque Harduini. Edd. ante Brotier. *lauri.* Mox, *tenerissimis surculis* cod. Dalec.—16 Cod. Dalec. *per id quod Rhenus.* Mox, Vet. Dalec. *alluit. Vidi iu. a. a. satam.*

CAP. XLIV. 1 *Troglodytasque confines Nab.* cod. Dalec. *confines qui considere* Vet. Dalec.

NOTÆ

tudine cum lauri cortice, ut mox dicetur. Ab indigenis Ἄχυ id genus vocatur: ab Alexandrinis mercatoribus Δαφνῖτις, inquit Diosc. loc. cit. Casia daphnitis Scribonio Largo laudata Compos. XXXIX. et Oribasio lib. XI. fol. 200.

m *Isocinnamon*] Quasi pari virtute cum cinnamo: ab ἴσον et κίνναμον.

n *X. CCC.*] Denarios trecentos. Monetæ nostræ libras centum et viginti.

o *Adulteratur*] Casia styrace adulteratur, et lauro.

p *Laurus* [*lauri*] Mss. omnes, *laurus.*

q *In nostro orbe*] Casia nempe aromatica, sed degenerans, cœli solique natura. De ea rursum idem XVI. 59. ubi de peregrinis arboribus, quæ alibi nasci fastidiunt: 'Vivit tamen,' inquit, 'in Italia piperis arbor: casiæ vero etiam in septemtrionali plaga.' Nugantur, qui casiam alteram hic intelligunt, de qua XXI. 29. cum sit ea Italici magis cœli, quam septemtrionalis. Quin et in ipsa Italia Arabicam sive aromaticam illam casiam visam esse jam ævo suo Columella est auctor, de R. R. III. 8. 'Judæam aiunt,' inquit, 'et Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi: sed nec nostram civitatem prædictis egere stirpibus: quippe cum pluribus locis Urbis jam casiam frondentem conspicimus, jam thuream plantam, florentesque hortos myrrha et croco.'

r *Cancamum*] Dioscoridi I. 23. Κάγκαμον arboris est Arabicæ lacryma, myrrham quadamtenus referens, virosi gustus. Garcias Arom. I. 8. putat esse Lusitanorum *Anime:* verum id esse bdellium diximus superius c. 19. Esse *Laccam* officinarum defendit Matthiol. in loc. Diosc. cit. Ab Amato Lusitano, in eundem Diosc. lib. Enarrat. 23. recte coarguitur.

s *Tarum*] Aëtius XVI. 137. p. 155. 'Tari,' inquit, 'quod est lignum aloës.' In officinis et Agallochi et Ligni aloës nomen habet: sed rarum admodum. In India solum nasci Garcias tradit Arom. I. 16.

t *Qui considere*] Qui ex Nabatæis

XLV. (XXI.) Eo comportatur et serichatum, et gabalium, quæ intra se consumunt Arabes, nostro orbi tantum nominibus [u] cognita, sed cum cinnamo casiaque nascentia. Pervenit tamen aliquando serichatum, et in unguenta additur ab aliquibus. Permutatur in libras X. VI.[v]

XLVI. Myrobalanum [a] Troglodytis, et Thebaidi, et Arabiæ, quæ Judæam ab Ægypto disterminat, commune est, nascens unguento, ut ipso nomine [b] apparet. Quo item indicatur et glandem esse arboris,[1] heliotropio, quam dicemus [c] inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine avellanæ [d] nucis. Ex his in Arabia nascens Syriaca appellatur, et est candida: contra in Thebaide nigra. Præfertur illa [e] bonitate olei, quod exprimitur: sed copia Thebaica. Inter hæc Troglodytica vilissima est. Sunt qui Æthiopicam iis præferant, glandem nigram, nec pinguem,[2] [f] nucleoque gracili, sed liquore, qui exprimitur, odoratiori, nascentem in campestribus. Ægyptiam pinguiorem esse,[3] et crassiore [4] cortice rubentem: et, quamvis



CAP. XLVI. 1 Cod. Dalec. *grandem ejus.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *glande nigra ac pingui* Dalec. *glandem nigram ac pinguem* Gronov. et edd. vett.—3 Dalec. *esse aiunt.*—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et crassiori* Gronov. et vulgg. Mox, *cortice rubenti* Dalec.—

NOTÆ

Syriæ vicinis huc commigrantes sedes ibi suas posuere.

[u] *Tantum nominibus*] Neque magis etiamnum cognita.

[v] *X. VI.*] Denarii sex, monetæ nostræ asses octo et quadraginta.

[a] *Myrobalanum*] Ita Dioscor. IV. 160. a quo βάλανος μυρεψική, *glans unguentaria,* nominatur. In officinis priscum retinetur nomen, *Myrobalan:* sed res plane diversa. Ibi genera quinque Myrobalanorum, quæ ex America advehuntur: sed ea veteribus prorsus incognita: pruna potius, quam glandes, appellanda. Plinii et Dioscoridis myrobalanum officinæ *Ben* vocant.

[b] *Ut ipso nomine*] Μύρον unguentum, βάλανος *glandem* sonat. Martial. XIV. 57. cui lemma, 'Myrobalanum:' 'Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento constat, et ex balano.'

[c] *Quam dicemus*] Lib. XXII. c. 29.

[d] *Avellanæ*] Sic Dioscor. loc. cit. Hinc myrobalano nomen apud Hispanos, *Avellana della India.*

[e] *Præfertur illa*] Syriaca, Dioscor. loc. cit.

[f] *Nec pinguem*] Ita Mss. omnes: ubi perperam editi, *et pinguem.*

in palustribus nascatur,[5] [g] breviorem siccioremque. E diverso Arabicam viridem ac tenuiorem, et quoniam sit montuosa,[6] spissiorem. Longe autem optimam Petræam, ex quo diximus oppido,[h] nigro cortice, nucleo candido. Unguentarii [i] autem tantum cortices premunt: medici nucleos, tundentes affusa[7] eis paulatim calida aqua.

XLVII. (XXII.) Myrobalano in unguentis similem proximumque usum habet palma in Ægypto,[j] quæ vocatur adipsos,[k] viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno.[l] Colligitur autem paulo ante, quam incipiat maturescere. Quod si relinquatur,[1] phœnicobalanus [m] vocatur, et nigrescit, vescentesque inebriat.[n] Myrobalano pretium in libras X. bini.[o] Institores [p] et fæcem unguenti hoc nomine appellant.

XLVIII. Calamus [a] quoque odoratus in Arabia nascens,



5 Chiffl. *nascitur*.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *montosa* Gronov. et vulgg.—7 Cod. Dalec. *medici nucleos tundunt, affusa*; Dalec. *medici n. tundendo, &c.* Chiffl. *m. n. tundentes adfusa paulatim, &c.*

CAP. XLVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Quod relinquitur* Gronov. et edd. ante Harduinum.

NOTÆ

[g] *Nascatur*] In Mss. omnibus, *nascitur*.

[h] *Diximus oppido*] Petra, de quo oppido dictum est VI. 32.

[i] *Unguentarii*] Sic Theophr. tum Hist. IV. 2. tum de Odorib. Τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι, inquit ille priore loco, χρῶνται οἱ μυρεψοὶ, κόπτοντες· εὐώδες γάρ τι ἔχει. *Contuso fructus putamine unguentarii utuntur: est enim odoris jucundi.*

[j] *Palma in Ægypto*] Palma hoc loco fructus arboris est, ipsa nimirum balanus. Solinus eadem refert cap. 32. pag. 61. et Diosc. I. 148. ubi palmam Ægyptiam Arabicæ myrobalano similem pariter esse prodit.

[k] *Adipsos*] Ἄδιψος, a siti quam sedat. Græcis δίψα, vel δίψος, *sitis*.

[l] *Nullo intus ligno*] Hoc est, molli adhuc teneroque nucleo. Colligitur enim, antequam is gignatur. Diosc. loco citato.

[m] *Phœnicobalanus*] Hoc est, palma cum nucleo. Diosc. εἰ δὲ ἀφεθῇ πεπαινόμενος, γίνεται φοινικοβάλανος.

[n] *Inebriat*] Si copiosius eo vescare. Diosc.

[o] *X. bini*] Denarii bini, qui monetæ nostræ asses omnino sedecim.

[p] *Institores*] Negotiatores.

[a] *Calamus*] In officinis *Calamus Aromaticus* vocatur: sed perrarus: sic ut pro eo *Acorum verum*, qui ex Tartaria convehitur, in trochiscis et medicamentis myropolæ adhibeant.

communis Indis[1] atque Syriæ est, in qua vincit[b] omnes, a nostro mari centum L. stadiis.[c] Inter Libanum[d] montem, aliumque ignobilem, non (ut quidam existimavere) Antilibanum, in convalle modica juxta lacum, cujus palustria æstate siccantur, tricenis ab eo[2] [e] stadiis calamus et juncus[f] odorati gignuntur. Sane enim dicamus et de junco, quamvis alio herbis dicato volumine, quoniam tamen hic unguentorum materia tractatur. Nihil ergo a ceteris sui generis differunt aspectu: sed calamus præstantior odore, statim e longinquo invitat, mollior tactu, meliorque qui minus fragilis:[3] et qui assulose[g] potius, quam raphani modo frangitur. Inest fistulæ[h] araneum,[4] quod vocant florem. Præstantior est, cui numerosius. Reliqua probatio, ut niger sit.[i] Damnatur aliubi. Melior,[5] quo

CAP. XLVIII. 1 *Indiæ* Dalec. Mox, *in qua vivit omnis* Vet. Dalec. Deinde, Dalec. *Omnes. A nostro mari centum L. stadiis inter, &c.* cod. Dalec. *annis, a nostro, &c.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in eo*, e Theophr.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *invitat. Mollior tactu melior, et qui minus fragilis.*—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *araneosum*, vel *arachnion*, e Diosc. *araneus, quem, &c. numerosior* ibid.—5 Dalec. *probatio ut fulvus sit. Niger alius damna-*

NOTÆ

[b] *In qua vincit*] Qua in Syria qui calamus provenit, ceteris aliarum gentium bonitate antecellit.

[c] *Centum L. stad.*] XVIII. M. DCCL. passus.

[d] *Inter Libanum*] Hæc ad verbum ex Theophr. Hist. IX. 7.

[e] *Tricenis ab eo*] Juxta eum lacum, ubi siccata palus est, spatio stadiorum tricenum, seu MMM. DCCL. pass.

[f] *Et juncus*] In officinis, *Juncus odoratus.* Nunc ex Nabatæa Arabiæ regione defertur: et ævo ipso Plinii, ut ipse docet XXI. 72. Describitur a Charasio, in Pharmac. p. 305.

[g] *Assulose*] Qui in assulas multas frangitur, inquit interpres Oribasii, lib. XI. p. 200. *εἰς πολλοὺς σκινδαλμοὺς θραυόμενος*, inquit Dioscor. I. 17. quem Oribasius transcribit. Assulose vel assulatim fracta dicuntur ea fragmenta, quæ in longitudinem dissecantur: cujusmodi sunt, quæ desiliunt, cum franguntur asserculi.


[h] *Inest fistulæ*] Serapionis interpres, cap. 205. 'Canna ejus plena est cujusdam rei, similis texturæ araneæ, cujus color est albus et viscosus.' Oribasii interpres, loc. cit. 'Fistulis aranearum plenis.' Secutus Diosc. loc. cit. *γέμων ἀραχνίων τὴν σύριγγα.* Araneum vocant junci medullam, quæ telæ aranearum similis est.

[i] *Ut niger sit*] Ille nimirum Syriacus juncus; nam is color, ut statim subdit, damnatur aliubi: subalbidus commendatur in Indico, *ὑπόλευκος*, ut monet Diosc. loc. cit. *subcandidus*, ut Oribasii interpres loc. cit.

brevior, crassiorque, et lentus in frangendo.[6] [j] Calamo pretium in libras, XI.[k] junco, XV. Traduntque[l] juncum odoratum et in Campania inveniri.

XLIX. Discessimus a terris Oceanum spectantibus ad convexas[1] [m] in nostra maria.

(XXIII.) Ergo Æthiopiæ subjecta Africa[n] Hammoniaci[o] lacrymam stillat in arenis suis: (inde nomine etiam Hammonis[p] oraculo, juxta quod gignitur arbor:[q]) quam metopion[r] vocant, resinæ modo aut gummi.[2] Genera[s] ejus



tur. Melior. cod. Dalec. *probatio, ne niger, &c.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et crassior lentusque in frangendo* Gronov. et al. ante Harduin. *et crassior lentusque in mandendo* Dalec. e Diosc.

CAP. XLIX. 1 Dalec. *devexas;* alii *conversas.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *suis resinæ modo aut gummi: inde, &c. vocant. Genera ejus, &c.* Dalec. *suis: inde nomine etiam Hammonis .... quam metopon vocant* cod. Dalec. et Chiffl. *suis: inde et nomen, &c.* Vet. Dalec. Pro *metopion,* margo edd. Dalec. et Gronov. *agasyllia.* Gronov. et al. ante Harduin. *suis: inde et*

NOTÆ

[j] *In frangendo*] Præsertim dum dente frangitur, dum commanducatur, ἐν τῇ διαμασσήσει γλισχρὸς, inquit Diosc. loc. cit.

[k] *In libras, XI.*] Denarii scilicet undecim: monetæ nostræ libræ quatuor et asses octo. Quindeni, libræ sex.

[l] *Traduntque*] Id quidem ait ab aliis tradi: sed fidem ipse suam non astringit. Et vero falsum esse Matthiolus asseverat in Diosc. I. 16.

[m] *Convexas*] Quæ nostro mari prætenduntur. Forte *conversas* sincerius. Sic VI. 22. 'versa in meridiem plaga:' quæ familiaris ei admodum locutio est. Africæ nunc oram intelligit, quæ mediterraneo alluitur: deinde Syriam, Ægyptum, et Asiam minorem.

[n] *Africa*] Pars Africæ, quæ juxta Cyrenen. Diosc. III. 98.

[o] *Hammoniaci*] Adhuc in officinis pharmocopolarum nomen servat, *Gomme Ammoniac.*

[p] *Inde nomine etiam Hammonis*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. Hoc est, Hammonis oraculo ipsi nomen est etiam ab arenis: ἄμμος enim *arenam* sonat. Alii ab arietino Jovis vultu, ut diximus v. 5. nominis originationem petunt. Quamobrem Ovidio Met. v. dicitur 'Corniger Ammon.' Et cornigerum sane Jovem numismata exhibent.

[q] *Arbor*] Ferulacea illa quidem, δένδρον ναρθηκοειδὲς, Dioscor. loc. cit. et Galeno de Fac. Simp. Med. VI. 17. p. 155. Arbori nomen 'Ἀγασυλλὶς, ex eodem Diosc.

[r] *Quam metopion*] Quam nempe lacrymam μετώπιον vocant. Id quoque nomen lacrymæ sive succo galbani attributum, auctore Diosc. III. 97. quoniam cum Hammoniaco similitudinem habet, ut Plinius docet, c. 57.

[s] *Genera*] Reliqua deinceps totidem verbis habet Diosc. II. 98. et

duo: thrauston,[3] [t] masculi thuris similitudine, quod maxime probatur: alterum pingue et resinosum, quod phyrama[u] appellant. Adulteratur arenis, velut nascendo apprehensis. Igitur quam minimis glebis probatur, et quam purissimis. Pretium optimi in libras, asses XL.[4] [v]

L. Sphagnos[a] infra[1] eos situs[b] in Cyrenaica provincia maxime probatur; alii bryon[c] vocant. Secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicius. Fertur et in Ægypto nasci: quin et in Gallia: nec dubitaverim. Sunt enim[d] hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu[e] maxime videmus, sed odore præstantes. Laus prima candidissimis, atque altissimis:[2] [f] secunda rutilis, nulla nigris. Et in insulis[g] petrisque[3] nati improbantur: omnesque quibus palmarum,[4] atque non suus odor est.[5]

LI. (XXIV.) Cypros[h] in Ægypto est arbor ziziphi[i] fo-

nomine etiam ab Hammonis o. j. q. g. arbor, quam, &c.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *thrausma,* e Theophr.—4 Cod. Dalec. *asses XXX.*

CAP. L. 1 Dalec. *intra.*—2 Dalec. *longissimis.* Theophr. *cubitali longitudine.*—3 *Et in haliphlœis plerisque* Dalec. e Theophr.—4 Dalec. *plantarum.*—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *oderit* Chiffl. *odor sit* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

Oribasius lib. XI. p. 189.

[t] *Thrauston*] Θραυστὸν, sive, ut habet Diosc. θραῦσμα, quasi *fragmentum* sive *friaturam* dixeris.

[u] *Phyrama*] Φύραμα, hoc est, *mixtura:* quoniam admixta terra calculisve sordidum.

[v] *Asses XL.*] Sive denarii quaterni: monetæ Francicæ asses duo ac triginta.

[a] *Sphagnos*] Dioscoridi I. 20. Σπλάχνον. Hesychio, Σφακὸς, et φάσκος. Aliis etiam σφάγνος.

[b] *Infra eos situs*] Infra eas regiones in quibus Hammoniacum legitur: nempe propius a mari, in Cyrenaica provincia.

[c] *Alii bryon*] Βρύον Diosc. Galli *Mousse.* Muscum Latini vocant.

[d] *Sunt enim*] Hæc deinceps ad verbum Oribasius lib. XI. fol. 193.

[e] *In quercu*] In quercu, cedro, et populo alba. Diosc. loc. cit. et Oribas. Galenus item de Fac. Simp. Med. VI. p. 166. Adde et ægilopem, seu fagum Latinorum, cujus villos iis similes, quos quercus habet, præter odorem, nunc Plinius præcipue signat, ipso teste XVI. 13.

[f] *Altissimis*] Recte. Nam, ut Theophrast. ait, Hist. III. 9. et post illum Plinius XVI. 13. cubitali longitudine maxime commendantur.

[g] *Et in insulis*] Hæc τῶν βρύων genera in insulis nata a superiore diversa sunt: terrestre, saxatile, marinum. Vide Dalec. Hist. Plant. XI. 59.

[h] *Cypros*] Mira in hac arbore describenda Plinium inter ac Dioscoridem dissensio est: illi cyprus est zi-

liis, semine coriandri, candido,[1 j] odorato. Coquitur hoc[2] in oleo, premiturque postea, quod cyprus vocatur.[3 k] Pretium ei[l] in libras, X. V.[4 m] Optimum e Canopica[5 n] in ripis Nili nata: secundum Ascalone Judææ: tertium Cypro insula, odoris suavitate.[6] Quidam hanc[o] esse dicunt arborem quæ in Italia ligustrum vocetur.[7]

LII. In eodem[p] tractu aspalathos nascitur, spina candida, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ. Radix[q]



CAP. LI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Cyprus .... semine c. flore candido* Gronov. et al. ante Harduin. *Cypros .... semine c. flore candido* cod. Dalec.—2 Dalec. *hic,* nempe 'flos.' —3 *Cyprinum vocatur* Dalec.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *libras XV.* Chiffl. *libras quinque* Gronov. et al. ante Harduin.—5 'Ita codd. Regg. In Editione principe, *Optimum hoc.* Inde male emendatum in recentioribus editionibus, *Optimum habetur e Canopica.*' Brotier. Mox, *in ripis Nili natum* Dalec.—6 Dalec. *suavitate præcipuum.*—7 Idem, *vocatur.*

NOTÆ

ziphi foliis; isti, oleæ: illi semen coriandri simile; isti, sambuci: illi, semen candidum, et odoratum; isti, nigrum. Et arborem tamen esse, et in Canopo atque Ascalone nasci, inter utrumque convenit: plane ut, licet natale solum ac nomen ipsum utrique arbori idem sit, genus omnino dispar esse constet.

[i] *Ziziphi*] *Jujubier.* De hac arbore XV. 14.

[j] *Candido*] Vide Notas et Emend. num. 20.

[k] *Cyprus vocatur*] Κύπρος, quod non arbori modo, sed et unguento, nomen est: est enim hic Cyprus, unguentum cyprinum. Sic τὴν Κύπρον dixit Theophr. de Odorib. p. 187. pro ipso unguento. Sic ἶριν et οἰνάνθην pro *irino* et *œnanthino* dixit Apollonius apud Athen. lib. XV. pag. 688. Sic νάρδου nomine non herba tantum, sed unguentum ex nardo paratum, designari solet, tum a Græcis, præsertim Diosc. I. 76. tum a Latinis. Horat. II. Od. 12. 'Dum licet, Assyriaque nardo Potamus uncti.'

[l] *Pretium ei*] Unguento videlicet.

[m] *In libras, X. V.*] Ita Mss. omnes. Denarii quinque, Francicæ monetæ asses sunt quadraginta.

[n] *E Canopica*] Subintellige, arbore cypro, in Nili ripis, juxta Canopum nata.

[o] *Quidam hanc*] Errant ii, neque vero Plinius audire se illos ait. Et cyprus quidem peregrina arbor est, non hujus cœli, solive: ligustrum, quod Gallis *Troëne,* ne arbor quidem est, sed frutex: et in sepibus passim ac fruticetis ubique provenit. Cypro semen coriandri, quod rotundum est, ac subflavum: atrum ligustro, et altera parte latum, modiceque concavum. Cypro Dioscoridis folia oleæ similia sunt, flores suavis odoris: quæ gemina dos a ligustro abest: quare nec Plinii nec Dioscoridis cypros esse illud potest.

[p] *In eodem*] In Ægypto. Vide quæ dicturi sumus XXIV. 69.

[q] *Radix*] Et toto etiam alterius as-

unguentis expetitur. Tradunt,[r] in quocumque frutice curvetur arcus cœlestis, eandem, quæ sit aspalathi,[1] suavitatem odoris existere: sed si in aspalatho inenarrabilem quandam. Quidam eum erysisceptrum[s] vocant, alii sceptrum. Probatio[t] ejus in colore[2] rufo vel igneo, tactuque spisso, et odore castorei. Permutatur in libras X. V.[3]

LIII. In Ægypto nascitur et maron,[u] pejus quam Lydium, majoribus foliis ac variis. Illa brevia ac minuta, et odorata.

LIV. (XXV.) Sed omnibus odoribus præfertur balsamum, uni terrarum[a] Judææ concessum, quondam[b] in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum XX. non amplius, altero pauciorum. Ostendere arbusculam[c] hanc[1] Urbi imperatores Vespasiani. Clarumque dictu, a Pompeio Magno in triumpho arbores quoque duximus.[2] [d]

CAP. LII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quæcumque sit aspalathi* cod. Dalec. *quæ sit aspalatho* Gronov. et edd. vett. Mox, *sed in aspalatho* Gronov. et al. ante Harduin.—2 'Manuscriptus, *sceptrum Helysæ* (*Elysium*) *cujus probatio est in colore.*' Dalec. *est in colore* etiam Chiffl.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *libras XV.* Gronov. et vulgg.

CAP. LIV. 1 *Ostendere arbutum hanc* Chiffl.—2 Alii ap. Dalec. *ductas.*—

NOTÆ

palathi frutice, sive ligno, utuntur unguentarii ad unguenta spissanda, ut recte Diosc. I. 19.

[r] *Tradunt*] Id vero in aspalatho maxime, et rhamno, evenire tradit Aristot. Problem. XII. 3. p. 746. Vide etiam Theophr. de Causis VI. 25. p. 382. cujus verba afferemus XXI. 18.

[s] *Erysisceptrum*] Dioscor. loc. cit. Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος. Ab incubitu et innixu iridis, Rhodig. XXII. 31. et post eum Salmasius, in Solin. p. 1020. ἰρίσκηπτρον malunt. Male.

[t] *Probatio*] Probatur, inquit Diosc. ponderosus, detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, densus, odoratus, gustuque subamarus.

[u] *Maron*] Retinet in officinis hortisque nomen. Vidimus in horto Regio. Describitur a Charasio perquam accurate, in Pharmac. pag. 382.

[a] *Uni terrarum*] Accepta hæc a Theophr. Hist. Plant. IX. 6. Dioscoridis ævo etiam in Ægypto nascebatur, ipso id prodente I. 18. In officinis, *le Baume blanc de Judée.* Sed vix haberi potest, nisi adulterinum.

[b] *Quondam*] Alexandri M. ævo, et Theophrasti, a quo hæc manarunt. —'Dum regnum Jubæ staret: sive usque ad captam a Nabuchodonosore Judæam: vel et sub Herode.' *Ed. sec.*

[c] *Arbusculam*] Mss. omnes, Reg. Colb. Paris. Chiffl. *arbutum.*

Servit nunc hæc, et tributa[3] pendit cum sua gente, in totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. Quippe viti similior est, quam myrto. Malleolis[e] seri dicitur, nuper victa,[4] ut vitis: et implet[f] colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Tondetur similiter fruticans,[5] ac rastris nitescit, properatque nasci, intra tertium annum fructifera. Folium[g] proximum rutæ,[6] perpetua[h] coma. Sæviere in eam[7] Judæi, sicut in vitam quoque suam. Contra defendere Romani, et dimicatum pro frutice est. Seritque nunc eum[8] fiscus:[i] nec unquam fuit numerosior, aut procerior. Proceritas intra bina[j] cubita subsistit.

Arbori tria genera.[k] Tenui[l] et capillàcea coma, quod vo-

3 Chiffl. *ac tributa*—4 'In Mss. Reg. *nuper dicta*. Antiqua manu emendatum in Ms. Reg. 2. *victa*. In Editione principe, *juncta*: unde male emendatum in recentioribus editionibus, *vincta*. Sine adminiculis, sine vinculis se sustinet balsamum: at nuper a Romanis erat victum, ut malleolis, *les marcottes*, sereretur, et major citiorque esset proventus.' *Brotier*. *juncta* Vet. Dalec. *dicta* Chiffl. *vincta* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *at nunc implet colles* Dalec.—5 Codd. Dalec. et Chiffl. *fructificans*.—6 Chiffl. *proxime tuberi*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in eandem* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

[d] *Duximus*] In Mss. *diximus*. Supra cap. 9. ebenum arborem in Mithridatico triumpho Romæ ostensam a Pompeio dixit.

[e] *Malleolis*] Ramulis ex stirpe decisis, et in terram defossis. Galli malleolos, *des marquotes*: malleolis serere, *marquoter*, vulgo dicunt. Habet hæc Solinus quoque cap. 35. pag. 65.

[f] *Et implet*] Et, si non vinciatur, se ipsa in collibus sustinet, nec adminiculatione eget. Justinus lib. XXXVI. in vinearum morem excoli prodidit. Solinus: 'Jam nobis latissimi colles sudant balsama.'

[g] *Folium*] Ex Theophr. loc. cit. Sic etiam Diosc. I. 18.

[h] *Perpetua*] Perpetuo virens, ἀείφυλλος, Theophr.

[i] *Fiscus*] Fisco Principis addictus balsami reditus omnis: arborem is idcirco colendam ac serendam curabat.

[j] *Intra bina*] Simeon Sethi: Μικρόν ἐστι τὸ τοιοῦτον φυτὸν πηχέων ἔλαττον δύο. Tit. *de balsamo*.

[k] *Tria genera*] Sic Diosc. loc. cit. διαφέρον αὐτὸ ἑαυτοῦ τραχύτητι, καὶ μήκει, καὶ ἰσχνότητι. Quod Salmasius non intellexit, cum Plinium erroris insimulat, in libello, cui titulum fecit, Præfationis in Plinium, pag. 96.

[l] *Tenui*] Hoc est, quod tenues surculos gerit, et capillaceæ gracilitatis virgulta, quæ ob gracilitatem facile tonderi et amputari possint: Τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες τοῦ θάμνου θεριστόν·

cant eutheriston.9 Alterum scabro aspectu, incurvum, fruticosum, odoratius: hoc trachy[m] appellant. Tertium eumeces, quia est reliquis procerius, lævi cortice. Huic secunda bonitas, novissima eutheristo.[n] Semen[o] est vino[10] proximum gustu, colore rufum, nec sine pingui: pejus in grano, quod levius atque viridius. Ramus crassior, quam myrto. Inciditur[p] vitro, lapide, osseisve cultellis. Ferro[q] lædi vitalia odit. Emoritur[11] protinus, eadem amputari supervacua patiens. Incidentis[r] manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet.

Succus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, suavitatis[s] eximiæ, sed tenui gutta ploratu, lanis[12 t] parva colligitur in cornua. Ex his novo[13] fictili conditur,

Franz. *eam* Gronov. et al. ante Harduin.—9 Chiffl. *vocatur eńtheristrum.*—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Semen ejus vino* Gronov. et al. ante Harduin.—11 '*Ferrum odit. Læsis vitalibus emoritur, &c. Moribus* Mss.' *Dalec.*—12 Cod. Dalec. *sed tenuis guttæ ploratu. Lanis; sed tenui gutta. Ploratus, &c.* Vet. Dalec.—13 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

ἴσως διὰ τὸ εὐχερῶς θερίζεσθαι, ἰσχνὸν ὄν. Diosc. loc. cit. Cave enim de capillaceis foliis hæc accipienda putes, quæ Plinius paulo antea cum Theophr. et Diosc. rutæ similia esse recte dixit. Unus etsi Justinus, lib. XXXVI. Plinii verba perperam interpretatus, ejusmodi folia balsamo attribuit, qualia in piceis arboribus cernere est.

[m] *Trachy*] Τραχὺ, *asperum.* Et mox εὐμῆκες, *procerum.*

[n] *Eutheristo*] Εὐθέριστον, quod facile amputatur. Solent certe surculi, non folia, amputari.

[o] *Semen*] Sive fructus, καρπὸς, Diosc. loc. cit. In officinis Carpobalsamum: sed sincerum hodie nullum fere. Vide Charas. in Pharmac. pag. 308.

[p] *Inciditur*] Hæc Solinus cap. 35. pag. 65.

[q] *Ferro*] Tacit. Hist. v. pag. 116. 'Si vim ferri adhibeas, pavent venæ: fragmine lapidis, aut testa, aperiuntur.' Vitalia Plinius vocat, interiora, quæ cortice, veluti cute, ambiuntur. Theophr. tamen et Diosc. locis cit. σιδηροῖς ὄνυξι, *ferreis unguibus*, scribunt incidi arborem: quod Plinio non adversatur, qui hoc unice velit, sic librandum ictum esse, ut ne quid ultra corticem violetur: tutiusque idcirco ferri acie abstinere.

[r] *Incidentis*] Solinus loc. cit.

[s] *Suavitatis*] Balsamum bene ac suaviter olere, adversus quosdam recentiores, probat Petr. Servius de Odorib. pag. 10.

[t] *Lanis*] Lanis colligitur, sive excipitur: mox iisdem expressa lacryma in cornua parva reconditur.

crassiori similis oleo, et in musto[u] candida. Rubescit[14] deinde, simulque durescit e translucido. Alexandro[v] Magno res ibi gerente, toto die æstivo unam concham impleri justum erat. Omni vero[w] fœcunditate e majore horto congios[x] senos, minore singulos, cum duplo[15 y] rependebatur argentum.[16] Nunc etiam singularum arborum largior vena,[17] ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur.

Et sarmenta quoque in merce sunt. DCC. H-S.[18 z] amputatio ipsa surculusque veniit intra quintum devictæ[a] annum. Xylobalsamum vocatur, et coquitur in unguentis: pro succo ipsum substituere officinæ. Corticis etiam ad medicamenta pretium est.[a] Præcipua autem gratia lacrymæ, secunda semini,[b] tertia cortici, minima ligno. Ex hoc

[a] *Valet cortex ad medicamenta, et est in pretio.*

Ex his nova Chiffl. *Ex iis novo* Gronov. et al. ante Harduin.—14 *Rufescit* Chiffl. Mox Vett. ap. Dalec. *durescit et translucida;* vel, *durescit et translucet;* vel, *durescens translucet.*—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. *erat, magna fœcunditate: annis vero singulis, &c.* e Diosc. *erat. Anni vero fœc. e m. h. c. senos singulis annis cum et duplo* alii ap. Dalec.—16 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cum duplo rependebatur argento* Gronov. et edd. vett.—17 Chiffl. *longior vena.*—18 Ita cod. Reg. Brot. 1. In codd. Reg. Brot. 2. Lang. Vet. Dalec. Editione principe, Gronov. et al. ante Harduin. *DCCC.* Chiffl. *DCCIII.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *DCCIII.* Mox, Chiffl. *venire intra quintum devictæ annum;* Dalec. legit *veniere;* cod. Dalec. *venit;* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[u] *In musto*] Dum novella, ac recens.

[v] *Alexandro*] Et hæc ex Theophr. Hist. Plant. IX. 6.

[w] *Omni vero*] Hoc est, maxima et annua fœcunditate: cum maxime fœcunda lacrymæ arbos est. Vide Notas et Emend. num. 21.

[x] *Congios*] Congius sextarios sex continet. De sextario dicemus lib. XXI. cap. ult.

[y] *Cum duplo*] Theophrasti et Dioscoridis ævo.

[z] *DCC. H-S.*] Hoc est, sestertiis septingentis, ut diximus, VII. 40. non, uti Salmasius putat, in Solin. pag. 593. septingenties sestertio. Ita porro Mss. omnes, Reg. Colb. Paris. Chiffl. non, ut editi, *DCCC. amputatio, &c.*

[a] *Intra quintum devictæ*] Post eam arborem Judæamque devictam. Ita Mss. proxime laudati. Frigide editi, *intra quintum demum annum.* Nummi Vespasiani, et Titi, IVDAEA. CAPTA.

[b] *Secunda semini*] Sive fructui, sive

buxosum[19] [c] est optimum, quod est odoratissimum: e semine [d] autem maximum et ponderosissimum, mordens gustu, fervensque in ore. Adulteratur [e] Petræo hyperico: quod coarguitur[20] magnitudine, inanitate, longitudine, odoris ignavia, sapore piperis.

Lacrymæ probatio, ut sit pinguis, tenuis, ac modice rufa, et in fricando odorata. Secundus candido colos, pejor viridis crassusque,[21] pessimus niger: quippe ut oleum senescit. Ex omni incisura[22] maxime probatur, quod ante semen fluxit. Et alias adulteratur seminis succo,[23] vixque maleficium deprehenditur gustu amariore: esse enim debet lenis,[24] non subacidus, odore tantum austerus. Vitiatur [f] et oleo[25] rosæ, cypri,[26] lentisci, balani, terebinthi, myrti, resina, galbano, cera cypria,[27] [g] prout quæque res fuit.[h] Nequissime [i] autem gummi, quoniam inarescit [j] in manu

venit intra quintum demum annum.—19 'Diosc. πυῤῥόν· Plinius legisse videtur πυξῶδες.' *Dalec.*—20 Cod. Dalec. *quod sua arguitur.* Mox, *inanitate, latitudine, seu longitudine* Vet. ejusd. 'quæ indicant vocem *longitudine* irrepsisse.' *Dalec.*—21 Dalec. *cæsiusque.*—22 Chiffl. *inclusura.*—23 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *semine suo* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—24 Margo edd. Dalec. et Gronov. *lævis*, e Diosc.—25 Margo edd. Dalec. et Gronov. *unguento*, e Diosc.—26 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *cyperi* Gronov. et al. ante Harduin.—27 Margo edd. Dalec.

NOTÆ

pomo. Solini paraphrasis cap. 35. pag. 65. 'Secundum in pretiis locum poma obtinent.'

[c] *Buxosum*] Colore buxeo.

[d] *E semine*] Diosc. similiter I. 18.

[e] *Adulteratur*] Asportatur ab oppido Arabiæ Petra semen hyperico simile, inquit Diosc. quo balsami fructus adulteratur: sed ex eo fraus dignoscitur, quod majus illud sit, inane, ignavum, sapore piperis. De hyperico dicemus XXVI. 53. et 54.

[f] *Vitiatur*] Hæc similiter Diosc. loc. cit. Vide Notas et Emend. num. 22.

[g] *Cera cypria*] Quod κηρωτὴν Dioscorides, hoc Plinius ubique *ceram* appellat: alii *ceratum* vertunt. Cave porro credas ceram cypriam, quam κηρωτὴν κυπρίνην nunc Dioscorides vocat, a Cypro insula cognominatam, quæ ceræ laudem nullam habet. Nomen enim ἀπὸ τοῦ κύπρου, qua de arbore dictum est cap. 52. Ceratumque cyprinum ex cera oleoque cyprino, certa portione paratur, ut ex cera oleoque rosaceo, rosaceum ceratum.

[h] *Res fuit*] Subintellige, in promtu, ad manum, obvia.

[i] *Nequissime*] Nequissime adulteratur, quia difficillime fraus deprehenditur.

[j] *Inarescit* [*inhærescit*] Ita recte:

inversa,[28] et in aqua sidit: quæ probatio[k] gemina est. Debet sincerum et inarescere:[29] sed hoc e gummi arescere[l] addita fragili crusta evenit.[30] Et gustu deprehenditur. Carbone[m] vero, quod cera resinaque adulteratum est, nigriore flamma.[31] Nam melle mutatum statim in manu contrahit[n] muscas.[32] Præterea[o] sinceri[33] densatur in tepida aqua gutta sidens ad ima vasa,[34] adulterata[p] olei modo innatat: et si metopio[q] vitiata est, circulo candido cingitur. Summa probatio[r] est, ut lac coagulet, in veste maculas non faciat. Nec manifestior alibi fraus: quippe

et Gronov. *cerato Cyprino, aut myrtino*, e Diosc.—28 Ita Chiffl. *quoniam ipsum quoque inhærescit manu inversa* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ' In editione principe, *quin arescit.* Mss. Reg. *marcescit*, vel *amarescit.* Recte monuit eruditus Salmasius emendandum, *inarescit.* Audacter emendatum in recentioribus editionibus, *quoniam ipsum quoque inhærescit manu inversa.* Mss. et Editio princeps habent, *in manu inversa.*' Brotier. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *quæ probatio ejus gemina est: τὸ ejus* non legitur in cod. Dalec.—29 Ita Codd. Chiffl. Regg. Brot. et Editio princeps. *Debet enim sincerum inarescere* Vet. Dalec. *Debet sincerum et inhærescere* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—30 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sed hoc et gummi addita fragili crusta evenit* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—31 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *adulteratur e nigriori flamma* cod. Dalec. *adulteratur, est nigriore flamma* Chiffl. *adulteratum est nigriori flamma* Gronov. et edd. vett.—32 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *statim contrahit muscas* Gronov. et al. ante Harduin. —33 *Præterea sincera* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—34 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vasis* Gronov.

NOTÆ

non *inarescit*, ut Salmasio placet, pag. 494. in Solin.

[k] *Quæ probatio*] Sinceri balsami. Geminam hanc notam in sincerissimo balsamo candido, quod ex America ad nos missum est, deprehendimus; nam manu inversa hæret tamen: et in aqua sidit primum, sed mox emergit: Judææ balsamum semper sidit.

[l] *E gummi arescere*] Sed ut inhærescat gummi addito, id non fit, nisi fragili crusta simul enata arescat.

[m] *Carbone*] Igni impositum, deprehenditur id quod cera resinave adulteratum est.

[n] *Contrahit*] Congregat. Sic XXVIII. 42. ' Sanguine cervino contrahi serpentes tradunt.'

[o] *Præterea*] Habet hoc quoque Simeon Sethi, tit. de balsamo.

[p] *Adulterata*] Diosc. loc. cit.

[q] *Si metopio*] Et metopio adulterari balsamum, scribit etiam Diosc. I. 18. Est autem metopion Hammoniaci lacryma, ut diximus cap. 50.

[r] *Summa probatio*] Hæc pariter Diosc. loc. cit. et auctor libri de Simp. Medic. ad Patern. inter opera Galeni tom. XIII. pag. 997.

millibus denarium,[s] sextarii emti vendente fisco trecentis denariis, veneunt.[35] In tantum expedit augere liquorem. Xylobalsamo pretium in libras x. v.[36] [t]

LV. Proxima Judææ Syria supra Phœnicen[1] styracem[a] gignit, circa Gabala,[b] et Marathunta, et Casium Seleuciæ montem. Arbor est[c] eodem nomine, cotoneo malo similis, lacrymæ ex austero jucundioris, intus similitudo arundinis, succo prægnans.[2] In hanc circa Canis ortus advolant pennati vermiculi erodentes: ob id in scobe[d] sordescit. Styrax laudatur post supra dicta ex Pisidia,[e] Sidone,[3] Cypro, Cilicia, Creta minime. Ex Amano Syriæ medicis, sed unguentariis magis. Colos in quacumque natione præfertur rufus,[f] et pinguiter lentus:[4] deterior fur-

et al. ante Harduin. Mox, cod. Dalec. *vitiatum est.*—35 Gronov. et vulgg. ante Harduin. *fraus. Quippe m. denarium s. empti: vendente f. t. denariis væneunt.*—36 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in libras VI.* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. LV. 1 Cod. Dalec. *super Phœnicen.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *similis succo prægnans, lacrymæ, &c. harundinis. In hanc, &c.* Mox, pro *ortus,* quod servant codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *ortum* exhibent edd. vett. et Gronov.—3 Chiffl. *Side.* Mox, Dalec. *Creta: minime, ex Amano.*—4 *Colore in q. &c. rufus, pinguis, et lentus* Dalec.—5 Diosc. *ἰρίνου*

NOTÆ

[s] *Millibus denarium*] Purum balsamum, ἄκρατον, vendente fisco in singulos sextarios trecentis denariis venibat. Institores, qui a fisco emebant, sic liquorem illum augebant, admixtis alienis succis, ut mille denarios facerent ex ea mensura, pro qua trecentos dedissent. Mille denarii, monetæ nostræ sunt libræ, ut vocant, omnino quadringentæ. Trecenti, libræ centum ac viginti.

[t] *In libras X. V.*] Ita Mss. Denarii quinque, quale cypri pretium esse diximus cap. 52.

[a] *Styracem*] In officinis *Storax,* gummi, seu lacrymæ induratæ, genus: sed illud perrarum, ac vix unquam adulterationis vitio carens.

[b] *Gabala*] Unde styrax Γαβαλίτης a Diosc. laudatur I. 79. De his oppidis in Geographicis egimus lib. v.

[c] *Arbor est*] Diosc. loc. cit.

[d] *In scobe*] Scobe arboris admixta, quæ vermiculorum erosione fit, adulteratur ea lacryma, atque adeo vilescit, sordetque. Diosc. loc. cit. et auctor libri de Simp. Medic. tom. XIII. operum Galeni, pag. 1000.

[e] *Pisidia*] Pisidiacum Ciliciumque styracem commendat etiam Diosc. loc. cit. Pamphylium Galenus de Antid. I. 14. pag. 889. cujus regionis oppidum Side. Sed hic Mss. omnes *Sidone* habent, præter Chiffl. Et vero de styrace Pamphylio mox dicetur.

[f] *Rufus*] Diosc. *ξανθὸς, καὶ λιπαρὸς, ῥητινώδης, rufus, pinguis, resinosus.*

furosus, et cano situ obductus. Adulteratur cedri resina vel gummi, alias melle,[5] aut amygdalis amaris: omniaque ea deprehenduntur gustu. Pretium optimo, X. VIII.[6] [g] Exit et in Pamphylia, sed acrior,[7] [h] minusque succosus.

LVI. Dat et galbanum [i] Syria in eodem Amano monte e ferula,[j] quam ejusdem nominis resinæ modo stagonitin [k] appellant.[1] Quod maxime [l] laudant, cartilaginosum, purum ad similitudinem Hammoniaci,[2] [m] minimeque lignosum. Sic quoque [3] adulteratur faba, aut sacopenio.[4] [n] Sincerum [o] si uratur, fugat nidore serpentes. Permutatur in libras, X. V.[5] [p] Medicinæ hoc tantum.

(male vulgo ἵρεως) ὑποσταθμῇ. *melle, et am.* Dalec.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *optimo XVIIII.*—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sed aridior* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. LVI. 1 Dalec. *e ferula ejusdem nominis resinæ modo, quam stagonitin appellant.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *thuris,* e Diosc.—3 *Hoc quoque* margo edd. Dalec. et Gronov.—4 Ita codd. et Editio princeps; *sagapeno* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *hammoniaco* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in libras V.* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

Idem mox furfurosum improbat, τὸν πιτυρώδη.

[g] *X. VIII.*] Ita Mss. omnes. Denarii octo, Gallicæ monetæ asses sunt LXIV.

[h] *Sed acrior*] Sic Mss. Reg. Colb. Paris. non *aridior.*

[i] *Galbanum*] Retinet in officinis nomen.

[j] *E ferula*] Ex arbore ferulacea. Galenus de Fac. Simp. Med. pag. 240. Χαλβάνη, ὀπός ἐστι ναρθηκώδους φυτοῦ.

[k] *Stagonitin*] Ipsa resina, quæ galbanum dicitur, etiam σταγονῖτις appellatur, quod guttatim fluit: arbor eodem nomine, quod illam guttatim emittat. Σταγόνες *guttæ* sunt.

[l] *Quod maxime*] Diosc. III. 97.

[m] *Hammoniaci*] Quo idcirco permixto galbanum adulterari prodit Dioscorides, loc. cit.

[n] *Sacopenio* [*sagapeno*] In Mss. *Sacopenio.* Recte. Nam Sacopenio, quod est inferioris notæ, adulterari galbanum, simile veri est: cum sagapenum, quod pretii majoris est ac facultatis, adulterari galbano prodat auctor libri de Simp. Med. ad Paternianum, tomo XIII. operum Galeni, p. 999. 'Sagapenum,' inquit, 'est lacrymæ genus .... Hoc ipsum galbano aliqui adulterant, formatis ex eo guttulis ejusdem magnitudinis.' De utroque dicemus opportunius XX. 75.

[o] *Sincerum*] Nicander in Theriac. p. 4. et Diosc. loc. cit.

LVII. (XXVI.) Panacem[q] et unguentis[r] eadem gignit,[s] nascentem et in Psophide[1 t] Arcadiæ, circaque Erymanthi fontes, et in Africa, et in Macedonia: ferula[u] sui generis quinque cubitorum, foliis primo quaternis, mox senis[2] in terra jacentibus, ampla magnitudine rotundis,[v] in cacumine vero oleagineis, semine in muscariis[w] dependente, ut ferulæ. Excipitur[x] succus inciso caule messibus, radice in autumno: laudatur[y] candor ejus coacti. Sequens pallido statera.[a 3] Niger color improbatur. Pretium optimo in libras X. bini.[4 z]

LVIII. Ab hac ferula[a] differt, quæ vocatur spondylion,

[a] *Vilius pretium pallido est.*

CAP. LVII. 1 *Phocide* Diosc. *Phonea* Vet. Dalec.—2 ' Lego, *primo ternis, mox quinis, &c.* sic enim oriuntur.' *Dalec.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ejus recenter coacti. Sequitur pallor siccato.* Diosc. ξηρανθεὶς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν κροκίζει.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in libras bini asses* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[p] *X. V.*] Ita Mss. Reg. Colb. et Chiffl. Denarii quinque, asses sunt XL.

[q] *Panacem*] Pharmacopolis *Panaces Heracleum* dicitur: ipsique Diosc. III. 55. Πάνακες Ἡράκλειον. Succus vero, Opopanax. Vide Charas. loc. cit. p. 297. De eo rursum, XXV. 11. Pingitur a Dodonæo, p. 305. a quo spondylium etiam alterum appellatur. Vidimus in horto Regio.

[r] *Unguentis*] Maxime irino. Vide Notas et Emend. num. 23.

[s] *Eadem gignit*] Syria nimirum. Theophr. Hist. IX. 10. Γίνεται δὲ περὶ Συρίαν.

[t] *Et in Psophide*] Diosc. loc. cit. De his regionibus in Geographicis egimus.

[u] *Ferula*] Arbor ferulacea peculiaris generis. Hæc descriptio totidem fere verbis extat apud Diosc. loc. cit.

[v] *Rotundis*] Ad folia ficulnea proxime accedentibus. Diosc.

[w] *In muscariis*] Muscarium dicitur ea veluti coma quarundam herbarum, in qua semina dependent, qualis est ferulæ, fœniculi, anethi, et similium. Σκιάδιον Dioscorides appellat loc. cit. quasi *umbellam: σκιάδιον*, inquit, ἐπ' ἄκρου, ὡς ἀνήθου.

[x] *Excipitur*] Diosc. loc. cit. et Theophr. Hist. IX. 10. Galenus opopanacem et ex radice pariter, et ex caule inciso colligi prodit de Simp. Med. Fac. lib. VIII. Καὶ ὁ καλούμενος ὀποπάναξ γίνεται τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ καὶ τῶν καυλῶν ἐκτεμνομένων.

[y] *Laudatur*] Diosc. loc. cit.

[z] *X. bini*] Ita Mss. omnes. Denarii bini, asses sunt sedecim.

[a] *Ab hac ferula*] Hæc totidem verbis Diosc. III. 90. Σφονδύλιον, κ. τ. λ. Depingitur a Dalecampio Hist. Plant. VI. 22.

foliis tantum, quia sunt minora, platani [1] divisura.[b] Non nisi in opacis gignitur. Semen eodem nomine silis speciem [c] habet, medicinæ [d] tantum utile.

LIX. Dat et malobathron Syria,[e] arborem folio convoluto, arido colore:[1 f] ex quo exprimitur oleum ad unguenta: fertiliore ejusdem Ægypto. Laudatius [g] tamen [2] ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt [h] lentis modo, odoratius croco, nigricans, scabrumque, quodam salis gustu. Minus probatur candidum. Celerrime situm in vetustate sentit. Sapor ejus [i] nardo similis esse debet sub lingua. Odor vero in vino suffervefacti antecedit alios. In pretio quidem prodigio simile est a X. singulis [j] ad X. CCC.[3] pervenire libras: oleum [4] autem ipsum in libras, X. LX.[5]

CAP. LVIII. 1 Gronov. *et platani.*

CAP. LIX. 1 Chiffl. *colore aridi soli.* Mox, cod. Dalec. *ex quo premitur;* Dalecampius vero legit, *ex quo paratur.*—2 Vox *tamen* deest in cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *a singulis ad CCC.* Gronov. et vulgg.—4 Codd. Dalec. et Chiffl. *folium.*—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in libras LXX.* codd. Dalec. Chiffl. et Lang. *in libras LX.* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

[b] *Platani divisura*] Divisa sunt spondylii folia exiguis per ambitum incisuris, ut platani.

[c] *Silis speciem*] Hoc est, seselis, quod seli Romani veteres appellavere. Diosc. loc. cit. σπέρμα δ' ἐπ' ἄκρῳ ὅμοιον σεσέλει.

[d] *Medicinæ*] Ad quos usus adhibeatur, dicemus XXIV. 16.

[e] *Syria*] Hinc Horat. II. Od. 7. 'Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.'

[f] *Arido colore*] In Chiffl. *colore aridi soli.*

[g] *Laudatius*] Et jam alterius generis malobathrum. Μαλάβαθρον Diosc. I. 11. Galenus de Fac. Simp. Med. l. VII. p. 205. aliique Græci appellant. Etiamnum in officinis 'Malabathrum,' et 'Folium Indum.'

[h] *Gigni tradunt*] Incerta id fama tradi haud obscure innuit: tradidit tamen Diosc. loc. cit. et ex recentioribus Dalecampius Hist. Plant. XVIII. 15. aliique: quos hallucinatos esse recte evincit Charasius in Pharmac. p. 294. ubi arboris ingentis folium esse ait in Cambaiæ regno aliisque Indiæ locis enatæ. Ante eum viderat Saracenus, in notis ad Diosc. fictitiam hanc esse Malobathri descriptionem, qualis a Dioscoride, et ab iis quos Plinius commemorat, nunc affertur.

[i] *Sapor ejus*] Diosc. loc. cit. et Charasius.

[j] *A X. singulis*] A denariis singulis. Denarius Romanus Gallicæ monetæ præstat asses octo. Trecenti, libras centum et viginti. Sexaginta denique, libræ viginti quatuor.

LX. (XXVII.) Oleum et omphacium[k] est. Fit duobus generibus,[1] et totidem modis, ex olea et vite: olea adhuc alba expressa: deterius ex druppa:[m] ita vocatur priusquam cibo matura sit, jam tamen colorem mutans. Differentia, quod hoc viride[n] est, illud candidum. E vite[o] fit psythia[2] aut amminea, cum sint acini ciceris magnitudine, ante Canis ortum. In prima lanugine[p] demetitur uva,[3][q] ejusque melligo.[r] Reliquum[s] corpus Sole coquitur. Nocturni rores caventur.[t] In fictili condita melligo colligitur:[4] subinde Cyprio ære servatur. Optima, quæ rufa, acriorque, et aridior. Pretium omphacio in libras X. VI.[5][u] Fit et alio modo, cum in mortariis uva immatura teritur: siccataque in Sole, postea digeritur in pastillos.

LXI. (XXVIII.) Eodem[a] et bryon[b] pertinet, uva populi



CAP. LX. 1 'Lego, *Unguentis idoneum et oleum omphacinum est. Fit quidem omphacium duobus generibus.*' Dalec.—2 Diosc. *Thasia.*—3 Chiffl. *juba.*—4 Cod. Dalec. *colitur.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in libras XVI.* Chiffl. *in libras VI.* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[k] *Omphacium*] Ὀμφάκινον Dioscoridi I. 29. ita dictum, quia ex acerbis et immaturis uvis oleisve exprimitur. Catoni, oleum viride.

[l] *Fit duobus*] Genera sunt, olea et vitis: ex singulis generibus fit oleum duobus modis.

[m] *Druppa*] De hoc genere et nomine dicemus XV. 2.

[n] *Hoc viride*] Hoc, quod ex druppa fit: illud, quod ex alba.

[o] *E vite*] De his vitium nominibus dicemus XIV. 4. et 11.

[p] *Lanugine*] Hoc est, incipientis uvæ pubertate, ut dicetur XXIII. 4.

[q] *Uva*] In Mss. Reg. Colb. Chiffl. &c. *juba.* Male.

[r] *Melligo*] Cum ex effervescente succo ceu lanugo quædam in ambitu lateribus vasis adhæserit, tum ea pariter demetitur. Decuti in subjectum liquorem Diosc. jubet, III. 5. Plinius, seponi. Quid melligo esset, nec Ruellius intellexit de Nat. Stirp. I. p. 269. nec ante nos alii.

[s] *Reliquum*] Reliquus succus e vite expressus, sive omphacium ipsum, *le Verjus.* Sed hic parandi modus obsolevit.

[t] *Caventur*] Obstant enim, quominus spissescat, cogaturque. Κωλύουσι γὰρ αἱ δρόσοι τὴν σύστασιν αὐτοῦ, Diosc. III. 5.

[u] *X. VI.*] Denarii seni, asses octo et quadraginta monetæ nostræ.

[a] *Eodem*] Ad unguenta facienda, quæ ex sylvis petuntur.

[b] *Bryon*] Βρύον, quæ vox *muscum* sonat, Gallis *Mousse:* ut diximus cap. 51. A similitudine aliqua uvam in populo alba vocat, tum hoc loco, tum XXIV. 32.

albæ. Optima circa Gnidum aut Cariam, in sitientibus aut siccis, asperisque: secunda in Lyciæ cedro.[c] Eodem et œnanthe[d] pertinet: est autem vitis labruscæ uva: colligitur, cum floret,[e] id est, cum optime[1] olet: siccatur in umbra substrato linteo, atque in cados conditur.[2] Præcipua ex Parapotamia:[f] secunda ab Antiochia, atque Laodicea Syriæ: tertia ex montibus Medicis. Hæc utilior medicinæ. Quidam omnibus[3] præferunt eam, quæ in Cypro insula nascitur. Nam quæ in Africa fit, ad medicos tantum pertinet, vocaturque masaris. Omnibus[4 g] autem ex alba labrusca præstantior, quam e nigra.

LXII. Est præterea arbor ad eadem[h] unguenta pertinens, quam alii elaten[i] vocant, quod nos abietem,[1] alii palmam,

CAP. LXI. 1 Vet. Dalec. *cum flore, cum optime;* Chiffl. *cum flore, id est, cum optime.*—2 Cod. Dalec. *ita cadis conditur.*—3 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. In aliis edd. ante Brotier, *omnibus iis.*—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Omnino* al. ap. Dalec. *Omnis* Gronov. et vulgg. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *nigra est præterea, &c. pertinet.*

CAP. LXII. 1 'In Indice hujus libri Plinius non memoraverat *abietem.* Inde verba illa, *quod nos abietem,* spuria esse puto. Nec abietem, sed phœnicem elaten memorat infra Plinius XXIX. 13.' *Brotier.*

NOTÆ

[c] *Lyciæ cedro*] De cedro Lycia XIII. 11. Βρύον τὸ ἐπὶ κεδρίνων εὑρισκόμενον ξύλων, quod in cedrinis lignis reperitur, commendat etiam Galenus de Fac. Simp. Med. l. VI. p. 166.

[d] *Œnanthe*] Οἰνάνθη, inquit Diosc. V. 5. καλεῖται ὁ τῆς ἀγρίας ἀμπέλου καρπὸς, ὁπότε ἀνθεῖ, *vitis sylvestris, sive labruscæ fructus, cum floret:* qui maturitatem nunquam assequitur.

[e] *Cum floret*] In Mss. *cum flore.* Geopon. auctor V. 49. p. 161. Ληπτέον τὴν οἰνάνθην .... παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἄνθους. At Galenus VIII. 1. κατὰ τόπους· *Œnanthen appello,* inquit, *vitium sylvestrium germen cum floribus:* Οἰνάνθην δ' ὀνομάζω τὸ τῶν ἀγρίων ἀμπέλων ἐκβλάστημα σὺν τοῖς ἄνθεσιν. Palladium vide in Junio tit. XI.

[f] *Parapotamia*] De his regionibus lib. V. et VI. diximus.

[g] *Omnibus*] Non ad medicos tantum, sed ad omnes usus. Ita Mss. non *omnis.*

[h] *Ad eadem*] Unde unguentum ἐλάτινον apud Diosc. I. 54.

[i] *Alii elaten*] Diosc. I. 150. Φοίνιξ, ἣν ἔνιοι ἐλάτην καὶ σπάθην, περικάλυμμά ἐστι τοῦ καρποῦ τῶν φοινίκων ἀκμὴν ἀνθούντων. *Palma, quam nonnulli elaten,* (hæc vox Latinis et *abietem* sonat,) *aut spathen appellant, fructus palmarum adhuc florentium involucrum est.* Hæc in ipsam quoque arborem nomina cadere Plinius putavit: rectene an secus, an errore proprio, an eorum etiam qui ei præiverint, statuere haud proclive est. Quinetiam cum

alii spathen. Laudatur Hammoniaca maxime, mox Ægyptia, dein Syriaca, duntaxat in locis sitientibus odorata, pingui lacryma, quæ in unguenta additur ad domandum oleum.[j]

LXIII. In Syria gignitur et cinnamum, quod comacum[1] [k] appellant. Hic est succus nuci[2] expressus, multum a succo vero[3] cinnami differens, vicina tamen gratia. Pretium in libras, asses quadraginta.[l]

Cap. LXIII. 1 'Ita sæpius codd. quam *camacum*. Sic quoque in Indice. Hic Editio princeps habet *cariopon*.' Brotier. *camacum* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *caryopon* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *nucis*.—3 Chiffl. *masculo vero;* Gronov. et al. ante Harduin. *a surculo veri cinnami*.

NOTÆ

ad unguenta spissanda addi lacrymam, quam hæc arbor exsudet, Plinius dicat, Dioscorides ad eum usum id involucrum adhiberi velit: non eandem arborem utrumque descripsisse, planum est: etsi vires in medicina utrique quædam affines.

[j] *Ad domandum oleum*] Ad cogendum, spissandumque: sic enim domatur oleum, cujus natura per se plus æquo fluida. Cave idcirco credas apud scriptorem Græcum εἰς τύψιν ἐλαίου temere legisse Plinium, pro εἰς στύψιν ἐλαίου. Nam in oleo τύψιν nec imperitus quisquam fingere valeat, nec peritus intelligere.

[k] *Quod comacum*] Vide Notas et Emend. num. 24.

[l] *Asses quadraginta*] Qui denarii quatuor: nostræ monetæ asses triceni ac bini.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XII.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

---

1. Cap. iii. *Et alias fuisse in Italia, ac nominatim Hispania, apud auctores invenitur*] Haud dubie Theophrastum signat, ut diximus, a quo hæc plane ad verbum accepta. Sic porro ille iv. 7. Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὐ φασὶν εἶναι, πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν. Σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ. Non videtur porro relictus dubio locus, quin Plinius præpostere legerit, ἐν Σπανίᾳ δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ, aut ita certe recitantem libertum audierit. Atque adeo genuina videtur vulgati codicis Pliniani lectio, quam et Mss. omnes tuentur: cum alioqui sic mutanda foret, ex vero Theophrasteæ orationis intellectu: *Et raras fuisse in Italia, ac nominatim in Adria, apud auctores invenitur.* Quod porro proxime antea legitur, *Rhegium in urbem*, sic conspirante consensu exhibent libri omnes: etsi has voces *in urbem* glossema esse arbitratur Fulvius Ursinus, in Append. ad librum P. Ciacconii, p. 99. Nec favet Ms. codex ullus, nec ratio ipsa, Pintiani conjecturæ, qui paulo post pro iis vocibus, *domus suæ miraculum*, substituit, *domui suæ umbraculum.*

2. Cap. iv. *Circa captæ Urbis ætatem*] Vetus Dalec. cod. *circa Capuæ urbis ætatem.* Male. Adeone enim insignes hujus urbis ortus, et Romanis commendabiles visi sunt, ut signandos inde fastos, et denotanda tempora Plinius putaverit?

3. Cap. v. *Academiæ Athenis, cubitorum XXXIII.*] Et Academiæ nomine Lyceum intelligi, et arboris amplitudinem *cubitorum XXXIII.* non, ut est hactenus editum, *XXXVI.* ex Varrone et Theophrasto didicimus. Sic enim ille de Re Rust. i. 37. 'Aliæ enim,' inquit ille, 'radices augustius diffunduntur, ut cupressi: aliæ latius, ut platani: usque eo, Theophrastus scribit, Athenis in Lyceo, cum etiamnum platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse.' Theophrasti verba sunt ista, Hist. Plant. i. 11. Ἧγε οὖν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος, ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν, ἔτι νέα οὖσα περὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πηχεῖς ἀφῆκεν, κ. τ. λ.

4. Cap. xi. *Ficus ibi exilia poma*] In Chiffl. cod. *eximia.* Falso, cum et pauca et exilia ficum eam ferre poma constet, ex Theophr. quem Plinius

hoc loco transcribit. Sic enim ille, Hist. Plant. IV. 5. Ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς τὸν καρπὸν, οὐχ ὅτι κατὰ τὸ τοῦ δένδρου μέγεθος. Et paulo ante: καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν, ἡλίκον ἐρέβινθος, *pomum fert exiguum valde, ciceris magnitudine, similitudine fici*, ὅμοιον δὲ σύκῳ.

5. CAP. XIII. *Nec est gratior villarum prospectus*] Sic emendavimus ex Reg. 1. 2. et Paris. codicum auctoritate. Prius *ullarum* legebatur, Pintianus *vinearum* malebat. Villam pro vinea diminute dictum a Plinio suspicamur, quod ita exigere Theophrasti locus videtur, quem, cum hæc scriberet, habuit ante oculos. Sic enim ille, Hist. Plant. IV. 5. Φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸ κατ' ὄρχους· διὸ καὶ πόῤῥωθεν ἀφορῶσιν ἄμπελοι φαίνονται. *Seruntur in campis ordinatim: quamobrem eminus cernentibus vineæ esse existimantur.*

6. CAP. XIV. *Lenius utroque candidum*] Subintellige, *piper*. Ita Reg. 2. At in Reg. 1. *Levius*. In Chiffl. *lentius*. Ut ut est, imbecillius ac minus efficax noluit dicere, ἀσθενέστερον, ut Diosc. II. 189. sed minus acre, mitius, benignius, quale nos quoque gustu experti sumus.

7. CAP. XV. *Hac in aqua cum semine excepta*] Radice nimirum expressa cum semine. Sic Oribasius, lib. XI. p. 205. 'Succus ex Lycio exprimitur tusis una cum frutice radicibus,' &c. Unde apparet scripsisse Diosc. I. 132. non, uti hodie legitur, χυλίζεται ἐκ τῶν φύλλων, sed ἐκ τῶν ῥιζῶν, quod Plinius ipse confirmat, XXIV. 77. 'Coquuntur in aqua tusi rami, radicesque,' &c. Idem Oribasius paulo post, ex semine quoque expresso, et in Sole siccato, confici succum tradit.

8. Ibid. *Vel rhus*] Prius in libris editis, *vel thus*, legebatur. At Mss. Reg. Colb. Chiffl. Paris. *vel rhus*: quod Plinianæ menti sane congruentius est: nam XXIV. 77. ubi hæc eadem fere de Lycio repetuntur: 'Adulteratur,' inquit, 'amaris succis, etiam amurca, ac felle bubulo.' At inter succos amaros nemo sane thus censuerit. Ex rhoë vero succum elici, qui Lycii similitudinem ac vim referat, auctor est Diosc. I. 147.

9. CAP. XVIII. *Item laurino folio*] In antiquissimis Mss. et probatæ fidei, Reg. 1. 2. Paris. &c. *Item lario folio*. Si Theophrastum audimus, unde hæc alioqui manasse dentur, *item nullo folio* scribendum fuit: sic enim ille Hist. Plant. IV. 5. Ἑτέραν δὲ ἄκανθάν τινα εἶναι· ταύτην φύλλον μὲν οὐδὲν ἔχειν· πεφυκέναι δὲ ἐκ μιᾶς ῥίζης....ὀπὸν ἐκρεῖν πολὺν, ὃς ἀποτυφλοῖ τὰ ἄλλα ζῶα πάντα. *Aliam autem esse spinam, folio nullo, radice singulari.... succum ex ea multum effluere, qui cæcitatem reliquis animalibus inferat, &c.*

10. CAP. XIX. *Bactriano nitor siccus*] Ita Mss. omnes, non, ut editi, *nidor*. Et forte rectius *nitor suus* cum Pintiano scripseris, hoc est, peculiaris ac proprius, ut statim sequitur, *Præterea suum pondus*. Sed siccum, ξηρὸν, Dioscorides commendat inprimis I. 80.

11. CAP. XXVIII. *Frutice myrtuoso*] Sincera hæc lectio est librorum omnium, tum Mss. tum etiam editorum: quam dum convellere Salmasius nititur, in Solin. p. 1069. ut *frutice botruoso* legat, et ab exemplarium fide temere discedit, et vocem invehit in Latinitatem, non modo Plinii stylo alienam, sed ceteris, quos quidem legi, scriptoribus incognitam, præter unum Apuleium, hominem Africanum, c. 66. in descriptione bryoniæ. Denique ταυτολογίαν Plinio perridiculam affingit: si sit hæc hujus loci sententia: alios ex Indica vite, alios ex βοτρυώδει frutice, quod plane idem est, amomi uvam nasci dixisse.

12. CAP. XXXII. *Tertiam partem minæ, hoc est, XXVIII. denariorum*] Sic restituimus ope codicum Reg. Colb. Chiffl. Paris. et Rigalt. quem Salmasius vidit, ipso prodente in So-

lin. p. 508. quanquam in libris vulgatis, *XXXIX*. Ciaconius de Ponder. p. 42. Agricola de Pond. lib. iv. p. 104. et Mariana de Pond. p. 66. *XXIX*. Hotomanus de Re Nummar. p. 114. et Pintianus *XXXIII*. reponere nituntur. Sed minæ voce, hoc loco Plinius, ut in prioribus Notis indicavimus, pro libra Romana abutitur: nec Atticam intelligit, quæ centum drachmarum fuit: cujus tertia pars proinde drachmæ *XXXIII*. fuere. Sic idem xiv. 21. quas 'mellis decem libras,' ad oxymeli concinnandum postulat, has ipse xxiii. 29. 'mellis minas decem' appellat.

13. Cap. xxxiv. *Crassiore, quam thuris*] Sic libri omnes, etiam Mss. Haud inanis tamen Dalecampii conjectura, legentis, *crassiore quam cruris*. Sic enim Theophr. Hist. Plant. ix. 4. *παχύτερον δ' ἢ κνημόπαχυς, crassiore quam sit sura hominis.*

14. Cap. xxxv. *Quarta, collatitia*] Ita libri omnes, etiam Mss. At cum nullum hic myrrhæ genus enumeretur, quod non a patria, in qua nascitur, nomen obtineat, præter istud, quid si legas, *Quarta Caucalitia?* Nam Diosc. i. 77. de myrrhæ generibus disserens, ἡ δὲ Καυκαλὶς, inquit, λεγομένη, *alia Caucalis nuncupatur.*

15. Cap. xxxvi. *Adulteratur, ut thura, resina*] A veterum omnium exemplarium consensu non discedo, quorum hæc constans lectio est: quanquam, si Dioscoridem unum in consilium advocem, (id quod quidam inconsulte facere ausi sunt, ut Plinium erroris insimularent,) legi posse videtur, *Adulteratur thure et resina:* sic enim ille i. 90. *δολοῦται δὲ λιβάνου καὶ ῥητίνης στροβιλίνης μιγνυμένων αὐτῇ.* At vero nunc respicit, ut diximus, ad eum locum auctor, in quo similiter adulterari thura scripsit.

16. Cap. xxxvii. *Strobon hoc vocant*] Ita Reg. et Colb. At in Indice libri hujus tum his ipsis codicibus, tum aliis consentientibus, *stobolon* legitur.

17. Ibid. *Sed hederæ flore deroso*] Rectene an secus senserint ii, quorum placita de ladano Plinius refert, qui ex hederæ succo, seu flore deroso, atque ex matutino rore, qui ex eodem flore decutitur, inhærescitque barbis hircorum, constare crediderunt, non est nostrum dijudicare, quod Plinius ipse reliquit in medio, rem indicans tantum, non judicans. Duo interim ausim affirmare: Primum, minime deceptum Plinium, ut Dalecampio aliisque visum est, neque *κισσοῦ*, hoc est, *hederæ*, pro *κισθοῦ*, hoc est, pro *cistho* frutice, apud scriptorem Græcum, unde hæc mutuatus sit, temere legisse: quoniam ἐκ κισθοῦ fieri ladanum Galenus affirmet de Fac. Simp. Med. lib. vii. pag. 191. Diosc. i. 128. aliique: nam alteram de ladano sententiam statim huic subjungit Plinius, quæ ex leda herba, seu verius frutice, nasci ladanum asseverat: est autem leda cisthi genus, ut diximus. Et de hedera ita veteres aliquos sensisse, testis adhuc est, cujuscumque demum is fidei est, auctor libri de Simp. Med. ad Patern. inter Galeni opera, tom. xiii. pag. 996. 'Aliquando etiam,' inquit, 'genibus et feminibus caprarum quæ hedera vescuntur, adhærens hoc ipsum ladanum invenitur,' &c. Nisi forte Plinium transcribit, quod ab eo scriptore factitatum non semel intellexi. Alterum quod subnotari non pigeat, istud est: multo minus Jos. Scaligerum audiendum, cum Epist. i. 17. ad Franc. Vertunianum, legi præcipit, *sphærulæ flore deroso:* ac *sphærulam* σφαίριον vocat, cisthi corymbum: nam et Mss. pugnant codices universi, et a Pliniano maxime stylo id abhorret. Nec minus confidenter ab exemplarium omnium fide discedit, dum ex iis verbis, *cum est rorulenta Cypros*, postremam hanc vocem *Cypros* expungit: aut cum pro *attractis funiculis*, *tractis* legit, et *funiculis* eradi jubet: etsi eam

vocem sententiamque Dioscorides his verbis præ se ferat, loc. cit. *ἔνιοι δὲ καὶ τὰ σχοινία ἐπισύρουσι τοῖς θάμνοις, κ. τ. λ.*

18. Cap. xlii. *Aut cui labat cortex*] Prius legebatur, *aut cui albet cortex.* Verum inter cinnamomi genera nullum memoratur, cui cortex sit albidus. In Mss. Reg. Colb. Paris. *cui labit cortex.* In Chiffl. teste Dalec. et in Tolet. teste Pintiano, *cui labitur.* Nos, propius literarum ductus et codicum vestigia secuti, *cui labat cortex.* Adjuvat mirum in modum Plinius c. 44. ubi in casia corticem, contra atque in cinnamo, levari et exinaniri, pretium esse ait: ubi *labare* codex Toletanus, Reg. et Colb. *levare* legunt.

19. Cap. xliii. *Longitudine binum digitorum*] In libris editis, *binum cubitorum,* contra omnium exemplarium fidem, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. &c. quodque haud paulo est gravius, contra Theophr. ipsum a quo hæc manarunt: sic enim ille Histor. ix. 5. *Ὅταν οὖν τέμνουσι τὰς ῥάβδους, κατακόπτειν ὡς διδάκτυλα τὸ μῆκος, ἢ μικρῷ μεῖζω, κ. τ. λ.*

20. Cap. li. *Semine coriandri, candido, odorato*] Sic libri omnes tum Mss. tum editi ante Hermolaum, qui *flore candido* reposuit, ut Dioscoridi, vel ea saltem parte, cum Plinio conveniret. At sequitur statim, 'Coquitur hoc in oleo,' quod sane de semine accipiendum est. Itaque quod prætermisit Barbarus, Dalecampius confecit: dum ex eodem Diosc. *Coquitur hic* legi jubet. Nos in peregrina ignotaque arbore, invitis exemplaribus omnibus, aut nihil movendum, aut quærendum amplius, arbitramur.

21. Cap. liv. *Toto die æstivo unam concham impleri justum erat. Omni vero fœcunditate e majore horto congios senos, minore singulos, cum duplo rependebatur argentum*] Sic totidem plane syllabis et apicibus libri tum editi, (etsi horum nonnulli *argento* male,) tum vero etiam Mss. Quæ tamen Budæo de Asse, lib. v. Salmasioque non placent. Ille, *anni vero fœcunditate e majore horto congios senos singulis annis, cum et duplo, &c.* Salmasius, p. 591. in Solin. *Concham impleri justum erat homini. Anni vero, &c.* At formam hanc loquendi, *impleri justum erat homini,* quo demum scriptore tuebitur? quo codice? Budæum coarguit Theophrastus, a quo hæc excerpta: sic enim ille Histor. ix. 6. *Γίνεσθαι δὲ ἐκ μὲν τοῦ μείζονος παραδείσου ἀγγεῖα δώδεκα ὅσον ἡμιχόεα· ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου, δύο μόνον. Impleri ex majore horto vasa semichoëa duodecim,* hoc est, congios senos: *ex altero vero duo tantum,* hoc est, congium unum. Est enim *χοῦς* Græcis, qui Romanis congius, ut alibi dicemus. Diosc. quoque i. 18. *Ῥεῖ δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον ἔτος μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας, κ. τ. λ.*

22. Ibid. *Vitiatur et oleo rosæ, cypri*] In libris editis, *cyperi,* male. Nam Diosc. i. 18. *Δολοῦται δὲ ποικίλως, οἱ μὲν γὰρ χρίσματα μίσγουσιν αὐτῷ, ὡς τὸ τερεβίνθινον, κύπρινον, σχίνινον, σούσινον, βαλάνινον, κ. τ. λ.* Et vero Mss. Reg. Colb. Paris. Chiffl. *cypri* habent.

23. Cap. lvii. *Panacem et unguentis*] Reprehendit hoc loco Plinium Dalecampius: negat panacem unguentis utilem. At tuetur Plinium Theophrastus, qui ad unguentum irinum panacis radicem utilem esse testatur, propter suavitatem eximiam, Histor. Plantar. ix. 10. *Χρήσιμος δὲ καὶ πρὸς τὸ ἴρινον μύρον διὰ τὴν εὐωδίαν.*

24. Cap. lxiii. *Quod camacum*] Ita Mss. Reg. Colbert. Paris. Chiffl. &c. ubi *caryopon* substituit Hermolaus. In Indice hujus libri, *Comacum.* Libro xiii. c. 2. *comacum:* ubi Plinius Theophrastum transcribit, ut dicemus. Paulo post, *Multum a succo vero cinnami differens;* ubi libri editi, *multum a surculo veri:* Mss. *Multum masculo vero.* Salmasius parum sane apposite, p. 1307. in Solin. *multum a masculo viro.*

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XIII.

Peregrinæ arbores, et unguenta.

I. HACTENUS in odoribus habent pretia sylvæ: erantque per se mira singula: juvitque luxuria omnia ea[1] miscere, et e cunctis unum odorem facere: ita reperta sunt unguenta.

(I.) Quis primus invenerit non traditur. Iliacis[a] temporibus non erant: nec thure supplicabatur: cedri tantum et citri[b] suorum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem noverant,[2] jam rosæ succo reperto: nominatur[c] enim quo-

CAP. I. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *luxuriam ea omnia* Gronov. et edd. vett. Mox, cod. Dalec. *odorem facere. Unguenta quis primus.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *nidorem verius quam odorem*

NOTÆ

a *Iliacis*] Non erant, inquit, iis temporibus ea genera unguentorum ac nomina, quæ luxuria excogitavit, cum e multis simul permixtis unum odorem fecit. Hic Plinium perperam incusat, quem non intelligit, Hieron. Mercurialis de Decor. cap. ult. Vide Athenæum lib. XV. pag. 688.

b *Cedri t. et citri*] Vide quæ dicturi sumus c. 30.

c *Nominatur*] Iliad. Ψ. 186. ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ, Ἀμβροσίῳ.

que in olei laude.[3] Unguentum Persarum [d] genti se debet.[4] Illi madent [5] eo, et accersita commendatione ingluvie natum [e] virus extinguunt.[a] Primum, quod equidem inveniam, castris Darii [6] [f] regis expugnatis, in reliquo ejus apparatu Alexander cepit scrinium unguentorum. Postea voluptas ejus [g] a nostris quoque inter laudatissima atque etiam honestissima vitæ bona admissa est: honosque et ad defunctos [7] [h] pertinere cœpit. Quapropter plura de eo dicemus. Quæ ex his [i] non erunt fruticum,[8] ad præsens nominibus tantum indicabuntur: natura vero eorum suis reddetur locis.

II. Unguentis cognomina dedere aliis patriæ, aliis succi, aliis arbores, aliis causæ.[a] Primumque id scire convenit,

[a] *Et asciscunt accersuntque unguento commendationem eo nomine, quod ejus ope fœtorem oris ex ingluvie ortum extinguunt.*

noverant Gronov. et edd. vett.—3 Hæc clausula, *nominatur e. i. q. i. o. laude*, non legitur in cod. Dalec.—4 *Persarum esse debet gentis unguentum* Gronov. et al. ante Harduin.—5 *Sed et batilli madent* Parm. et cod. Dalec. *Sed illi madent* Vet. Dalec. *Nam et illi madent* Dalec.—6 *Darei* Chiffl.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *honosque is et ad defunctos* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Vet. Dalec. *dicemus, quam quæ ii noverunt. Frutices.*

NOTÆ

[d] *Persarum*] Vide Notas et Emend. num. 1.

[e] *Ingluvie natum*] Ex ingluvie natum fœtorem oris et animæ unguentorum copia vincere nituntur. Persarum notat intemperantiam, sive Parthorum, qui quanto plus biberint, tanto plus sitiunt, ut dicitur XIV. 28.

[f] *Castris Darii*] Plinium transcribit hic Solinus c. 46. p. 74. Egit de hoc scrinio unguentorum jam antea Plinius VII. 30.


[g] *Voluptas ejus*] Unguenti scilicet. Respicit enim ad superiorem sententiam, 'Unguentum Persarum genti se debet.'

[h] *Ad defunctos*] Lepide Martialis dicterium inde traxit in hominem, qui convivas exterius affatim, interius parce perfuderat, III. 12. 'Unguentum, fateor, bonum dedisti Convivis, here, sed nihil scidisti. Res salsa est, bene olere, et esurire. Qui non cœnat, et unguitur, Fabulle, Is vero mihi mortuus videtur.'

[i] *Quæ ex his*] Quæ unguenta erunt non ex fruticibus, sed ex herbis, arboribusve conflata.

[a] *Aliis causæ*] Ut megalium, propter gloriam et commendationem: regale, propter Parthorum reges, quorum causa ita temperabatur.

mutatam[b] auctoritatem, et sæpius[1] transisse gloriam. Laudatissimum fuit antiquitus in Delo insula: postea Mendesium.[c] Nec mixtura et compositione tantum hoc accidit: sed iidem succi varie alibi ad quælibet[2] prævaluere, aut degeneravere. Irinum[3][d] Corinthi diu maxime placuit, postea Cyzici: simili modo rhodinum Phaseli:[e] quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Præneste. Crocinum[f] in Solis Ciliciæ diu maxime laudatum,[4] mox Rhodi. Œnanthinum[g] in Cypro, postea Adramytteo.[5] Amaracinum[h] in Coo: postea eodem loco[i] prælatum est melinum. Cyprinum[j] in Cypro, deinde in Ægypto, ubi Mendesium[k] et Metopium subito[6] gratius factum est.



Cap. II. 1 Cod. Dalec. *mutata auctoritate ad pejus ;* Vet. Dalec. *multa, &c.* Chiffl. *mutata auctoritate et sæpius.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *varie alibi atque alibi ad quælibet* edd. vett. et Gronov.—3 Vet. Dalec. *Bryum ;* Dalecampius legi jubet *Bryinum.* Mox, cod. Dalec. *Corinthium maxime ;* Chiffl. *Corinthidium maxime.*—4 Cod. Dalec. *laudatum est.*—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *Cypro, deinde in Ægypto præpositum, postea Adramyttio* Gronov. et al. ante Harduin. *Adramyttium,* vel *Adramytto* al. ap. Dalec. *Adramytteo* Chiffl.—6 Vox *subito*

NOTÆ

[b] *Mutatam*] Aliud alia ætate unguentum in pretio fuisse.

[c] *Mendesium*] Ab Ægypti nomo seu præfectura id nomen ei unguento datum. Ea enim genera nunc Plinius enumerat, quibus patriæ appellationem dedere.

[d] *Irinum*] Quod fit ex iride, de qua dicetur XXI. 19. Transcripsit hæc Plinius ex Apollonio Herophili discipulo ac sectatore, cujus orationem de eo argumento satis prolixam ex libro 'De Unguentis' recitat Athenæus lib. XV. p. 688. Ἶρις μὲν ἐν Ἤλιδι χρηστοτάτη, καὶ ἐν Κυζίκῳ, κ. τ. λ.

[e] *Phaseli*] In confinio Lyciæ Pamphyliæque v. 26. Ibi rhodinum prævaluit, quod ex rosa. Apollonius: Ῥόδινον δὲ κράτιστον ἐν Φασήλιδι, καὶ τὸ ἐκ Νέας δὲ πόλεως, καὶ Καπύης.

[f] *Crocinum*] Ex croco. Apollonius: Κρόκινον δ' ἐν Σόλοις τοῖς Κιλικίοις, καὶ ἐν Ῥόδῳ.

[g] *Œnanthinum*] Ex œnanthe, de qua XII. 62. Vide Notas et Emend. num. 2.

[h] *Amaracinum*] Ex amaraco, de quo XXI. 35. Ἀμαράκινον δὲ Κῷον, inquit Apollonius, καὶ μήλινον.

[i] *Eodem loco*] In Coo prælatum est unguentum melinum, quod a malis cotoneis, ex quibus fiebat, nomen invenit, ut dicetur XXIII. 54. An vero Apollonii mens ea fuerit, an Μήλινον intellexerit, amaracinum quod in Melo insula pararetur, alii æstiment.

[j] *Cyprinum*] Quod ex cypro Ægyptia arbore, de qua superiore libro, c. 52. Apollonius: Κύπρινον δὲ προκέκριται τὸ ἐν Αἰγύπτῳ· δεύτερον δέ ἐστι τὸ Κυπριακὸν, καὶ τὸ ἐν Φοινίκῃ, καὶ ταύτης τὸ ἀπὸ Σίδωνος.

[k] *Mendesium*] De utroque mox di-

Mox hæc abstulit Phœnice, et cyprini laudem Ægypto reliquit. Panathenaicon[l] suum Athenæ perseveranter obtinuere. Fuerat et Pardalium[m] in Tarso: cujus etiam compositio et mixtura obliterata est. Narcissinum quoque ex flore narcisso[7] [n] desiit componi.

Ratio[o] faciendi duplex: succus, et corpus. Ille olei generibus fere constat, hoc odorum. Hæc[8] stymmata vocant, illa hedysmata. Tertius inter hæc est colos, multis neglectus. Hujus causa adduntur cinnabaris[p] et anchusa.[9] Sal aspersus olei naturam coërcet.[q] Quibus anchusa adjecta est,[10] sal non additur. Resina aut gummi adjiciuntur ad continendum odorem in corpore. Celerrime is evanescit atque defluit, si non sunt[11] hæc addita.

Unguentorum expeditissimum fuit, primumque, ut verisimile est, e bryo[r] et balanino oleo. Increvit[12] deinde

deest in cod. Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. *ex flore narcissi* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hoc odorum, quorum hæc.*—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cinnabari et anchusa* Gronov. et vulgg.—10 Ita Gronov. et Harduin. 1. *est* non habetur in edd. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. —11 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *sint* Gronov. et edd. ante Harduin.—12 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. re-

NOTÆ

cetur. Apollonius: τὸ δὲ Μετώπιον καὶ Μενδήσιον κάλλιστα ἐν Αἰγύπτῳ σκευάζεται.

[l] *Panathenaicon*] Apollonius: Τὸ δὲ Παναθηναϊκὸν λεγόμενον ἐν Ἀθήναις.

[m] *Pardalium*] Neque illud solum, sed et nardinum: nisi sit fortassis idem: nam Apollonius loc. cit. Νάρδινον δὲ τὸ ἐν Τάρσῳ.

[n] *Ex flore narcisso*] Vide XXI. 75.


[o] *Ratio*] Duo sunt, inquit, quibus unguenti confectio constat: succus, sive oleum: et corpus, sive odores. Oleum, quod et ἥδυσμα, *condimentum* est, quo veluti condiuntur odores. Odores ipsi corpus sunt, qui in oleum adduntur, ut serventur quasi conditi. Sic in salgamis, conditurae vicem muria obtinet; herbæ, pira, mala, ceteraque similia, corporis. Hesychio ἥδυσμα eo sensu ἄρτυμα, *condimentum*, dicitur. Στύμματα, *odores*, sive aromata vocitantur, quod in oleum additi corpus faciunt, et oleum spissant. Sic Galenus στύμματα accepit, III. 1. κατὰ τόπους. Hæc aliter Dioscorides: quem qui semper in partes vocat, ut Plinium intelligat, male calculum ponit.

[p] *Cinnabaris*] De cinnabari XXXIII. 39. De anchusa XXII. 23. Admisceri anchusam ad unguenti colorem auctor est etiam Theophr. lib. de Odorib. pag. 189.

[q] *Coërcet*] Ne rancescat: πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι, inquit Diosc. I. 53.

[r] *E bryo*] De bryo XII. 50. De balanino oleo c. 46. ejusdem libri.

Mendesium[s] balanino resina mixta, magisque etiamnum Metopio.[13] [t] Oleum hoc est,[u] amygdalis amaris expressum in Ægypto. Cui addidere omphacium,[v] cardamomum, juncum, calamum, mel, vinum, myrrham, semen balsami, galbanum, resinam terebinthinam. E vilissimis quidem hodieque est, ob id creditum et in vetustissimis esse,[14] quod constat oleo myrteo,[w] calamo, cupresso, cypro,[15] lentisco,[x] malogranati cortice. Sed divulgata maxime unguenta crediderim rosæ, quæ plurima ubique gignitur. Itaque simplicissima rhodini[y] mixtura diu fuit, additis omphacio, flore rosæ, crocino,[16] cinnabari, calamo, melle, junco, salis flore aut anchusa,[z] vino. Similis ratio et in crocino, additis cinnabari, anchusa, vino. Similis et in sampsuchino,[a] admixtis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro et Mitylenis, ubi plurima sampsuchus. Miscentur et viliora genera olei e myrto, lauro, quibus additur sampsuchinum,[17]



centt. *balanino oleo, de quibus supra diximus. Increvit, &c.* Gronov. et vulgg.—13 *Metopium* Dalec.—14 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hodie est, ob id creditum et id in v. esse* edd. vett. et Gronov.—15 '*Cypero, junco, odorato.* Dioscor. κύπρον et σχῖνον, non κύπειρον et σχοῖνον, legit Plin.' *Dalec.*—16 Dalec. *croco.* Mox, *et anchusa* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—17 Dalec. *sampsuchum.*—18 Ita codd. Harduini,

NOTÆ

[s] *Mendesium*] Cui parando balaninum oleum, resinamque, casiam, ac myrrham Dioscorides desiderat I. 72. Aliud est Galeni forte Mendesium, quod ex liliis conficit et aromatibus, tom. II. in Explic. vocum Hippocr. p. 81.

[t] *Metopio*] Id ei unguento nomen, propter admixtum galbanum. Lignum enim, e quo galbanum emanat, μετώπιον Ægyptiis appellatur. Ita Diosc. I. 71.

[u] *Oleum hoc est*] Sic Diosc. loc. cit. et Apollonius apud Athen. loc. cit. At Galenus, proxime ante laudatus, ex spinæ Ægyptiæ flore fieri metopium prodidit.

[v] *Omphacium*] De quo XII. 60.

[w] *Oleo myrteo*] Iisdem ferme rebus oleum myrteum conficit Dioscor. I. 48.

[x] *Cypro, lentisco*] Diosc. κυπείρῳ, σχοίνῳ, hoc est, *cypero, junco.* Plinius apud eum scriptorem, unde uterque hausit, κύπρῳ, σχίνῳ, legit.

[y] *Rhodini*] Rosacei, de quo Diosc. I. 53. *L'huile rosat.*

[z] *Aut anchusa*] Diosc. loc. cit. utrumque adhibet, *anchusam et salem*, ἄγχουσαν καὶ ἅλας. At Plinius superius admonuit, quibus anchusa adjecta esset, salem non addi.

[a] *Sampsuchino*] Ex sampsucho sive amaraco, de quo XXI. 35. Ut sampsuchinum paret Dioscorides simili fere ratione, vide I. 58.

lilium, fœnum Græcum, myrrha, casia, nardum, juncus, cinnamomum. E malis quoque cotoneis et struthiis[18] fit oleum (ut dicemus[b]) melinum, quod in unguenta transit, admixtis omphacio, cyprino, sesamino, balsamo, junco, casia, abrotano. Susinum[c] tenuissimum omnium est. Constat ex liliis, balanino, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha.[19] Et idem[d] cyprinum ex cypro, et omphacio, et cardamomo, calamo, aspalatho, abrotano. Aliqui et in cyprinum addunt myrrham et panacem.[20][e] Hoc optimum Sidone,[f] mox Ægypto, si non addatur sesaminum oleum. Durat et quadriennio. Excitatur cinnamomo. Telinum[g] fit ex oleo recenti, cypero,[21] calamo, meliloto, fœno Græco, melle, maro,[22][h] amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri[i] poëtæ Comici ætate. Postea multo[23] successit propter gloriam appellatum megalium,[j] ex oleo balanino,



Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *et strutheis* edd. vett. et Gronov. Paulo post, Chiffl. *cyprino, Samio;* al. ap. Dalec. *cypro, sesamo.*—19 Ita Harduin. et recentt. ex codd. Dalec. et Chiffl. *balano c. m. c. c. myrrha, aspalatho. Et idem, &c.* edd. vett. et Gronov.—20 Chiffl. *et myrum et panacem;* Dalec. *myrrham et opopanacem.*—21 Cod. Dalec. *cypro.*—22 Ita ex codd. Dalec. et al. Harduinus et recentt. *melle, melino, maro* vulgg. et Gronov.—23 Dalec. *multo post.* Mox, *megalinum* Diosc.—24 Chiffl. *incoquendo,* una

NOTÆ

[b] *Ut dicemus*] Lib. XXIII. c. 54. De unguento melino Dioscor. I. 55.

[c] *Susinum*] Σούσινον, hoc est, *lirinum,* sive *liliaceum:* de quo eadem fere Diosc. I. 62.

[d] *Et idem*] Hoc est, pariter tenuissimum. De cyprino eadem fere Diosc. I. 65. et Theophr. de Odorib. p. 187.

[e] *Panacem*] De quo XII. 57. Hujus succum, qui opopanax dicitur, in cyprinum unguentum aliqui addunt.

[f] *Sidone*] Phœniciæ urbe. Apollonius ante appellatus, apud Athen. lib. XV. p. 688. cyprinum quoque laudat τὸ ἐν Φοινίκῃ, καὶ ταύτης τὸ ἀπὸ Σίδωνος. Sed eidem præfert Ægyptium: adeo frequenter unguentorum mutata auctoritas est.

[g] *Telinum*] Nomen habet ἀπὸ τῆς τήλεως, hoc est, *a fœno Græco,* de quo XXIV. 120. Eadem de telini confectione, Diosc. I. 57. ubi accuratius de singularum rerum pondere.

[h] *Maro*] De eo diximus XII. 53. Et illud in unguentis adhibet Theophr. de Odoribus.

[i] *Menandri*] Vide Auctorum Indicem.

[j] *Megalium*] A magnitudine virium nomen habet. Ephesi primum laudatum, mox Alexandriæ, unguentum Μεγάλειον, auctor est Athen. lib. XV. pag. 689. Ejus conficiendi rationem hausit Plinius a Theophr. de Odorib.

balsamo, calamo, junco, xylobalsamo, casia, resina. Hujus proprietas, ut ventiletur in coquendo,[24] donec desinat olere: rursus refrigeratum odorem suum capit.

Singuli quoque succi[25] nobilia unguenta faciunt. Inprimis malobathrum:[k] postea iris Illyrica, et Cyzicena amaracus: herbarum utraque.[l] Pauca his, et alia alii miscent:[26] qui plurima, alterutri mel, salis florem, omphacium, agni folia,[m] panacem, externa omnia. Prodigiosa cinnamomino pretia. Adjicitur cinnamo[27] [n] balaninum oleum, xylobalsamum, calamus, juncus, balsami semina, myrrha, mel odoratum: unguentorum hoc crassissimum.[o] Pretia ei a X. XXV.[28] ad X. CCC.[p] Nardinum, sive foliatum,[q] constat omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere conveniet meminisse, herbarum, quæ nardum Indicum imitentur,[29] species novem[r] a nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est. Omnia autem acutiora fiunt costo, amomo, quæ

voce. Mox, *desinat calere* cod. Dalec.—25 '*Singula quoque cum succo*, id est, idoneo oleo, ut supra hoc ipso capite.' *Dalec.*—26 Gronov. et al. ante Harduin. *Herbarii in utraque pauca, sed alia alii miscent.*—27 Ita Harduin. et recentt. ex codd. '*panacem. Externa omnia et prodigiosa cinnamomi* (Chiffl. *cinnamomino*) *pretia. Adjicitur cinnamo* Mss. et Chiffl.' *Dalec. panacem, externa omnia et prodigiosa. Cinnamomino adjicitur, &c.* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—28 Ita Harduinus et recentt. ex codd. *XXXXV.* Chiffl. *XXXV.* Gronov. et vett.—29 Cod. Dalec. *imitarentur.*—30 Ita cod. Dalec. ita quo-

NOTÆ

pag. 188. Vide Notas et Emend. num. 3.

[k] *Malobathrum*] De quo XII. 59.

[l] *Herbarum utraque*] E genere herbarum utraque. Vide Notas et Emend. num. 4.

[m] *Agni folia*] Hoc est, viticis, quem Græci agnon vocant, ut dicetur XXIV. 38.

[n] *Adjicitur cinnamo*] Hæc totidem verbis Diosc. I. 74.

[o] *Crassissimum*] Quam quidem crassitudinem a myrrha obtinet, inquit Diosc. loc. cit. quod et Plinius post paulo affirmat.

[p] *A X. XXV. ad X. CCC.*] A denariis XXV. ad denarios CCC. Denarii XXV. monetæ Gallicæ, libræ sunt decem omnino. Trecenti, libræ vicenæ supra centenas.

[q] *Sive foliatum*] A folio nardi, de qua XII. 27. Hæc Diosc. totidem verbis I. 75. Τὸ καλούμενον Ῥωμαϊστὶ φουλίατον, Galeno κατὰ τόπους III. 1. p. 391.

[r] *Species novem*] Superiore libro, c. 26. et 27. Eæ sunt: pseudonardus: nardus Syriaca, Celtica, Cretica, cyperus, cypirus, baccharis, hirculus, asarum.

maxime nares feriunt: crassiora myrrha, suavioraque: medicinæ autem utiliora croco: acerrima per se amomo. Hoc et capitis dolores facit. Quidam satis habent aspergere, quæ sunt pretiosissima, ceteris decoctis.[s] Myrrha[30] et per se[t] unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat: alioqui[31] nimiam amaritudinem affert. Cyprino viride fit, susino unguinosum,[u] Mendesio nigrum, rhodino candidum, myrrha pallidum. Hæc sunt antiquæ inventionis genera, et postea officinarum furta. Nunc dicetur cumulus ipse[32] deliciarum, et summa auctoritas rei.

(II.) Ergo regale[v] unguentum appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur, constat[w] myrobalano, costo, amomo, cinnamo[33] comaco,[x] cardamomo, nardi spica, maro, myrrha, casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo, junco, œnanthe,[34] malobathro, serichato, cypro,[35] aspalatho, panace, croco, cypiro,[36] amaraco, loto,[y] melle, vino.

que Harduin. et recentt. *ceteris decoctis impendio parcentes: sed non eadem est vis, nisi una decoctis. Myrrha* vett. et Gronov.—31 Gronov. *alioquin.*—32 Dalec. *iste.*—33 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *cinnamomo* vett. et Gronov. Mox, pro *comaco,* quod servant codd. Dalec. Harduin. et Chiffl. cum edd. recentt. *caryopo* exhibet Vet. Dalec. *comaro* edd. vett. et Gronov.—34 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *juncoque Syrio, œnanthe* edd. vett. et Gronov.—35 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *cypero* Gronov. et vett.—36 Ita Chiffl. item edd. Harduin. et recentt. *cyprio* cod. Dalec. *cyprino* conj. Dalec. *cypro* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

[s] *Ceteris decoctis*] Vide Notas et Emend. num. 5.

[t] *Myrrha et per se*] Hoc est, sola. Diosc. I. 73. Στακτὴ, inquit, vocatur pinguitudo recentis myrrhæ cum aqua exigua contusæ et expressæ: ea perquam odorata ac pretiosa est: quippe quæ unguentum per se faciat, quod stacte nominatur: καὶ καθ' ἑαυτὴν οὖσα μύρον τὸ καλούμενον στακτὴ, κ. τ. λ.

[u] *Susino unguinosum*] Pinguiusculum. Unguen succus est paulo pinguior, ex quo aliquid ungi potest. Usus ea voce Plinius iterum XXIII. 77.

[v] *Ergo regale*] Βασίλειον μύρον, Clementi Alexandr. lib. II. Pædag. pag. 177. et Crateti apud Athen. lib. XV. p. 690. Βασιλικὸν Galeno κατὰ τόπους, III. 1. p. 391.

[w] *Constat*] Hæc Plinius ex Theophrast. Hist. IX. 7.

[x] *Comaco*] Ita Mss. omnes, non *comaro:* et Theophrastus ipse loc. cit. De cinnamo comaco XII. 63. De calamo juncoque Syrio cap. 48. De serichato cap. 45. ejusdem libri.

[y] *Loto*] Sic Theophr. loc. cit. Frustra libri vulgati, *colato melle.*

Nihilque ejus rei causa in Italia victrice omnium, in Europa vero tota, præter irin Illyricam, et nardum Gallicum, gignitur. Nam vinum, et rosa, et myrti folia oleumque, communia fere omnium terrarum intelliguntur.

III. Siccis odoribus constant, quæ diapasmata[a] vocantur. Nam fæcem unguenti magma[b] appellant.[1] Inter omnes[c] potentissimus odor, quisquis novissime additur. Unguenta optime[2] servantur in alabastris,[d] odores in oleo: quod diuturnitati eorum tanto utilius est, quanto pinguius, ut ex amygdalis.[e] Et ipsa unguenta vetustate meliora. Sol inimicus[f] his: quamobrem in umbra coquuntur[3][g]

Mox, pro *loto, melle*, ut in Chiffl. et edd. recentt. Gronov. et al. habent *colato melle*.

CAP. III. 1 Cod. Dalec. *fæces unguenti magmata appellant.*—2 Chiffl. *optima.*—3 'Torrentio aliisque melius visum, *conduntur*. Optime enim plumbeis vasis conservari unguenta Theophrastus de Odoribus docet.' *Brotier.*

NOTÆ

[a] *Diapasmata*] Sunt odores sicci, sive in pulverem triti, ut corporibus inspergantur ad sudores coërcendos, ut Plinius docet XXI. 73. sive in pastillis mixti, ad fœtorem oris et animæ depellendum: quo sensu Martialis I. 88. 'Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino, Pastillos Cosmi luxuriosa voras. Ista linunt dentes jentacula: sed nihil obstat, Extremo ructus cum venit a barathro. Quid quod olet gravius mixtum diapasmate virus, Atque duplex animæ longius exit odor?' &c. Qui diapasmata componunt, inquit Theophr. de Odorib. p. 183. sicca siccis; qui unguenta, humidis humida; *unguentarii*, μυρεψοὶ, humida siccis admiscent.

[b] *Magma*] Μάγμα, unde κροκόμαγμα, Diosc. I. 26. Gallis, *Le marc*, sive, ut vulgo pronuntiant, *le mar*.

[c] *Inter omnes*] Theophr. de Odor. p. 185. Ἐπικρατεῖ γὰρ εἰς τὸ ἔσχατον ἐμβαλλόμενον, κ. τ. λ.

[d] *In alabastris*] Vide XXXVI. 12.

[e] *Ut ex amygdalis*] Theophr. loc. cit. p. 184. Τοῦτο γὰρ χρονιώτατον... ἐπεὶ φύσει ἥκιστα δεκτικὸν ὀσμῆς διὰ τὴν πυκνότητα καὶ τὸ λίπος· αὐτῶν δὲ τούτων τὸ λιπαρώτατον, οἷον τὸ ἀμυγδάλινον. *Oleum enim ætatem ferre diutissime potest... alioqui suapte natura omnium minime odorem concipit, propter densitatem ac pinguitudinem: eorumque pinguissimum quodque, ut ex amygdalis.* Qui hunc locum non vidit Dalecampius dissidere Plinium a Theophrasto credidit.

[f] *Sol inimicus*] Theophr. lib. cit. p. 191. Διαφθείρει δὲ τὰ μύρα καὶ ὥρα θερμὴ, καὶ τόπος, καὶ ὁ ἥλιος, κ. τ. λ. *Corrumpit*, inquit, *unguenta calida tempestas, locus, Sol, si in aprico ponantur. Quocirca unguentorum institores cœnacula quærunt, et umbras opacissimas. Sol enim et æstus odores aufert... Proinde in vascula plumbea diffundunt*, εἰς ἀγγεῖα μολυβδᾶ ἐγχέουσιν, *et alabastros requirunt, quia frigidus ille est lapis, et unguentis utilissimus.*

[g] *Coquuntur*] Forte rectius *conduntur*, ex Theophr.

plumbeis vasis. Experimentum [h] eorum inversa manu capitur, ne carnosæ partis calor vitiet.[4]

IV. (III.) Hæc est materia luxus e cunctis maxime supervacui. Margaritæ enim gemmæque ad hæredem tamen transeunt: vestes prorogant[1] tempus: unguenta illico exspirant, ac suis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, ut transeunte fœmina odor invitet etiam aliud agentes: exceduntque [2] quadragenos [i] denarios libræ. Tanti[3] emitur voluptas aliena: etenim odorem qui gerit, ipse non sentit. Sed et hæc aliqua differentia signanda sunt. In M. Ciceronis monumentis invenitur, unguenta gratiora esse, quæ terram,[j] quam quæ crocum, sapiant:[4] quando etiam corruptissimo in genere magis tamen juvat quædam ipsius vitii severitas. Sed quosdam crassitudo maxime delectat, spissum[k] appellantes: linique jam, non solum perfundi,[5]

conduntur etiam Chiffl. Vide Nott. Var.—4 Vet. Dalec. *calore vitientur;* codex ejusdem, *color vitietur;* margo edd. Dalec. et Gronov. *ne carnosa parte color vitietur.*

Cap. IV. 1 Cod. Dalec. *prolongant.*—2 Idem codex, *transeuntem fœminam, &c. aliud agentem. Excedunt.* Mox, pro *quadragenos,* quod exhibent codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *quadringenos* legitur in edd. vett. et Gronov.—3 *Tantum* cod. Dalec. et mox in eodem, *Sed tamen et hæc, &c.*—4 Chiffl. *sapiunt.*—5 Cod. Dalec. *delectat, id ipsum approbantes: linirique jam*

NOTÆ

[h] *Experimentum*] De unguentorum, inquit, suavitate ac præstantia experimentum sumitur, prima manus parte, quæ volæ opponitur: unde unguentarii eam semper partem unguento tangunt: ne, si volæ, quæ pars est manus maxime carnosa, id imponatur, ejus calore pereat statim unguenti bonitas. Theophr. loc. cit. *Τί δή ποτε ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς ἥδιστα τὰ μύρα φαίνεται· διὸ καὶ οἱ μυροπῶλαι τοῦτο μυρίζουσι τὸ μέρος . . . ὅτι τὸ θερμὸν ἐξίστησιν, ἢδ' ἀλλοιοῖ.*

[i] *Quadragenos*] Monetæ nostræ efficiunt libras sedecim.

[j] *Quæ terram*] Ex deperditis Tullii libris locus hic depromtus est: sed similis ei alter extat de Orat. III. 69. 'Licet hoc videre in reliquis sensibus, unguentis minus diu nos delectari, summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis: et magis laudari quod terram, quam quod crocum, olere videatur.' Vide Notas et Emend. num. 6. Colligit hinc Plinius, nec vitium ipsum, hoc est, unguentorum usum, placere posse, nisi severitatis speciem aliquam præ se ferat.

[k] *Spissum*] Vel, ut quidam codd. legunt, *stypsim, στύψιν.* Sunt enim *στύμματα* in unguentis, ut diximus, *spissamenta.*

unguentis gaudent. Vidimus etiam vestigia pedum[1] tingui: quod M. Othonem[6] [m] monstrasse Neroni principi ferebant. Quæso[n] ut qualiter sentiretur, juvaretque, ab ea[7] parte corporis? Necnon aliquem ex privatis audivimus jussisse, spargi parietes balinearum unguento:[8] atque Caium[o] principem, solia[p] temperari: ac ne principale[a] videatur hoc bonum, et postea[b] quendam ex servis Neronis. Maxime tamen mirum est, hanc gratiam penetrasse et in castra. Aquilæ certe ac signa, pulverulenta illa, et custodibus[9] [q] horrida, inunguntur festis diebus:[r] utinamque dicere possemus, quis primus instituisset. Ita est, ni-

[a] *Principis proprium.* [b] *Etiam postea.*

solum, sed et perfundi.—6 ' In cod. nostro Parisiensi legitur, *M. Cythonem*, et secunda manu paulo recentiore, in margine, *Mathonem.* Vetustæ tamen editiones habent constantissime, *M. Othonem*, recte.' *Harduin. in Ed. sec.* Paulo ante, pro *tingui*, quod ex codd. suis et Editione principe recepit Brotier, ceteræ edd. habent *tingi.*—7 *Quæso qualiter sentiretur juvari ab ea* Parm. *Quæso . . . juvaret ea* Chiffl.—8 Chiffl. *balnearum unguento.* Mox, codd. Dalec. *solium temperari;* Parm. *solitum lavari.*—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum

NOTÆ

[1] *Vestigia pedum*] Id Athenis multo antea factitatum admonet Athenæus lib. xv. p. 689.

[m] *M. Othonem*] Eum qui Neroni successit, quem Tacitus Hist. I. pag. 9. gratum Principi ait fuisse æmulatione luxus: unguentorum prodiga effusione, Plutarchus in Galba, pag. 1061.

[n] *Quæso*] Qui tandem pervenire ad alios potest unguenti voluptas ab ea parte corporis? qui juvare transeuntes?

[o] *Caium*] Cæsarem Augustum Germanicum.

[p] *Solia*] Solium vas est in quo sedentes lavantur, *un bain.* Frequens Celso locutio, ' Desidere in solio,' ' Descendere in solium.'

[q] *Et custodibus*] Custodum virtute horrida, hoc est, metuenda signa: hæc enim signiferorum in acie constantia fuit, ut vitam prius, quam signa, amitterent. Vel horridos integumento signiferos indicat, quibus et loricatum pectus, et capita pellibus animantium obvoluta, uti ex lapidibus effinguntur a Lipsio de Milit. Rom. IV. 9. Sic autem habent Mss. Reg. Colb. Chiffl. &c. non *custodiis:* quod ut idem Lipsius interpretetur de Milit. Rom IV. 5. ad castrorum carceres frustra confugit: adeo intutum est sola ingenii conjectura niti.

[r] *Festis diebus*] Rebus lætis, militiaque prospera, obviamque itionibus. Vetus inscriptio apud Oiselium in Thes. Numism. pag. 468. CORONIS. INLATIS. SIGNISQUE. VNCTIS. Nempe signa ornari mos fuit laurus, florumque coronis, et unguentis.

mirum hac [10] mercede corruptæ terrarum orbem devicere aquilæ. Ista patrocinia quærimus vitiis, ut per hoc jus sumantur sub casside unguenta.

v. Quando id primum ad Romanos penetraverit, non facile dixerim. Certum est Antiocho rege Asiaque devictis, Urbis anno DLXV.[s] P. Licinium[t] Crassum, L. Julium Cæsarem censores edixisse, 'ne quis venderet unguenta exotica:'[u] sic enim appellavere. At hercules jam quidam etiam in potus[1] addunt: tantique amaritudo est, ut odore prodigo fruantur ex utraque parte[v] corporis. L. Plotium,[2] [w] L. Planci bis consulis[x] censorisque fratrem, proscriptum a triumviris, in Salernitana latebra unguenti odore[y] prodi-



edd. recentt. *ex custodiis* cod. Dalec. *et custodiis* Gronov. et vett.—10 Cod. Dalec. *diebus: ita nimirum. Hac, &c.* omissis, *utinamque d. p. q. p. instituisset.*
CAP. V. 1 'Ms. *potu;* et mox, *tantaque.* Lego, *addunt, nec tanta amaritudo odorum est, ut prodigi non fruantur utraque.*' Dalec.—2 *L. Policium* Chiffl.

NOTÆ

[s] *Urbis anno DLXV.*] Ita Mss. omnes, et editi. Annus hic est quo plane devictus Antiochus, domitaque Asia est.

[t] *P. Licinium*] Fuere hi Censores anno Urbis DCLXV. post Asiam domitam annis centum, quibus unguenti luxuria penetravit ad Romanos, ac legibus primum coërcenda fuit. Refert hæc quoque Solinus cap. 46. pag. 74.

[u] *Exotica*] Ἐξωτικὰ, *peregrina, externa,* atque adeo pretii carioris. Plautus in Mostell. I. 1. 41. 'Non omnes possunt olere unguenta exotica, Si tu oles.'

[v] *Ex utraque parte*] Intus, potando: foris, liniendo.

[w] *L. Plotium*] A Velleio lib. I. Plancus Plotius dicitur, L. Munatii Planci frater, cujus opera a Triumviris proscriptus est: unde dicterium militum, qui Munatii Lepidique, ejus qui Triumvir fuit, de Gallis triumphantium, currum sequebantur: 'De Germanis, non de Gallis, duo triumphant Consules.' Prænomen ei Lucius fuit, ut non modo hic Plinii locus edocet, sed et nummus antiquus apud Patin. p. 212. in Plautia gente.

[x] *Bis Consulis*] Semel quidem ordinarii, M. Æmilio Lepido collega, anno U. C. DCCXII. Semel suffecti, et extraordinarii, ut arbitror, anno DCCXVIII. quo Gellium abdicasse se magistratu, et alterum in ejus locum fuisse suffectum, docent fragmenta Capitolina.

[y] *Unguenti odore*] Rem narrat Valerius Max. VI. 8. 5. a quo hæc Plinius mutuatus est: sed Caium is male prænominat, pro Lucio. 'Adjunxit se iis cladibus,' inquit, 'C. Plotius (lege 'L. Plotius') Plancus, Munatii Consularis et Censorii frater, qui, cum a Triumviris proscriptus in regione Selernitana lateret,

tum constat: quo dedecore tota absoluta [z] proscriptio est. Quis enim non merito judicet periisse tales?

VI. (IV.) Cetero [1] terrarum omnium Ægyptus accommodatissima unguentis: ab ea Campania est, copia rosæ. Judæa vero inclyta est vel magis palmis: quarum natura nunc dicetur. Sunt quidem et in Europa,[a] vulgoque Italia, sed steriles.[b] Ferunt in maritimis Hispaniæ fructum, verum immitem: dulcem in Africa, sed statim evanescentem.[2] Contra in Oriente ex his vina, gentiumque aliquibus panis: [c] plurimis vero etiam quadrupedum cibus. Quamobrem jure dicentur externæ. Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera vero nusquam, nisi in fervida.

CAP. VI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ceterum* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 'Puto, *sed immitem, d. in A. sed s. eviescentem;* dulcis enim sapor in subacidum degenerat iis. Sic sub finem cap. 9. 'Vitiati aut vetusti,' &c. ubi metuo, ne et *vieti* nomen exciderit.' *Nic. Heinsius, Adv.* III. 9. p. 460. Vide plura ibid.

NOTÆ

delicatiore vitæ genere et odore unguenti occultam salutis custodiam detexit.' Refert id etiam Solinus cap. 46. pag. 74.

[z] *Absoluta*] Liberata a crimine. Quo sensu Claudianus, 'Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumultum, Absolvitque Deos.' Et Martial. I. 83. de Regulo fere obruto ruina veteris porticus: 'Hæc quæ pulvere dissipata multo Longas porticus explicat ruinas, En quanto jacet absoluta casu! Testis nam modo Regulus sub illis Gestatus fuerat, recesseratque: Victa est pondere cum suo repente: Et postquam domino nihil timebat, Secura ruit incruenta damno. Tantæ, Regule, post metum querelæ, Quis curam neget esse te Deorum, Propter quem fuit innocens ruina?'

[a] *In Europa*] In Græcia quidem sterilescere docet Theophr. Hist. II. 3.

[b] *Sed steriles*] Petr. Quiqueranus, de Laud. Provinc. lib. II. fol. 59. 'Negat,' inquit, 'Plinius palmas in Italia frugiferas, nec alibi omnino, nisi fervidis plagis. Vulgaris tamen est apud nos hodie palmarum fœtura. Insignis quidem inter ceteras una in Olbiensi agro ('Hieres' in Provincia) visitur et specie et proventu. Quadringentesimo atque quinquagesimo ab hoc anno ex vetustis domini rationibus satam constat. Dactylos eos plurimi nostrum lubentissime esitant: me tamen scio, ne in famis quidem condimento, modo mediocri, gratos habiturum.'

[c] *Aliquibus panis*] Æthiopibus. Theophr. Hist. II. 8.

VII. Gignitur [d] levi sabulosaque terra: majore in parte et nitrosa. Gaudet [e] et riguis, totoque anno bibere cum amet, anno sitienti.[1] [f] A fimo [g] quidem etiam lædi putant: et Assyriorum pars aliqua, si non rivis misceatur.[2] [h] Genera earum plura: et prima [3] fruticem non excedentia: sterilem hunc, aliubi et ipsum fertilem, brevique ramorum orbe foliosum. Tectorii [4] [i] vicem hic parietibus plerisque in locis præstat contra aspergines. Procerioribus [j] sylva,[5] arbore ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim, quas sylvestres intelligi necesse est. Incerta [k] tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque [l] corticum pollicibus,

CAP. VII. 1 'Palma, *le Palmier*, gaudet riguis, totoque anno amat bibere. Si sitiens est annus, semper est irriganda. Nec emendandum, ut placuit J. Bodæo, *quin etiam non sitienti.*' Brotier. *cum amet sitientia. Fimo, &c.* cod. Dalec.—2 Theophr. *si non aquis misceatur fimus.* Cod. Dalec. *misceat;* al. ap. Dalec. *misceant.*—3 *Genera earum prima* cod. Dalec.—4 'Parm. *sterilem hanc, aliubi et ipsam fertilem, brevemque ramis, obire* (leg. *exire*) *umbra foliorum tectorii;* Ms. *sterilem .... breves ramis obire* (*ambire, ambiunt*) *umbra foliorum tectorii.*' Dalec.—5 Parm. *aspergines. Sunt a proc. silvæ;* Chiffl. *aspergines. Est procerioribus silva;* cod. Dalec. *aspergines proc. sylvæ, arbore ex ipso foliorum*

NOTÆ

[d] *Gignitur*] Theophrastus Hist. II. 8. ἐν γῇ ἀμμώδει, *in sabulosa terra.* Auctor Geopon. II. 9. ἐν ἁλμυρᾷ, *in salsuginosa*, seri jubet.

[e] *Gaudet*] Palladius, lib. II. in Octobri, tit. 12. pag. 151. de palma: 'Circumfodiatur assidue, ut rigatione continua æstatis vincat ardores.'

Anno sitienti] Ita Mss. editique libri. Cœli rores imbresve bibere detrectat arbos: sola rigatione gaudet. Nec palmæ naturam norunt, nec Plinii stylum sapiunt, qui hoc loco reponere satagunt, *et non sitienti.*

[g] *A fimo*] Theophr. loc. cit.

[h] *Misceatur*] Si non rivis, sive aquis illicibus, fimus misceatur, quod Rhodii facere solent, inquit Theophr. loc. cit.

[i] *Tectorii*] Vice linimenti incrustationisque parietum, asseri proxime hi frutices solent, contra aspergines imbrium: parietibus applicantur, arrepuntque. Galli dicunt, *un espalier.*

[j] *Procerioribus*] Sunt e proceriorum palmarum genere sylvæ ingentes: cujus folia aculeata pectinatimque disposita sunt, ex ipso arboris candice prodeuntia, ita plane ut totam arborem ab imo trunco ad cacumen ambiant.

[k] *Incerta*] Sic Mss. omnes, et editi. Alii *incesta* malunt, quasi μεταφορικῶς sceleratam eam libidinem appellet, qua se mitiori copulet arbor sylvestris.

[l] *Gradatisque*] Gradatim ascendentibus: iisdem simul arborem circumambientibus. Pollices vocat crebros veluti ungues squamatos, qui

ut orbibus,[6] faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, vitilem [m] sibi arborique indutis circulum, mira pernicitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine, et pomum est: [n] non inter folia hoc, ut in ceteris: [7] sed suis inter ramos palmitibus[o] racemosum, utraque natura uvæ atque pomi. Folia cultrato mucrone,[p] lateribus in sese bifidatis, bella primum demonstravere gemina: nunc



aculeo fructificante, &c. Incesta tamen, &c.—6 Alii ap. Dalec. *auctioribus.* Mox, cod. Dalec. *faciles ad scandend. orientis se pop. præb. util. sibi arborum quæ inductis circulum;* Dalec. legit, *arborem circumducto circulo;* Chiffl. *arboremque indutis circulum, &c.* Denique *utilem sibi arborisque induviis circulum* Gronov. et al. ante Harduinum.—7 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *non i. folia ut,*

NOTÆ

per corticem caudicis gradatim disponuntur. Vide palmæ iconem apud Lobelium, pag. 637. et apud Dodon. pag. 807.

[m] *Vitilem*] Induunt sese, inquit, Orientis populi, una cum ipsa arbore, circulum vimineum: tum pede nituntur in arborum pollices, de quibus proxime dictum est: manibus circulum, cui insident, gradatim ac subsultim attollunt: sic usque ad partem eam arboris, ubi sunt rami fructusque, celerrime scandunt. Vide Notas et Emend. num. 7.

[n] *Et pomum est*] Etiam in cacumine, inquit, pomum est: nec solum ἀκρόκομος palma est, sed et ἀκρόκαρπος, ut Theophr. ait, Hist. I. 23.

[o] *Palmitibus*] Palmitem appellat loculum corticosum, (ἐλάτην et σπάθην vocat Diosc. I. 150.) quod involucrum est floris fructusque palmarum: eo dehiscente, flores prodeunt pendentque numerosi, instar racemi longissimi.

[p] *Folia cultrato mucrone*] Folia in mucronem ita desinunt, ut cultri, seu vomeris, speciem referant, lateribus in longum exporrigentibus sese in canaliculi morem. Eadem folia lateribus in cacumine bifidis, seu divisis, διαχιδέσι, ut gemina simul in bello acie, vel ut gemino pariter unius aciei cornu, seu latere, alave gemina hostem peteremus, olim demonstravere: nunc eadem in alios finduntur usus. Vide Notas et Emend. num. 8. Duplex seu gemina acies dicta est, cum in cornua duo secta, dexterum, ac sinistrum: quo de argumento plura Lipsius de Militia Rom. IV. 6. Auctor gemini in acie una cornu Pan, teste Polyæno Strateg. lib. I. Διονύσου στρατηγὸς ἦν ὁ Πᾶν. Οὗτος πρῶτος τάξιν εὗρεν, ὠνόμασε φάλαγγα, κέρας ἔταξε δεξιὸν καὶ λαιόν. Ταύτῃ τοι ἄρα κερασφόρον τὸν Πᾶνα δημιουργοῦσι. *Bacchi dux fuit in militia Pan. Is primum reperit ordinem, nominavit phalangem, cornu instituit dextrum et lævum. Ex quo cornutum etiam Pana vulgo fingunt.* Ut nempe bifidis palma foliis geminam aciem, seu bella gemina commonstrat, sic et Pan cornuta fronte, et e converso. Plinius XVI. 38. palmæ esse folia duplicia animadvertit, quorum nunc latera bifidata appellat.

ad funes,[8] vitiliumque nexus, et capitum levia umbracula[q] finduntur.[9]

Arboribus, immo potius omnibus quæ terra gignat,[10] herbisque etiam, utrumque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt: quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco: nullis tamen arboribus manifestius.[r] Mas[s] in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantum spicæ modo.[11] [t] Utrisque[12] autem prima nascitur pomi caro: postea lignum[u] intus, hoc est, semen ejus. Argumentum, quod parvæ sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Est autem oblongum: non, ut olivis, orbiculatum. Præterea cæsum a dorso pulvinata fissura, et in alvo media plerisque[13] umbilicatum, unde primum spargitur radix. Seritur autem pronum,[v] et bina juxta composita semina, superque totidem, quoniam infirma singulis planta est: quaternæ coalescunt. Multis candidisque lignum hoc a carnibus discernitur[14] tunicis, aliis corpori adhærentibus: laxeque



&c. Gronov. et edd. ante Harduin. Mox, *sed suos* cod. Dalec.—8 'Lego, *bifidatis, bullas cum prim. dem. gemmeas, tunc ad funes;* alii, *novellas cum primum* (quod probo) *demonstravere gemmas;* alii, *tenellas cum primum,' &c.* Dalec. Gronov. habet etiam *gemmas.*—9 Parm. *funduntur.*—10 Chiffl. *gignit.*—11 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *spinæ modo* Gronov. et vulgg.—12 *Utriusque* cod. Dalec.—13 Idem codex, *summo dorso pulvinato, et in alveo media fissura plerisque.*—14 Dalec. *discinditur.*—15 Vox

NOTÆ

[q] *Umbracula*] Subintellige, texenda. Sic galeros hodie stramineos teximus. De usu foliorum palmæ dicetur iterum XVI. 37. Et scopas e palmis laudat Martialis in Xeniis, XIII. 82.

[r] *Manifestius*] Quam palmæ. Theophr. Hist. II. 9. Tralatitium Claudiani carmen huc pertinet, in Nupt. Honor. et Mar. vs. 65. 'Vivunt in Venerem frondes, omnisque vicissim Felix arbor amat: Nutant ad mutua palmæ Fœdera.'

[s] *Mas*] Hæc Theophr. Hist. Plant. II. 8. iisdem verbis.

[t] *Spicæ modo*] Vel racemi. Tamen in Mss. *spinæ.* At Theophr. *καθάπερ στάχυς,* de Causis I. 24. pag. 227.

[u] *Postea lignum*] Hoc est, nucleus, naturæ durioris: quam Plinius ligno, ossiculo Theophrastus aliique comparant: *ὀστᾶ τῶν φοινίκων* vocat Auctor Geopon. lib. X.

[v] *Pronum*] Semen nimirum, seu nucleus: cujus supina pars *ὑπτία* ea est, quam Plinius dorsum appellat: *πρανὴς* sive *prona* ea, in qua umbilicus. Hæc rursum ex Theophr. loc. cit.

distans, tantum cacumini filo adhæret. Caro maturescit anno. Quibusdam tamen [15] in locis, ut in Cypro,[w] quanquam ad maturitatem non perveniat, grato sapore dulcis est:[16] et folium ibi latius, fructus quam reliquis [17] rotundior, nec ut devoretur corpus, verum ut exspuatur,[x] succo modo expresso. Et in Arabia languide dulces traduntur esse palmæ: quanquam Juba apud Scenitas Arabas præfert omnibus saporibus, quam vocant Dablan.[18] Cetero sine maribus non gignere [19] fœminas sponte edito nemore confirmant: circaque singulos plures nutare in eum [y] pronas blandioribus comis. Illum erectis [z] hispidum, afflatu visuque ipso et pulvere [a] etiam reliquas maritare:[20] hujus arbore excisa viduas post sterilescere fœminas. Adeoque est Veneris intellectus, ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interim vero tantum pulvere insperso fœminis.

VIII. Seruntur autem [b] palmæ et trunco, duum [1] cubito-



tamen deest in cod. Dalec.—16 Verbum *est* non legitur in eodem codice.—17 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *fructusque reliquis* Gronov. et al. ante Harduin.—18 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Dabulam* edd. vett. et Gronov.—19 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cetero non sine maribus gignere* Gronov. et vulgg.—20 Dalec. *etiam illis maritari.*

CAP. VIII. 1 Cod. Dalec. *duorum.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl.

NOTÆ

[w] *Ut in Cypro*] Genus id esse palmarum ei insulæ peculiare ac proprium tradit Theophr. loc. cit.

[x] *Ut exspuatur*] Quemadmodum Punici mali succum sorbere solemus, nucleos commanducare quidem, sed statim exspuere, nec deglutire.

[y] *Nutare in eum*] In mares singulos nutant plures fœminæ. Hoc multo uberius Leontius explanat, in Geopon. x. 4. pag. 251.

[z] *Illum erectis*] Subintellige, comis.

[a] *Pulvere*] Quem e maris palmæ foliis in fœminas ventus defert: eo enim pulvere mas illas sibi maritas facit. Theophr. loc. cit. et de Causis Plant. II. 13. pag. 248. et III. 23. pag. 287. Tradunt hoc ipsum Prosper Alpinus, et Guillandinus, oculati testes.

[b] *Seruntur autem*] Hanc palmæ sationem, quæ trunco ipso fit, explicat Theophr. Hist. II. 8. Truncus, inquit, seu caudex summa arboris parte, ubi cerebrum est, duum cubitorum longitudine præciditur: deinde finditur, deorsumque depangitur, ac defoditur, qua parte cerebri ipsius humor ac teneritudo est, ut defluat.

rum longitudine a cerebro[c] ipso arboris, fissuris[2] diviso atque defosso. Et ab radice[d] avulsæ vitalis est satus, et ramorum tenerrimis. In Assyria, ipsa quoque arbor strata in solo humido tota radicatur, sed in frutices, non in arborem. Ergo plantaria[e] instituunt, anniculasque transferunt, et iterum bimas. Gaudent[f] enim mutatione sedis, verna alibi, in Assyria autem circa Canis ortus.[3] Nec ferro[g] attingunt ibi novellas: sed religant comas, ut in altitudinem exeant. Robustas deputant crassitudinis gratia,[h] semipedales[i] ramorum relinquentes truncos, qui decisi alibi necant matrem. Diximus salsum ab his solum diligi. Ergo ubi[k] non est tale, salem aspergunt, non radicibus, sed longius paulo. Quædam[l] in Syria et Ægypto in binos dividunt se truncos: in Creta et in ternos, quædamque et in quinos.[4] Ferunt statim[m] in trimatu. In Cypro vero,



cum edd. Harduin. et recentt. *arboris viridi fissuris* vulgg. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ortum* Gronov. et al.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd.

NOTÆ

[c] *A cerebro*] Cerebrum Latini, et medullam: Galenus de Fac. Simp. Medic. IV. 15. ἐγκέφαλον vocat τὸ ἀνώτατον μόριον τοῦ φοίνικος, hoc est, *summam palmæ partem:* et alibi, τὴν κορυφὴν τοῦ φοίνικος, ἣν ὀνομάζουσιν ἐγκέφαλον. Theophr. quoque loc. cit. sic appellat. Dioscorides vero I. 150. ἐγκάρδιον, quoniam vis palmæ vitalis in ea parte tota est posita.

[d] *Et ab radice*] Stolonibus ab radice avulsis: vel ramorum tenerrimis e corpore matris ablatis, atque defossis, ut fusius dicturi sumus XVII. 13. Sic Geopon. Auctor, loc. cit. ἡ φοίνιξ ἀπὸ παρασπάδων φυτεύεται.

[e] *Ergo plantaria*] Plantarum seminaria, *des pepinieres.* Hæc sunt adhuc e Theophr. Hist. II. 8.

[f] *Gaudent*] Theophr. loc. cit.

[g] *Nec ferro*] Theophr. loc. cit.

[h] *Crassitudinis gratia*] Ut crassiores evadant. Theophr. non deputari ramos ait, ut crassiores fiant: sed tum amputari, cum facti sunt crassiores: ὁπόταν ἁδρὸς γένηται καὶ πάχος ἔχῃ. An legit Plinius, ὡς πάχος ἔχῃ?

[i] *Semipedales*] Ὅσον σπιθαμὴν, inquit Theophr. loc. cit. Est autem duodenum digitorum σπιθαμὴ, seu pollicum novem: pedis dodrantem Latini vocant.

[j] *Diximus*] Cap. 7. 'Gignitur levi sabulosaque terra: majore in parte, et nitrosa.' Nam, ut idem ait XXXI. 45. nitri natura non multum a sale distat. Vide et quæ dicemus XVII. 3.

[k] *Ergo ubi*] Sic Theophr. loc. cit. et Geopon. Auctor X. 4. pag. 251. Id apud Babylonios fieri idem Theoph. prodidit de Causis III. 22. pag. 286.

[l] *Quædam*] Theophr. Hist. II. 8.

[m] *Ferunt statim*] Hoc vero de fœ-

Syria, Ægypto, quadrimæ: aliquæ quinquennes,[5] altitudine hominis, nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt novellæ, ob id spadonum[n] accepto nomine.

IX. Genera earum multa. Sterilibus ad materias, operumque lautiora,[1] utitur Assyria et tota Persis. Sunt et cæduæ[o] palmarum quoque sylvæ, germinantes rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum[p] appellant: exemtaque[2] vivunt, quod non aliæ. Vocantur autem chamærepes,[q] folio latiore ac molli, ad vitilia utilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. E palmis prunæ vivaces, ignisque lentus.[3]

Fructiferarum aliis brevius lignum[r] in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseum lunatumque, dente contra fascinantes[4] religione politum. Aliud pluribus vestitum paucioribusve tunicis: aliud crassioribus tenuioribusve. Ita fiunt undequinquaginta genera, si quis omnium persequi velit nomina etiam barbara, vinorumque ex iis differentias. Clarissimæ[5][s] omnium, quas regias appellavere ab honore, quoniam regibus tantum Persidis ser-

recentt. *in Creta et ternos, quædam et in quinos* Gronov. et al. ante Harduin. *in C. et ternos quædamque in quinos* Chiffl.—5 Ita codd. Harduin. cum edd. Harduin. et recentt. *quadrimæ aliæ, aliæ quinquennes* Gronov. et vulgg. Mox, *aliæ altitudine* Parm.

CAP. IX. 1 Cod. Dalec. *operaque lautiora.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *ad lectos et rasa,* e Theophr.—2 Chiffl. *exemptoque.* Mox, *chamæropes* Gronov. —3 *Ex palmis p. v. segnisque lenitas* cod. Dalec.—4 Idem codex, *lunatuque dente festinanter;* Parm. *limatuque, &c.* Chiffl. *limatumque, &c.*—5 Cod. Dalec.

NOTÆ

cundiore quodam palmæ genere narrat Theophr. loc. cit.

[n] *Spadonum*] Ab Aristotele, εὐνοῦχοι, *spadones,* et ἄνορχοι, quasi *testibus carentes,* et ἀπύρηνοι, *nuclei expertes,* appellantur, ita referente Athen. lib. XIV. p. 652.

[o] *Sunt et cæduæ*] Theophr. iisdem verbis, loc. cit.

[p] *Cerebrum*] Ἐγκέφαλον et ἐγκάρδιον, ut diximus.

[q] *Chamærepes*] Χαμαιῤῥεπεῖς, sive, ut apud Theophr. legitur, χαμαιῤῥιφεῖς. Est enim humile palmæ genus, unde nomen. Suidas, χαμαιρεπὲς, χαμαὶ ῥέπον. Hujus palmæ effigiem exhibet Dalec. Hist. l. III. cap. ult. pag. 369. ex Matthiolo. *Cefaglioni* vocant Itali, Siculi, Sardi, inquit Anguillara de Simp. part. IV. p. 71.

[r] *Brevius lignum*] Nucleus, quod alii ossiculum vocant. Hæc ex Theophr. Hist. II. 8.

[s] *Clarissimæ*] Theophr. loc. cit.

varentur,[6] Babylone natæ uno in horto Bagou:[7] [t] ita enim vocant spadones, qui apud eos etiam regnavere. Hortus ille nunquam nisi[8] dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem syagri,[u] proximamque margarides.[9] Hæ breves,[10] candidæ, rotundæ, acinis, quam balanis, similiores. Quare et nomen a margaritis accepere. Una earum arbor in Chora [v] esse traditur: una et syagrorum. Mirumque de ea accepimus[11] cum phœnice ave,[w] quæ putatur ex hujus palmæ argumento nomen accepisse, iterum mori[12] ac renasci ex seipsa: eratque, cum hæc proderem, fertilis. Ipsum pomum grande, durum, horridum, et a ceteris generibus distans sapore ferino, quem ferme in apris novimus: evidentissimeque causa est nominis.[13] Quarta[x] auctoritas sandalidum, a similitudine appellatarum. Jam in Æthiopiæ fine quin-

etiam barbara vinorum. Ex iis differentiis clarissime.—6 Ita codd. Harduin. et Chiffl. cum edd. recentt. *servabantur* Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita Reg. Brot. 1. et edd. præter Franz. ubi legitur *Bogou.*—8 Cod. Dalec. *numquam fuit nisi, &c.*—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *margaritides.*—10 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *Eæ breves* Gronov. et al. ante Harduin.—11 Chiffl. *accipimus.*—12 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *accepisse, emori* Gronov. et al. ante Harduin.—13 Dalec. *evidenti inde*

NOTÆ

[t] *Bagou*] Βαγώου. Hæc vox lingua Persica *eunuchum* sonat. Apud Plutarch. de Fortun. Alex. Orat. II. p. 337. Βαγώας ὁ εὐνοῦχος. Ovid. Amor. II. 2. 1. 'Quem penes est dominam servandi cura, Bagoë.'

[u] *Syagri*] Σύαγροι, vel συάγριοι, quasi *aprugnas* dixeris: quod ferinum saporem referrent, ut mox dicetur, qualem in apris novimus.

[v] *In Chora*] In parte Ægypti inferiore, quæ Χώρα vocatur Alexandriæ, ut dictum est VI. 39. Eo nomine et in Notitia Imp. cap. 65. locus est haud procul Parisiis positus, urbe Galliarum: sed qui nihil istuc pertineat.

[w] *Cum phœnice ave*] Imposuit, opinor, auctoribus fabulæ de phœnice ave vox ambigua φοίνιξ, quæ et *palmam* arborem, et *phœnicem* avem significat. Soli fertilitas fecit interdum ut ex palma arbore, cadente dactylo vel palmula, altera arbos in deficientis locum pullularet. Inde ad cognominem avem translata fabula, quam ex seipsa renasci dixerunt: ut sæpe ex causis levissimis narrationum portenta nascuntur.

[x] *Quarta*] Nam primus locus regiis, Syagris secundus, tertius margaridibus debetur. Postremus sandalidibus, quibus est a soleæ similitudine nomen, quam Græci σανδάλιον vocant.

que earum nec plures [14] arbores tradunt, non raritate magis, quam suavitate mirabiles.

Ab his caryotæ [y] maxime celebrantur, et cibo quidem, sed et succo uberrimæ. Ex quibus præcipua vina Orienti,[z] iniqua capiti,[a] unde pomo nomen.[b] Sed ut copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Judæa, nec in tota, sed Hiericunte [15] [c] maxime. Quanquam laudatæ et Archelaide,[d] et Phaselide,[e] atque Liviade,[f] gentis ejusdem convallibus. Dos his præcipua succo pingui lactentibus: quodamque vini sapore in melle [16] prædulci.[a] Sicciores in hoc genere [g] Nicolai,[h] sed amplitudinis præcipuæ, quaterni cu-

[a] *Et quendam vini ac mellis prædulcem saporem refert.*



causa nominis.—14 Cod. Dalec. *quinque harum plurimas.*—15 *Hierichunte* Gronov. Mox, Dalec. *et ex Cappadociæ Archelaide.*—16 Dalec. *ut in melle.*—

NOTÆ

[y] *Caryotæ*] Καρυωτοὶ φοίνικες Græcis appellatæ, quasi *palmæ nucales*, seu *nuciferæ.*

[z] *Orienti*] Arabibus, ut dictum est VI. 32. aliisque, ut dicetur XIV. 19.

[a] *Iniqua capiti*] Sic Diosc. v. 40.

[b] *Unde pomo nomen*] Forte rectius ἀπὸ τοῦ καρύου, quæ vox *nucem* sonat, ejus appellationis originationem duxeris, quam a κάρη vel κάρος, hoc est a *sopore* et *gravedine capitis.* Nam si inde nomen, quod vina ex harum arborum palmulis expressa, καρηβαρίαν gignunt, tentantque cerebrum, jam per iota, non per υ ψιλὸν notandæ Cariotides videbuntur. Caryotas laudat Petron. Sat. p. 140.

[c] *Hiericunte*] Hujus agri palmetum ut sibi locaretur, Herodes magna mercede a Cleopatra, cui illud Antonius eximii muneris loco dederat, impetravit. Auctor Josephus Belli Jud. I. 13.

[d] *Archelaide*] Prope Hiericuntem. Vide Notas et Emend. num. 9.

[e] *Phaselide*] Φασαηλίδος palmeta laudat Josephus Belli Jud. II. 8. pag. 789. quæ Liviæ Augustæ testamento Salome reliquerat. Stephanus: Φασαηλὶς, πόλις Ἰουδαίας ἀπὸ Ἡρώδου κτισθεῖσα, τοῦ πρώτου βασιλέως, κ. τ. λ.

[f] *Liviade*] Λιβιὰς Josepho et Ptolemæo infra Machærunta ad Jordanem urbs fuit, ab Herode in honorem Liviæ Augustæ condita. A Juliade, quæ ad mare Galilææ fuit, diversa.

[g] *Sicciores in hoc genere*] Nempe caryotarum.

[h] *Nicolai*] Id eis palmulis nomen inditum ab Augusto Cæsare, qui eo genere cibi capiebatur, quod Nicolaus Damascenus Peripateticus, ei admodum familiaris, id genus dactylorum sæpe ad eum mitteret. Ex his et placentæ factæ et panes, quibus nomen idem Nicolai fuit. Auctor Athenæus lib. XIV. pag. 652. De hoc Nicolao multa Photius in Bibl. cod. 189. pag. 469.

bitorum[i] longitudinem efficiunt. Minus speciosæ,[17] sed sapore caryotarum sorores, ob hoc Adelphides dictæ, proximam suavitatem habent, non tamen eandem. Tertium[18] ex his genus patetæ,[19] [j] nimio liquore abundat: rumpitque se pomi ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, calcatis similis.[20]

Suum genus e sicciore[21] turba junceis,[k] prælonga gracilitate curvatis in terram.[22] Nam quas[23] ex his honori Deorum dicamus, chydæos[l] appellavit Judæa, gens contumelia numinum[m] insignis. In totum arentes Thebaidis[n] atque Arabiæ,[24] macroque corpore exiles, et assiduo vapore[o] torrentes,[25] [p] crustam verius, quam cutem, obdu-

17 Gronov. *speciose.* Mox, cod. Dalec. *et ob hoc Adelphdes, &c.*—18 *Alterum* margo edd. Dalec. et Gron.—19 Ita codd. Harduin. cum edd. Harduin. et recentt. *patete* Chiffl. *pateton* Gronov. et vulgg.—20 Margo edd. Dalec. et Gronov. *calcato simile.*—21 Parm. *sed e sicciore.*—22 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps; *turba junceis, p. g. c. interim* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *turba dactylis, p. g. c. interim* Gronov. et vulgg. *turba jacens dactylis p. g. c. in terram* Parm. *turba jacens p. g. c. interim* Chiffl.—23 'Sic fuit scribendum; non *quos.* Græci enim dixere τὰς χυδαίους φοίνικας.' *Brotier. quos* omnes edd. ante Brotier. Mox, Parm. *Idæos* pro *chydæos.*—24 *Thebaides atque Arabicæ* Gronov.—25 Margo edd. Dalec. et Gronov. '*torridæ*, vel *tor-*

NOTÆ

[i] *Quaterni cubitorum*] Ita libri omnes. Planius diceret, *quaterni cubitum unum longitudine efficiunt.* Sic enim Theophr. Hist. II. 8. unde hæc manarunt: Καὶ γὰρ σφαιροειδεῖς ἐνίους, ὡς τέτταρας εἰς τὸν πῆχυν εἶναι.

[j] *Tertium . . . patetæ*] Nempe ex caryotarum genere. Φοινίκων πατητῶν mentio apud Alex. Trallian. VII. 8. Galenum Meth. Med. X. 9. aliosque. Πατητὸς a πατέω, *conculco:* quod cum ejus pomum dehiscit, calcata appareat. Vide Notas et Emend. num. 10.

[k] *Junceis*] Vide Notas et Emend. num. 11.

[l] *Chydæos*] Hoc est, plebeias, viles, ac vulgares. Suidas: Χυδαῖος, εὐτελὴς, παμπληθής. Glossar. Græco-Lat. Χυδαῖος, *Vulgaris.* Χυδαῖος ἄρτος, *Ceparius.* Χυδαῖος ἄνθρωπος, *Gregarius.* Χύδην, *Passim, promiscue.* Vide Onomasticon Rosweydi, in Vitas Patrum, verbo 'Chydæum vinum,' p. 1021. Vide et Epiphan. Advers. Hæres. l. I. p. 18.

[m] *Contumelia numinum*] Quod caryotas præstantiores raro admodum, et tum quidem ingenti pretio, gentilibus divendebant, idololatriæ obtentu, ne falsorum numinum mysteriis inservirent, viles tantum ac vulgares pretio commodo distraherent. Vel quod, præter verum Numen, numina alia spernerent.

[n] *Thebaidis*] Thebaicas palmulas laudat Petronius loc. cit.

[o] *Vapore*] Calore, ut diximus II. 40.

[p] *Torrentes*] Ita libri omnes, pro *torridæ.*

cunt. In ipsa quidem Æthiopia friatur,[q] (tanta est siccitas,) et farinæ modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed majore, quam mali, amplitudine: coicas[26] [r] vocant. Triennio[s] maturescunt: semperque frutici pomum est subnascente alio. Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum sui ardoris anima:[t] ni ita fiat, celeriter expirat:[27] marcescitque non retostus furnis. Ex reliquo genere plebeiæ videntur. Syri et Juba tragemata[u] appellant. Nam in alia parte[28] Phœnices, Ciliciæque, populari etiam nomine a nobis appellantur balani.[v] Eorum quoque[w] plura genera. Differunt figura rotunditatis aut proceritatis. Differunt[x] et colore, nigriores ac rubentes. Nec pauciores fico[29] [y] traduntur colores. Maxime tamen placent candidi. Distant et magnitudine: prout multi[z] cubitum effecere.

rente.'—26 *Cycen* Theophr. *Cæcas* Parm. *si tamen* Chiffl. *Cycas* Gronov. et vulgg.—27 Chiffl. *ita fit ut celeriter expiret.*—28 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *aliqua parte* Gronov. et vulgg.—29 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *quam fico* Theophr.

NOTÆ

[q] *Friatur*] Ea crusta seu cutis. Diversum id genus est palmulæ a superioribus, ut Theophrast. monet Hist. II. 8. unde hæc accepta.

[r] *Coicas*] In omnibus Theophr. libris, Κύκας. At Pliniani Mss. Reg. Colb. &c. rectius, *Coecas*, vel *Coicas*. Nam Hesychius, Κόϊκες, ἐν Αἰθιοπίᾳ φοινίκων εἶδος. Quin etiam Theophr. I. 16. κόϊκος meminit.

[s] *Triennio*] Theophr. Hist. II. 8.

[t] *Ardoris anima*] Cum eo calore, quo fœta est palmula, cum pendet ex arbore. Usus ea voce iterum XIV. 3.

[u] *Tragemata*] Græci palmulas exsiccatas τραγήματα, hoc est, *bellaria*, seu levia munuscula, nuncupant. Papias in Vocabulario: 'Collibia sunt apud Hebræos quæ nos vocamus Tragemata, vel vilia munuscula, ut cicer frixum, uva passa, poma diversi generis.' Regula S. Pachomii, c. 52. 'Si vero sint tragematia, vel poma, dabit ei janitor ex his comedere quæ poterit.' Inde vox Gallica, *des dragées*; quæ secundis inferuntur mensis.

[v] *Balani*] Βάλανοι, *nuces.* Quod *Phœnices* hoc loco palmulas significare, seu φοίνικας, putet Salmasius, p. 1322. vix ferri æquo animo potest. Phœnice regio notissima est, quæ et Phœnicia.

[w] *Eorum quoque*] Ita Mss. omnes: etsi Græcis ἡ βάλανος fœminei generis sit. Sic XV. 25. 'Sardianos balanos' vocat.

[x] *Differunt*] Theophr. Hist. II. 8.

[y] *Fico*] Ita Mss. hoc est, quam fico. Theophr. loc. cit.

[z] *Prout multi*] Ut de Nicolais dic-

Quidam sunt non ampliores faba.[30] Servantur hi demum, qui[31] nascuntur in salsis atque sabulosis, ut in Judæa, et Cyrenaica Africa. Non item in Ægypto, Cypro, Syria et Seleucia Assyriæ. Quamobrem sues et reliqua animalia ex his saginantur. Vitiati aut vetusti ejus pomi signum est, cecidisse[32] candidam verrucam, quæ racemo adhæserit. Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt. In Gedrosis[a] id factum est pomi genere, alibi copia evenit.[33] Est enim tanta musteis suavitas, ut finis mandendi non nisi periculo fiat.[b]

X. (V.) Syria præter hanc peculiares habet arbores. In nucum genere pistacia[b] nota. Prodesse[c] adversus serpentium traduntur morsus, et potu[1 d] et cibo. In ficorum autem, caricas,[e] et minores ejus generis, quæ cottana[f] vocant. Item pruna[g] in Damasco monte nata, et myxa:

[b] *Est enim recentibus palmulis tanta suavitas, ut finis mandendi nonnisi cum vitæ periculo fiat.*

ficu Gronov. et al. ante Harduin.—30 Theophr. *cicere.*—31 *Servantur item qui* cod. Dalec.—32 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *decidisse* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Dalec. *quæ ex racemo, &c.* Vide Varr. Lectt. ad cap. 6. item Nic. Heins. Adv. III. 9. p. 460.—33 Chiffl. *eveniente.*

CAP. X. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et fotu.*

NOTÆ

tum est proxime, quaternos cubitum longitudine efficere.

[a] *In Gedrosis*] Theophr. Hist. IV. 5.

[b] *Pistacia*] Hæc Indiæ Nicander ascribit, in Theriac. p. 63. Syriæ, Diosc. I. 177. Galenus de Fac. Alim. II. 30. p. 354. tom. VI. Alexandriæ Ægypti, sed Berrhœæ Syriæ multo uberiore proventu. De his multa Palladius lib. XI. in Octob. tit. 12. p. 152. Βιστάκια et Πιστάκια Græcis, teste Athenæo lib. XIV. pag. 649. nobis *des Pistaches:* arbos ipsa, *un pistachier.*

[c] *Prodesse*] Nicander, loc. cit.

[d] *Et potu*] Sive trita ex vino bibantur, sive edantur, *ἐσθιόμενα δὲ καὶ πινόμενα ἐν οἴνῳ λεῖα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ.* Dioscor. loc. cit. Dalec. igitur frustra, *et fotu.*

[e] *Caricas*] Ficuum genus peculiare Syriæ, a Cauneis diversum, ut dicetur XV. 21. alioqui et cauneæ et caricæ non peculiare ficuum genus fuere, sed siccatæ ficus.

[f] *Cottana*] Hesychius: Κόττανα, *εἶδος συκῶν μικρῶν.* Sic etiam Athenæus lib. IX. et Juvenal. Sat. III.

[g] *Item pruna*] De his XV. 12. ubi et de myxis dicetur.

utramque[h] jam familiarem Italiæ. Ex myxis in Ægypto et vina fiunt.

XI. Juniperi[i] similem habent Phœnices et cedrum minorem.[1] Duo ejus[2][j] genera, Lycia et Phœnicia, differunt folio: nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros[k] vocatur, ramosa et nodis infesta: altera odore præstat. Fructum ferunt[3] myrti magnitudine, dulcem sapore. Et majoris[l] cedri duo genera: quæ floret, fructum non fert: frugifera non floret: et in ea antecedentem fructum occupat novus. Semen ejus cupresso simile. Quidam cedrelatem[m] vocant. Ex hac resina laudatissima. Materiæ vero ipsi æternitas: itaque et simulacra Deorum ex ea factitaverunt. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus,[n] Seleucia[o] advectus. Cedro similis[p] in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.[q]

XII. (VI.) Syria[r] et terebinthum habet. Ex his mascu-



CAP. XI. 1 *Juniperi similitudine .... nidore* cod. Dalec.—2 *Duo cedri* Dalec. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *Phœnicia. Differunt, &c.*—3 Alii ap. Dalec. *præstantem fructum fert;* alii ibid. *præstat. Fructum Lycia fert.*

NOTÆ

[h] *Utramque*] Subintellige, arborem.

[i] *Juniperi*] Accepta hæc a Theophr. Histor. Plant. III. 12. et Geopon. Auctor XI. 1. ἄρκευθός ἐστιν ὅμοιος κέδρῳ μικρῷ, κ. τ. λ.

[j] *Duo ejus*] Nempe cedri minoris. Theophr. loc. cit.

[k] *Oxycedros*] Oxycedron Theophrasti esse juniperum primam Dioscoridis, ait Lobelius in notis Mss. ad Anguillara, p. 45.

[l] *Et majoris*] Nunc auctores alios a Theophrasto sequitur.

[m] *Cedrelatem*] Ἀπὸ τῆς κέδρου καὶ ἐλάτης, quod non humilis, ut cedrus minor, sed in proceritatem crescit, instar abietis.

[n] *Apollo Sosianus*] Causam hujus appellationis, hactenus incompertam, aperiemus inferius, XXXVI. 4.

[o] *Seleucia*] Pieria cognominata, in Syria, prope Antiochiam. Egimus de ea V. 18.

[p] *Cedro similis*] Quoniam, opinor, ut in cedro frugifera antecedentem fructum occupat novus, sic in Arcadica arbore, quod mirum magis, et exacti, et præsentis, atque etiam tertii incipientis anni fructus legatur, teste Theophr. Histor. III. 12. Atque idcirco in Indice hujus libri Plinius sic locum hunc notat: 'Quæ arbores trium annorum fructum pariter habeant.'

[q] *Frutex vocatur*] Id vero non fruticis hoc loco, sed arboris, proprium ac peculiare nomen videtur.

[r] *Syria*] Et in Gallia Narbonensi frequens. Gallis, *Terebinte.*

la[1][s] est sine fructu. Fœminarum duo[t] genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine: alteri pallidus, cum vite[2][u] maturescit, non grandior faba, odore jucundior, tactu resinosus. Circa Idam Troadis et in Macedonia brevis arbor hæc[v] atque fruticosa, in Damasco Syriæ magna. Materies[3][w] ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem, nigri splendoris: flos[4][x] racemosus olivæ modo, sed rubens: folia densa.[y] Fert et folliculos[z] emittentes[5] quædam animalia, ceu culices, lentoremque resinosum, qui ex cortice erumpit.[6]

XIII. Etiam rhus[a] Syriæ[1] mascula[b] fert, sterili fœmina,

Cap. xii. 1 Chiffl. *masculæ.*—2 Gronov. et al. ante Harduin. *alteri pallidus. Cum, &c.* et mox in iisdem, *tactu resinosus circa Idam Troadis. Sed in, &c.* Cod. Dalec. *tractu, &c.*—3 Idem codex : *fruticosa. In Damasco Syriæ materies.* —4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *ac vetustate nigris splendoribus. Flos, &c.* cod. Dalec. *ad vetustatem, nigris splendoribus, flos, &c.* Chiffl. *ad vetustatem, eximii ac nigri splendoris: flos* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *mittentes.* Mox, Gronov. *seu culices.*—6 Cod. Dalec. *qui et corticem rumpit.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *ligno colligitur*, e Theophr.

Cap. xiii. 1 *Et Rhus Syriæ* Chiffl. *Etiam thus Syriæ* Gronov. et al.

NOTÆ

[s] *Ex his mascula*] Ex Theophr. Hist. iii. 15. hæc derivata.

[t] *Fœminarum duo*] Theophr. loc. cit.

[u] *Cum vite*] Altera, inquit Theophrast. fructum protinus rufum promit, magnitudine lentis: altera *viridem* primum edit, χλοερὸν, (Plinius χλωρὸν legit, quod et *pallidum* et *viride* sonat:) deinde eundem rubore tingit, et cum vite maturescentem nigrum denique reddit, fabæ magnitudine, resinosum, et odoratiorem.

[v] *Arbor hæc*] Cui fructus cum vite maturescit. Theophr. loc. cit. Ἔστι δὲ τὸ δένδρον περὶ μὲν τὴν Ἴδην καὶ τὴν Μακεδονίαν βραχὺ, κ. τ. λ.

[w] *Materies*] Iisdem verbis hæc Theophrast. loc. cit.

[x] *Flos*] Theophr. hoc tantum: Ἄνθος δὲ ὅμοιον τῷ τῆς ἐλαίας· τῷ χρώματι δὲ ἐρυθρόν. *Flos oleæ, sed rubens.*

[y] *Folia densa*] Ab eodem pediculo numerosa, lauri figura, conjugatim ut in sorbo. Theophr.

[z] *Fert et foll.*] Theophr. Fert, inquit, et folliculos quosdam concavos, ut ulmus, quibus bestiolæ, tanquam culices, innascuntur. Fit in his resinosum quiddam lentumque: resina tamen non inde legitur, sed manat e cortice sive *ligno*, ἀπὸ τοῦ ξύλου. De his terebinthorum gallis, quarum usus in Thracia Macedoniaque maximus, vide Bellon. Observ. i. 65.

[a] *Etiam rhus*] Συριακὸς ῥοῦς Galeno vi. 7. κατὰ τόπους, p. 507. Rhus Syriaci meminit Scribonius Largus, Compos. iii. Marcellus Empir. c. 27. muliebri genere, Rhus Syriacæ. Apud Colum. et Pallad. pro *rore Syriaco*, lege *rhoe Syriaco*. Vulgo *Rhus* et *Rous*. In officinis *Sumach*, Arabum lingua. Pingitur a Dodonæo, p. 767.

[b] *Mascula*] Accepta hæc a Theo-

folio ulmi paulo longiore et piloso, foliorum inter se semper contrariis pediculis, gracili brevique ramo. Pelles[c] candidæ conficiuntur iis. Semen[d] lenti simile, cum uva rubescit, quod vocatur rhus, medicamentis[2][e] necessarium.

XIV. (VII.) Et Ægypto[1] multa genera, quæ non alibi.[f] Ante omnia ficus,[g] ob id Ægyptia cognominata. Arbor moro[h] similis folio, magnitudine, aspectu. Pomum[i] fert non ramis, sed caudice ipso. Idque ipsum ficus est prædulcis, sine granis interioribus, perquam fœcundo proventu, scalpendo[j] tantum ferreis unguibus: aliter non matures-

ante Harduin.—2 Chiffl. *ros, medicamentis;* cod. Dalec. *rhus, medicamentum.*

CAP. XIV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et Miller. *Ex Ægypto* Bipont. et Franz. quam lectionem Harduino perperam

NOTÆ

phrast. Hist. III. 18.

[c] *Pelles*] Tingunt his foliis coriarii alba coria, inquit Theophr. *βάπτουσι δὲ τούτοις καὶ οἱ σκυτοδέψαι τὰ λευκὰ δέρματα.* Ita et Dioscor. I. 147. Quod Græcis *βάπτειν*, hoc Plinio ceterisque Latinis scriptoribus *conficere* est. Hinc ' confectores' pro tinctoribus et infectoribus, apud Vopiscum in Aureliano.

[d] *Semen*] Seu *fructus*, *καρπός*. Theophr.

[e] *Medicamentis*] Vide Galenum VI. 1. *κατὰ τόπους*, quibus adde ea quæ dicenda sunt XXIV. 79.

[f] *Quæ non alibi*] In alias tamen deinde terras peregrinata hæc arbos est, quæ primo loco tractatur. In Rhodo et Caria nasci Dioscorides prodidit, I. 181. Eadem enim est *συκόμορος* et ficus Ægyptia, ut recte observat Maldonatus in Lucam, c. 19. Quin et in Syria nasci sycomorum constat ex sacra pagina, tum vetere, tum nova.

[g] *Ante omnia ficus*] Transcribit hic Plinium Solinus c. 32. p. 61. Plinius Theophrastum Histor. IV. 2. Ἐν Αἰγύπτῳ γάρ ἐστιν ἴδια δένδρα πλείω, ἥ τε συκάμινος, κ. τ. λ. Eadem, ut diximus, *συκόμορος* appellata. Indigenæ nunc ficum Pharaonis vocant: Syri, *Gieumeiz.* Iconem Matthiolus accuratam exhibet, in Diosc. l. I. p. 285.

[h] *Arbor moro*] Theophr. loc. cit. et Diosc. I. 181. *τοῖς φύλλοις ἐοικὸς μορέᾳ*, unde nomen *συκόμορος.*

[i] *Pomum*] Solinus, ' Poma non ramis tantum gestitant, sed et caudice.' Parum fideliter. Theoph. et Diosc. ad verbum Plinio suffragantur. Una sycomorus ex trunco, majoribusque ramis, non, ut aliæ arbores, e tenuibus surculis, qui in cacuminibus sunt ramorum, plurimos fructus emittit. Jac. de Vitriaco I. 85. ' Sunt ibi præter ficus communes, quædam singulares ficuum species, fructus in ipsis truncis absque ramis et foliis facientes . . . sed ipsi trunco adhærentes: has autem ficus Pharaonis appellant.'

[j] *Scalpendo*] Maturescere non po-

cit. Sed cum[2] factum est, quarto die demetitur, alio subnascente: septeno[k] ita numerosa partu, per singulas æstates[3] [l] multo lacte abundante. Subnascitur, etiam si non scalpatur, fœtus quater æstate, prioremque expellit immaturum. Materies proprii generis inter utilissimas. Cæsa statim[m] stagnis mergitur: hoc est ejus[4] siccari.[n] Et primo sidit, postea fluitare incipit: certoque sugit eam[o] alienus humor, qui aliam omnem rigat. Cum innatare cœperit,[5] tempestivæ[p] habet signum.

XV. Huic similis quadamtenus quæ vocatur Cypria ficus[q] in Creta. Nam et illa in caudice ipso fert pomum, et ramis, cum in crassitudinem adolevere. Sed hæc[r] germina emittit sine ullis foliis: radice similis populo, folium ulmo. Fructus[1] [s] quaternos fundit: toties et ger-



attribuit Franzius. *Et in Ægypto* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 *Id cum* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 Chiffl. *ætates.* Mox, Dalec. *abundat,* sc. ' arbor,' e Theophr.—4 Dalec. *hoc est ei.*—5 Cod. Dalec. *innatare cœpit.*

Cap. xv. 1 ' Ms. *mittit sine ullis foliis, radice populo similis, folio ulmo,*

NOTÆ

test, nisi scalpatur. Theophrast. Καὶ πέττειν οὐ δύναται, ἂν μὴ ἐπικνισθῇ.

[k] *Septeno*] Ita Solinus loc. cit. At Theophr. *terno, aut, ut alii prodiderunt, etiam uberiore proventu:* οἱ μὲν τρὶς, οἱ δὲ πλεονάκις.

[l] *Æstates*] Primo vere arborem eam lac fundere, ait Dioscor. loc. cit. Ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἔαρος πρώτου, κ. τ. λ. Theophr. idcirco πολύοπον vocat, *multo lacte abundantem.* At non de arbore Plinio sermo est, sed de partu seu pomo, quod æstatibus singulis lacte abundat: ut de Cypria ficu mox dicetur. Quare hic *abundante* recte ex Mss. editisque codicibus legitur, non *abundans,* ut Salmasius velit.

[m] *Cæsa statim*] Theophr. loc. cit. Τμηθὲν γὰρ ἔτι χλωρὸν, κ. τ. λ. *Cæsum etiamnum viride lignum, fundum petit: protinus in stagna injiciunt: madefactum porro in profundo siccatur: cumque siccum fuerit, innatat, emergitque.*

[n] *Ejus siccari*] Hac arte siccatur. Similis locutio ea tralatitia, ' Scire tuum nihil est.'

[o] *Sugit eam*] Ita Mss. omnes; non *siccat,* ut Guillandinus reponit, lib. de papyro, membro 16. nec *fugit,* ut Pintianus. Solini paraphrasis, ' Fit humore sicca.' Hujus miraculi causam investigat Licetus de Quæsitis per Epist. l. v. p. 287. et seq.

[p] *Tempestivæ*] Ad opera fabrilia tum tempestiva materies putatur, et bene condita. Theophr. loc. cit. Καὶ δοκεῖ καλῶς τότε τεταριχεῦσθαι, κ. τ. λ.

[q] *Cypria ficus*] Hæc totidem verbis Theophr. Histor. iv. 2.

[r] *Sed hæc*] Vide Notas et Emend. num. 12.

[s] *Fructus*] Theophr. loc. cit.

minat. Sed grossus ejus non maturescit, nisi incisura[t] emisso lacte. Suavitas[u] et interiora, fici: magnitudo, sorbi.[2]

XVI. (VIII.) Similis[a] et quam Iones ceroniam vocant:[1] trunco[b] et ipsa fertilis, sed pomo[c] siliquæ.[2] Ob id[d] quidam Ægyptiam ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Ægypto nascitur, sed in Syria, Ioniaque, et circa Gnidum, atque in Rhodo: semper comantibus foliis, flore candido, cum vehementia odoris: plantigera[e] imis partibus, et ideo superficie flavescens,[f] succum auferente sobole. Pomo antecedentis anni circa Canis ortus detracto, statim alterum parit: postea florem per Arcturum:[3 g] hyeme fœtus enutriente.

fructus; ἐνδεῶς· nam hæc omnia leguntur apud Theophr.' *Dalec.* Gronov. et al. ante Harduin. habent, *emittit sine ullis foliis radicis similia. Caudex arboris similis populo, folium ulmo. Fructus, &c.* Lectionem nostram ex codd. suis et Chiffl. restituit Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *primi*, e Theophr.

Cap. xvi. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Similis his siliqua, quam Iones cerauniam vocant* Gronov. et vett. edd. —2 Dalec. *sed pomo siliqua*; vel, *sed pomo siliquato*; Chiffl. *sed pomum siliquæ.* —3 Cod. Dalec. *detracto, quod placuit, statim alt. parit: postea floret per Arcturum.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *post Arcturum.*

NOTÆ

[t] *Nisi incisura*] Nisi pomo ipso immaturo inciso, emissoque lacte, inquit Theophr.

[u] *Suavitas*] Hæc ad verbum ex Theophr. Ἡ δὲ γλυκύτης προσεμφερὴς τῷ σύκῳ, ἔσωθεν τοῖς ἐρινοῖς. *Dulcedo ficubus non absimilis: interiora plane cum grossis paria.*

[a] *Similis*] Ficui Cypriæ, Theophr. loc. cit. Ταύτῃ δὲ παραπλησία καὶ ἣν Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν. Gallis, *Carouge*: multum hæc Nicææ in Gallia cognita, et maris Ligustici accolis. In Apulia pariter et Campania frequens.

[b] *Trunco*] Hoc est, quæ non ramis, sed ipso caudice, ut ficus Ægyptia, fert pomum: ἐκ στελέχους, Theophr.

[c] *Sed pomo*] Subintellige, fertilis: nam fructui siliqua nomen est, et est ibi *siliquæ* in gignendi casu. Etiam quod et arbori nomen, idem pomo Galli fecere: *des carouges.* De iis rursum dicetur xv. 26.

[d] *Ob id*] Quia nempe est trunco fertilis. Quæ sequuntur, expressa plane ad verbum ex Theophr. Histor. iv. 2.

[e] *Plantigera*] Theophr. ἐκ τῶν κάτω παραβλαστητικόν. Superficies, summa pars arboris est.

[f] *Flavescens*] Theophr. ὑποξηραινόμενον, *arescens.* Consequitur nempe siccitatem flavedo.

[g] *Per Arcturum*] Theophr. περὶ Ἀρκτοῦρον καὶ ἰσημερίαν ἀνθεῖ, *circa Arc-*

XVII. (IX.) Ægyptus et Persicam[h] arborem sui generis habet, similem piro,[i] folia retinentem. Fertilitas assidua ei,[1] subnascente crastino fructu:[j] maturitas[k] etesiarum afflatu. Pomum longius[l] piro, inclusum amygdalæ[m] putamine, et corio, colore herbido:[n] sed ubi nux[o] illi, huic prunum,[2] differens brevitate ac mollitie: et quamvis blandiatur prædulcis suavitas, innocuum.[3] Materies[p] bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens a loto. Simulacra ex ea factitavere. Non eadem gratia,[q] quanquam fideli materie,[r] ex arbore quam balanum appellavimus,[s] magna ex parte contorta:[4] navalis[t] itaque tantum est.

CAP. XVII. 1 Cod. Dalec. *ejus.* Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *statim* pro *crastino.*—2 Ita ex codd. et Theophr. Harduinus et recentt. *huic pomum* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *in nucleo.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *factitavere, non eadem gratia, quam fideli materie, ut ex arbore, &c.* Gronov. et vulgg. *factitavere. Non eadem gratia æque fideli materiæ ex arbore, &c. contortæ* Dalec. Mox, Gronov. *novalis* pro *navalis.*

NOTÆ

turum æquinoctiumque floret. De Arcturi exortu XVIII. 74.

h *Persicam*] Ita Mss. omnes. Περσέα dicitur a Theophr. Histor. IV. 2. Straboni quoque lib. XVII. Eadem Persea Plinio XV. 13.

i *Similem piro*] Folio, flore, ramo, toto denique aspectu. Theophrast. loc. cit.

j *Crastino fructu*] Ubi maturum fructum decerpseris, inquit, edendo alteri succedaneo die jam crastino laborat arbos. Κατὰ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει, inquit Theophr. omni anni tempore, vere, æstate, autumno, hyeme.

k *Maturitas*] Perfectius tum concoquitur, quam reliquis anni temporibus. De Etesiarum flatu dicemus XVIII. 68.

l *Pomum longius*] Par piro, ἡλίκον ἄπιος, facit Theophr. sed oblongum, σχήματι δὲ πρόμακρος. Amygdalam Ægyptiam Plinius vocat XV. 34.

m *Amygdalæ*] Instar amygdalæ, inquit, putamen habet et corium coloris herbidi: sed ubi nux durior in amygdala est, hic tenerior cortex molliorque, pæne pruni instar: is enim cum nucleo manditur, ut dicetur XV. 34.

n *Colore herbido*] Χρῶμα δὲ αὐτοῦ ποῶδες, inquit Theophr.

o *Sed ubi nux*] Theophr. loc. cit. ἔχει δὲ ἐντὸς κάρυον, ὥσπερ τὸ κοκκύμηλον, πλὴν ἐλάττω καὶ μαλακώτερον. *Nucem habet intus, quemadmodum prunum: sed longe minorem mollioremque.*

p *Materies*] Theophr. iisdem verbis Hist. IV. 2.

q *Non eadem gratia*] Quia non recta, sed contorta, arbos ea est, quæ balanos appellatur: οὐκ εὐφυὲς δὲ, ἀλλὰ παρεστραμμένον. Theophr. loc. cit.

r *Fideli materie*] Ad vetustatem, uti de terebintho dictum c. 12.

s *Appellavimus*] Libro sup. c. 47.

t *Navalis*] Ad navigia compingenda, εἰς τὰς ναυπηγίας, inquit Theophr. loc. cit.

XVIII. At e diverso cuci[1][a] in magno honore, palmæ similis, quando et ejus foliis[b] utuntur ad textilia. Differt[c] quod in brachia ramorum spargitur. Pomo magnitudo, quæ manum impleat, color fulvus, commendabilis succo ex austero dulci. Lignum intus[d] grande,[2] firmæque duritiæ, ex quo velares[e] detornant annulos. In eo nucleus[f] dulcis, dum recens est: siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non possit, nisi[3] pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiæ, et ob id Persis[g] gratissima.

XIX. Nec minus spina[h] celebratur in eadem gente duntaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat, ob id utilissima navium costis.[i] Candida facile putrescit. Aculeus spinarum et in foliis. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Flos et coronis jucundus, et medicamentis utilis. Manat et gummi[j] ex ea. Sed



CAP. XVIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Cuciophoros*, e Theophr.—2 Alii ap. Dalec. *grandis*.—3 Vox *nisi* deest in cod. Dalec.

NOTÆ

[a] *Cuci*] Theophr. loc. cit. *κουκιοφόρον* arborem vocat, plane ut idem pomo nomen fuisse videatur.

[b] *Et ejus foliis*] Meminit Auctor Peripli maris Erythræi *περιζωμάτων φύλλων κουκίνων*, e foliis cucinis.

[c] *Differt*] A palma nimirum. Sic Theophr. loc. cit. a quo hæc manarunt.

[d] *Lignum intus*] Seu nux, quæ nucleum, ut in prunis, Persicisque, continet. *Πυρῆνα* vocat Theophrastus, Gaza nucleum.

[e] *Velares*] Quibus aulæa, vela, cortinæque contrahuntur, aut expanduntur. Theophr. loc. cit. Ἐξ *οὗ τοὺς κρίκους τορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους*.

[f] *In eo nucleus*] Pars nucis interior, teneriorque. Unde parœmia Plautina apud Macrob. Saturn. II. 14. p. 374. 'Qui e nuce nucleos esse vult, frangit nucem.' Nempe e Curcul. I. 1. 55.

[g] *Ob id Persis*] Ut suis lectulis pedes inde tornarent. Theophr. loc. cit. Καὶ *οἵ γε δὴ* Πέρσαι *πάνυ ἐτίμων αὐτὸ, καὶ ἐκ τούτου τῶν κλινῶν ἐποιοῦντο τοὺς πόδας*.

[h] *Nec minus spina*] *Ἄκανθος* Theophrasto Hist. IV. 3. a quo quæ hoc capite comprehenduntur, Plinius ad verbum expressit. Hæc acacia est, de qua XXIV. 67. ut recte vidit Saracenus, in notis ad Diosc. III. 15. Vide quæ dicturi sumus XXIV. 67.

[i] *Navium costis*] Herodot. II. 96. p. 124. ubi et hujus spinæ faciem ait esse loto Cyrenæo similem, ex ea gummi manare, &c.

[j] *Manat et gummi*] Quod acanthinon Marcellus Empiricus vocat, cap. 14. et 20. In officinis, *Gomme Arabique*.

præcipua utilitas, quod cæsa anno tertio resurgit. Circa Thebas hæc, ubi et quercus, et Persica,[k] et oliva, ccc. a Nilo stadiis, sylvestri tractu, et suis fontibus riguo.

(x.) Ibi[l] et prunus Ægyptia, non dissimilis spinæ proxime dictæ, pomo mespili, maturescens bruma, nec folia dimittens. Lignum[m] in pomo grande, sed corpus ipsum[n] natura copiaque messium instar incolis.[1] Purgatum enim tundunt, servantque ejus offas.[o] Sylvestris[p] et circa[2] Memphim regio tam vastis arboribus, ut terni[q] non quirent circumplecti.[3] Unius[r] peculiari miraculo, nec pomum propter, usumve aliquem, sed eventum,[s] facies est: spinæ folia habet,[4] ceu pennas,[t] quæ, tactis[u] ab homine ramis, cadunt protinus, ac postea renascuntur.

CAP. XIX. 1 Vox *incolis* non habetur in cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sylvestris fuit et circa* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita Editio princeps. Harduinus ex codd. Regg. et Colbert. *ut terni non quirent circumflecti;* et sic Miller. Bipont. et Franz. *ut terni nequirent vel circumplecti* Gronov. et al. ante Harduinum.—4 ' Ita bene cod. Reg. 1. In cod. Reg. 2. *facies ejus, &c.* Male Editio princeps aliæque : *sed eventum. Facies enim spinæ*

NOTÆ

[k] *Et Persica*] Superius explicata, quam Theophrastus Περσέαν appellat.

[l] *Ibi*] Circa Thebas. Hæc porro prunus Ægyptia inter ignotas referenda arbores. A Theophrasto pariter describitur, Histor. IV. 3.

[m] *Lignum*] Quod alii nucem, alii nucleum vocant.

[n] *Corpus ipsum*] Pomi caro, quæ nucem ambit.

[o] *Offas*] Παλάθας, *massas:* nam tusum illi fructum in globos massasque fingunt. Theophr. Massulas offasque promiscue Columella nuncupat, XII. 38.

[p] *Sylvestris*] Rursum hæc Theophr. Hist. IV. 3.

[q] *Ut terni*] Ut complecti caudicem homines vix terni queant. Theophrast. Prius *circumplecti* minus sincere legebatur. In Mss. Reg. Colb. &c. *circumflecti.*

[r] *Unius*] Unius vero ex iis arboribus peculiare miraculum est.

[s] *Sed eventum*] Τὸ συμβαῖνον simpliciter Theophrastus non dixit, sed τὸ συμβαῖνον πάθος. Rectius forsan dixisset, propter affectum frutici peculiarem, et qui ipsi a natura contigit.

[t] *Ceu pennas*] Theophrastus καὶ τὸ φύλλον παρόμοιον τοῖς πτέρυξιν. Sic Plinius legit, ut in vulgatis exemplaribus habetur. Gaza vero, ὅμοιον πτερίσι, *simile filicibus.* Sed perinde est, sive πτερίσι legas, sive πτέρυξι. Est enim πτερὶς, *filix,* sic appellata, teste Diosc. IV. 186. quod ἐντετμημένα καὶ ἀνεπτυγμένα φύλλα ἔχει ὡς πτέρυξ, *folia incisa expansaque habet, instar pennæ avium.*

[u] *Quæ, tactis*] Theophrast. loc. cit.

XX. (XI.) Gummim optimam esse ex Ægyptia[a] spina convenit, vermiculatam, colore glauco, puram,[1] sine cortice, dentibus adhærentem. Pretium ejus in libras, X. III.[b] Deterior ex amygdalis[c] amaris, et ceraso,[d] pessima ex prunis. Fluit et ex vitibus, infantium ulceribus aptissima: et aliquando ex olea,[2] dentium dolori: ulmo etiam in Coryco monte Ciliciæ, ac junipero, ad nihil utilis: ex ulmi vero gummi et culices ibi nascuntur. Fit et ex sarcocolla (ita vocatur arbor[e]) gummis utilissima pictoribus ac medicis, similis pollini thuris: et ideo candida, quam rufa, melior.[3] [f] Pretium ejus, quod supra.

XXI. Nondum palustria attigimus, nec frutices amnium. Prius tamen quam digrediamur ab Ægypto, et papyri natura dicetur, cum chartæ usu maxime humanitas[g] vitæ constet



folia habet.' Brotier. Quidam ap. Dalec. *Facies etiam alius spinæ.* Mox, Gronov. *seu pennas.*

CAP. XX. 1 ' Ita codd. Regg. 1. 2. Nec aliter Editio princeps, licet habeat *gummi;* nam postea adjectiva sunt fœminini generis.' *Brotier. Gummi optimum esse ... vermiculatum c. g. purum* Gronov. Harduin. al. ante Brotier.—2 Cod. Dalec. *et vitibus, i. h. a. et aliquando olea.* Mox, idem codex : *utiles: ex u. v. g. et c. alibi, &c.*—3 Harduin. et al. post Gronov. *commis utilissima p. ac m. similis p. t. et i. candida, q. rufa, melior;* Gronov. et edd. vett. *gummi utilissimum p. ac m. simile p. t. et i. candidum, q. rufum, melius.*

NOTÆ

[a] *Ex Ægyptia*] De qua diximus sup. cap. Acacia est, ut ex Diosc. liquet, apud quem hæc totidem verbis extant I. 133.

[b] *X. III.*] Denarii tres, monetæ Gallicæ asses quatuor et viginti.

[c] *Ex amygdalis*] Diosc. I. 176.

[d] *Et ceraso*] De gummi ex ceraso, Galenus de Fac. Simp. Medic. lib. VII. pag. 189. & Diosc. I. 157. Ex prunis, idem Diosc. cap. 174. Ex vitibus, idem V. 1. Ex olea, idem I. 141. quod ad dentium quoque dolorem commendat. De ultimo in Notis & Emend. num. 13.

[e] *Ita vocatur arbor*] Diosc. III. 99. Ἡ δὲ σαρκοκόλλα ἐστὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Περσίδι, ἐοικὸς λιβανωτῷ, κ. τ. λ. *Sarcocolla lacryma est arboris in Perside nascentis, similis thuri, &c.* De hac iterum dicetur XXIV. 88.

[f] *Gummis [commis] utilissima .... similis pollini .... candida, quam rufa, melior*] Ita constantissime Mss. omnes: non, ut vulgo editi, *gummi utilissimum .... simile .... candidum, quam ruffum, melius. Commis* pro *gummi* veteres dixere: quod & alibi sæpius observaturi sumus.

[g] *Humanitas*] Non ἡ παιδεία, disciplina & eruditio, ut Scaligero in Guilland. visum est, sed cultus humanæ vitæ, quo scilicet homines bru-

et memoria. Et hanc Alexandri Magni victoria repertam, auctor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria. Antea non fuisse[h] chartarum usum: in palmarum foliis[1 i] primo scriptitatum: deinde quarundam arborum libris.[j] Postea publica monumenta plumbeis[k] voluminibus: mox et privata linteis[l] confici cœpta, aut ceris.[2 m] Pugilla-

CAP. XXI. 1 Cod. Dalec. *palmarum foliis*, omisso *in*.—2 Cod. Dalec. *aut*

NOTÆ

tis antecellunt, qui sermonis communione cum absente per literas præcipue continetur.

[h] *Antea non fuisse*] Lucan. III. 222. 'Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat,' &c. Verum dissentit a Varrone Cassius Hemina, ut dicemus cap. 27.

[i] *In palmarum foliis*] Cultri dorso primum lævigetis. Ita libri omnes, etiam Mss. et Isidorus Orig. VI. 12. 'At vero,' inquit, 'historiæ majore modulo scribebantur, et non solum in charta, vel membranis, sed etiam et in omentis elephantinis, textilibusque malvarum foliis, atque palmarum.' Suidas quoque: Λυδοὶ καὶ Ἴωνες τὰ γράμματα ἀπὸ τοῦ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος εὑρόντος ἔλαβον. Τούτοις δὲ ἀντιλέγουσι Κρῆτες, ὡς εὑρέθησαν ἀπὸ τοῦ γράφειν ἐν φοινίκων πετάλοις. De malvis res perinde nota: Cinna misit amico Aratea, 'Lævis in aridulo malvæ descripta libello.' Sed in 'palmarum foliis' scripsisse se Plinius ipse admonet c. 28. extrema.

[j] *Arborum libris*] Interiori cortice, ut fagi, fraxini, tiliæ, aliarumve arborum. Venant. Fortunat. Carm. ad Flavum: 'Scribere quo possis, discingat fascia fagum, Cortice dicta legi fit mihi dulce tui.' Et mox: 'Barbara fraxineis pingatur runa tabellis, Quodque papyrus agit, virgula plana valet. Pagina vel redeat perscripta dolatile charta,' &c. De tilia Suidas, verbo Φιλύρα. Xiphilinus in Domitiano, aliique. Isidorus, VI. 13. 'Liber est interior tunica corticis, quæ ligno cohæret, in qua antiqui scribebant .... ante usum chartæ de libris arborum volumina fiebant.'

[k] *Plumbeis*] Laminis nimirum malleo tenuatis & extensis. Nam volumina cum audis, cave plumbeos putes convolvi oportuisse libros: nihilo sane magis quam hosce chartaceos, quos exaramus. Hesiodi liber, ἔργα καὶ ἡμέραι, plumbeis in laminis scriptus asservabatur a Bœotis, teste Pausan. Plumbeam chartam pectore sustinuisse Nero dicitur apud Sueton. cap. 20. vocis conservandæ gratia. Laminam plumbeam appellat Plinius XXXIV. 50. Et ante Sueton. Josephus Antiq. Jud. lib. I. Χάρτας μολυβδίνους dixit.

[l] *Linteis*] Linteorum librorum frequens apud Livium mentio, ut lib. IV. p. 73. quos in æde Monetæ repositos Licinius Macer annalium scriptor sæpe citabat auctores. Vopiscus quoque in Aureliano, p. 211. 'Inveni nuper,' inquit, 'in Ulpia Bibliotheca inter linteos libros Epistolam Divi Aureliani,' &c. At non hæc charta nostra vulgaris fuit, quæ fit ex linteis contritis et maceratis: quod multo posteriore ævo repertum. Lintei dicebantur libri, quod in telam lin-

rium[n] enim usum fuisse etiam ante Trojana tempora invenimus apud Homerum. Illo vero prodente, ne terra quidem[o] ipsa, quæ nunc Ægyptus, intelligitur: (cum in Sebennytico saltem ejus nomo nonnisi charta[p] nascatur:) postea adaggerata Nilo.[3] Siquidem a Pharo[q] insula, quæ nunc Alexandriæ ponte jungitur, noctis dieique velifico navigii cursu terram fuisse prodidit. Mox æmulatione



schedis.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ‘ Ms. *Illo vero prod. &c. intelligitur. Siquidem a Pharo, &c. prodidit, postea adaggeratam Nilo. In Sebennytico solum ejus, &c. nascitur.*’ Dalec. Vet. Dalec. *Illo v. p. ne terra ipsa tota, &c. adaggerata, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *Illo v. p. ne terram quidem ipsam totam fuisse quæ nunc, &c. nomo omnis charta, &c. adaggeratam, &c.* Dalec. *solum* pro *saltem.* ‘ Representavimus lectionem h. l. vulgatam ante Harduinum : qui, nescio quam bene, ex codd. pro *omnis* dedit *non nisi.*’ Gesner.

NOTÆ

team descripti, quemadmodum hac ætate pingere in iisdem pictores solent. Carbasinos vocat Martianus Capella, in proœmio Grammat. Ante XIII. sæculum a Christo nato, chartæ nostræ receptum usum docet Joinvillei Epistola ad S. Ludovicum Franciæ regem, quæ in ejusmodi charta exarata, visa a nobis et perlecta est. An priore ævo cognita ea fuerit, incompertum.

[m] *Aut ceris*] Isidorus VI. 9. ‘ Ceræ literarum materies, parvulorum nutrices. Ipsæ dant ingenium pueris, primordia sensus: quarum studium primi Græci tradidisse produntur. Græci enim et Tusci primum ferro in ceris scripserunt . . . . Postea institutum est, ut in cera ossibus scriberetur,’ &c. Tamen Mss. vel *cedis* vel *scedis* habent : forte pro *schedis*, quæ nihil aliud sunt quam pagellæ ligneæ, et ‘ dedolati ligno codicilli,’ ut loquitur Hieronymus, in Epist. ad Nicæam. Quæ sincerior lectio videtur, cum sequatur, ‘ Pugillarium enim,’ &c.

[n] *Pugillarium*] Codicillos Plinius ipse appellat XXXIII. 4. ‘ Cum Homerus codicillos missitatos epistolarum gratia indicet.’ Eo nomine nunc tabellæ cereæ vulgo intelliguntur: a Plinio ligneæ pagellæ simul complicatæ. Nam Homeri locum hunc respicit Iliad. Z. 69. Πόρεν δ' ὅγε σήματα λυγρὰ, Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. Fuere et pugillares citrei, ossei, eburnei.

[o] *Ne terra quidem*] Ne ipsa quidem Ægyptus sive pars ea, quæ Delta dicitur, ante Trojana tempora fuisse intelligitur, si Homero credimus: sed postea adaggerata Nilo. Multo igitur minus cognita tum papyrus, præter quam in Sebennytico saltem Ægypti nomo nihil fere nascitur.— ‘Sed Homerum a Plinio prave hic intellectum fuisse, jam alibi monuimus.’ *Ed. sec.*

[p] *Nonnisi charta*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. Chartam papyrum vocat μετωνυμικῶς, quoniam ex papyro fit.

[q] *A Pharo*] Vide quæ diximus II. 87.

circa bibliothecas[r] regum Ptolemæi et Eumenis, supprimente chartas Ptolemæo, idem Varro membranas[s] Pergami tradidit repertas. Postea promiscue patuit usus rei,[t] qua constat immortalitas hominum.

XXII. Papyrum[a] ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant, duo cubita[b] non excedente altitudine gurgitum, brachiali[c] radicis obliquæ crassitudine, triangulis[d] lateribus, decem non amplius[e] cubitorum longitudine in gracilitatem fastigatum,[1] [f] thyrsi modo[g] cacumen includens semine nullo,[h]



Cap. xxii. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *fastigiatum* Gronov. et vulgg. Mox, Gronov. *includens: se-*

NOTÆ

[r] *Bibliothecas*] De his agemus xxxv. 2.

[s] *Membranas*] E pellibus animantium. Hieronym. Epist. ad Chromat. Jovin. et Euseb. ubi de literarum raritate expostulans: 'Chartam,' inquit, 'defuisse non puto, Ægypto ministrante commercia: et si alicubi Ptolemæus maria clausisset, tamen Rex Attalus membranas a Pergamo miserat, ut penuria chartæ pellibus pensaretur. Unde et Pergamenarum nomen ad hunc usque diem, tradente sibi invicem posteritate, servatum est.' Et nunc Pergamenas Galli *parchemins;* vitulinas pelles exquisitius temperatas, *vélins* appellant.

[t] *Usus rei*] Nempe papyri.

[a] *Papyrum*] Frutex ille, ex quo papyrus seu charta fit. Accepta hæc papyri descriptio ex Theophr. Hist. Plant. iv. 9. Iconem exhibet Dalecamp. Hist. l. xviii. p. 1883.

[b] *Duo cubita*] Ubi aquæ non excedunt cubitum duum altitudinem. Theophr.

[c] *Brachiali*] Radix et obliqua, et crassitudine brachii est, qua nempe parte brachium manui committitur, ut auctor est Theophr. Πάχος μὲν οὖν τῆς ῥίζης καρπὸς ἀνδρὸς εὐρώστου. Καρπὸν Galli vocant *le poignet*, manus internodium. Theophr. non unam ait esse radicem in papyro obliquam: sed plures e majore radice prodeuntes, easque tenues et exiles: Φύεται δὲ ὑπὲρ τῆς γῆς αὕτη, πλαγίας ῥίζας εἰς τὸν πηλὸν καθιεῖσα λεπτὰς καὶ πυκνάς. Quam lectionem Scaliger frustra solicitat: et Salmas. in Solin. p. 536.

[d] *Triangulis*] Triangulari, inquit, caule constat: quod et experientia monstravit, non in papyro solum, sed et in maxima parte herbarum. Triangulo scapo duos e papyro scipiones habuisse se scribit Goropius Becanus Hieroglyph. lib. x. p. 162. Itaque de caule accipienda hæc Theophrasti verba: ἄνω δὲ τοὺς παπύρους καλουμένους τριγώνους, μέγεθος ὡς τετραπήχεις.

[e] *Decem non amplius*] Theophrastus decem et amplius cubitorum longitudinem, radicibus attribuit: cauli, seu scapo, tantum quaternum.

[f] *Fastigatum*] Acuminatum.

[g] *Thyrsi modo*] Fert sane papyrus χαίτην, *cæsariem*, ex capillamentis plurimis constantem, thyrsi modo:

aut usu ejus alio, quam floris[i] ad Deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno utuntur: nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Ex ipso quidem[j] papyro navigia texunt: et e libro[k] vela, tegetesque, necnon et vestem, etiam stragulam,[2] ac funes. Mandunt[l] quoque crudum, decoctumque, succum tantum[m] devorantes. Nascitur[n] et in Syria, circa quem odoratus ille calamus, lacum.[3] Neque aliis[o] usus est, quam inde, funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto communicato. Nuper et in Euphrate nascens[4] circa Babylonem papyrum intellectum est eundem usum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas[p] intexere.



mine, &c.—2 Cod. Dalec. *nec non et vestem, atque stragula.*—3 'Ita quidem libri omnes. Mallem tamen, *Nascitur et in Syriæ, circa quem odoratus ille calamus, lacu.*' Brotier.—4 Dalec. *nascentem.*

NOTÆ

nam thyrsus, sive hasta ea aculeata, quam in Orgiis quatiebant, desinebat in comam: unde κωνοφόροι Bacchæ, eædemque θυρσοφόροι, *thyrsigeræ*, appellantur. Cassiodorus Epist. XI. 38. 'paludum pulchram cæsariem vocat, virgultis molliorem, herbis duriorem,' &c.

[h] *Semine nullo*] Nullum fert semen hæc coma seu cacumen. Theophr. Καρπὸν δὲ ὅλως οὐδένα.

[i] *Quam floris*] Pro floribus, inquit, papyro Dii coronantur. Laudat coronam e papyro Agesilaus apud Plutarchum, p. 617. Ridet Athenæus, ceu male olentem, lib. XV. pag. 676. Cave autem hic florem e papyro fingas: neque enim ullum papyrus ex se florem fundit. Vide Notas et Emend. num. 14.

[j] *Ex ipso quidem*] Ex caule, seu ligno, quod papyrum supra vocavit: aliis papyrus etiam dicitur. Lucanus IV. 136. 'Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.'

[k] *E libro*] Theophr. loc. cit. ἐκ τῆς βίβλου. Sic et storeas Monachorum ex papyro mattasque confectas legimus in Regula Solitar. c. 47. alibique passim.

[l] *Mandunt*] Caulem, seu scapum, non radices. Theophr. et Herod. II. 92. p. 122.

[m] *Succum tantum*] Id deinde quod ita commanducatum est, ut in malis Punicis facimus, exspuentes. Theophr.

[n] *Nascitur*] Totidem verbis hæc Theophr. loc. cit. De calamo diximus XII. 48.

[o] *Neque aliis*] Theophr. De sparto dicemus XIX. 7.

[p] *Vestibus literas*] Sic Petrarcha, teste Thomasino, in Petrarcha redivivo, cap. 23. cum deambularet solus, ne quæ subito eruperant cogitationes evanescerent, pellita quadam in veste, qua erat indutus, scriptitare solebat subito quæ venerant in mentem. Sic Cosmes Eunuchus Abbas

XXIII. (XII.) Præparantur ex eo [q] chartæ,[1] diviso acu in prætenues, sed quam latissimas, philuras.[r] Principatus medio,[2 s] atque inde scissuræ ordine. Hieratica appellabatur [t] antiquitus, religiosis tantum voluminibus dicata, quæ ablutione [3 u] Augusti nomen accepit: sicut secunda Liviæ, a conjuge ejus. Ita descendit hieratica in tertium nomen. Proximum amphitheatricæ [v] datum fuerat a confecturæ loco. Excepit hanc Romæ Fannii [w] sagax officina, tenuatamque curiosa interpolatione principalem [x] fecit e plebeia, et nomen [y] ei dedit. Quæ non esset ita recurata,



CAP. XXIII. 1 *Præparatur ex eo charta* cod Dalec.—2 '*Principatus mediis*, subint. 'philuris;' vel, *medio*, 'corio' nempe.' *Dalec.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. 'Quomodo et legisse videtur Isidorus. Sic et Turneb. ex vet. cod.' *Dalec. adulatione* Gronov. et non *adulatione*.

NOTÆ

apud Sophron. vel Joan. Moschum, cap. 40. non absone præcipiebat: 'Cum inveneris aliquid ex opusculis S. Athanasii, nec habueris chartas ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud.' Vide quæ de vestibus olim scriptis collegit Phil. Rubenius, Electorum II. 1.

[q] *Ex eo*] Ex caule. Sic acu solemus cæparum tunicas ab aliis alias divellere.

[r] *Philuras*] Sic tenues eæ papyri tunicæ, ex quibus charta fit, appellantur. Græcis φίλυρα, *tilia* est, cujus e libro interiore olim chartæ parabantur.

[s] *Principatus medio*] Scilicet papyro, tunicisque seu philuris inde avulsis: hæ inter ceteras habuere principatum, ob tenuitatem. Quo propiores cortici, eo viliores.

[t] *Appellabatur*] Charta ex mediis philuris confecta. Libris ritualibus et sacris dicata: inde nomen: nam ἱερὸν *sacrum* sonat.

[u] *Quæ ablutione*] Sic Mss. Reg. Colb. aliique, et quos Turnebus vidit, ipso prodente, Advers. VII. 2. p. 192. non *adulatione*. Hieratica, inquit, cum officinæ Romam translatæ sunt, in Augusti nomen transiit, quando ibi lota diligentius et retractata est: sic Liviæ nomen accepit, quæ secundæ notæ, sive bonitatis, quia ex secundis philuris erat contexta: Hieraticæ appellatio tertiæ attributa, quia ex tertiis: sicut Amphitheatrica ex quartis, et ita deinceps ordine, Saitica, Taneotica, et Emporetica, quæ ex postremis philyris corticique proximis conflabatur.

[v] *Amphitheatricæ*] Ita libri omnes. Et fuisse sane Amphitheatrum Alexandriæ, tota deliciis diffluente, simile veri est. Frustra Guillandinus *Arthribiticæ* reponere nititur.

[w] *Fannii*] De Rhemmio Fannio Palæmone, Grammatico Vicetino, (is enim hoc loco intelligitur,) vide inscriptionem veterem in Orthographia Aldi, p. 779. et Suetonium de Illustr. Gramm.

[x] *Principalem*] Dignam principe loco.

[y] *Et nomen*] Ut Fanniana diceretur, sect. seq.

in suo[z] mansit amphitheatrica. Post hanc Saitica, ab oppido, ubi maxima fertilitas, ex vilioribus[a] ramentis: propiorque etiamnum cortici Leneotica,[4][b] a vicino loco, pondere jam hæc, non bonitate, venalis. Nam emporetica[c] inutilis scribendo, involucris chartarum, segestriumque[d] in[5] mercibus usum præbet: ideo a mercatoribus[e] cognominata. Post hanc papyrum[f] est, extremumque ejus scirpo[g] simile, ac ne funibus quidem, nisi in humore, utile.

Texuntur omnes,[h] madente tabula[6] Nili aqua: turbidus liquor glutinis præbet vicem.[7] Primo supina[i] tabula

vulgg. ante Harduinum.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Taneotica* Chiffl. *Tæniotica* Gronov. et edd. vett.—5 Voc. *in* deest in Tolet.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Texuntur omnes tabulæ madentes* Gronov. et edd. ante Harduin. Vide Nott. Var. item Not. et Emend.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. 'Hunc locum aliosque nonnullos emendare voluit Cl. de Jussieu; sed minime necessario, et infeliciter. Nihil peccat, nihil quoque mutandum.' *Brotier.* Franz. *turbidus liquor vim glutinis præbet vicem.* Gronov. et al. ante Harduin. *Turbidus liquor vim glutini præbet cum primo, &c.* Cod. Dalec. *Turbidus l. vim glutinis præbet in re, cum primo, &c.*

NOTÆ

[z] *In suo*] In suo nomine et ordine.

[a] *Ex vilioribus*] Ex philyris postremis, propioribusque cortici. De Saitica præfectura v. 9.

[b] *Leneotica*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. Paris. &c. Libri vulgati, *Tæniotica*. Isidorus VI. 10. *Teneoticam* legit. 'Teneotica,' inquit, 'a loco Alexandriæ, qui ita vocatur, ubi fiebat.'

[c] *Emporetica*] Isidorus loc. cit. 'Emporetica, quod ea merces involvuntur, cum sit scripturis minus idonea.'

[d] *Segestriumque*] Pro chartis, inquit, et segestribus, mercium involucris adhibetur. Segestria vulgus apud nos appellat, *des serpillieres*, quibus merces involvi solent. Vossium vide in Etymologico.

[e] *A mercatoribus*] Quos Græci ἐμπόρους vocant.

[f] *Papyrum*] Nunc demum ventum est ad extimum corticem, quod papyrum vocat.

[g] *Scirpo*] Festus: 'Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur læve et procerum, unde tegetes fiunt.' Brevius juncum dixisset.

[h] *Texuntur omnes*] Omnia genera chartarum superius memorata texuntur super tabula, sive assere ligneo, qui Nili prius aqua madeat: hæc enim aqua glutinis instar est, cum præcipue est turbida. Texi porro papyrus dicebatur, quod plane in morem telarum peragi soleret, et stamen suum, suumque subtemen, haud minus quam tela, haberet. Vide Notas et Emend. num. 15.

[i] *Primo supina*] Erecta paululum

scheda allinitur longitudine papyri, quæ potuit esse, resegminibus utrimque amputatis: transversa[j] postea crates peragit.[8] Premitur deinde prelis, et siccantur Sole plagulæ,[k] atque inter se junguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas.[9] Nunquam plures scapo,[10] quam vicenæ.[l]

XXIV. Magna in latitudine earum differentia: XIII. digitorum optimis:[m] duo detrahuntur hieraticæ:[n] Fanniana denos habet: et uno minus amphitheatrica: pauciores Saitica: nec malleo[o] sufficit: nam emporeticæ brevitas



Mox, Turneb. *supinæ tabulæ schida.*—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *deinde crates peragit* Turneb. *postea crates peragitur* edd. vett. et Gronov. Mox, *Premuntur deinde prelis, et siccantur satæ vel udæ* Guil. —9 Dalec. *intimarum semper b. d. ad extimas.*—10 Vet. Dalec. *plures philuræ scapo.*

NOTÆ

supinaque tabula, scheda seu philyra primo allinitur, quæ ea longitudine sit, qua papyrum est, unde exsecta philyra est, resegminibus utrimque amputatis. Mox ab utroque illius latere alia atque alia adjungitur: ut pluribus tabula sternatur philyris, quemadmodum in tela stamen filis pluribus constat parallelis. Cassiodorus loc. cit. de papyro: 'Junctura sine rimis, continuitas de minutiis, viscera nivea virentum herbarum, scripturabilis facies, quæ nigredinem suscipit ad decorem,' &c.

j *Transversa*] Deinceps, inquit, aliæ philyræ transversæ superponebantur, quæ cratem peragerent: crates enim sic texuntur, ex directis scilicet, transversisque virgis. Sic etiam in tela subtemen stamini transversum inseritur. Quare chartam omnem bilicem fuisse, ut telam, scito: hoc uno discrimine, quod in conficienda charta subtemen stamini solum imponebatur, et connectebatur idem glutini ope: in tela autem stamini subtemen inseritur, decurritque per medium, mutuo amplexu, veluti nodo constrictum.

k *Plagulæ*] Utraque igitur scheda sic contexta, ex duplici serie rectarum, transversarumque philyrarum, plagulæ appellabantur: nos papyri folia vulgo vocamus. Ex his plurimæ, hoc est, vicenæ simul jungebantur, ut scapum efficerent: proximæ, sive extimæ, meliores: deinde bonitatis diminutione deterrimæ in medio.

l *Quam vicenæ*] Folia nos hodie quaterna et vicena in papyri, ut barbari aiunt, manu, ut Latini, scapo, ponimus.

m *Optimis*] Augustæ et Liviæ: maxime vero Claudiæ, de qua inferius.

n *Hieraticæ*] Quæ tertium, ut dictum est supra, nomen obtinuit. Fuit hæc undenum digitorum.

o *Nec malleo*] Adeo angusta est, ut malleum latitudine non adæquet: multoque minus Emporetica par malleo fuit: cum ejus brevitas sex digitos non excederet.

sex digitos non excedit. Præterea spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, lævor. Primatum[p] mutavit Claudius Cæsar: nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens literas lituræ metum afferebat ex aversis:[1] [q] et alias indecoro visu pertranslucida. Igitur[r] e secundo corio statumina facta sunt: e primo, subtemina.[2] Auxit et latitudinem. Pedalis erat mensura, et cubitalis macrocollis:[3] [s] sed ratio deprehendit vitium, unius schedæ[t] revulsione plures infestante paginas. Ob hæc prælata omnibus Claudia, (Au-



CAP. XXIV. 1 Ita Vet. Dalec. omnes codd. Harduini, edd. Harduin. et recentt. *afferebat ex adversis* cod. Dalec. *afferebat adversis* Gronov. et edd. vett.—2 Ita Brotier. e cod. Reg. 1. *subtegmina* Editio princeps, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Igitur et s. c. s. f. sunt e primo subtegmine* Gronov. et al. vett. Vide Nott. Varr.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd.

NOTÆ

p *Primatum*] Primas Augustæ chartæ ademit: dedit Claudiæ a se cognominatæ.

q *Ex aversis*] Subintellige, literis. Ita Mss. omnes, non *adversis*. Aversa litera est, quæ a tergo scripta est: sic *charta aversa*, ὀπισθόγραφος. In translucida charta metus, inquit, lituræ fuit ex aversa scriptura. Lituram intellige, maculam quæ funditur ex atramento in chartam bibulam.

r *Igitur*] Igitur jam non ex tenuissimis primis philyris, quibus Augusta tota constabat, sed partim ex primis, partim ex secundis chartam laudatus proxime Imperator curavit confici, cui primatum arrogavit: cum antea Augustæ chartæ stamen subtemenque fieret ex iisdem, hoc est, primis philyris, atque adeo nimia ejus tenuitas foret: Liviæ stamen subtemenque pariter e secundis: Claudius medium ex utraque genus excogitavit, quod calamos toleraret, nec transmitteret literas: ex primis philyris (corium μεταφορικῶς vocat) chartæ sui nominis fieri stamen, seu statumen, præcepit: ex secundis, subtemen. Locum hunc una Mss. codicum ope sanavimus: quibus Scaligeri, Guillandini, aliorumque conjecturæ pessum eunt.

s *Macrocollis*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. non *macrocolis*: hoc est, μακροκόλλοις, non μακροκώλοις. Chartæ olim inter se jungebantur, et glutino compingebantur. Majore modulo compaginatam chartam μακρόκολλον vocabant. Hæ 'chartæ majores' apud Sueton. in Augusto. Et apud Martial. I. 45. 'major charta, minorque:' quod fugit omnes adhuc interpretes.

t *Unius schedæ*] Cum plagula una longior eximebatur a prelo, ut siccaretur Sole, abstrahi in totum ea vix poterat, quin scheda aliqua transversa seu philyra a sua pagina divelleretur, subjectasque paginas, (nos folia dicimus,) iis adhærescens, læderet, infestaret, corrumperet.

gustæ in epistolis auctoritas relicta, Liviana suam tenuit,) cui nihil[u] primæ erat, sed omnia secundæ.[4]

XXV. Scabritia lævigatur[a] dente, conchave: sed caducæ[b] literæ fiunt. Minus sorbet politura charta, magis splendet.[1] Rebellat[c] sæpe humor incuriose datus primo, malleoque[d] deprehenditur,[2] aut etiam odore,[e] cum fuerit indiligentior.[f] Deprehenditur et lentigo[g] oculis: sed inserta mediis glutinamentis tænia,[h] fungo papyri bibula,[3]

Harduin. et recentt. *macrocolis* Gronov. et al. ante Harduin.—4 'Locum hunc parenthesi distinxi. Aliter turbantur omnia, ut patet ex interpretatione eruditi Harduini, qui *primam* referebat ad Claudiam chartam; *secundam*, ad Augustam: quod absurdum est. Vitium quidem præsenserat Cl. de Caylus, pag. 312. Sed hæc, *prælata omnibus Claudia*, loco suo dimota perperam sentiebat.' *Brotier*. Harduinus ex codd. *Ob hæc p. o. Claudia, A. in e. a. relicta: L. s. tenuit, cui nihil primæ erat, sed omnia secundæ;* Gronov. et al. vett. *Ob hoc p. o. Claudia: A. in e. a. relicta: L. s. tenuit, cui nihil e prima erat, sed omnia e secunda.* 'Ms. *primum erat, sed omnia secunda.* In vulg. lectione Turneb. expungit *e*.' Dalec.

CAP. XXV. 1 Dalec. *magisque splendet.*—2 Ita Harduin. et recentt. ex codd. *incuriose datus, primoque malleo deprehenditur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, cod. Dalec. *et vi etiam odoris.* Deinde Vet. Dalec. *cum fuerit ars indiligentior.*—3 'Salmasianam hic lectionem secuti sumus, *sed inserta mediis*

NOTÆ

[u] *Cui nihil*] Quæ nullas primæ, hoc est, Claudiæ, dotes haberet: haberet autem omnes secundæ, hoc est, Augustæ.

[a] *Lævigatur*] Complanatur, erugatur, politur. Chartarum nunc vitia expedit.

[b] *Caducæ*] Fugax est, instabilisque scriptura: moderato tamen polita attritu non sorbet atramentum papyrus, sed retinet: et nitore tum magis oculis placet.

[c] *Rebellat*] Humorem vocat liquorem Nili turbidum, qui glutini, ut diximus, vicem præbebat in texendis chartis: hic si primo incuriose et minus temperate datus fuerat, rebellabat interdum, et quod esset humore passim nimio madida, scribenti veluti resistebat, ac reluctabatur.

[d] *Malleoque*] Quia exprimitur malleo humor, exsudatque sub ictibus, qui minus probe fuit prelo exsuctus.

[e] *Odore*] Prodit etiam labem odor, charta præsertim negligentius prelo compressa, siccataque, fœtidus ac situm olens: qui nec prelo elisus est, nec insolatu dissipatus.

[f] *Indiligentior*] Ita libri omnes. Forte rectius, *indulgentior*, hoc est, largior, abundantior, humor scilicet.

[g] *Lentigo*] Macula lentiginosa, chartarum plagulis aspersa, colore subrufa, qualis in hominum ore conspicitur. Hæ sordes, hi nævi deprehenduntur oculis, obversa ad Solis lumen charta.

[h] *Tænia*] Tænia, inquit, hoc est, inanis quidam in plagulis ductus, cui vel gluten non adhæsit, vel illitum evanuit, aut corruptum est, jam neque malleo, neque oculis, sed vix aliter quam scriptura ipsa deprehen-

vix nisi litera fundente se: tantum inest fraudis.[4] Alius igitur iterum texendis labor.

XXVI. Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu: nam fabrile gummisque fragilia sunt. Diligentior cura: mollia panis[1] fermentati colata[2] aqua fervente: minimum hoc modo intergerii:[i] atque etiam lini lenitas[3][j] superatur. Omne autem glutinum nec vetustius esse debet uno die, nec recentius. Postea malleo tenuatur, et iterum glutino percurritur, iterumque constricta erugatur, atque extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Caiique Gracchorum manus, quæ apud Pomponium[k] Secundum vatem civemque clarissimum vidi annos fere post CC. Jam vero Ciceronis, ac Divi Augusti, Virgiliique sæpenumero videmus.

XXVII. (XIII.) Ingentia exempla[1] contra Varronis[a] sententiam de chartis reperiuntur. Namque Cassius Hemina, vetustissimus[b] auctor Annalium, quarto eorum

ina e junco papyri bibulo.' Gesner.—4 Scaliger, *nisi literæ fundenti se tantum est fraudi.*

CAP. XXVI. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *molli panis* Gronov. et edd. vett.—2 Dalec. legit *collato,* sub. molli.—3 *Nili lenitas* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXVII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et re-

NOTÆ

ditur: nam dum sola papyri fungosa bibulaque raritas, absque tectorio ullo, calamis scribentium occurrit, literam sive atramenti scripturam, dum haurit, diffundit: itaque ea combibitur, et utramque chartæ faciem, tam aversam, quam adversam, inquinat.

[i] *Intergerii*] Cum esset gluten illud tenuissimum, levissimumque, minimum inter singulas schedas spatium occupabat. Intergerium vocat medium glutinamentum quod inter duas schedas interjectum erat: ab intergerivo pariete ducta metaphora. Vide Voss. in Etymol.

[j] *Lini lenitas*] Ita Mss. omnes, non *Nili,* ut editi, quod est ineptum. Hoc inquit, glutine lævior fit charta, ita ut ne lino quidem chartæ lævitas cedat.

[k] *Pomponium*] Diximus de eo VII. 18.

[a] *Contra Varronis*] Qui ante Alexandriam conditam usum chartæ ex papyro Ægyptia confectæ fuisse negabat, ut dictum est cap. 21.

[b] *Vetustissimus*] Vide Notas et Emend. num. 16.

libro prodidit, Cn. Terentium[c] scribam, agrum suum in Janiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romæ regnavit, situs fuisset. In eadem libros ejus repertos P. Cornelio L. F. Cethego,[d] M. Bæbio Q. F. Pamphilo[2] [e] coss. ad quos a regno Numæ[f] colliguntur anni DXXXV.[g] et hos fuisse e charta:[h] majore etiamnum



centt. *Ingentia quidem exempla* Gronov. et edd. vett.—2 *Tamphilo* Sigonius.

NOTÆ

[c] *Cn. Terentium*] Vide Notas et Emend. num. 17.

[d] '*Cethego*] Cave Cethego huic ascribas, aut ei quem Catoni comparat Horatius, II. Ep. 2. 117. nummum argenteum, qui est in Thesauro Regio, cum Cethegi, ut creditur, nomine. Caput Romæ galeatum exhibet, galea desinente in formam pilei, quem gerunt equites nostri, Dracones appellati: ut et Germanici. Retro, EX. SC. 'Ex Senatusconsulto.' .)(. Vir capræ inequitans, palmam humero gerit: infra capram, CETHEGVS: literis tribus inter se nexis TH. et E. Inferius, ROMA: intra coronam lauream victoriæ symbolum alterum. Si *Cethegus* hic intelligendus esset, non sine gentis suæ, scilicet non sine Cornelii nomine scriberetur; nec tali situ. Sententia est: 'Cohors Equestris Trajani Hostilem Equitatum Germanorum Vicit Sexies.' Capra symbolum illius cohortis Equestris fuit, quia Jovi sacra: unde et Jovem fabulæ ferunt caprino lacte nutritum. Cohortem fuisse victricem et palmæ ramus et laurea corona significat: de Germanis autem equitibus, forma galeæ, qua Roma tegitur. Inde haud dubie Trajanus 'Germanicus' est cognominatus. Nummi alii quinque, quos ex Goltzio profert D. Vaillant, inscriptos CETHEGVS, ficti illi in otio sunt.' *Ed. sec.*

[e] *Pamphilo*] Ita libri omnes, etiam Mss. Tamen in vetere nummo familiæ Bæbiæ, apud Patin. p. 45. TAMPIL. ex una parte, ex adversa, M. BÆBI. Q. F. Tampilum dixere veteres pro Tamphilo: ut 'triumpum,' pro triumpho: et in nummis TROPÆA, pro TROPHÆA. Gessere hi Consulatum anno Urbis DLXXIII. Livio teste, l. XL. p. 510. ubi Corn. Lentulus et Bæbius Pamphilus appellantur.—'Est quidem in nummis e Thesauro Regio, et apud Patinum, in Familiis, p. 45. TAMPIL. Sed habent eæ literæ hanc sententiam: 'Titus Antoninus Marathi (in Phœnicia) Præsidiariam Imposuit Legionem.' Cave enim credas Fastis asserentibus 'Tamphilum' cognomen Bæbiæ gentis esse. Caput Romæ victricis galeatum et alatum nummus exhibet ea parte: altera, quadrigas currentes: infra, M. BÆBI. C. F. 'Marcus Bæbius' Triumvir Monetalis 'Caii' pariter Triumviri 'Filius.' *Ed. sec.*

[f] *A regno Numæ*] Ab initio regni: quod ille capessivit anno U. C. XXXIX.

[g] *Anni DXXXV.*] Plutarchus in Numa, p. 74. annos numerat fere quadringentos: sed magno errore.

[h] *E charta*] Quæ ex papyro Ægyptia esset conflata.

miraculo, quod tot infossi duraverunt[3] annis: quapropter in re tanta ipsius Heminæ verba ponam: 'Mirabantur alii, quomodo illi libri durare potuissent: ille ita rationem reddebat: lapidem fuisse quadratum circiter in media arca vinctum candelis[i] quoquoversus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse: propterea arbitrari eos non computruisse.[4] Et libros citratos[5][j] fuisse: propterea arbitrarier tineas non tetigisse. In his libris scripta erant[6] philosophiæ Pythagoricæ.[k] Eosque combustos a Q. Petilio[l] prætore, quia philosophiæ scripta essent.' Hoc idem tradit L. Piso[7][m] censorius primo commentariorum: 'Sed libros septem[n] juris pontificii, totidemque Pythagoricos fuisse:' Tuditanus tertiodecimo,[8] 'Numæ decretorum fuisse:' ipse Varro Humanarum antiquitatum sexto,[9] Antias secundo, 'duos pontificales Latinos, totidem Græcos

—3 Cod. Dalec. *duraverint annis; quapropter hic retenta.*—4 Guilland. *quadratum circiter in medio. In eo lapide insuper libros impositos fuisse, arcte vinctos candelis quoquo versus. Propterea arbitrarier, &c.* Cod. Dalec. *medio arcæ vinct. cand. quaquaversum, &c.* Vet. Dalec. *medio arcte vinctum, &c.*—5 Gronov. et al. ante Harduin. *cedratos.*—6 Vet. Dalec. *contigisse. Nulla in iis libris scripta erant, nisi.*—7 *C. Piso* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Ita Brotier. e cod. Reg. 1. *Tuditanus decimo tertio* edd. ante Brotier.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *decretorum libros duodecim fuisse. Ipse Varro H. a. sexto* cod. Dalec. *Numæ decretorum fuisse* al. ap. Dalec. *Libros duodecim fuisse, ipse*

NOTÆ

[i] *Candelis*] Candelis tortilibus, cujusmodi nos lina habemus tenuiter incerata.—'*Candelis*] E scirpis, vel ex corylo, ut ipse monet, XVI. 70.' *Ed. sec.*

[j] *Libros citratos*] Quibus videlicet interjecta citri folia, quorum hæc propria dos, ut arceant animalium noxia, hoc est, tineas, quemadmodum dictum est XII. 7. ubi vide quæ in Notis adjecimus, de citrosa veste. In libris hactenus editis, *cedratos* legitur. At Mss. Reg. Paris. Tolet. *citratos.*

[k] *Pythagoricæ*] Livius lib. XL. pag. 513. hoc ipsum referens, 'Adjicit Valerius Antias,' inquit, 'libros Pythagoricos fuisse: vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodata fide.'

[l] *A Q. Petilio*] Livius loc. cit. Lactantius I. 22. Plutarch. in Numa, p. 74. ex Pisone, ὡς ἱστόρησε Πείσων.

[m] *L. Piso*] Vide Auctorum Indicem. In libris vulgatis perperam, *C. Piso.*

[n] *Libros septem*] Latinos nempe de jure Pontificum, totidemque Græcos de disciplina sapientiæ, ut ait Val. Max. loc. cit.

præcepta philosophiæ continentes.' Idem [o] tertio ponit, 'quo comburi eos placuerit.' Inter omnes vero convenit Sibyllam [p] ad Tarquinium Superbum [q] tres libros [r] attulisse: ex quibus igni [10] duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Syllanis [s] temporibus. Præterea Mucianus ter consul prodidit nuper se legisse, cum præsideret Lyciæ, Sarpedonis a Troja scriptam in quodam templo epistolæ chartam. Quod eo magis miror, si etiamnum Homero condente Ægyptus [t] non erat: aut cur, si jam hic erat usus, in ipsa illa Lycia [11] [u] Bellerophonti codicillos datos, non epistolas, prodidit? Sterilitatem [v] sentit hoc quoque: factum-

Varro Humanarum antiquitatum quinto Gronov. et al. ante Harduin.—10 Cod. Salmant. *inibi.*—11 ' Ms. *erat usus in plumbeis linteisque voluminibus scriptura tum* (*scriptitatum* Vet.) *constet: cur et Homerus in ipsa illa Lycia.*' Dalec.—

NOTÆ

[o] *Idem*] Nempe Valerius Antias. De his scriptoribus dicemus in Auctorum Indice. *Quo comburi*, hoc est, qua causa.

[p] *Sibyllam*] Cumanam vocat Solinus c. 2. p. 14. Varro apud Servium, Erythræam. Et Cumis Erythræam vaticinia edidisse auctor est Aristoteles.

[q] *Superbum*] Ita Dionys. Halic. Antiq. Rom. l. IV. p. 259. et Gellius I. 19. p. 83. At Varro apud Lactant. I. 6. Suidas, aliique, id Tarquinio Prisco factum adjudicant. Quin Solinus ipse quoque, loc. cit. quamvis ex Plinio Superbum vocet, cum tamen rem gestam esse narret Olymp. L. Priscum omnino videtur intelligere. Quid quod et Plinius XXXIV. 11. Sibyllæ juxta Rostra positam esse statuam Tarquinii Prisci ætate significat? Illud nimirum est: utrique Tarquinio Superbi cognomen indidit antiquitas. Sic Digest. lib. I. tit. 2. de Orig. Juris, § 2. de legibus regiis, Pomponius, dum Tarquinium Superbum Demarati filium vocat, Priscum intelligit, ut Cujacius ante nos vidit. —' Quin Solinus ipse, &c. intelligere. Verum a Plinio tempora accuratissime designari, plurima nobis argumenta suadent. Neque eorum conjecturæ subscribimus, qui ut pugnantes inter se scriptores concilient, inditum fuisse utrique Tarquinio Superbi cognomen absque ullo auctore aut teste antiquo fingunt. Potuit Sibylla Tarquinium utrumque vidisse, et Priscum, et Superbum. Vide Plin. XXXIV. 11.' *Ed. sec.*

[r] *Tres libros*] Hæc paulo aliter Gellius, et Dionys. Halic. locis citatis, quos tu consule.

[s] *Syllanis*] Vide XXXIII. 5.

[t] *Ægyptus*] Delta Ægyptiacum, ut dictum est c. 21.

[u] *In ipsa illa Lycia*] Bellerophonti in Lycia existenti. Homericos versus recitavimus c. 21.

[v] *Sterilitatem*] Est quandoque, inquit, etiam hujusce rei, hoc est, papyri annua sterilitas, penuria, annonaque carior. Erat adhuc Cassiodori ævo mos ille scribendi in papyro Æ-

que jam Tiberio principe inopia chartæ, ut e senatu darentur arbitri dispensandæ:[12] alias in tumultu vita erat.

XXVIII. (XIV.) Æthiopia, Ægypto contermina, insignes arbores non fere habet, præter laniferas, quarum natura in descriptione Indorum[1] atque Arabiæ dicta est.[a] Propior tamen huic[b] natura lanæ, majorque[c] folliculus granati modo mali: similesque et inter se arbores ipsæ. Præter hanc[2] palmæ, quales retulimus.[d] Insularum arbores ambitu Æthiopiæ, et nemora odorata, in mentione earum dicta sunt.[e]

XXIX. (XV.) Atlas mons peculiari proditur sylva, de qua diximus.[f] Confines ei Mauri, quibus plurima arbor citri,[1][g] et mensarum insania, quas fœminæ[h] viris contra margaritas regerunt. Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, et quod magis mirum est, illo ævo emta H-S. $\overline{X}$.[2][i] Memoratur et Galli Asinii, H-S. $\overline{XI}$.[j] Venumdatæ sunt et duæ a Juba rege pendentes:[k] quarum alteri pre-

12 Ita codd. Harduini, Chiffl. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *arbitri dispensandi* Gronov. et edd. vett.

CAP. XXVIII. 1 '*Indicarum*, sub. arborum.' *Dalec.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *has.*

CAP. XXIX. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *cedri.*—2 '*D. P.* Ciaccon. de

NOTÆ

gyptia: Eustathii temporibus plane obsoleverat, hoc est, sæculo duodecimo, ut observat Allatius, in Animadv. ad Antiq. Etrusc. n. 55. p. 97.

[a] *Dicta est*] Lib. XII. c. 21. et 22.

[b] *Propior tamen huic*] Peculiari Æthiopiæ arbori, quæ lanifera fuit.

[c] *Majorque*] Quam gossympinis arboribus, quarum folliculos cucurbitas appellavit, cotonei mali amplitudine, XII. 21.

[d] *Retulimus*] Cap. 9.

[e] *Dicta sunt*] Lib. VI. c. 36. et 37.

[f] *De qua diximus*] Lib. V. c. 1.

[g] *Arbor citri*] Gemina fuit arbos citri veteribus cognita: et malus nempe Assyria, de qua sup. libro: et hæc citrus Atlantica quam Græci θύον vocabant. Vide Notas et Emend. num. 18.

[h] *Quas fœminæ*] Hanc citrearum mensarum insaniam fœminæ viris objiciunt, ut margaritarum luxum viri fœminis vicissim exprobrant.

[i] *H-S. $\overline{X}$.*] Hoc est, sestertium decies centena millia: Gallicæ monetæ, ut nunc sunt pretia metallorum, libræ sunt Turonicæ, ut vocant, 100000. Vide Notas et Emend. num. 19.

[j] *H-S. $\overline{XI}$.*] Hoc est, sestertium undecies centena millia: Turonicæ libræ, 110000.

[k] *A Juba rege pendentes*] Quia Jubæ demortui cum reliquis bonis men-

tium fuit H-S. $\overline{XII}$.[3] [l] alteri paulo minus. Interiit nuper incendio a Cethegis [m] descendens, H-S. $\overline{XIV}$.[n] permutata,[4] latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit, unius commissæ ex orbibus [o] dimidiatis duobus, a rege Mauretaniæ Ptolemæo,[p] quatuor pedum et semipedis per medium [q] ambitum, crassitudine quadrantali.[a] Majusque miraculum in ea est artis, latente junctura, quam potuisset esse naturæ. Solidæ autem a Nomio Cæsaris [5] liberto cognomen trahentis,[r] tribus sicilicis [s] infra quatuor pedes, totidemque infra semipedem crassitudinis. Qua in re non omittendum vide-

[a] *Quadrantem pedis unius, hoc est, pollices tres crassitudine obtinuit.*

Triclin. p. 13. ubi et de seq. numero.' *Dalec.*—3 Gronov. et al. ante Harduin. *et duæ Juba rege vendente ... HS. XV.*—4 Parm. *quam Cethegus decedens H.S. XIV. permutaverat;* Vet. Dalec. *permutati.* Mox, *mercari velit* Budæus.—5 Ita Harduin. et recentt. *natura solidæ a Nomio, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. *natura solidæ. Item a Nomio Tiberii Cæsaris* Gronov. et al. ante Har-

NOTÆ

sæ illæ duæ sub titulo pependerunt, cum sub hasta venirent: is enim in auctionibus mos fuit. Vide Notas et Emend. num. 20.

[l] *H-S. $\overline{XII}$.*] Ita Mss. omnes, non *XV.* ut editi: crescente nimirum gradatim mensarum pretio. Sestertium duodecies centena millia libræ sunt Turonicæ 120000.

[m] *A Cethegis*] Quæ Cethegorum familiæ fuerat: ex qua Consul Corn. Lentulus Cethegus, de quo cap. 27. Vide Notas et Emend. num. 21.

[n] *H-S. $\overline{XIV}$.*] Sestertium quatuordecies centena millia: Turonicæ libræ, 140000.

[o] *Ex orbibus*] Erant enim eæ mensæ orbiculatæ: quare Mauros orbes appellat Martialis IX. 23. elephantinis dentibus, hoc est, pedibus eboreis suffultos, 'Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.'

[p] *Ptolemæo*] Jubæ filio, de quo in Auctorum Indice, verbo *Juba.*

[q] *Per medium*] Itaque totus mensæ ambitus pedum novenum fuit.

[r] *Cognomen trahentis*] Nomianæ cognominatæ: et solida illa quidem fuit, uniusque trunci, non ex dimidiatis duobus, ut superior.

[s] *Tribus sicilicis*] Sicilicus quarta pars pollicis est, sive unciæ. Volusius, 'Dividitur uncia in quatuor sicilicos, id est, in quatuor quartas.' Festus, 'sicilicum dictum, quod semunciam secet.' Pollices duodeni pedem constituunt. Fuit igitur huic mensæ amplitudo pedum non omnino quaternum. Deerant solum tres sicilici, hoc est, pollicis unius dodrans, seu partes tres. Sic crassitudo semipedem non æquabat: tantundem semipedi deerat, ne solidus semipes foret, nempe dodrans pollicis unius.

tur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante[t] et sicilico excedentem, tota vero crassitudine sescunciali, operimento laminæ vestitam[6] fuisse, cum tam opima[u] Nomio liberto ejus esset. Tuber hoc[v] est radicis, maximeque laudatum,[7] quod sub terra totum fuerit: et rarius quam quæ superne, quæque gignuntur etiam in ramis, proprieque quod tanti emitur, arborum vitium est, quarum amplitudo ac radices æstimari possunt ex orbibus.[w] Sunt autem cupresso fœminæ etiamnum sylvestri similes folio, odore, caudice. Ancorarius mons vocatur citerioris Mauretaniæ, qui laudatissimam dedit citrum,[8] jam exhaustus.

XXX. Mensis præcipua dos in venam[1] crispis, vel in vortices parvos.[2] [a] Illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinum[3] appellatur: hoc intorto, et ideo tales pantherinæ



duin. *Tiberii* non legitur in cod. Dalec.—6 Vet. Dalec. *conchylii et laminæ per medium vestitam.* Mox, *cum tam optima* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Nomio liberto ejus esset, cujus materia erat tuber. Hoc est radicis vitium, maximeque in eo laudatum* Gronov. et al. ante Harduin. —8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cedrum* Gronov. et vett. Dalec.

CAP. XXX. 1 Alii ap. Dalec. *dos longa vena;* Gronov. *dos in vena;* Vet. Dalec. *dos in venas;* codex ejusdem *dos in venam;* et sic Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 ‘Ms. *vertices parvis.* Lego, *in vortices sparsis.*’ Dalec. Gronov. et al. ante Harduin. *in vertice variis.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

NOTÆ

[t] *Sextante*] Sextans pars est assis sexta, sive unciæ duæ. Assem appello rem integram quamcumque, seu ponderis, seu mensuræ, cujus pars duodecima uncia appellatur. Hanc igitur mensam Plinius ait longitudinis habuisse pedes quaternos, et binos præterea pollices, et pollicis quadrantem, sive sicilicum: crassitudine vero sesquipollicem æquavisse.

[u] *Tam opima*] Tot partibus amplior: cum nempe novenos pedes circuitu liberti mensa contineret: principis, tantum quaternos.

[v] *Tuber hoc*] Id laminæ operimentum e radicis tubere est, sive nodo: cujus laus præcipua est, quod sub terra conditum totum fuit, ubi rarius tuber gignitur, quam superne: nam et in ramis tubera oriuntur. De his arborum nodis Seneca de Benef. VII. 10. ‘Video istic mensas, et æstimatum lignum Senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit.’ Vide Notas et Emend. num. 22.

[w] *Ex orbibus*] Ex integris mensis, quæ ex tubere uno fiebant. Has mensas, ut diximus, orbes Martialis vocat.

[a] *Vel in vortices parvos*] Sic Mss. Reg. Colb. &c. non, ut editi, *vel in vertice variis,* nullo plane sensu. Crispam in vortices parvos mensam vo-

vocantur. Sunt et undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ[b] oculos imitentur. Magna vero post has[c] gratia, extra prædictas,[4] crispis densa veluti grani congerie, quas ob id a similitudine apiatas[d] vocant. Summa vero omnium in colore. Hic maxime mulsi placet, suis refulgens venis.[5] Post hæc[e] amplitudo est: jam toti caudices juvant: pluresque[g] in una.

Mensæ vitia:[6] lignum, ita vocatur materia surda,[h] et



edd. Harduin. et recentt. *tigrinæ* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Dalec. *prædicta.* Mox, Vet. Dalec. *voluti grani.*—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *venis suis refulgens.*—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Post h. a. est jam t. caudicis. Juvat plura quoque in una mensa vitia* Gronov. et al. vett. *Post h. a. etiam totius caudicis juvat. Plura quoque, &c.* ut in vulgg. codd. Dalec.—

NOTÆ

cat, quæ ad instar verticum intorte crispatur: in venam, quæ venatim.

[b] *Si pavonum caudæ*] Nec in mensis modo, sed in spondis cubilium lautioribus hæ pavonum caudæ expetitæ. Martialis XIV. 85. cui lemma, 'Lectus pavoninus:' 'Nomina dat spondæ pictis pulcherrima pennis Nunc Junonis avis, sed prius Argus erat.' Hinc et pavonatilis pannus nomen accepit, de quo Du-Cangius in Glossario consulendus.

[c] *Post has*] Post undatim crispas, præter venatim vorticatimque crispas, quæ semper principatum obtinuere. Ad hujus ligni naturam, venerem, crispatumque proxime accedit id lignum, quod majorum memoria eximio fuit in honore: *Madrum* vulgus nominat, non illepido nitore placens, ambitioso venarum discursu, sese undulatim crispante, interveniis multiplici formarum decore splendentibus, punctorumque acervo exhilaratis. Id potoriis vasis et lancibus dicavit avita munditics. Materiæ declarat æternitatem duratio, quando C C. annorum fere vasa in ædibus sacris inveniuntur, nullam adhuc cariem sentientia. Abiitque mos in vulgus vocandi ligna, quæ lepide undulato crispatu fluctuarent, Madrata, *Madré.* Ruellius, de Nat. Stirp. lib. I. pag. 143. artifices fabros a se consultos ait, quodnam esset genus hoc ligni: responsumque, esse sylvestris cupressi vel cedri genus: deferri ex India, Syriaque: sed nunc exolevisse.

[d] *Apiatas*] Ab apio: quoniam mensæ densa veluti grani congerie crispæ apii semen et grana dense congesta referebant: quo sensu guttatas aves dixit Fridericus II. Imper. de Venat. II. 20. hoc est, guttis diversi coloris inspersas.

[e] *Post hæc*] Post colorem ac formam proxime amplitudo laudatur.

[f] *Jam toti*] Ut ex uno caudice solida mensa constet. Vide Notas et Emend. num. 22.

[g] *Pluresque*] Ut dimidiatis orbibus orbis integer mensæ compingatur, qualis Ptolem. fuit, superius laudata.

[h] *Surda*] Nec crispa, nec virgata, sed simplex. Res surdas, herbas surdas, surdum colorem, aliaque similia, pro obscuris scilicet et ignobilibus in Indice Pliniano vide.

indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta: item ilignæ venæ similitudo, vel coloris: et quibus maxime obnoxias fecere æstus ventique, rimæ, aut capillamenta rimas imitata. Postea muræna[i] nigro transcurrens limite:[7] variisque cornicum[j] punctis apprehensus,[8] papaverum nodo, et in totum atro propior colos, maculæve discolores. Virides terra condunt barbari, et illinunt cera. Artifices vero frumenti acervis imponunt septenis diebus, totidem intermissis: mirumque ponderi quantum ita detrahatur.[9] Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam siccatam mari, duritie incorrupta[10] spissari, non ullo modo vehementius. Nutriuntur optime, splendescuntque, manu sicca fricatæ a balineis maxime: nec a vinis læduntur, ut his genitæ.[k]

(XVI.) Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est: quapropter insistendum ei quoque paulum videtur. Nota etiam Homero fuit: thyon Græce[l] vocatur, ab aliis thya. Hanc itaque inter odores[11] uri tradit in deliciis Circes,[m] quam Deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui

7 Dalec. *tramite.*—8 ' Alii, *corticum punctis apprehensa;* Ms. *corium punctis apprehensum pap. modo.* Lego, *corium punctis aspersum, aut tuberum nodis.*' Dalec. —9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *detrahant* Gronov. et al. vett.—10 Cod. Dalec. *duritie et maturitate incorrupta.*—11 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Hanc igitur odores* Gronov. et al.

NOTÆ

[i] *Muræna*] Ductus in longum limes tramesve niger, murænæ similitudine.

[j] *Cornicum*] Nec placet, inquit, mensa variis interstincta punctis, eo colore quem in cornicum plumis deprehendimus: nec colos ille cinereus, qui papaverum nodum refert, atque adeo fere atrum omnino colorem. Vide Notas et Emend. num. 23.

[k] *Ut his genitæ*] Quod in mensis, quarum gratia maxima est, si e citri arbore fiant, vina potantur.

[l] *Thyon Græce*] Hesychius, Θύον, ὄνομα δένδρου. Eustathius in Odyss. E. 1523. Θύον, δένδρον. Apud Athen. lib. v. p. 207. θυΐα. Apud Theophr. Hist. v. 5. Τὸ δὲ θύον, οἱ δὲ θύαν καλοῦσιν, κ. τ. λ. Didymus in eum Homeri locum, Θύου· εἶδος δένδρου, ἢ φυτοῦ.

[m] *Circes*] Tribuit Circæ Plinius, quod Calypso Homerus Odyss. E. 60. Sed fefellit tanti viri memoriam Virgiliana lectio, in qua similis cedri usus deliciis Circes attribuitur Æneid. VII. 10. ' Proxima Circææ ra-

odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim eodem versu [n] cedrum laricemque una tradat: in quo manifestum est de arboribus tantum locutum. Theophrastus,[o] (qui primus a Magni Alexandri ætate scribit, quæ circa urbis Romæ [p] quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum,) magnum jam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes,[q] quandamque immortalitatem materiæ in tectis contra vitia omnia [12] incorruptæ. Radice nihil crispius,[r] nec aliunde pretiosiora



vett.—12 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt.

NOTÆ

duntur littora terræ: Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu: tectisque superbis Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.'

[n] *Eodem versu*] Odysseæ, ut dictum est, E. 60. Κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει Δαιομένων. Ita omnino Didymus Homeri scholiastes, ita et Eustathius legit. At Plinium vidisse in suis exemplaribus necesse est, Κέδρου τε, πεύκης τε, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει. Nam vocem πεύκην *pinum* interdum, quandoque etiam *laricem* vertit, ut suis locis dicemus.—'Apud Homerum Circe ipsa rerum Natura in Tellure est, quæ cibos alendis usque ad delicias hominibus subministrat. His qui intemperantius abutuntur, porcis similes fiunt. Circes palatium Orbis est universus, hoc est, istud quod a nobis incolitur hemisphærium, et ubi quicquid est edule gignitur. Neque enim illis temporibus hemisphærii alterius suspicio vel tenuis fuit. Circe δολόεσσα appellatur, Od. H. 33. quoniam sensim per sua ipsa munera, ceu quasdam escas, ad utendum illis immoderatius homines illicit. Ancillas habere quatuor dicitur, quæ mensam apparant, Odyss. K. 348. Quatuor illæ sunt anni tempestates. Fercula eæ afferunt, panem, carnes, vinum, Od. M. 19. et 30. Ab omni intemperantia cavit Ulysses. Tum ventum ei secundum Circe misit ad profectionem: hoc est, non ante desiit opipare uti mensa, quamvis intra modum, quam daret operam navigationi ventus secundus. Cetera de Circe in explanatione argumenti Odysseæ exposuimus.' *Ed. sec.*

[o] *Theophrastus*] Histor. Plant. v. 5.—'Primus ab Alexandri M. ætate, hoc est, ex quo regnare cœpit Alexander; primus, inquam, exterorum de Romanis scripsit Theophrastus, inprimis ea, quæ gesta sunt circa A. U. Romæ CCCCXL. qui pæne tertius ante obitum Alexandri M. An sint hæc ἱστορικὰ ὑπομνήματα, *Commentarii historici*, quorum meminit Scholiastes Apollonii, an opus aliud, quod interierit, considerandum.' *Ed. sec.*

[p] *Circa urbis Romæ*] Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad librum tertium, num. 40.

[q] *Contignationes*] Theophr. ὀροφάς. Etiam et januas ex eadem arbore θύᾳ fieri auctor est Athen. lib. v. p. 207.

[r] *Nihil crispius*] Sic Theophr. loc. cit. Quare fallitur Anguillara de

opera. Præcipuam autem esse eam arborem circa Hammonis[s] delubrum: nasci et in inferiore[13] Cyrenaicæ parte. De mensis tamen tacuit: et alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, quæ novitia apparet.[14]

XXXI. Alia est arbor[t] eodem nomine, malum[u] ferens[1] execratum aliquibus odore et amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius.

XXXII. (XVII.) Eadem Africa, qua vergit ad nos, insignem arborem loton[a] gignit, quam vocant celtin, et ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam.[b] Præcipua est circa Syrtes atque Nasamonas. Magnitudo,[c] quæ piro: quanquam Nepos Cornelius brevem tradit.[1] Incisuræ folio



omni Gronov. et al. ante Harduin.—13 Gronov. *interiore.*—14 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quæ novitiæ apparent* Chiffl. *quæ novitia apparet* cod. Dalec. *ex quo novitia apparent* Gronov. et al.

CAP. XXXI. 1 Cod. Dalec. *malum tenens.*

CAP. XXXII. 1 Ita Chiffletianus. Harduin. et al. Franz. *tradat.*—2 Ita ex

NOTÆ

Simp. parte II. p. 47. eumque secutus Salmasius in Solin. pag. 953. et 954. qui Homeri Theophrastique *θύον* sabinam esse herbam putant, quæ hac dote caret: nec tantæ crassitudinis aut radicem aut caulem habet, ut ex ea vel mensarum orbes pedum novenum, immo ne binum quidem, vel contignationes domorum, aut januarum postes fieri potuerint.

[s] *Circa Hammonis*] Theophrast. loco citato.

[t] *Alia est arbor*] Citrum aureolam intelligit, quam nos Aurantiam vocamus, *l'Oranger*, hortis hodieque et ædibus decorandis, ramorum petulantia, et fructuum jucunditate expetitam.

[u] *Malum*] Aurantium nostrum est, *l'Orange:* veterum, ut quidem reor, *ἑσπερικὸν μῆλον.*

[a] *Arborem loton*] Ex Theophrast. Histor. IV. 3. Ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. Lotus hæc Africana, seu Lotophagica, a Matthiolo recte pingitur in Diosc. lib. I. p. 257. Florentiæ *Uva d'India* dicitur: Venetiis pro ligno sancto, sive Guaiaco, divenditur. In Italia nunc frequens: nec tamen ea est lotos Italica Plinii, cum hujus baccæ cerasorum instar pendeant e ramis, nec sint, ut myrta, *παράλληλα.*

[b] *Terra mutatam*] Soli natura, cœlique. Hanc fabam Græcam vocat, XVI. 53. et XXIV. 2. Non est Gallorum *Micocoulier*, ut Dalecampius putavit Hist. III. 21. cum hujus arboris fructus fœtidus sit, et ingrati saporis: Lotos Italica a suavitate fructus, qualis in Africanæ loti fructu notabatur, nomen acceperit. Ea esse potius nobis videtur, quam *Alisier* vocant, uti dicemus XVI. 53.

[c] *Magnitudo*] Hæc deinceps ferme ad verbum ex Theophr. Histor. IV. cap. 4.

crebriores, quæ ilicis videntur.[2] [d] Differentiæ plures, eæque maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic [e] fabæ, color croci, sed ante maturitatem alius atque alius, sicut in uvis. Nascitur densus in ramis myrti modo,[f] non ut in Italia, cerasi: tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti [g] terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ.[h] Ferunt ventris [i] non sentire morbum,[3] qui eum mandant. Melior [j] sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur. Vinum [k] quoque exprimitur illi,[4] simile mulso, quod ultra denos dies [l] negat durare idem Nepos: baccasque concisas [5] [m] cum alica ad cibos doliis



codd. Harduinus et recentt. *alioqui ilices viderentur* Chiffl. *alioquin ilices viderentur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *fructu fiunt* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *non sentire morbos* Gronov. et edd. ante Harduin.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *illo.* Mox, *ultra duos dies* quidam ap. Dalec.—5 Ita codd. Harduini

NOTÆ

[d] *Quæ ilicis videntur*] Sic Mss. Reg. &c. Theophr. φύλλον δὲ ἐντομὰς ἔχον, καὶ πρινῶδες. Ilicem intellige, *quæ spinas non habet*, ut ait Columella VI. 3. Vide Matthiol. in Diosc. lib. I. p. 206. et 207.

[e] *Magnitudo huic*] Fructui Africanæ loti. Theophr.

[f] *Myrti modo*] Theophr. de fructu loti Africanæ, Nascitur, inquit, myrtorum modo, densus in ramis, alterna serie positus, ut alter alteri adversus respondeat: φύεται δὲ καθάπερ τὰ μύρτα παράλληλα.

[g] *Nomen etiam genti*] Lotophagorum, a quibus et insula Lotophagitis. De his egimus in Geographicis v. 7.

[h] *Oblivione patriæ*] Nam qui cibum illum gustassent, ibi sedes ponere, securi patriæ ac parentum, volebant. Accepta hæc ab Homero Odyss. I. 94. Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιήδεα καρπὸν, κ. τ. λ.

[i] *Ferunt ventris*] Stomachine, an alvi? Theophr. καὶ ἔτι πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθόν. Venter apud Plinium passim pro ventriculo, ut κοιλία apud Græcos ἀντὶ τοῦ στομάχου sumitur. Alias εὐστόμαχα, quæ stomacho utilia: εὐκοίλια Medici vocant, quæ ut Cato et Celsus aiunt, bonam alvum faciunt, seu leniter ducunt alvum. Sic Dioscorides accepit, I. 157. de cerasis.

[j] *Melior*] *Suavior*, ἡδίων δὲ ἀπύρηνος. En quod paulo ante monuit, loti differentias plures fieri diversitate fructuum.

[k] *Vinum*] Herod. IV. p. 281.

[l] *Denos dies*] Polybius in fragmentis libri XII. p. 1489. οὐ δύναται δὲ πλέον δέκα μένειν ἡμερῶν, de Africana loto agens. Recitat hæc Athenæus l. XIV. p. 651. ex Polybio.

[m] *Concisas*] Ita Mss. Alii *contusas* malunt. Polyb. loc. cit. μετὰ χόνδρου κόψαντες, *cum alica tundentes.* De alica dicemus XXII. 61.

condi. Quin et exercitus pastos eo acc.pimus,[6] ultro citroque commeantes per Africam. Ligno[o] colos niger. Ad tibiarum[p] cantus expetitur. E radice cultellis capulos, brevesque alios usus excogitant. Hæc ibi natura arboris.

Est autem eodem nomine et herba,[q] et in Ægypto caulis[r] in palustrium genere. Recedentibus[s] enim aquis Nili riguis provenit similis fabæ[t] caule, foliisque densa congerie[u] stipatis, brevioribus tantum, gracilioribusque:[7] cui fructus in capite papaveri similis incisuris, omnique alio modo: intus grana,[v] ceu milium. Incolæ capita in acervis putrefaciunt: mox separant lavando, et siccata[w] tundunt,[8] eoque pane utuntur. Mirum est, quod præter hæc tradi-

et Chiffl. *baccasque contusas* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Chiffl. *accipimus.* —7 Idem codex, *gracilioribus.*—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *siccata folia*

NOTÆ

[n] *Et exercitus*] Ophello duce, cum expeditionem susciperet adversus Carthaginienses. Theophr. loc. cit. de loto Africana.

[o] *Ligno*] Et hanc in Africana loto Theophrastus dotem agnoscit, τὸ δὲ ξύλον, μέλαν.

[p] *Ad tibiarum*] Hoc ipsum de eadem loto Theophrast. Ξύλῳ δὲ εἴς τε τοὺς αὐλοὺς χρῶνται. Tibiæ ejuscemodi Alexandrinis φώτιγγες sunt appellatæ, teste Athen. l. IV. p. 182. et λώτινοι αὐλόι. Ovid. Fast. IV. 190. 'Et horrendo lotos adunca sono.'

[q] *Et herba*] Quæ Dioscoridi IV. 111. *lotus sativa et trifolium* vocatur: λωτὸς ἥμερος, οἱ δὲ τρίφυλλον. Addit in hortis nasci. Trifolium odoratum vocant: equis pabulum gratissimum: unde et equinum dictum.

[r] *In Ægypto caulis*] Hunc iisdem verbis describunt Herod. II. 92. pag. 122. Theophr. Hist. IV. 10. Dioscor. IV. 114. Iconem illius accuratam exhibet Prosper Alpinus, oculata fide, de Plantis Exotic. c. 16. p. 213.

[s] *Recedentibus*] Ita etiam Mss. Theophr. ὅταν ἡ χώρα κατακλυσθῇ, *cum rura inundantur.* Quare forte rectius, *residentibus*, hoc est, stagnantibus, legeris. Callixenus apud Athen. l. XV. p. 677. ἐν λίμναις, *in paludibus.*

[t] *Similis fabæ*] Diosc. et Theophrast. καυλός ἐστι τῷ τοῦ κυάμου ἐμφερής. Quod de faba Ægyptia intellexisse Theophrastus videtur.

[u] *Densa congerie*] Theophr. loc. cit. caulis folia cum Ægyptiæ fabæ foliis confert: sed minora ait esse et graciliora: floris vero foliola tenuitate proxima esse liliaceis, multa densaque stipata congerie. Utramque dotem caulis unius foliis temere contulisse Plinius videtur.

[v] *Intus grana*] Diosc. et Theophr. loc. cit.

[w] *Et siccata*] Capita nimirum, vel grana potius, quæ capitibus continentur. Theophr. et Diosc. Item Diod. Sicul. Bibl. l. I. p. 30. Vide XXII. 28.

tur: Sole[x] occidente papavera ea comprimi, et integi foliis: ad ortum autem aperiri, donec maturescant, flosque, qui est candidus, decidat.

(XVIII.) Hoc amplius[y] in Euphrate tradunt, et caput[9] ipsum et florem vespera mergi usque in medias noctes, totumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu possit inveniri. Verti deinde,[10] paulatimque subrigi, et ad exortum Solis emergere extra aquam, ac florem patefacere, atque etiamnum insurgere,[11] ut plane ab aqua absit alte. Radicem[z] lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis et castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decoctum, sive aqua, sive pruna. Nec aliunde magis, quam purgamentis ejus, sues crassescunt.

XXXIII. (XIX.) Cyrenaica[1] [a] regio loton suæ postponit paliuro. Fruticosior hæc, fructuque magis rubens, cujus nucleus non simul mandatur,[2] jucundus per se, atque suavior e vino, quin et vina succo suo commendans. Interior[b] Africa ad Garamantas usque, et deserta, palmarum magnitudine, et suavitate constat,[3] nobilibus maxime circa delubrum Hammonis.

XXXIV. Sed circa Carthaginem Punicum malum[1] cog-



tundunt, e Theophr.—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. κωδίαν Theophr. *scapum* Gronov. et edd. vett. Mox, cod. Dalec. *tantumque abire*.—10 *Reverti deinde* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—11 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *exsurgere* Gronov. et edd. vett.

CAP. XXXIII. 1 *Cyrenaice* Chiffl.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *manditur* Gronov. et al. vett.—3 Dalec. *præstat*.

CAP. XXXIV. 1 Vox *malum* deest in cod. Dalec. Mox, *cognomen sibi vin-*

NOTÆ

[x] *Sole*] Theophr. et Diosc. locis citatis.

[y] *Hoc amplius*] Reliqua deinceps quæ hoc cap. narrantur, accepta a Theophr. Hist. IV. 10. et de Causis II. 26. p. 262. unde Ægyptiam loton eandem esse cum Euphratica colligas.

[z] *Radicem*] Herod. Theophr. et Diosc. loc. cit.

[a] *Cyrenaica*] Et hæc summa fide Plinius transtulit ex Theophr. Hist. IV. 4. Hujus paliuri meminit apud Athen. lib. XIV. Diphilus Siphnius.

[b] *Interior*] Theophr. loc. cit.

nomine sibi vindicat:[c] aliqui granatum[d] appellant. Divisit et in genera: apyrenum[e] vocando, cui lignosus[f] nucleus abest: sed candidior ei natura, et blandiores[2] sunt acini, minusque amaris distincti membranis. Alia structura eorum quædam, ut in favis,[3] communis. Nucleos habentium quinque species:[g] dulcia, acria,[4] mixta, acida, vinosa. Samia[h] et Ægyptia distinguuntur erythrocomis[i] et leucocomis.[5] Corticis major usus ex acerbis[j] ad perficienda coria. Flos balaustium[k] vocatur, et medicinis[l]

dicat Parm.—2 Dalec. *candidiori natura et blandiore.*—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin. et recentt. *eorum ut in favis* Gronov. et al. vett. Dalecampius legit, *eorum ut in favis. Communium et nucleos, &c.*—4 'Galeno *austera.*' Dalec.—5 Dalec. *erythrococcis et leucococcis.*

NOTÆ

[c] *Sibi vindicat*] Africa.

[d] *Aliqui granatum*] Malum granatum Marcellus de Medic. c. 27. p. 193. aliique: quod nomen hodieque servatur, arbori quidem, *un Grenadier*, pomo, *une Grenade*, ab interiorum granorum multitudine. A Pœnis alterum nomen deduci volunt: alii a colore puniceo, quo fructus et flos constant.

[e] *Apyrenum*] Ita Mss. Reg. Colb. Paris. Tolet. et Salmant. Græci *ἀπύρηνον* scribunt. Πύρην *nucleus* est: *ἀπύρηνον*, quod *nucleo caret*. Latini tamen ex usu, non apyrenon, sed apyrinon dicunt. Martialis XIII. 43. 'Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libycis?' Et Epigr. 42. 'Non tibi de Libycis tuberes et apyrina ramis, De Nomentanis sed damus arboribus.' Eadem Plinius dulcia vocat XXIII. 57.

[f] *Cui lignosus*] Hoc est, cui non est durus acinus, seu granum. Non igitur apyrina dicuntur, quæ nullum omnino nucleum habeant, sed quæ mollem adeo, ut mandi possit, ac pro nihilo haberi. Seneca Ep. 85. pag. 368. 'Sic sapiens,' inquit, 'imperturbatus dicitur, quo modo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Falsum est,' &c.

[g] *Quinque species*] Dioscor. I. 151. tres tantum species enumerat, *γλυκεῖαν, ὀξεῖαν, οἰνώδη, dulcem, acidam, vinosam.*

[h] *Samia*] Alia, præterea, inquit, Samia Punica sunt, alia Ægyptia: et quidem utraque bifariam dividuntur. Sunt enim Samia erythrocoma, sunt et leucocoma. Ægyptia quoque iisdem differentiis distinguuntur. Sic nucleos habentium genera sunt omnino novem, quod verbis expressis ait ipse XV. 11.

[i] *Erythrocomis*] Ita Mss. omnes. Non igitur a granorum colore, sed a fronde comaque rubra vel alba, nomen hæc habent. Malunt alii a granorum colore, *τῶν κόκκων*, erythrococca et leucococca dici.

[j] *Ex acerbis*] Viridibus, immaturis.

[k] *Flos balaustium*] Scriptoribus Græcis, *βαλαύστιον* flos est punicæ sylvestris non domesticæ. Officinæ

idoneus, et tinguendis vestibus, quarum color inde[m] nomen accepit.

XXXV. (XX.) In Asia et Græcia nascuntur frutices: epipactis,[n] quem alii elleborinen vocant,[1] parvis foliis, quæ pota contra venena prosunt, sicut erices[o] contra serpentes.

(XXI.) Et in quo[p] nascitur granum Gnidium, quod aliqui linum[q] vocant: fruticem vero thymelæam,[2] alii chamelæam, alii pyros achnen, alii cnestron, alii cneoron: est similis oleastro, foliis angustioribus, gumminosis[3 r] si

CAP. XXXV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Epicactis, quem alii embolinen vocant* Gronov. et edd. ante Harduin. 'Legendum, *Epipastis, quem alii elleborinem appellant*, e Dioscoride.' *Dalec.*—2 *Fruticem in quo n. g. Gnidium, aliqui linum vocant, alii thymelæam* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Ita codd. Regg. Brot. Chiffl. et Editio princeps. Gronov. Harduin. et re-

NOTÆ

tamen Plinium sequuntur, quibus balaustium sylvestris domesticæque florem promiscue significat. Et Marcellus Empir. c. 17. p. 124. balaustium vocat 'florem mali granati, quo coriarii utuntur:' quod genus acerbum quidem, non tamen sylvestre est.

[l] *Et medicinis*] Dioscoridem vide I. 154. ipsumque Plinium XXIII. 60.

[m] *Color inde*] Balaustinus appellatus.

[n] *Epipactis*] Ἐπιπακτίς. Vide Notas et Emend. num. 24.

[o] *Sicut erices*] Subintellige folia. Nicander in Theriac. p. 43. adversus serpentium ictus ita præcipit: *Λάζεο δ' ἀνθεμόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην, Ἥντε μελισσαῖον περιβόσκεται οὐλαμὸς ἕρπων. Quin et florentem promte frondentis erices Tolle comam: hanc pascunt volitántque examina circum.* Ubi Scholiastes, p. 28. ait ericen habere folia hederæ affinia, longiora tamen et asperiora: *ἐρείκη δὲ, εἶδος βοτάνης, ἥτις φύλλα ἔχει τῷ κίσσῳ παραπλήσια, μακρότερα δὲ καὶ τραχύτερα.* In Gallia frequens, *Bruiere.* De ea rursum XXIV. 39.

[p] *Et in quo*] Subintellige, et fruticem alium, in quo, &c. Sic Diosc. IV. 173. qui ex eodem fonte Græco hausit, ex quo hortum suum Plinius rigavit. Θυμέλαια, *οἱ δὲ χαμέλαιαν, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνην, ἢ κνῆστρον,* (sic enim legendum, ex Galeno in Glossis,) *ἢ κνέωρον καλοῦσιν.* Describitur accurate, pingiturque a Clusio Hist. Rarior. Plant. I. 57. p. 87.

[q] *Quod aliqui linum*] *Οἱ δὲ λῖνον καλοῦσιν,* inquit Diosc. loc. cit. *διὰ τὸ εἶναι τῷ σπαρτῷ λίνῳ θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον, quoniam frutex sativi lini similitudinem refert.*

[r] *Gumminosis* [*gummosis*] Mss. Reg. Colb. &c. *gumminosis.* Interpres Oribasii lib. XI. fol. 198. 'viscosa glutinosaque folia mandendo,' quæ Diosc. *ὑπόγλισχρα* dixit, *ἐν τῷ διαμασσᾶσθαι, καὶ κολλώδη.*

mordeantur, myrti magnitudine: semine, colore, et specie farris:[4] [s] ad medicinæ[t] tantum usum.

XXXVI. Tragion[u] fruticem sola Creta insula gignit, terebintho similem et semine, quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt. Eadem et tragacanthen,[v] spinæ albæ radice, multum prælata[1] apud Medos aut in Achaia nascenti. Pretium ejus in libras X. III.[2] [w]

XXXVII. Tragon et Asia[a] fert, sive scorpionem, veprem sine foliis, racemis rubentibus,[1] ad medicinæ usum. Myricen[b] et Italia, quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryam[c] sylvestrem: insigne in ea,[d] quod sativa tantum ferat gallæ similem fructum. In Syria et in Ægypto copiosa hæc[e] est, cujus infelicia[f] ligna appellamus, quæ tamen infeliciora[g] sunt Græciæ. Gignit enim

centt. *gummosis.*—4 Vet. Dalec. *et specie foris.*

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. et recentt. *prælatam* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in libras XIII.* Gronov. et vett.

CAP. XXXVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. ita quoque Diosc. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tragion* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *racemis subeuntibus* cod. Dalec. *racemis rufis* margo edd. Dalec. et Gronov. e

NOTÆ

[s] *Specie farris*] Intus nimirum, ubi ejus seminis, medulla albet quam maxime. Ita Mss. omnes, et editi.

[t] *Ad medicinæ*] Vide Diosc. loc. cit.

[u] *Tragion*] Hæc totidem verbis Diosc. IV. 49. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, κ. τ. λ. De ea dicemus XXVII. 115.

[v] *Tragacanthen*] Τραγάκανθαν. Hæc Plinius ex Theophr. Hist. IX. 1.

[w] *In libras X. III.*] Denarii terni, monetæ Gallicæ asses quatuor et viginti.

[a] *Tragon et Asia*] Sic Mss. et libri hujus Index, non *Tragion.* Plinius ipse quoque rursum, XXVII. 116. ubi de ea uberius.

[b] *Myricen*] Dioscoridi I. 116. Μυρίκη: Herbariis, Tamariscus; Gallis, *du Tamarin.* Pingitur a Matthiolo in Diosc. l. I. p. 150.

[c] *Bryam*] Quia fructum fert veluti florem compage muscosum, inquit Diosc. loc. cit. καρπὸν ὥσπερ ἄνθος φέρει βρυῶδες κατὰ τὴν σύστασιν, qui demum in pappos evolat: quare nec fructus proprie, nec semen est.

[d] *Insigne in ea*] Diosc. loc. cit.

[e] *Copiosa hæc*] Sativa nempe, et fœcunda. Diosc.

[f] *Cujus infelicia*] Myricæ in Italia lignum infelix vocatur, quia sterile. 'Infelices arbores,' inquit Plinius XVI. 45. 'existimantur, damnatæque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt:' qualis est vulgaris myrica, sive Italica.

[g] *Infeliciora*] Quoniam, ut statim additur, ostrys, in domum illata mor-

arborem ostryn,[h] quam et ostryam vocant, solitariam[i] circa saxa aquosa, similem fraxino cortice, et ramis, folio piri, paulo tamen longioribus crassioribusque, ac rugosis[j] incisuris, quæ per tota discurrunt: semine hordeo simili et colore. Materie est dura atque firma: qua in[2] domum[k] illata, difficiles partus fieri produnt, mortesque miseras.

XXXVIII. (XXII.) Nec auspicatior in Lesbo insula arbor quæ vocatur evonymos,[l] non absimilis Punicæ arbori, inter eam[m] et laurum folii magnitudine, figura vero et mollitie Punicæ, flore candidiore, statim pestem denuntians.[n] Fert siliquas[o] sesamæ[1] similes: intus granum



Diosc.—2 Dalecampius, *firma. Hac in*, sub. 'ostrya.'

CAP. XXXVIII. 1 Gronov. et al. ante Harduinum, *sesami.*—2 Ita codd.

NOTÆ

tes miseras facere proditur.

[h] *Ostryn*] Ὄστρυν et ὀστρύαν Theophrastus vocat Hist. III. 10. ubi Rob. Constant. in Notis ait, ostryn esse 'Syringam' Etruscorum, et a se Florentiæ visam: a nobis hic in horto Regio.

[i] *Solitariam*] Quid hac voce velit auctor, haud satis compertum. Nam μονοειδὴς, quo vocabulo utitur Theophrastus, aliud sonat: nempe unius speciei arborem esse, sine ullo maris ac fœminæ discrimine. Quod si *solitarium* nunc idem valet, atque in locis solis desertisque nascens, ex aliis auctoribus, quam ex Theophrasto, Plinium hæc excerpsisse necesse est. —'Quod si *solitarium, &c.* nascens, singularis illa hujus vocis acceptio est.' *Ed. sec.*

[j] *Rugosis*] In fibris ipsis, quæ plurimæ a media seu crassiore fibra instar costarum procurrunt, folio corrugato. Theophr. loc. cit.

[k] *Qua in domum*] Theophr. loc. cit. Λέγεται δὲ ὡς οὐκ ἐπιτήδειον εἰς οἰκείας εἰσφέρειν· δυσθάνατον γάρ φασι· καὶ δυστοκεῖν οὗ ἐὰν ᾖ.

[l] *Evonymos*] Εὐώνυμος Theophrasto Hist. III. 18. unde hæc accepta. Gallis *du Fusain:* etsi aliis aliter visum scimus. Anguillara de Simp. parte IV. pag. 81. affirmare nil dubitat. Statuere nihil audet Ruellius, etsi multæ, inquit, delineationes favent, de Nat. Stirp. lib. I. p. 154.—'In Commentariis Acad. Reg. Scient. anni 1766. describitur a D. Danty D'Ifnard p. 291. planta peregrina, quam Euonymoiden vocat, ob aliquam cum euonymo similitudinem: tergeminamque distinguit: Canadensem, Virginianam, Caroliniensem.' *Ed. sec.*

[m] *Inter eam*] Majore folio quam chamædaphne: sed molli, ut Punica. Theophr. loc. cit. Καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες· μεῖζον δὲ ἢ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὥσπερ ἡ ῥόα.

[n] *Pestem denuntians*] Quoniam letalis est animantibus cibus.

[o] *Fert siliquas*] Theophr. loc. cit. Sesama vel sesamum, *de la Jugeoline.* Evonymi siliquas vulgus scrota nominant sacerdotum, quod intus ervi magnitudine grana mollibus involuta

quadrangula figura, spissum, letale [p] animalibus: [2] necnon et in folio eadem vis. Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio.

XXXIX. Alexander Cornelius arborem eonem [1] [q] appellavit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua nec igni possit [2] corrumpi, sicuti nec viscum: nulli alii cognitam, quod equidem sciam.

XL. Adrachnen [r] omnes fere Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa [s] sit herba, et andrachne vocetur, unius literæ diversitate. Ceterum adrachne est [t] sylvestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni, [u] folio tantum minore, [v] et nunquam decidente: [1] cortice [w]

Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *animantibus* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *æoniam*, i. e. æternam.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *posset* Gronov. et edd. vett. Dalecampius legit, *ferentem: quæ nec aqua posset corrumpi, sicuti nec viscum, nec igni, nulli alii, &c.*

CAP. XL. 1 'Lego, *unedoni folio nunquam decidente: tantum minor*, e Theo-

NOTÆ

membranis testiculorum modo contineantur.

[p] *Lethale*] Pecus enecat, si gustetur, præsertim capras, nisi purgentur. Theophr. Τοῦτο ἐσθιόμενον ὑπὸ τῶν προβάτων, ἀποκτείνει. καὶ τὸ φύλλον, καὶ ὁ καρπός· καὶ μάλιστα τὰς αἶγας, ἐὰν μὴ καθάρσεως τύχῃ.

[q] *Eonem*] Et in Indice *Eon* hæc arbos vocatur.

[r] *Adrachnen*] Mss. Reg. Colb. et Paris. ubique *andraclen*, cum de hac arbore sylvestri agitur, scribunt: cum de portulaca, *andrachnen*.

[s] *Cum illa*] Portulaca nimirum, quæ ἀνδράχνη Galeno de Fac. Simp. Med. VI. 43. p. 156. Gallis, *du Pourpier*. Græcis recentioribus, ut apud Phavorinum, χοιροβότανον, quæ vox *porculacam* sonat. Unde et Apuleius, cap. 103. 'Latini portulacam, alii porcastrum, Græci andrachnen.' Et andrachnen vocat Colum. Hort. lib. X. p. 358.

[t] *Adrachne est*] Frequens in Creta provenit, et tota fere Græcia Ἄδρακλα vocatur, teste Clusio Histor. Rarior. Plant. I. 31. p. 48. ubi accurate pingitur. Apud Theophr. ἀνδράχνη sæpe pro ἀδράχνη scribitur.

[u] *Unedoni*] *L'arbousier.* Arbutum Latini aliter vocant.

[v] *Folio tantum minore*] Hæc habere Plinius videtur a Theophr. Hist. III. 16. Παρόμοιον δὲ τὸ φύλλον καὶ ἡ ἀδράχνη ἔχει τῷ κομάρῳ· μέγεθος δὲ οὐκ ἄγαν μέγα. *Adrachne folium habet simile arbuto: neque insigni magnitudine est.* Hæc ultima verba retulisse ad folium Plinius videtur: Theophrastus de tota arbore accepisse: qui paulo ante de arbuto dixerat: Ἡ δὲ κόμαρος, ἡ τὸ μιμαίκυλον φέρουσα τὸ ἐδώδιμον, ἐστὶ μὲν οὐκ ἄγαν μέγα, *non est admodum magna arbos.* Majora sunt certe adrachnes, quam arbuti, latioraque folia.

[w] *Cortice*] Immo, *lævi*, λείῳ, Theophr. loc. cit. et Hist. IX. 4.

non scabro quidem, sed qui circumgelatus[2] [x] videri possit, tam tristis aspectu est.

XLI. Similis et coccygia[1] [a] folio, magnitudine minor. Proprietatem[b] habet fructum amittendi lanugine, (pappum vocant,) quod nulli alii[c] arborum evenit. Similis et apharce,[d] bifera æque quam adrachne. Priorem fructum incipiente pubescere uva peragunt,[2] alterum initio hyemis: quales eos, non traditur.

XLII. Et ferulam[1] inter externas dixisse conveniat,[2] arborumque generi ascripsisse: quoniam quarundam naturæ (sicut distinguimus)[3] [e] lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci: quædam vero inanitatem, ut arundines. Ferula[f] calidis nascitur locis, atque trans maria; geniculatis[g] nodata scapis. Duo ejus[h] genera: narthecа Græci vocant, assurgentem in altitudinem: narthecyan

phrasto.' *Dalec.*—2 '*Circumfindatur: tam, &c.* περιῤῥυγνύμενος Theophr. non περιπηγνύμενος. *Idem.*

CAP. XLI. 1 Gronov. *coggyria.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *peragit* Gronov. et al. vett.

CAP. XLII. 1 *Et ferulas* cod. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. et recentt. *conveniet* Gronov. et vulgg.—3 Gronov. et al. ante

NOTÆ

[x] *Circumgelatus*] Περιπηγνύμενον, Theophr. Arbores πήγνυσθαι dicuntur, quæ læduntur gelu, quarum cortex hyeme rumpitur. Hujus vero non hyeme, sed æstate finditur.

[a] *Coccygia*] Sic etiam in Indice scribitur. Hesychio Κόκκυξ, quam pro suo more βοτάνην vocat.

[b] *Proprietatem*] Theophr. loc. cit. Ἴδιον δὲ ἔχει καὶ τὸ ἐκπαπποῦσθαι τὸν καρπόν. *Peculiare in hac, fructum lanugine, quæ pappus vocatur, interire.* Lanuginem e floribus, fructibusve deciduam, tam Græci quam Latini pappum dixere.

[c] *Quod nulli alii*] Sic Theophr. loc. cit. Simile quiddam tamen et in salice animadvertimus: fructum scilicet in pappum evanescere.

[d] *Similis et apharce*] Theophr. Hist. III. 6. Ἀδράχνη καὶ ἀφάρκη, κ. τ. λ.

[e] *Sicut distinguimus*] Ita Mss. Reg. Colb. aliique, non vero *distinguemus.*

[f] *Ferula*] Græcis νάρθηξ. In Apulia frequens, inquit Matthiolus, a quo recte pingitur in Diosc. lib. III. p. 792. qualem in horto Regio vidimus.

[g] *Geniculatis*] Scapum sive caulem habet, geniculis quibusdam, id est, internodiis articulisque distinctum.

[h] *Duo ejus*] Νάρθηκα et ναρθηκίαν Theophr. vocat Hist. VI. 2. unde hæc manarunt. *Ferulam* et *ferulaginem* Gaza vertit: recte.

vero semper humilem. A genibus [i] exeuntia folia maxima,[4] ut quæque terræ proxima. Cetero [5] [j] natura eadem, quæ anetho, et fructu similis. Nulli fruticum levitas major: ob id gestatu facilior,[6] [k] baculorum usum senectuti præbet.

XLIII. Semen ferulæ,[1] thapsiam quidam vocavere: decepti eo, quoniam ferula sine dubio [l] est thapsia, sed sui generis, foliis fœniculi, inani caule,[m] nec excedente baculi longitudinem: semen quale [n] ferulæ,[2] radix candida. Incisa lacte manat, et contusa succo: nec corticem [o] abdicant. Omnia ea venena: quippe etiam [p] fodientibus nocet: si minima [3] aspiret aura, intumescunt corpora: faciemque invadunt ignes sacri: ob id cerato [q] prius illinunt. Quibusdam [r] tamen morbis auxiliari dicunt medici,

Harduin. *distinguemus.* Mox, *lignum omnino* Dalec.—4 *Narthecyan, &c. exeunt folia maxima* Dalec. e Theophr. *Narthechiam, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—5 '*Cetera* Ms. Lego e Theophr. *Floris natura eadem quæ an. et fructus similis.*' Dalec.—6 Cod. Dalec. *gestata facilius;* Chiffl. *gestatu facilius.*

CAP. XLIII. 1 *Speciem ferulæ* Dalec.—2 Cod. Dalec. *quasi ferulæ.*—3 *Nam*

NOTÆ

[i] *A genibus*] A nodis illis, sive articulis, de quibus dictum est. Sic Theophr. ambo ferulæ genera dicit esse γονατώδη, ἀφ' ὧν τά τε φύλλα βλαστάνει, et cetera, quæ paulo uberius ille quam Plinius.

[j] *Cetero*] Florem habet, fructumque, anetho similem. Theophr. Ἐνταῦθα δὲ τό τε ἄνθος, καὶ ὁ καρπὸς . . . καθάπερ τὸ ἄνηθον.

[k] *Facilior*] In Mss. *facilius.*

[l] *Ferula sine dubio*] 'Ferulaginem, quam Græci Thapsiam vocant,' inquit Cælius Aurelianus Chron. II. 1. Θαψία Dioscoridi IV. 157. ubi quæ de thapsia hic narrantur, totidem verbis extant. In Sicilia *Turbith* appellatur, teste Anguillara par. XIV. pag. 292. cui et Lobelius suffragatur in Notis Mss.

[m] *Inani caule*] Hoc est, habens quandam intus inanitatem, ut arundines: quod Plinius paulo ante dixit, cap. sup. seu medulla etiam fungosa carens.

[n] *Semen, quale*] Diosc. Σπέρμα . . . τῷ τοῦ νάρθηκος ἐμφερές.

[o] *Nec corticem*] Lac, inquit, a medicis incidendo elicitur: tundendo, exprimitur succus: nec corticem in medendi usu abjiciunt: nam purgandi vim habent ea omnia, δύναμιν ἔχει καθαρτικὴν, κ. τ. λ. Diosc.

[p] *Quippe etiam*] Diosc. loc. cit. et Theophr. Hist. III. 9. quod quidem experimento comprobatum a se Jul. Scaliger in Animadv. testatur.

[q] *Ob id cerato*] Vel ceroto: medicamentum est ex cera rebusque aliis conflatum. Κηρωτὸν Græcis: Gallis *du Cerat.*

[r] *Quibusdam*] Quos Dioscorides enumerat, loc. cit.

permixtam aliis: item in[s] alopeciis, sugillatisque, ac liventibus: ceu vero remedia desint, ut scelera non tractent.[a] [4] Sed ista[t] prætexunt noxio instrumento: tantumque impudentiæ est,[5] ut venenum artis esse persuadeant. Thapsia est[u] in Africa vehementissima. Quidam[v] caulem incidunt per messes, et in ipsa excavant radice, quo succus confluat; arefactumque tollunt. Alii folia, caulem, radicem tundunt in pila, et succum in Sole[6] coactum dividunt in pastillos. Nero Cæsar[w] claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis[x] grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum thure, ceraque,[7] [y] et secuto die contra famam cutem sinceram circumferens. Ignem ferulis[z] optime servari certum est, easque in Ægypto præcellere.

XLIV. (XXIII.) Ibi et capparis,[a] firmioris ligni frutex,

[a] *Quasi vero remedia desint, rogandique sint ne venena tractent.*

---

si minima margo edd. Dalec. et Gronov.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ut s. contrectent* Dalec. *ut s. non tractent* Chiffl. *ut s. contractent* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Verbum *est* deest in cod. Dalec.—6 Dalec. *et succum insolatu.*—7 Mercerus, *cerussaque.* Mox, cod. Dalec. *et sequenti die.*

NOTÆ

[s] *Item in*] Diosc. loc. cit. Est porro ἀλωπεκία defluvium capillorum. Sugillata facies dicitur, quæ lividis dehonestata maculis apparet: sic enim sunt fere in facie sugillata, ut vibices in corpore. Thapsiæ succum una cum nitro appositum, livores statim eximere, scribit etiam Marcell. Empir. cap. 19. pag. 132.

[t] *Sed ista*] Deesse remedia illi prætexunt, ut res noxias medicamentis admisceant, et venenis abutantur: tantumque impudentiæ est, ut carere iis artem medicam posse negent.

[u] *Thapsia est*] Vim ei eximie calefactoriam Galenus attribuit de Fac. Simp. Medic. cap. 8. pag. 177. Θαψία δριμείας ἐστὶ καὶ ἰσχυρῶς θερμαντικῆς δυνάμεως.

[v] *Quidam*] Diosc. loc. cit.

[w] *Nero Cæsar*] Hæc Plinius Valer. a Nostro transcripsit, lib. III. de Re Med. cap. 47.

[x] *Nocturnis*] Tacitus Annal. XIII. pag. 205. 'Nero itinera urbis et lupanaria veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat ... adeo ut ipse quoque acciperet ictus ... Deinde ubi Cæsarem esse, qui grassaretur, pernotuit,' &c. Vide et Sueton. in Nerone cap. 26.

[y] *Ceraque*] Ita etiam Mss. omnes. Tamen Plin. Valer. *cerussaque* videtur legisse: sed male. Nam Diosc. σὺν λιβανωτῷ καὶ κηρῷ ἴσοις, *cum thure et cera æquis partibus.*

[z] *Ignem ferulis*] Et his furatus ignem Prometheus fingitur.

[a] *Ibi et capparis*] In Ægypto. Diosc.

seminisque [b] et cibi [1] vulgati, caule quoque una plerumque decerpto. Cavenda [c] ejus genera peregrina: siquidem Arabium [2] pestilens, Africum gingivis inimicum, Marmaricum vulvis, et omnium inflationibus.[d] Apulum vomitus facit: stomachum et alvum movet.[3] Quidam id cynosbaton [e] vocant, alii opheostaphylen.[f]

XLV. Fruticosi [g] est generis et sari,[1] circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique [h] manditur modo: radice ferrariis officinis præcipua, carbonis usu,[2] propter duritiam.

XLVI. (XXIV.) Non omittendum est et quod Babylone seritur in spinis, quoniam non alibi [1] vivit, sicut et [1] vis-

CAP. XLIV. 1 Edd. quædam vett. *fructusque in cibis.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Arabicum* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *pestilens, gingivis inimicum. Africum, præcipue Marmaricum, vulvis et torminum inflationibus* Dalec. Alii ap. Dalec. *et omnibus inflationibus;* quidam, ibid. *et omenti inflationibus;* alii, *et torminum, &c.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *et alvum solvit* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. XLV. 1 Chiffl. *Frutectosi est generis et sarisa.*—2 Dalec. *modo e radice. Ferrariis off. præcipuo carbonis usu.*

CAP. XLVI. 1 Vet. Dalec. *vivit, estque sicut et.*—2 Vet. Dalec. *quod injec-*

NOTÆ

II. 204. Κάππαρις θάμνος ἐστὶν ἀκανθώδης, κ. τ. λ. Gallis, *un Caprier:* fructus, *câpre* et *câpe.*

[b] *Seminisque*] Sive fructus. Diosc. Ταριχεύεται δὲ ὁ καυλὸς αὐτῆς καὶ ὁ καρπὸς εἰς βρῶσιν, *caulis ac fructus cibi gratia sale condiuntur.* Sic etiam interpres Oribasii lib. XI. pag. 200.

[c] *Cavenda*] Hæc quoque Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Medic. lib. VII. pag. 185.

[d] *Inflationibus*] Marmaricum vehementer inflat, inquit Diosc. ἐμπνευματοῖ ἰσχυρῶς. Omnia Plinius inflare ait.

[e] *Cynosbaton*] Sic Oribas. loc. cit. quod hamatas nimirum rubi modo spinas habet.

[f] *Opheostaphylen*] Et in Indice hujus libris, *ophiostaphylen:* quasi anguinam uvam. In Nothis Diosc. pag. 448. Κάππαρις, οἱ δὲ κυνόσβατος, οἱ δὲ καπρία, οἱ δὲ ὀφιοσκόροδον, οἱ δὲ ὀφιοσταφύλην, sic enim legendum, non φυλοστάφυλον.

[g] *Fruticosi*] Hæc totidem verbis Theophr. Hist. IV. 9. Τὸ δὲ σάρι, κ. τ. λ. Hesych. Σάριον, φυτόν τι γινόμενον ἐκ τοῖς περὶ Αἴγυπτον ἕλεσι. Omnes Ægypti peculiarem faciunt. In Mss. Reg. Colb. Chiffl. Paris. *Frutectosi est generis et saripha.* Atque ita pariter in Indice hujus libri.

[h] *Similique*] Plinius, de papyro, cap. 22. libri hujus: 'Mandunt quoque crudum, decoctumque, succum tantum devorantes.' Idem de sari Theophr.

cum in arboribus: sed illud in spina tantum, quæ regia vocatur. Mirum,[j] quod eodem die germinat, quo injectum est.[2] Injicitur autem ipso Canis ortu, et celerrime arborem occupat. Condiunt eo vinum,[3] et ideo serunt. Spina illa nascitur et Athenis in Longis muris.[k]

XLVII. Frutex est et cytisus,[l] ab Aristomacho Atheniensi [1] miris laudibus prædicatus pabulo ovium,[m] aridus vero etiam suum: spondetque jugero ejus annua H-S.[n] vel mediocri [2] solo reditus. Utilitas, quæ ervo, sed ocyor satietas, perquam modico pinguescente quadrupede,[a] ita ut jumenta hordeum spernant. Non ex alio [o] pabulo lactis major copia aut melior, super omnia pecudum [3] medicina [p] a morbis omni usu [q] præstante. Quin et [r] nutricibus in

[a] *Modico cytisi pabulo pinguescit quadrupes.*

tum est.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. et recentt. *vina* Gronov. et vulgg. Mox, *et ideo seritur* Vet. Dalec.

Cap. XLVII. 1 *Antilomaco Atheniense* Chiffl.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *annuos perplures vel med.* Vet. Dalec. *annua H-S. M. M. vel, &c.* edd. vett. et Gronov. Mox, *soli reditu* Dalec.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pecorum* Gronov. et al. Mox, Vet. Dalec. *medicinæ in omni morbo;* al. ap. Dalec. *medicinæ et omnium morbis.*

NOTÆ

[i] *Non aliubi*] Quam in spinis: sicut viscum non alibi crescit, quam in arboribus.

[j] *Mirum*] Theophr. de Causis Plant. II. 23.

[k] *Longis muris*] Μακρὰ τείχη ea sunt, de quibus egimus IV. 11.

[l] *Cytisus*] Κύτισος θάμνος ἐστὶν, κ. τ. λ. Diosc. IV. 131. Quæ vera sit cytisi facies disceptant inter se herbarii. Vide Dalecamp. Hist. II. 64. Genera sex diversa vidimus in horto Regio.

[m] *Pabulo ovium*] Colum. V. 12. p. 206. 'Cytisum in agro esse quam plurimum maxime referet, quod gallinis, apibus, bubus quoque, et omni generi pecudum utilissimus est: quod ex eo cito pinguescit, et lactis plurimum præbet ovibus: tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo uti, et postea arido possis,' &c.

[n] *Annua H-S.*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. in quibus *annua IIS.* legitur, hoc est, annua sestertia. Neutro genere sestertium sestertios mille æquat, monetæ Gallicæ, libras, ut vocant, Turonicas centum.

[o] *Non ex alio*] Colum. loc. cit. et Arist. Hist. Anim. III. 16. p. 392.

[p] *Pecudum medicina*] In pecudum medicina.

[q] *Omni usu*] Sive aridum, sive decoctum præbeatur, utilissimum.

[r] *Quin et*] Colum. loc. cit. 'Mulieres quidem si lactis inopia premuntur, cytisum aridum in aqua macerari oportet,' &c. Vide et Hippocr. de Morb. Mul. I. 73. p. 460.

defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari jubet: firmiores [4] celsioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut si aruerit, madefactum. Apes quoque [s] nunquam defore cytisi pabulo contingente,[5] promittunt Democritus et Aristomachus. Nec aliud minoris impendii est. Seritur cum hordeo: [t] aut vere,[6] semine,[u] ut porrum: [7] vel caule, autumno ante brumam. Si semine, madidum: et si desint imbres,[v] satum spargitur. Plantæ cubitales seruntur [8] [w] scrobe pedali. Seritur per æquinoctia [9] [x] tenero frutice: perficitur triennio: demetitur verno æquinoctio, cum florere desinit, vel pueri vel anus vilissima opera.[10] Canus aspectu: breviterque, si quis exprimere similitudinem velit, angustioris [11] [y] trifolii frutex. Datur animalibus post biduum semper: hyeme vero [z] quod inaruit, madidum. Satiant equos [a] denæ libræ, et ad portionem [12] minora animalia: obiterque inter ordines allium et cæpe seri fertile est. Inventus hic [13] frutex in Cythno insula, inde translatus est [14] in omnes Cycladas, mox in



—4 Cod. Dalec. *juvat: et firmiores.* Mox, *aut si inaruerit* Chiffl.—5 Cod. Dalec. *pabulum contingentes.*—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aut ervo.*—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ut ocymum*, e Colum.—8 Codd. Dalec. et Chiffl. *præferuntur;* Dalec. *transferuntur.*—9 Dalec. *per æquinoctium;* Vet. Dalec. *post æquinoctia.*—10 Cod. Dalec. *desinit vel pueri manu, vel vilissima opera;* Chiffl. *desiit vel p. v. a vel vilissima, &c.*—11 Vet. Dalec. *amplioris.*—12 Ita codd. Regg. Brot. Chiffl. et Editio princeps; *et portione* edd. ante Brotier. Mox, *majora animalia* cod. Dalec.—13 *Inventus est hic* Chiffl.—14 Voc. *est,*

NOTÆ

[s] *Apes quoque*] Cytiso apes allici, idque eam ob causam propter alvearia seri scribit Diosc. IV. 113.

[t] *Cum hordeo*] Eodem tempore atque hordeum.

[u] *Aut vere, semine*] Contra Columella, loc. cit. autumno, semine: plantis vere seri jubet.

[v] *Si desint imbres*] Tum spargi, hoc est, rigari quindecim proximis diebus Columella præcipit.

[w] *Seruntur*] Mss. Reg. et Colb. *perferuntur.*

[x] *Seritur per æquin.*] Colum. loc. cit.

[y] *Angustioris*] Folia, inquit, trifolii similia sunt, sed minora.

[z] *Hyeme vero*] Colum. loc. cit. 'Aridum si dabis, parcius præbeto, quoniam vires majores habet, priusque aqua macerato, et exemtum paleis permisceto.'

[a] *Satiant equos*] Colum. loc. cit. 'Equo abunde est viridis pondo xv. bubus pondo vicena: ceterisque pecoribus pro portione virium.' In Chiffl. cod. *Et ad portionem minora animalia.*

urbes Græcas, magno casei proventu: propter quod maxime miror rarum esse [15] in Italia. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit. Adjicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni.

XLVIII. (XXV.) Nascuntur [b] et in mari frutices arboresque, minores [c] in nostro. Rubrum enim, et totus Orientis Oceanus refertus est sylvis. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: quoniam alga [d] herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex. Folia lata [e] colore viridi gignit, quod quidam [1] prason vocant, alii zostera. Alterum [f] genus ejusdem, capillaceo folio, simile fœniculo, in saxis nascitur: superius [g] in vadis haud procul littore: verno utrumque: et interit [h] autumno. Circa Cretam [i] insulam nato in petris purpuras [j] quoque inficiunt, laudatissimo a parte Aquilo-

et, quod mox sequitur, *magno*, desunt in cod. Dalec.—15 Chiffl. *præterea quod max. mi. rarum est.*

Cap. XLVIII. 1 Dalec. *hic autem frutex folia, &c. quem quidam.*—2 Ita Har-

NOTÆ

[b] *Nascuntur*] Accepta hæc a Theophr. Hist. IV. 7. Negat Plutarchus, in Quæst. Natur. statim initio, p. 911. aqua marina arbores ali posse: cujus placiti causas affert. Addit, in mari Rubro, quæ plantæ germinant, eas fructum ferre nullum: ali autem fluvialibus aquis, quæ multum cœni ingerant: itaque eas haud procul a terra nasci.

[c] *Minores*] Et plantæ verius quam arbores. Theophr.

[d] *Quoniam alga*] Φῦκος, inquit, Latini *algam* vocant: verum algæ nomen herbæ ei quæ in aquis marinis nascitur verius accommodatur, quam frutici, quem nunc describimus.

[e] *Folia lata*] Totidem verbis hæc Theophr. loc. cit. *Τοῦ γὰρ φύκους τὸ μέν ἐστι πλατύφυλλον ..... χρῶμα ποῶδες ἔχον, ὃ δὴ καὶ πράσον καλοῦσί τινες, οἱ δὲ ζωστῆρα.* Πράσον a colore viridi, quo porrum refert. Ζωστὴρ a cinguli forte similitudine.

[f] *Alterum*] Theophr. iisdem verbis, loc. cit.

[g] *Superius*] Primum nempe genus, quod et prason et zostera vocant.


[h] *Et interit*] Theophr. loc. cit. neque de zostere hoc tradit, neque de capillaceo genere, sed de tertio quodam, quod ad Herculis columnas gigni ait, cujus nec nomen tradit.

[i] *Circa Cretam*] Et hæc accepta a Theophr. loco cit. De secundo seu capillaceo genere intelligenda.

[j] *Purpuras*] Hoc est, vestes et lanas eo colore tingunt, qui purpureum imitetur, ac vincat: *καλλίων ἡ χρόα τῆς πορφύρας.*

nis, aut spongiis.[2] [k] Tertium [l] est gramini simile, radice geniculata [m] et caule, qualiter calami.

XLIX. Aliud genus [n] fruticum [1] bryon vocatur, folio lactucæ, rugosiore tantum, jam hoc interius [o] nascens. In alto vero [p] abies et quercus cubitali altitudine. Ramis earum [q] adhærent conchæ. Quercu [r] et tingi [2] lanas tradunt. Glandem etiam [s] quasdam ferre in alto: naufragis hæc deprehensa urinantibusque. Et aliæ [t] traduntur prægrandes circa Sicyonem: vitis enim passim [u] nascitur: sed ficus [3] [v] sine foliis, rubro cortice. Fit et palma [4] [w]



duin. 1. 2. 3. et recentt. e Theophr. Hist. Plant. IV. 7. 'Videtur legendum, *ut spongiis.*' Brotier. *aut cum spongiis* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XLIX. 1 *Aliud genus phycorum* margo ed. Dalec. Mox, *rugosiore tamen* ibid. e Theophr.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Quercu etiam tingi* Gronov. et vulgg.—3 *Sed et ficus* Vet. Dalec.—4 *Est et ibi palma* Vet. Dalec.

NOTÆ

[k] *Aut spongiis*] Theophrasti hæc eo loci sententia est, a qua discedere paululum Plinius videtur. Parte insulæ Aquilonia copiosius ac melius genus hoc fuci marini provenire, ut et spongias, aliaque similia: ὥσπερ αἱ σπογγιαὶ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Sed forte legendum, *ut spongiis.* Tamen in Mss. Reg. Colb. &c. *aut spongiis.* Interpolavit Hermolaus, *aut cum spongiis.*

[l] *Tertium*] Theophr. loc. cit.

[m] *Geniculata*] Nodis et articulis, seu geniculis, distincta, instar graminis, ῥίζα γονατώδης, ὥσπερ τῆς ἀγρωστίδος. Theophr.

[n] *Aliud genus*] Theophrast. Hist. IV. 7.

[o] *Jam hoc interius*] Hoc est, fere intra littus, propius a terra: προσγείως dicunt Græci. Theophr. de his: φύεται, inquit, ἐπὶ τῶν λίθων τὰ τοιαῦτα πρὸς τῇ γῇ, καὶ τῶν ὀστράκων.

[p] *In alto vero*] Et δρῦν ποντίαν, hoc est, *pelagiam*, sive in alto nascentem, Theophr. agnoscit loc. cit. quod non satis animadvertere ii, qui Plinii fidem hoc loco desiderant. Quercus marinæ iconem vide apud Petr. Lambecium lib. VI. p. 294.

[q] *Ramis earum*] Theophrast. loc. cit.

[r] *Quercu*] Theophr.

[s] *Glandem etiam*] Theophrast. loc. cit. Polybius lib. XXXIV. apud Athen. lib. VII. p. 302. ait in Lusitanico mari gigni glandiferas quercus, quarum fructu thynni vescantur, ut glande terrestri sues.

[t] *Et aliæ*] Theophr. loc. cit.

[u] *Vitis enim passim*] Hoc est, et perinde in alto: καὶ πρὸς τῇ γῇ, καὶ ποντία ἄμπελος. Theophr. loc. cit.

[v] *Sed ficus*] Theophrast. ἡ δὲ συκῆ ἄφυλλος μὲν, τῷ μεγέθει δ' οὐ μεγάλη· χρῶμα δὲ τοῦ φλοιοῦ φοινικοῦν. Ita Plinius, ita et Gaza legit. Unus Dalecampius legit εὔφυλλος.

[w] *Fit et palma*] Ita Mss. omnes. Hæc uberius Theophr. loc. cit.

fruticum generis. Extra Herculis [x] columnas porri fronde nascitur frutex, et alius lauri, et thymi, qui ambo ejecti in pumicem transfigurantur.

L. At in Oriente [a] mirum est, statim a Copto per solitudines [b] nihil gigni, præter spinam, quæ sitiens vocatur, et hanc raram admodum: in mari vero [c] Rubro sylvas vivere, laurum maxime, et olivam ferentem baccas, et, cum pluat, fungos, qui Sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum [d] ipsorum magnitudo ternum cubitorum est: [1] caniculis [e] referta, vix ut prospicere [2] e navi tutum sit, remos plerumque ipsos invadentibus.

LI. Qui navigavere [f] in Indos Alexandri milites frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuisse, exemtam Sole protinus in salem arescentem. Juncos [g] quoque lapideos perquam similes veris per littora: et in alto quasdam arbusculas colore bubuli cornus ramosas, et cacuminibus rubentes: cum tractarentur, vitri modo fragiles, in igne autem ut ferrum inardescentes, restinctis colore suo redeunte. Eodem tractu insularum sylvas operit æstus, quanquam altiores platanis [1] populisque altissimis. Folia iis lauri,[2] flos violæ et odore et colore. Baccæ, ut oleis,[h]

CAP. L. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ternorum est cubitorum* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *carchariis referta* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—2 Vet. Dalec. *vix ut respicere.*

CAP. LI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *altiores sint platanis.*—2 *Folia iis laurea* cod. Dalec. et Chiffl.

NOTÆ

[x] *Extra Herculis*] Theophrast. loc. cit.

[a] *At in Oriente*] Hæc rursum ex Theophr. Hist. IV. 8.

[b] *Per solitudines*] In terra, ἐν τῇ γῇ, Theophr. Hæc spina διψὰς eidem dicitur, hoc est, *siticulosa*: eaque ibi rara, propter fervores, et aquæ penuriam.

[c] *In mari vero*] Theophr. loco proxime citato.

[d] *Fruticum*] Theophr. loc. cit.

[e] *Caniculis*] Marinis canibus vel inter ramos vel inter ipsas radices delitescentibus: his mare totum illud infestum fuit. Theophr. ἡ δὲ θάλαττα θηριώδης· πλείους δὲ ἔχει τοὺς καρχαρίας. Hesychius: Καρχαρίας, ὁ θαλάσσιος κύων, καὶ ἰχθύος εἶδος. De caniculis egimus IX. 70.

[f] *Qui navigavere*] Theophrast. loc. cit.

[g] *Juncos*] Reliqua deinceps, quæ hoc capite continentur, ex eodem Theophrasti loco petita.

[h] *Baccæ, ut oleis*] Fructus, magni-

et ipsæ odoris jucundi, autumno nascentes, foliis nunquam deciduis.[i] Harum minores totas integit mare. Maximarum cacumina extant, ad quæ naves religantur, et cum recessit æstus, ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eisdem accepimus eodem in mari visas, semper folia retinentes: fructu earum lupino simili.

LII. Juba tradit, circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidis crinem,[1] corallio similem, sine foliis: præcisum mutato colore in nigrum durescere: cum cadat, frangi. Item, alium qui vocatur charitoblepharon,[2] [j] efficacem in amatoriis: spathalia[k] eo facere et monilia fœminas: sentire eum se capi, durarique cornus modo, et hebetare aciem ferri. Quod si fefellerint[l] insidiæ, in lapidem transfigurari.

CAP. LII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Isidos plocamon* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Chiffl. *qui vocetur chariton-blepharon.*

NOTÆ

tudine olivæ. Theophr. Καρπὸν δ' ἡλίκον ἐλαία.

[i] *Nunquam deciduis*] Immo, vere deciduis, si Theophrasto credimus, τοῦ δὲ ἔαρος ἀποῤῥεῖν.

[j] *Charitoblepharon*] Χαριτοβλέφαρον, a venustate genarum et palpebrarum, quæ ejus fruticis succo tingerentur, traxisse nomen videtur.

[k] *Spathalia*] Muliebria sunt ornamenta, armillæ loco et brachialis. Tertull. de Cultu Fœmin. 'Nescio an manus, spathalio circumdari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat.'

[l] *Quod si fefellerint*] Si præcidatur ex improviso, ante nimirum quam potuerit sentire se capi, tum quasi ex dolore, transfigurari in lapidem. Hoc loco interpres Gallicus, ut alias sæpissime, cespitavit.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XIII.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. Cap. i. *Unguentum Persarum genti se debet*] Locum hunc ita refinximus admonitu codicum Reg. Colb. et Paris. cum prius perperam legeretur, *Persarum esse debet gentis unguentum.* Salmasium non audio, qui p. 947. in Solin. pro *ingluvie*, quæ vox paulo post sequitur, *inluvie* reponit, et ἀλουσίαν seu balnei et lavationis neglectum ea voce signari hoc loco putat.

2. Cap. ii. *Œnanthinum in Cypro, postea Adramytteo*] In libris vulgatis hæc interseruere Plinii interpolatores, *deinde in Ægypto præpositum:* quod nescio unde haustum sit: nam neque ea verba Mss. ulli agnoscunt, neque Apollonius ipse, cujus orationem Plinius, ut diximus, hoc loco transcribit: Οἰνάνθη δὲ Κυπρία, inquit ille, καὶ Ἀδραμυττήνη. Theophr. de Odoribus, pag. 187. Οἰνάνθινον ἐν Κύπρῳ.

3. Ibid. *Megalium*] A magnitudine virium id ei unguento nomen ascriptum, Plinium secuti diximus. Neque nos tamen præterit scriptores alios in alias abire partes. Nam a Siculo quodam, cui Megalo nomen fuerit, appellationem deductam ait Sosibius apud Athen. l. xv. p. 690. Et Julius Pollux vi. 19. p. 296. Μύρον Μεγαλεῖον ἀπὸ Μεγάλου Σικελιώτου. Suidas quoque, p. 112. tom. ii. et ante istos Galenus ii. 2. κατὰ τόπους, p. 380. Quin et de nomine discrepant. Nam Helladius in Chrestomathia, apud Phot. in Bibl. cod. 279. p. 1585. Μύρον Μεταλεῖον vocat, ὅπερ εὗρε Μέταλος Συρακούσιος. Hesychius quoque, Μετάλλειον μύρον . . . Μέταλλος γάρ τις Σικελιώτης τὴν τοῦ μεταλλείου μύρου κατασκευὴν εὗρεν· μέμνηται δὲ καὶ Φερεκράτης.

4. Ibid. *Herbarum utraque. Pauca his, et alia alii miscent*] Ita rescripsimus admonitu codicum Reg. Colb. et Paris. cum prius perperam legeretur, *Herbarii in utraque pauca, sed alia alii, &c.* perinde ac si herbariorum munus foret, odores miscere, non myropolarum potius, seu unguentariorum.

5. Ibid. *Ceteris decoctis*] His verbis subjungunt ista libri vulgati, *impendio parcentes: sed non eadem est vis, nisi una decoctis:* quæ nulla omnino Mss. exemplaria agnoscunt, non Reg. 1. 2. aut Colb. 1. 2. 3. aliive: idcirco ea, ceu spuria adjectitiaque, erasimus.

6. Cap. iv. *Unguenta gratiora esse, quæ terram, quam quæ crocum sapiant*] Brodæus Miscell. iv. 5. eumque secuti Scaliger, et Salmasius in Solin. p. 1063. legunt, *quæ ceram, quam quæ crocum sapiant.* Sic Plinio Tullioque vim faciunt. Nam quid uterque scripserit, Plinius sic aperte declarat, xvii. 3. ut dici planius nihil possit. Ibi enim genera terrarum optima investigans, sic ait: 'Certe Cicero, lux doctrinarum altera, Meliora, inquit, unguenta sunt quæ terram, quam quæ crocum sapiunt. Hoc enim maluit dicere, quam redolent. Ita est profecto: illa terra erit optima, quæ unguenta sapiat. Quod si admonendi sumus qualis sit terræ odor,' &c. Quid jam argutiis opus, ut recepta dudum Plinii Tulliique lectio convellatur?

7. Cap. vii. *Faciles se ad scandendum . . . præbent, vitilem sibi arborique indutis circulum*] Mira hactenus hujus loci depravatio fuit. Sic enim libri vulgati, *utilem sibi arborisque induviis circulum.* At Reg. codex 2. erroris admonuit, in quo diserte legitur, *vitilem sibi arboremque indutis circulum.* Reg. 1. et Colb. *præbentiutilem:* unde *præbent, vitilem* legendum quoque conjicias. Morem hunc palmas conscendendi Lucianus attigit in Syria Dea, p. 1069. ubi de homine Priapum ligneum conscendente: Ἡ δέ οἱ ἄνοδος τοιῆδε· σειρῇ μακρῇ ἑαυτόν τε ἅμα καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει, κ.τ.λ. *Porro,* inquit, *ascensus iste in hunc modum illi fit. Catena longa seipsum pariter et Priapum circumdat: deinde ascendit in ligna quædam ex ipso Priapo prominentia. Ascendens autem pariter et catenam utrimque attollit, hanc perinde moderans, ut habenas auriga. Quod si vero quispiam id non vidit, vidit autem eos qui palmas conscendunt, sive in Arabia, sive in Ægypto, sive alio aliquo loco, intelligit facile quod dico.* Εἰ δέ τις τόδε μὲν οὐκ ὄπωπε, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας, ἢ ἐν Ἀραβίῃ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἄλλοθί κου, οἶδε τὸ λέγω.

8. Ibid. *Bella primum demonstravere gemina*] Torsit mirifice hic locus conjectorum ingenia, cum in libris vulgatis legi cernerent, *bellas primum demonstravere gemmas.* Alii enim scribendum censuerunt, *bullas cum primum demonstravere gemmeas.* Dalecamp. Hist. Plant. iii. 18. *novellas cum primum demonstravere gemmas:* alii, *tenellas.* At quas, quæso, gemmas, gemmeasve bullas demonstrare palmarum folia possunt? nam delicias Sabellicus facit, qui gemmas interpretatur, pictas luxurioso eo sæculo figuras in divitum pavimentis, quas scopæ monstrare, sive retegere idcirco dicantur, quod scopis pavimenta converrerentur, e palmarum foliis texi solitis. Ruellii medici alias eruditi sane me piget, qui cum hunc locum non intelligeret de Nat. Stirp. l. i. p. 216. exscripsit tamen, *bellas primum monstravere gemmas.* In Mss. Reg. Colb. &c. *geminas* legitur. Nostram emendationem ipsa per se orationis series, interpretatioque defendit: duplicem enim ab hisce foliis ad hominum vitam fructum pervenisse Plinius indicat: alterum, ut ad similitudinem bifidorum foliorum, ut diximus, bellandi gemina acie ratio, gemina in bello cornua, geminæ acies excogitatæ sint: alterum, ut ipsa ad funes vitiliaque opera textura prosint: 'Primum,' inquit, 'gemina demonstravere bella: nunc ad opera vitilia finduntur.' Mos est Plinio scilicet, quæ quibus ex rebus, quas natura finxerit, artes initium ortumque habuerint, indicare obiter. Sic x. 12. de milvis: 'Idem videntur,' inquit, 'artem gubernandi docuisse caudæ flexibus: in cœlo monstrante natura, quod opus esset in profundo.'

9. Cap. ix. *Archelaide*] Dalecampius hoc loco, *et Cappadociæ* inquit, *Archelaide,* de qua nimirum vi. 3. Quid? adeone Plinius stipes fuit, ut Archelaidem Cappadociæ, Judææ

convallem esse putaverit? Fuit Archelais non Cappadociæ modo, sed et Judææ oppidum, haud procul Hiericunte. In Tabula Peuting. 'Hiericunte, XII. Archelaide, XII.'—'Si tamen ei Tabulæ fides habenda potius, quam Plinio sit, qui non civitatem, sed convallem Judææ vocat Archelaida.' *Ed. sec.*

10. Ibid. *Tertium ex his genus patetæ*] Ita Mss. editique libri, et recte: nam primum caryotarum genus, Nicolai: alterum, Adelphides: patetæ, tertium. Quid igitur causæ est cur hic Dalecampius *alterum* reponat, pro *tertium?*

11. Ibid. *Suum genus e sicciore turba junceis, prælonga gracilitate curvatis interim. Nam quos ex his honori Deorum dicamus, chydæos appellavit Judæa, gens contumelia numinum insignis*] Proprii, inquit, et peculiaris cujusdam generis, iidemque siccioris naturæ, ut in caryotarum genere Nicolai, juncei sunt, interdum curvati, ob prælongam junceamque gracilitatem: propter quam et junceorum illis est appellatio indita. Prius legebatur, *Suum genus e sicciore turba dactylis.* At in codicibus Mss. vocis illius *dactylis* nec vola nec vestigium, ut aiunt. In Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Chiffl. teste Dalecampio, Paris. et in aliis, quos Salmasius vidisse se profitetur, in Solin. p. 1322. *Suum genus e sicciore turba jacens.* Qui Parmensem editionem accuravit, *dactylis* primus adjecit, annexuitque cum altera voce *jacens: Suum genus e sicciore turba jacens dactylis.* Priorem ex his expunxere confidentius deinceps secuti. Salmasius posteriorem immutavit, loco cit. ac primum quidem *Ægyptiis:* deinde se ipse retexens, *balanis* reposuit, pro *dactylis:* quod vetustiore ævo dactylos nemo scriptorum apud Græcos Latinosve pro palmulis usurparit: idque verbum medio tantum ævo irrepserit, Suidæ fere temporibus. Alii plura hoc ipso in loco immutare aggressi sunt: *suum genus e sicciore herba,* nonnulli: qui quid siccior turba sit, haud intellexere: cum palmulæ sint, quibus minus est succi, aut liquoris. Sic XV. 13. 'Ingens postea turba prunorum, versicolor, nigra, candida.' Prius enim palmas ebrias ac nimio liquore abundantes commendavit auctor: nunc *turbam sicciorem:* mox *arentes in totum.* Alii, *e sicciore turba Idæis:* voluntque lusisse Judæos similitudine nominis, dum Chydæos appellavere, quos Idæos alii nuncuparent. At et id longius a vetere scriptura discedit, non minus quam *balani, dactylique:* et de Idæis dactylis altum est apud veteres silentium, præterquam de iis hominibus qui id habuere nomen in Creta, ut diximus libro septimo. Alii, *curvatis in terram:* at *interim* pro *interdum* dici, Plinio familiare est, quod ex Indice nostro intelliges. Nemo ex iis itaque auctoris mentem est assecutus, nemo priscæ scripturæ vestigiis, ut debuit, institit: nos, ut remur, utrumque feliciter. Nam quid affinius ei voci *jacens,* quam *junceis?* cum præsertim in libris manu exaratis *juceis* superposita lineola alteri literæ, pro *junceis,* scribi mos sit. Quid similius veri, quam junceum id pomi genus, quod e sicciore turba fuit, a *prælonga gracilitate,* et veluti juncea, qua nota a ceteris generibus secernitur, nomen accepisse? Quid enim aut junco siccius, aut in longitudine gracilius?—'Nam sic et XVII. 35. num. 9. 'gracilis atque ejuncida' vitis dicitur, eademque num. 14. ejuncescere ac mori.' *Ed. sec.*—Quid denique vero propius, quam ut superioribus palmarum generibus sua diligenter a Plinio attributa nomenclatio est, syagrorum, caryotarum, Nicolaorum, patetarum, adelphidum, sandalidum, margaridum, aliarumque, ac singularum nominis causa indicata, id quoque ab eo in his minime prætermissum? Junceos itaque nuncupatos significat,

causamque statim affert, quia prælonga gracilitate curvantur interim: quo fere modo sandalides a similitudine nomen habuere.—'Sic xxv. 74. 'Cantabrica dicitur caule junceo pedali nasci.' Et c. 54. 'Aristolochiæ genus est, junci plenioris crassitudine.'' *Ed. sec.*—Juncei porro, ne quid omittam, masculo, ut aiunt, genere signantur, ut syagri, chydæi, et Nicolai: ut fructus subintelligas, balanosve: vel Græco more locutum scito: nam *τοὺς φοίνικας* virili genere Græci efferunt, *τοὺς πατητοὺς, τοὺς καρυωτοὺς, κ. τ. λ.*

12. CAP. XI. *Sed hæc germina emittit sine ullis foliis: radice similis populo: folium ulmo*] Sic totidem plane literis ac syllabis Mss. Reg. Colb. Paris. Chiffl. At Salmasius in Solin. p. 462. *Sed hæc germen amittit sine ullis foliis ut radicem, similis populo, &c.* quæ nec Latina, nec Pliniana, nec vera sunt. Libri vulgati tolerabilius, *Sed hæc germina emittit sine ullis foliis radicis similia. Caudex arboris similis populo, &c.* Quanquam enim interpolata lectio videatur, defendi tamen ex Theophrasto potest, ita scribente Hist. IV. 2. Πλὴν ὅτι βλαστόν τινα ἀφίησι μικρὸν, ἄφυλλον ὥσπερ ῥιζίον, πρὸς ᾧ ὁ καρπός. Τὸ δὲ στέλεχος μέγα, καὶ παρόμοιον τῇ λευκῇ· φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ. *Nisi quod germen quoddam e caudice nascitur exiguum, ac sine foliis, instar radicis, cui fructus adhæret. Caudex ipse ingens, et populo albæ assimilis: folium ulmo.*

13. CAP. XX. *Ulmo etiam in Coryco monte Ciliciæ*] Hæc Plinius ab alione quopiam scriptore hauserit, an ex Theophrasto, quem pessime acceperit, non ausim statuere. Hujus hæc quidem sententia est Histor. Plant. III. 14. *ἐν ταῖς κωρύκοις τῆς πτελέας*, in ulmi folliculis gummi et culices gigni, *θηρία ἄττα κωνωποειδῆ*. An iis verbis agi de Coryco Pamphyliæ monte Plinius putavit? Est ibi *κώρυκος, folliculus*, et, ut Hesychius ait, *θυλάκιον, φύσῃ*. Quare eadem cum Theophrasto scribens Dioscorides I. 3. *φύσας* vocat: ubi de ulmo: Τὸ δὲ ἐν ταῖς φύσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὑρισκόμενον ὑγρὸν, κ. τ. λ. Sed de peculiari forte ulmi genere, quod in Coryco monte nascatur, hæc Plinius ab incerto nobisque incognito auctore acceperit.—'Ut hoc loco Corycum montem in *κώρυκον*, folliculum, sic XII. 3. *Hispaniam* vidimus mutatum in adjectivum *σπανίαν*.' *Ed. sec.*

14. CAP. XXII. *Aut usu ejus alio, quam floris*] Ita Reg. 2. At Reg. 1. Colbert. 3. aliique, *quam foris* habent: ut sit fortasse sententia, non Ægyptiis hunc morem fuisse, sed foris, hoc est, externis gentibus, ut papyro Deos coronarent. Florem quidem certe, ut diximus, nullum papyrus habet.

15. CAP. XXIII. *Texuntur omnes madente tabula .... liquor glutinis præbet vicem. Primo*] Ita Mss. Reg. Colb. et Paris. in quibus, *madente tabula*, mox *glutinis præbet inrecum*, legitur: non ut libri vulgati, *Texuntur omnes tabulæ madentes .... liquor vim glutini præbet cum primo.* Traducit se Guillandinus, cum legit postea, *siccantur sutæ plagulæ*: et Scaliger in Guillandinum, dum mavult, *siccantur solæ plagulæ*, existimatque, destructo cratis contextu, qui fuerat operose concinnatus, exemtas schedas seorsim siccari. Guillandinus etiam paulo ante, *Transversa postea cute peragitur.* Sed piget ista similiaque commemorare, quæ, præter conspirantem codicum consensum, ipsa orationis Plinianæ, quam planissimam esse demonstravimus, textura convellit ac rejicit.

16. CAP. XXVII. *Cassius Hemina vetustissimus auctor*] Negat Guillandinus *vetustissimum* recte dici, qui Plinium annis LXX. vix antecessit. Simlerum sequitur Guillandinus: Dalecampius Guillandinum. *Verissimum* invitis exemplaribus reponunt. Errorem convellimus in Auctorum Indice, quem tu, lector, consule.

17. Ibid. *Cn. Terentium*] Sic eum Varro appellat, apud August. de Civit. Dei VII. 34. Sic etiam Festus, verbo, 'Numam.' Quamobrem qui L. Petilium pro Terentio dixerunt, ut Valerius Max. I. 1. 12. aliique, ut a Plinio dissident, sic aberrant a veritate: ac Prætoris nomen, qui libros inventos comburi jussit, pro ejus nomine, qui invenit, falso supponunt.

18. CAP. XXIX. *Arbor citri*] In libris vulgatis perperam, *arbor cedri*, reclamantibus Mss. tum hoc loco, tum in Indice hujus libri ac loci, in quo sic lemma istud legitur: 'De Atlantis arboribus, et citreis mensis.' Adde Plinium ipsum v. 1. ubi ebori ait citroque Atlantis sylvas exquiri. Veterum tamen nonnulli ex similitudine nominum citrum cedrumque confuderunt. Eudemus in Lexico Rhetorico: κίτριον, κέδρος. At exsors tanti criminis Plinius noster esto. De mensis ex ea arbore confectis, Martialis XIV. 89. cui lemma inscriptum, 'Mensa citrea:' 'Accipe felices, Atlantica munera, sylvas: Aurea qui dederit dona, minora dabit.' Et Epig. 90. citream mensam, cum Plinio, e Maurorum fieri arboribus scribit: 'De mensa acerna:' 'Non sum crispa quidem, nec sylvæ filia Mauræ.' Denique XII. 67. 'Et Maurusiaci pondera rara citri.' Petron. in Sat. p. 422. 'Ecce Afris eruta terris Citrea mensa.' Lucan. IX. 426. 'Tantum Maurusia genti Robora divitiæ, quarum non noverat usum: Sed citri contenta comis vivebat, et umbra. In nemus ignotum nostræ venere secures, Extremoque epulas mensasque petivimus orbe.'

19. Ibid. *Emta H S. $\overline{X}$.*] In Mss. sestertiorum numerus, quo venumdata Ciceronis mensa dicitur, plane desideratur. At sequentium mensarum pretium, omnium exemplarium conspirante consensu, ita exprimitur, uti fere libri vulgati habent: Asinii quidem, *HS. $\overline{XI}$.* Jubæ, *HS. $\overline{XII}$.* (non $\overline{XV}$.) Denique Cethegorum. *HS. $\overline{XIV}$.* vel ut in Reg. 2. *HS. $\overline{XIII}$.* crescente videlicet pretii æstimationisque numero: plane ut Ciceronis mensa *HS. $\overline{X}$.* taxata fuisse videatur: etsi Tertullianus de Pallio, sub finem, p. 119. hunc Plinii locum transcribens aliter statuat: æstimatamque velit Ciceronis quidem quingentis millibus nummum; Asinii, bis tantum. Sed vel corruptis haud dubie Plinii exemplaribus est impulsus in fraudem, aut rem Minerva crassiore satis habuit narrare, de pretio tam religiose signando haud admodum solicitus. Nam ad illud visus alludere Plinius, quod apud Senecam legere me memini, nempe de Benef. VII. 9. p. 136. 'Video istic mensas, et æstimatum lignum Senatoris censu,' &c. Porro Senatoris censum *HS. $\overline{XII}$.* hoc est, duodecies centenum millium nummum fuisse, norunt omnes ex Suetonio in Augusto, cap. 41. 'Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa, duodecies sestertium taxavit, supplevitque non habentibus.'

20. Ibid. *A Juba rege pendentes*] Sic restituimus admonitu codicum Reg. Colbert. Paris. aliorumque quos Ciaconius vidit, ipso prodente de Triclin. pag. 11. et 12. non, ut libri vulgo editi, *Juba rege vendente.* Nec inscitum etiam foret aut inelegans, si legeretur, *a Juba rege pendente*: 'pendere' enim ii dicebantur, quorum nomina delata ad judices, fere ob æs alienum, publice proposita ac suspensa erant. Sueton. in Domit. cap. 9. 'Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos discrimine liberavit.' Et ante in Claudii Vita, cap. 9. de ipso, antequam imperium capesseret: 'Ad eas,' inquit, 'rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum.'

Hoc est, Claudii bona et prædia, publice obnoxia edicto Præfectorum ærarii, diu venalia pependere, cum emtorem non invenirent. Sed alio significatu 'vindemia pendens' a Plinio dicitur XIV. 5. nempe pro ea quæ in ipsa adhuc vite pendet. Quo pacto Cato de Re Rust. cap. 146. 'Oleam pendentem hac lege venire oportet. Olea pendens in fundo Venafro venibit. Qui oleam emerit,' &c. Et cap. 147. 'Lex vini pendentis. Hac lege vinum pendens venire oportet. Vinaceos illutos, et fæcem relinquito,' &c. Plinius ipse XVII. 1. 'fructus pendentes,' circa quos depugnat homo cum alitibus.

21. Ibid. *A Cethegis descendens*] Ita libri omnes, etiam manu exarati, quos confidenter nimis spernit Budæus de Asse lib. III. fol. 78. cum legit, *attegiis descendens*, quæ vox Juvenali nota, Sat. XIV. Maurorum mapalia sonat. Sed profecto ludit operam: cum aliud nihil Plinius velit, quam ejuscemodi supellectilem haud pretio magis et ipsa materie, quam dominorum nobilitate civitati notam fuisse. Unde quæ cujusque mensa fuerit, quam modo laudat, diligenter expedit. Pertinet huc illud Senecæ, libro de Tranquill. animi, pag. 677. 'Placet,' inquit, 'mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones civitati nota,' &c.

22. Ibid. *Nomio liberto ejus esset. Tuber hoc est radicis, maximeque laudatum*] Sincerissima hæc omnium Mss. lectio, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. &c. quæ sic in vulgatis libris interpolata legitur, *liberto ejus esset, cujus materia erat tuber. Hoc est radicis vitium, maximeque in eo laudatum, &c.* Atqui proxime sequitur, 'arborum vitium est.' Sic paulo post cap. 30. ubi ex eorundem codicum admonitu scripsimus: *Post hæc amplitudo est: jam toti caudices juvant, pluresque in una. Mensæ vitia: lignum, &c.* Pliniani corruptores verius quam correctores ita ediderant: *Post hæc amplitudo est jam totius caudicis. Juvant plura quoque in una mensa vitia.* Quibus verbis nec elegantia adest ulla, nec probabilis subest sententia: sed Plinianæ menti adversa penitus, qui vitia mensarum, quæ deinceps enumerat, adeo non laudat, ut damnet potius improbetque.

23. Cap. XXX. *Variisque cornicum punctis apprehensus, papaverum nodo, et in totum atro propior colos*] Si vulgatos hactenus libros consulas, nihil hic sani: *variisque corticum punctis apprehensus papaverum modo.* In Mss. *nodo* legitur: *cornicum* ex animi conjectura rescripsimus: etsi in Reg. 1. et Colb. *corvum*, in Reg. 2. *corticum* legitur. Murænæ pariter et cornicis color citreis in mensis damnatur: quid sint corticum puncta, aut ad colorem quid præstent, haud satis compertum. At vice versa 'tigrium maculæ' in frutice Rubri maris, factisque ex eo baculis, commendantur XVII. 80. uti nunc in mensis 'cornicum puncta' damnantur.

24. Cap. XXXV. *Epipactis, quem alii elleborinen*] In libris hactenus editis, *Epicactis, quem alii embolinen.* Nos locum sanavimus, tum ex Dioscor. IV. 109. Ἐπιπακτὶς, inquit, οἱ δὲ ἐλλεβορίνην, θαμνίσκος μικρὸς, ἐλάχιστα φυλλάρια ἔχων· πρὸς τὰ θανάσιμα δὲ πίνεται, καὶ πρὸς τὰ ἐν ἥπατι πάθη. Tum ex ipso Plinio XXVII. 52. ubi eadem plane cum Dioscoride refert.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XIV.

Fructiferæ arbores: vites, &c.

I. EXTERNÆ arbores, indocilesque nasci alibi quam ubi cœpere, et quæ in alienas non commeant terras, hactenus fere sunt.[1] Licetque jam de communibus loqui, quarum omnium peculiaris parens videri potest Italia. Noscentes tantum meminerint, naturas earum a nobis interim dici, non culturas: quanquam et colendi maxime[2] in natura portio est.[a] Illud satis mirari non queo, interiisse[3] quarundam memoriam, atque etiam nominum, quæ auctores prodidere, notitiam. Quis enim non communicato[a] orbe terrarum, majestate Romani imperii, profecisse vitam[b] putet commercio rerum ac societate festæ pacis,[b] omniaque etiam

[a] *Etiam maxima culturæ pars pendet a natura.*
[b] *Profecisse homines in vita, ex usu rerum.*

CAP. I. 1 Dalec. *fere narratæ sunt.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *maxima* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Gronov.

NOTÆ

[a] *Communicato*] Orbe terrarum facto promiscui usus, amplitudine imperii Romani.

[b] *Festæ pacis*] Lætæ et jucundæ. Sic II. 45. 'Nunc vero pace tam festa, tam gaudente rerum proventu,' &c.

quæ occulta ante fuerant, in promiscuo usu facta? At hercules non reperiuntur, qui norint multa ab antiquis [4] prodita: tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit, ante millia [c] annorum inter principia literarum Hesiodo præcepta agricolis [5] pandere orso, subsecutisque non paucis hanc curam ejus, unde nobis crevit labor: quippe cum requirenda sint non solum postea inventa, verum etiam ea, quæ invenerant prisci, desidia [d] rerum internecione memoriæ inducta.[6] Cujus somni causas quis alias, quam publicas mundi, invenerit? Nimirum alii subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, et avaritiæ tantum artes coluntur. Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque et ingeniis, quadam sterilitate fortunæ,[e] necesse erat animi bona exercere: regesque [7] [f] innumeri honore artium colebantur, et in ostentatione has præferebant [g] opum,[8] immortalitatem sibi per illas prorogari arbitrantes. Quare abundabant et præmia, et operæ vitæ.[9] Posteris laxitas mundi [h] et rerum amplitudo damno fuit: postquam senator censu legi cœptus, judex fieri censu, magistratum ducemque nihil magis exornare, quam census: postquam cœpere orbitas in auctoritate [i] summa et potentia esse, cap-

interisse.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *multi non reperiuntur qui norint ab antiquis.* Mox, *tantum priscorum* Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *agricolæ* Gronov. et vulgg.—6 Codd. Dalec. et Chiffl. *indicta;* Margo edd. Dalec. et Gronov. *desidia aut rerum intern. memoria inducta.*—7 Cod. Dalec. *exercere reges.*—8 Vet. Dalec. *præferebant opes;* cod. Dalec. *præferebant opem et immortalitatem s. p. i. prærogari, &c.*—9 Dalec.

NOTÆ

[c] *Ante millia*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. De ætate Hesiodi dicemus in Auctorum Indice.

[d] *Desidia*] Propter hominum desidiam memoria rerum intermortua, deleta, extincta. In Mss. Reg. 1. Colb. 3. et Chiffl. *indicta.* In Colb. 2. Th. aliisque, *inducta.*

[e] *Sterilitate fortunæ*] Cum spes nulla foret extra patriæ angustias amplificandæ fortunæ.

[f] *Regesque*] Ut Hieron, Attalus, aliique, de quibus in Auctorum Indice dicemus.

[g] *Has præferebant*] Hanc opum suarum partem præcipuam ducebant.

[h] *Laxitas mundi*] Latitudo possessionum amplior.

[i] *Orbitas in auctoritate*] Quoniam

tatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo: pessum iere vitæ pretia; omnesque a maximo bono [j] liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac servitute sola perfici cœptæ.[10] [k] Hanc alius [l] alio modo, et in aliis adorare: eodem tamen, habendique ad spes, omnium [11] tendente voto. Passim vero etiam egregii aliena vitia, quam bona sua, colere malle.[12] Ergo hercules voluptas vivere cœpit, vita ipsa [m] desiit. Sed nos obliterata quoque scrutabimur: nec deterrebit quarundam rerum humilitas, sicut nec in animalibus [n] fecit. Quanquam videmus Virgilium præcellentissimum vatem, ea de causa hortorum dotes [o] fugisse: et e

opera vitæ.—10 'Ita bene cod. Paris. et Editio princeps. In codd. Regg. *profici cœptæ.* In recentioribus editionibus, *profici cœptum.*' Brotier. Cod. Dalec. etiam *profici cœptæ.*—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adorare, eodem tamen habendi, quo eat spes, omnium.* Edd. vett. '*eod. tam habendi quæstu ad spes* Ms. Lego: *eadem tam. habendi spe, ad quæstum omnium.*' Dalec. —12 Dalec. *malunt.*—13 Ita codd. Harduin. et Chiffl. *fugisse: e tantisque,*

NOTÆ

qui liberis carerent, horum benevolentia, spe hæreditatis adeundæ, omni obsequiorum genere captaretur.

[j] *A maximo bono*] A libertate scilicet. Sunt enim liberales artes, quæ ingenio coluntur, atque idcirco dignæ sunt liberis ingenuisque hominibus. Unde et ingenuæ quoque a Tullio appellatæ.

[k] *Perfici cœptæ* [*profici cœptum*] In Mss. *cœptæ.* Forte, *perfici cœptæ.*

[l] *Hanc alius*] Servitutis, inquit, genera diversa fuere, mira et servientium animorum diversitas, dum alius alium et alio modo coleret: eodem tamen omnium aspirante voto, nempe ad spem habendi, ditescendique. Vide Notas et Emend. num. 1.

[m] *Vita ipsa*] Homines ipsi. Familiaris Plinio ea locutio est. Infra cap. 5. 'Quantum postea CCXXX. annis vita profecerit:' hoc est, homines profecerint, hominum usus et experientia, in vita. Cap. 29. 'Nec segniter in eo vita elaboravit.' Libro seq. cap. 1. 'Hesiodus cultum agrorum docendam arbitratus vitam.' Plura ex Indice verborum exempla repete.

[n] *Nec in animalibus*] Ne animalculorum quidem, quæ insecta vocant, tractatione prætermissa: actum est enim de iis volumine operis hujus undecimo.

[o] *Hortorum dotes*] Nihil de hortorum cultura scripsisse. Sic enim ipse Georg. IV. 'Forsitan et pingues hortos quæ cura colendi Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti, &c. Verum hæc ipse equidem spatiis disclusus iniquis Prætereo, atque aliis post commemoranda relinquo.' Verum hanc desertarum a præcellentissimo vate partium possessionem occupavit cum laude, et insigni commendatione doctrinæ, atque elegantiæ, Ren. Rapinus, e Societate nostra, singulari opere de cura Hortorum: quod opus exceptum ubique cum admiratione, in Gallia finitimisque regnis jam tot fere, quot ipsum Maronem, typis excusum, redditum est

tantis,[13] quæ retulit, flores modo [p] rerum decerpsisse, beatum [q] felicemque gratiæ,[14] XV. omnino generibus uvarum nominatis, tribus oleæ, totidem pirorum, malo vero tantum Assyrio, ceteris omnibus neglectis.

II. Unde autem potius incipiemus, quam a vitibus? quarum principatus in tantum peculiaris Italiæ est, ut vel hoc uno omnia gentium vicisse, quam odorifera,[1 r] possit videri bona: quanquam ubicumque pubescentium [2 s] odori nulla suavitas præfertur.

(I.) Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores [t] numerabantur. Jovis simulacrum in urbe Populonio [3] ex una conspicimus, tot ævis incorruptum: item Massiliæ pateram. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur una vite Cypria,[4] ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Nec est ligno ulli æternior natura.[5] Verum ista ex sylvestribus facta crediderim.[6]

quæ Gronov. et al. ante Harduin.—14 Parm. *Græciæ;* alii ap. Dalec. *gratia.*

CAP. II. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quanquam odorifera* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Turneb. *florescentium.*—3 *Populonia* Pintian.—4 Ita codd. Regg. Brot. Par. Brot. et Editio princeps; *una e vite Cypria* Harduinus ex codd. eumque secuti sunt recentt. *ex vite Cypria* Dalec. *vite una Cypria* Gronov. et al. ante Harduinum.—5 Vet. Dalec. *materia.*—6 Gronov. et al. ante Harduin. *crediderim, quando hæ vites.*

NOTÆ

etiam Anglico carmine, et quidem expolito.

[p] *Flores modo*] Hoc est, ea tantum attigit, quæ floridiore, ut ita dicam, oratione narrari, exornarique, quæ nitorem et ornamentum recipere possent: unde in eo Georgicon opere tam crebræ digressiones a proposito, quibus occurrat satietati et fastidio.

[q] *Beatum*] Felicem, inquit, virum, qui tantam sit gratiam consecutus, tam paucis etiam ex frugiferarum arborum numero appellatis: quarum tamen tractationem integram sibi proposuisse eo opere videbatur. Barbarus hunc locum præpostere interpretatur.

[r] *Quam odorifera*] Hoc est, præter odorifera: vel, odoriferarum terrarum bonis exceptis. Vide Notas et Emend. num. 2.

[s] *Pubescentium*] Vitium nempe florescentium. Martial. III. 65. 'Vinea quod primis floret cum cana racemis,' &c.

[t] *Inter arbores*] Horat. I. Od. 18. 'Nullam, Vare, sacra vite prius se-

III. Hæ vites[a] tonsura annua coërcentur, et vis earum omnis evocatur in palmites,[b] aut deprimitur in propagines, succique[c] tantum gratia exire sinitur pluribus modis[1] ad cœli mores, solique ingenia. In Campano agro populis nubunt: maritasque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato cursu[d] scandentes, cacumina æquant, in tantum sublimes, ut vindemitor[2][e] auctoratus[f] rogum ac tumulum excipiat. Nullo fine crescunt, dividique, aut potius avelli, nequeunt. Villas et domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus loris[a] memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius[3] existimavit. Una vitis Romæ in Liviæ porticibus subdiales inambulationes umbrosis pergulis[4][g] opacat, eadem duo-

[a] *Flagellis, ceu quibusdam loris, sese spargendo dilatantibus.*



CAP. III. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *gratia ex his pluribus modis* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. *ut vindemiator* Gronov. et edd. vett.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *loris, memoria quoque dignum Valerianus Cornelius* Vet. Dalec. *loris quoque, memoria dignum i. p. V. quoque Cornelius* Gronov. et al. ante Harduin.—4 *Lunæ porti-*

NOTÆ

veris arborem.' Et Ulpianus l. XLVII. dig. tit. 7. arboris appellatione vites quoque censeri ait.

[a] *Hæ vites*] Ita Mss. omnes. Nempe sativæ, sive mites, quæ sylvestribus opponuntur: eæ namque quotannis tonsæ, aut in propaginem depressæ, suppeditare materiæ seu ligni copiam vix queant ad opera intestina, cujusmodi proxime recensita sunt.

[b] *In palmites*] Palmites sunt utilia in fructum flagella vitium.

[c] *Succique*] Vini tantum gratia exire et crescere sinitur, idque pluribus modis, quos deinde expedit. Sunt porro modi illi dispares, pro cœli more, et soli ingenio.

[d] *Geniculato cursu*] Quoniam in vitium palmitibus internodia quædam articulique sunt, geniculorum instar, γονατώδη, quibus modo huc, modo illac repunt.

[e] *Ut vindemitor*] Vindemitor operam suam locans vineæ putandæ, apud Prætorem hac exceptionis formula utebatur, ut si casu interiret, rogi sibi jus et sepulcri foret, locantis sive auctorantis impendio. 'Excipere' hoc loco est, nominatim cavere, ac nominatim pacisci de rogo ac tumulo.

[f] *Auctoratus*] Ad hanc operam periculosæ plenam aleæ quasi pretio obligatus. Vide quæ de hac voce dicturi sumus XXXVI. 24.

[g] *Umbrosis pergulis*] Pergulæ sunt tabulata e vite opere topiario structa. Hinc apud Colum. III. 2. pergulanæ vites, quæ pergulas exornant,

denis musti amphoris fœcunda. Ulmos quidem ubique exsuperant.[5] Miratumque altitudinem earum Ariciæ ferunt legatum regis Pyrrhi Cineam,[h] facete lusisse in austeriorem[i] gustum vini, 'merito matrem ejus pendere in tam alta cruce.' Rumpotinus[6] vocatur et alio nomine populus arbor[j] Italiæ Padum transgressis, cujus tabulata[k] in orbem patula replent, puroque perductæ dracone[7] [l] in palmam ejus, inde subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ sudibus[m] horrent,[8] vineamque faciunt: et aliæ[9] improbo[n] reptatu, pampinorumque, peritia domini, discursu[10] atria media complentes. Tot differentias vel sola tantum Italia recipit. Stat provinciarum aliquarum per se vitis[o] sine



cibus subdivales i. u. operculis cod. Dalec.—5 *Ulmos q.u. exuberant* cod. Dalec.—6 'Ita bene Ms. Reg. 2. ut patet ex Colum. v. 7. Rumpotinus autem apud Columellam non est populus, *le Peuplier;* sed opulus, seu acer campestre et minus, C. B. *le petit érable des bois.*' Brotier. *Rumbotinus* al. Mox, *opulus arbor* Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *perducto dracone* Turneb. *producto dracone* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Alii ap. Dalec. *hærent.*—9 Quidam ap. Dalec. *ut aliæ;* alii ap. eund. *et alias.*—10 'Ita emendavi ex Mss. Reg. 1. et 2. et Editione principe. In Parmensi editione aliisque, *pampinorumque superfluitate peritia domini amplo discursu.* Male additum, *superfluitate,* quæ vox ne Latina quidem est. Sine auctoritate quoque additum, *amplo.*' Brotier. Dalec. *superflua petulentia;*

NOTÆ

arundinibus impositæ: *Une treille.* Vites pergulas alio significatu dixit Petrus de Crescentiis IV. 4. extremo, p. 143. Habuisse se vitem Ammineam, in pergulis, quæ denas amphoras peræquaret, Columella testatur, III. 9.

[h] *Cineam*] Diximus de Cinea VII. 24.

[i] *In austeriorem*] Et hanc austeritatem nostro tempore magna ex parte ferunt Ariciæ vina, inquit Andr. Baccius de Vinis Ital. lib. VI. p. 281.

[j] *Populus arbor*] Alii *opulus arbor* malunt, quam corno similem facit Columella. Vide Notas et Emend. num. 3.

[k] *Cujus tabulata*] Hoc est, ramos truncosque projectos in morem tabulati. Hos vites amplexæ replent.

[l] *Perductæ dracone*] Ita Mss. non *producto.* Draconem vocant palmitem emeritum, multis annis duratum. Palmam, partem eam trunci seu caudicis, cujus ab utroque latere ramuli, velut digiti e palma volaque manus, subriguntur: cui trunco vitis applicata innititur, ut dicemus XVII. 35.

[m] *Sudibus*] Palis, pedamentis. Gallis, *des échalas.* Unde *échalasser une vigne,* palos figere, quibus vitis adminiculetur.

[n] *Et aliæ improbo*] Vide Notas et Emend. num. 4.

[o] *Stat....per se vitis*] Et hæc vitis

ullo pedamento, artus suos in se colligens, et brevitate crassitudinem pascens.[11] Vetant hoc aliubi venti:[12] ut in Africa et in Narbonensis[p] provinciæ partibus. Excrescere ultra suos pollices[q] prohibitæ, semperque pastinatis[r] similes,[13] herbarum modo vagantur[s] per arva, ac succum terræ passim uvis bibunt, quæ ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exsuperant. Uva non alibi gratior[14 t] callo, ut inde possit invenisse nomen duracina.[15]



Vet. Dalec. *peritia hominis.* Mox, *media complent* Dalec.—11 Dalec. *colligens, brevitatem crassitudine pensans.*—12 Cod. Dalec. *alicubi venti.*—13 Dalec. *ultra senos p. p. s. putatis similes.*—14 Ita codd. Chiffl. Regg. Brot. et Editio princeps; *aliubi gratior* edd. aliæ ante Brotier. *aliubi crassiore* Turneb. xxv.

NOTÆ

erecta, Græcis ὀρθάμπελος appellatur: in Andegavensi, Vasconicoque Galliæ agro frequens. Apud Monspelienses ita coluntur vites, ut stipites vix cubitum excedant, nec pedamentis utantur. Ramos fere quotannis omnes abscindunt, stolonibus modo parvis relictis.

[p] *Narbonensis*] Plinius II. 46. 'Item in Narbonensi provincia clarissimus ventorum est Circius, nec ullo violentia inferior,' &c.

[q] *Ultra suos pollices*] Sic XVII. 35. 'Ut semper pollices tantum relinquantur.' Ne ventorum scilicet vehementiæ injuriæque pateant. Quid sint in vite pollices, nesciisse Dalecampius videtur, qui *ultra senos pollices*, infelici conjectura legi hoc loco jubet. Nos XVII. 35. de iis dicturi sumus: ubi et de justa altitudine vitis agitur, quæ sine pedamento ordinatur, qualis ea est de qua nunc instituta oratio est.

[r] *Pastinatis*] Quoniam dum pastinatur vitis, sarmenta vinitores humi jacere patiuntur, donec vite putata ea suis iterum pedamentis alligent. At hæc sparsis sponte semper per terram palmitibus jacet, ut dicetur XVII. 35.

[s] *Vagantur*] Et hæ prostratæ vites appellantur, quæ a trunco enatæ statim serpunt, ac veluti projectæ per humum porriguntur, proferuntque fructus jucundissimos: apud Andegavenses et Rupellenses crebræ. In Asia quoque, et Africa, ut Plinius monet XVII. 35. multis in locis terra cubilia præbet uvis. Gallis, *Vignes courantes.*

[t] *Uva non alibi gratior*] Ita libri omnes, etiam Mss. non *crassior*, ut Turnebo placuit, Adv. xxv. 26. p. 899. Et gratam esse uvam ad gustum ait auctor, et callo præditam: hoc est, carne seu corpore ad morsum paulo solidiore ac duriore: nunc *Maroquin* vocant: qualem in horto Regio vidimus: unde forte nomen uvæ datum, Duracinæ. In omnibus Mss. legitur, *Durus acinus.* Meminit uvæ duracinæ Suetonius in Augusto, c. 76. ipsius verba recitans ejusmodi: 'Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi.' Prope Vesuvium ab arboribus id genus uvarum pendet, teste Sanfelic. in descrip. Campaniæ.

Namque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis innumera, etiamnum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo, nitentque viridi. Candicans enim nigerque, vulgares. Tument vero mammarum modo bumasti.[u] Prælongis dactyli[v] porriguntur acinis. Est illa[16] naturæ lascivia, ut prægrandibus adhæreant parvi, mites, et suavitate certantes: leptoragas[w] has vocant. Durant aliæ per hyemes,[17] pensili[x] concameratæ nodo. Aliæ in sua tantum continentur anima[y] ollis fictilibus, et insuper doliis inclusæ,[18] stipatæ vinaceis[a] circumsudantibus. Aliis gratiam, qui et vinis, fumus affert[b] fa-

26.—15 Chiffl. *durus acinus.*—16 *Est et illa* Gronov. Mox, cod. Tolet. *comites* pro *mites.*—17 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *hiemem* Gronov. et edd. ante Harduin. Mox, *pensiles, congeminatæ nodis* Dalec. *pensili conglomeratæ nodo* Vet. Dalec. *pensili concaminatæ modo* cod. Dalec.—18 Chiffl. *doliis fictilibus inclusæ.*—19 Idem codex, *quæ in ea gloria*

NOTÆ

[u] *Bumasti*] Βουμαστοὶ, quasi vaccæ mammas magnitudine referant. Βοῦ in compositione dictiones auget, quod sæpius dicendum erit. Bumamma Varroni de Re Rust. II. 5. et Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. hæc uva dicitur. Virgil. Georg. II. 102. 'Et tumidis, bumaste, racemis.' Hoc uvarum igitur genus rotundatur acino, ut id quod proxime sequitur, porrigitur prælongo.

[v] *Dactyli*] A digitali gracilitate, ut ait Plinius cap. 4. Gallis, *Raisins au long grain.*

[w] *Leptoragas*] A tenuitate acinorum seu granorum uvæ. Est enim *ῥὰξ uvæ granum: λεπτὸν, tenue;* unde λεπτορᾶγες.

[x] *Pensili*] Suspendi eas jubet e camera, et nodo ligari. Quæ ita suspendantur, opportunissimas esse duracinas auctor est Varro de Re Rust. I. 58. ex Catone cap. 7. Hæc uva pensilis Horatio II. Sat. 2. 121. 'Tum pensilis uva secundas Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.' Plauto in Pœnulo I. 2. 99. 'Uva passa pensilis.' Sic hodieque Provinciales uvæ in horreis maxime suspenduntur.

[y] *Aliæ in sua . . . anima*] Anima vis ea est, qua fructus quilibet et poma ipsa pollent, dum a matre pendent, aut ubi statim decerpuntur. Plinius XIII. 9. de palmulis: 'Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum sui ardoris anima: ni ita fiat, celeriter exspirat,' &c. Varro, loc. cit. 'Uvam Ammineam, et Apiciam in ollis commodissime condi Cato ait.' Has aliasque arbitror, ab ollis in quibus conderentur, Ollares appellatas a Martiali VII. 19. Idem de Venucula tradit Horatius, ut dicturi sumus cap. seq.

[a] *Stipatæ vinaceis*] Vinacea sive vinacei hic sunt grana seu retrimenta uvæ jam pressæ: *le marc des raisins déjà foulés.* Græci στέμφυλα vocant.

[b] *Fumus affert*] De hoc more Horat. II. Sat. 4. 74. 'Rectius Albanam

brilis; iisque gloriam præcipuam[19] in fornacibus Africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante eum Ræticis[c] prior mensa erat, et uvis[d] Veronensium agro.[20] Quin et a patientia[e] nomen acinis datur passis. Conduntur et musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt: aliæ vero sobolem novam in matre ipsa expectant translucidæ[21] vitro:[f] additque acinis eandem, quam in doliis[g] amphorisve, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo.[h] Jam inventa per se[22] [i]

præcipua.—20 Dalec. *agri.*—21 Dalec. *translucido.* Mox, Vet. Dalec. *tandem* pro *eandem.*—22 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Jam inventa vitis per se* Gronov. et al. vett. Mox, *resipiens Viennensi agro.*

NOTÆ

fumo duraveris uvam.' Cæl. Aurel. Chron. IV. 3. 'Item uva,' inquit, 'et magis fumi vapore siccata, quam fabrilem appellant.' Iterum 'uvas fabriles' idem dixit, III. 2.

[c] *Ræticis*] Qua de vite Maro Georg. II. 96. 'Et quo te carmine dicam, Rætica?' In Valle Telina, ut vocant, ad flumen Adduam, crescunt eæ vites.

[d] *Et uvis*] Mss. omnes, *et ullis.* Latere hic proprium agri nomen suspicamur. An *et Tulliis?* An *et visulis*, de quibus cap. seq.

[e] *Quin et a patientia*] Quia Solem passi, cujus calore siccantur: vel ignem, ut docet Colum. XII. 16. de uvis passis faciendis, pag. 423. Nonius paulo aliter cap. 1. n. 38. 'Passum,' inquit, 'est proprie rugosum, et siccum: unde et uva passa dicta est, quod sit rugis implicata. Lucilius Sat. lib. IX. 'Rugosi passique senes eadem omnia quærunt.'' Gallis, *Raisins secs, Raisins sechez au Soleil, Raisins de passe*, quales sunt Corinthiaci acini, quasi rugis impliciti. Sic passa frons et caperata dicitur, quæ rugis exasperata.

[f] *Translucidæ vitro*] Adeo tenui membrana seu cute, ut per eam, ceu per vitrum, succus inclusus vinaceique transluceant.

[g] *Quam in doliis*] Laudat Plutarchus in Sympos. Probl. v. 3. picata et resinata vasa, quod et gratum odorem vinis impertirent, et omnem aquositatem tollerent.

[h] *Pediculo*] Pediculus appellatur id quo mala, pira, cerasa, uvæ, et hujusmodi alia, sustinentur. *Les queues.*

[i] *Jam inventa per se*] Hoc est, sine ulla admixtione picis uva picem resipiens. Quod ex ea fit vinum, Delphinates hodie appellant *Vin de Violette*, teste Nic. Chorier lib. I. pag. 55. Vitis ipsa Allobrogica, et eadem picata vocatur cap. seq. Ex ea laudatur XXIII. 24. 'vinum quod sponte naturæ suæ picem resipit, picatumque appellatur.' De eo vini genere Martial. XIII. 107. 'Hæc de vitifera venisse picata Vienna Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.' Plutarchus quoque, loc. cit. ἐκ δὲ τῆς περὶ Βίενναν Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος κατακομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. Uvam incolæ vocant, *Raisin de livre, ou de Dauphiné.* Vidimus in Horto Regio.

in vino picem resipiens, Viennensem agrum nobilitans, Arverno, Sequanoque, et Helvico[j] generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilii vatis ætate incognita, a cujus obitu XC. aguntur anni.[k] Quid quod insertæ[23] castris summam rerum imperiumque continent? Centurionum[24][l] in manu vitis, et opimo[m] præmio, tardos ordines ad lentas[25] perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.[n] Necnon vineæ[o] oppugnationum

Nobilitas Arverno Vet. Dalec.—23 Chiffl. et Turneb. *inserta;* cod. Dalec. *inserta, &c. continet.*—24 Chiffl. et Turneb. *continent centurionum.*—25 Vet. Dalec. *ad levatas;* margo edd. Dalec. et Gronov. *ad elatas;* Lips. *lætas.* Mox,

NOTÆ

[j] *Helvico*] Quod et Helvenacum appellat XXIII. 24. ab Alba Helvorum, de qua diximus III. 5.

[k] *XC. aguntur anni*] *XCV.* dicere oportuit, si loqui exacte et accurate voluit: aut errasse Donatum necesse est, qui Virgilium obiisse asseverat anno U. C. DCCXXXV. decimo Kalend. Octob. C. Sentio Saturnino, Q. Lucretio Vespillone Coss. Scripsit hæc enim Plinius anno DCCCXXX. Tito Vespasiano sextum jam Consule, uti ex præfatione ad eundem liquet, et ipso rursum apertius ita prodente c. 5. libri hujus, et XXVIII. 3. Est porro Plinius alias, ut sæpe vidimus, in signandis annorum ac temporum epochis supra fidem diligens et accuratus.

[l] *Centurionum*] Vitis Centurionum insigne fuit: hac plectebant eos qui plagas merebantur, quod pigre et lente nimis Aquilas sequerentur. Spartianus in Hadriano, pag. 5. vitem simpliciter accipit pro Centurionatu: 'Nulli vitem,' inquit, 'nisi robusto et bonæ famæ daret.' Et Juvenal. Sat. XIV. 193. 'Aut vitem posce libello:' hoc est, Centurionatum posce libello supplici, quem porrigas Imperatori. Livius in Epist. lib. LVII. de Scipione Africano: 'Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, virgis cecidit.' Cassiodorus Variar. in Formula Principis Dalmat. lib. VII. Epist. 22. 'Tu vitem tenes improbis minantem.' Et in actis Martyrum, B. Marcellus Centurio Martyr: 'Ecce projicio vitem.' Centurio quidam apud Tacitum, Annalium primo, militaribus facetiis 'Cedo alteram' dictus, quod, fracta vite in tergo militis, clara voce alteram, ac rursus aliam poposcerat.

[m] *Et opimo*] Præmium fuit fortitudinis opimum vitis, quæ tradebatur iis qui Centurionatus munere et honore donabantur. Cujus honoris ac muneris sane opimi spes tardos alioqui mortis metu milites ad sua signa cogebat. Lipsius de Milit. Rom. lib. II. legit, *lætas aquilas.* At Mss. omnes, *lentas.* Forte, *elatas.*

[n] *Pœnam .... honorat*] Quoniam cives tantum Romani vite cæderentur, uti ex Livio proxime antea diximus.

[o] *Necnon vineæ*] Vinea in re militari machina fuit, tabulatis cratibusve constrata, quæ subjectis rotulis im-

dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum obtinent locum, ut per sese vino ipso[26][p] remedia sint.

IV. (II.) Genera vitium numero comprehendi posse[1] unus existimavit Democritus, cuncta sibi Græciæ[a] cognita professus. Ceteri innumera[b] atque infinita esse prodiderunt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxime insignia: quippe quæ totidem pæne sunt, quot agri.[c] Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit.

Principatus datur Amineis[2][d] propter firmitatem, senioque[e] proficientem vini ejus utique vitam.[3] Quinque earum genera: ex iis germana minor acino,[f] melius[4] deflorescit, imbres tempestatesque tolerat: non item major,[g]

Turneb. *aquilas atque, &c.*—26 Cod. Dalec. *vina ipsa.*

CAP. IV. 1 Vox *posse* deest in Vet. Dalec.—2 'Ita bene Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps. Sic et Colum. III. 2. Amineæ vites Falerno vino nobilitatæ.' *Brotier.* *Ammineis* edd. ante Brotier.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *senique prof. vini e. utique* Chiffl. *senioque p. v. ejus ubique vitam* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *ac in melius;* unde

NOTÆ

pellebatur, cujus tecto muniti obsidentes murorum fundamenta subruebant. Dicitur autem vinea a similitudine illius vineæ, quæ jugata dicitur, et in tectum attollitur.

[p] *Vino ipso*] Ita libri editi, et Reg. 2. Vel vino quoque ipso, inquit, vites, prosunt: cum sit alias tardum dictu, pluribusne id prosit an noceat, ut dicetur XXIII. 19.

[a] *Cuncta sibi Græciæ*] Non tamen gentium simul exterarum, quas Plinius nihilominus hic quoque complectitur. Cave eos audias, qui contra librorum omnium fidem, *cuncta sibi egregie*, hoc loco reponunt.

[b] *Ceteri innumera*] Signat inprimis Maronem, cujus hi noti versus, Georg. II. 103. de vitium generibus: 'Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint, Est numerus, neque enim numero comprendere refert: Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem Discere quam multæ Zephyro turbentur arenæ,' &c.

[c] *Quot agri*] Accepit hoc a Theophr. Hist. II. 7. et a Colum. III. 2. p. 88.

[d] *Amineis*] Virgilius Georg. II. 97. 'Sunt etiam Amineæ vites, firmissima vina.' A regione nomen habent, in qua natæ primum, ut dicemus in Notis et Emend. num. 5. De his multa Columella III. 2. p. 84.

[e] *Senioque*] Vetustate vim meliorem acquirunt.

[f] *Minor acino*] Vide Notas et Emend. num. 6.

[g] *Non item major*] Columella loc. cit. de Amineis: 'Duas germanas cognovimus: quarum minor . . . longe præcedit majorem, quia imbres et

sed in arbore,[h] quam in jugo, minus obnoxia.[i] Gemellarum,[j] quibus hoc nomen uvæ semper geminæ dedere, asperrimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor austro læditur, ceteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte, Surrentinisque collibus. In reliquis Italiæ partibus non nisi arbori accommodata.[a] Quintum[k] genus lanatæ, ne Seras[5] miremur,[l] aut Indos, adeo lanugo eam vestit: prima ex Amineis maturescit, ocyssimeque putrescit.

Proxima[m] dignitas Nomentanis rubente materia:[b] qua-

[a] *Nonnisi ut scandat arborem vitis ea idonea est.*
[b] *Ligno vel sarmento rubente.*



Dalecampius legit, *ucino, melius deflorescit.*—5 'Ita bene codd. Regg.' *Brotier.*

NOTÆ

ventos fortius patitur: nam major celeriter in flore corrumpitur, et magis in jugis, quam in arboribus.'

[h] *Sed in arbore*] Cum arbores scandit. Quam in jugo positam Latini, Galli vocant, *en treille.* Jugata vinea dicta est a similitudine militaris jugi, quod ita fiebat, ut, duabus defixis in terram hastis, tertia superligaretur.

[i] *Minus obnoxia*] Imbribus, tempestatibusque.

[j] *Gemellarum*] Et hæc quoque, ut germanæ, bifariam dividuntur: altera enim major, minor altera. Columella, p. 85. 'Verum et aliæ duæ geminæ, quæ ab eo quod duplices uvas exigunt, Gemellæ vocantur, austerioris vini, sed æque perennis. Earum minor vulgo notissima: quippe Campaniæ celeberrimos Vesuvii colles, Surrentinosque vestit. Hilaris inter æstivos Favonii flatus: Austris affligitur. Ceteris itaque partibus Italiæ non tam vineis quam arbusto est idonea,' &c. Meminit harum etiam Isidorus Orig. XVII. 5.

[k] *Quintum*] Columella loc. cit. 'Lanatam quoque Amineam quidam maxime probant, quæ hoc vocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Amineis, verum quod præcipue canescit lanugine. Sane boni vini, sed levioris, quam superiores. Crebram quoque materiam fundit, atque ideo propter pampini densitatem sæpe parum recte deflorescit, eademque maturo fructu celeriter putrescit.' Apud Isidor. loc. cit. *Lagana* pro *lanata* perperam scribitur.

[l] *Ne Seras miremur*] Quorum lanigeras arbores mirati sumus VI. 20. Indorum XII. 21.

[m] *Proxima*] Et hæc accepta a Columella, loc. cit. 'Nomentanæ vini nobilitate subsequuntur Amineas, fœcunditate vero etiam præveniunt.... Sed earum quoque feracior et minor, cujus et folium parcius scinditur, et materia non ita rubet, ut Amineis: a quo colore rubellianæ nuncupantur: eædemque fæciniæ, quod plus quam ceteræ, fæcis afferunt.' Nomentana uva laudatur a Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. A Nomento Italiæ oppido nomen habet, de quo III. 9. Nomentanæ similis Veientana teste

propter quidam rubellas[6] appellavere vineas. Hæ minus fertiles, vinaceis et fæce nimia,[c] [7] contra pruinas[n] fortissimæ, siccitate magis quam imbre, æstu, quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis[o] humidisque principatum obtinent. Fertilior quæ minor acino, et folio scissa minus.

Apianis[p] apes dedere cognomen, præcipue earum avidæ. Ex eis duo genera,[q] lanugine et ipsa pubescunt.[8] Distant, quod altera celerius maturescit, quanquam et altera pro perante. Situs frigidos[r] non respuunt: et tamen nulla[s] celerius imbre[9] putrescunt. Vina primo dulcia austeritatem annis accipiunt. Etruria nulla magis[t] vite gaudet.[10] Et hactenus potissima nobilitas peculiaribus[11] atque vernaculis Italiæ.

Ceteræ advenere Chio, Thasove. Græcula[u] non inferior Amineis bonitate,[12] prætenera acino: et uva tam parva, ut

[c] *Propter vinacea, et fæcem nimiam.*

---

ne Seres edd. ante Brotier.—6 Columella, *rubellinas.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Eæ minus fertiles vino, acinis et fæce nimiæ* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Cod. Dalec. *ipsæ pubescunt.*—9 Cod. Dalec. *nulla celerius maturescit imbre.*—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *accipiunt: et ex his rubra fuit* Dalec. *accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet* Chiffl. et Merc. *accipiunt, et rubra fiunt. Nulla magis vite gaudet* Gronov. et edd. ante Harduin.—11 Gronov. *nobilitas datur peculiaribus.*—12 Chiffl. *bonitatem.* Mox, cod. Dalec. *coalere non possit;* Vet.

NOTÆ

Martiali I. 104. 'Et Veientani bibitur fæx crassa rubelli.' Nisi *Nomentani* ibi pro *Veientani* legi oportet.

[n] *Contra pruinas*] Columella loc. cit.

[o] *In frigidis*] In solo frigido humidoque.

[p] *Apianis*] Colum. III. 2. p. 86. de vitibus Apianis: 'Pluviis, ventisque, et apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.' Et hæc habet etiam Isidor. XVII. 5. Apiana uva in Gallia, *Raisin Muscat:* Italis, *Muscatella,* a muscarum telis quibus impetitur: non a moscho, ut quibusdam visum.

[q] *Ex eis duo genera*] Columella loc. cit. 'Duæ,' inquit, 'lanatæ qualitate sunt dispariles, cum tardius altera recipiat cariem vetustatis.'

[r] *Situs frigidos*] Colum. loc. cit.

[s] *Et tamen nulla*] Isidorus loc. cit.

[t] *Etruria nulla magis*] Vide Notas et Emend. num. 7.

[u] *Græcula*] Non unius generis id nomen, aut loci, est: nam Columella loc. cit. p. 87. Græcularum vitium generis ait esse Mareoticas, Thasias, Psythias, &c.

nisi pinguissimo solo colere non prosit. Eugeniam [v] Taurominitani colles cum generositatis cognomine misere Albano tantum agro: quoniam translata statim mutatur. Namque est aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in his [13] gloriam suam relinquant, nec usquam transeant totæ. Quod et in Ræetica Allobrogicaque, quam supra picatam [w] appellavimus, evenit, domi nobilibus, nec agnoscendis alibi. Fœcundæ tamen bonitatis vice copiam præstant: eugenia ferventibus locis, Rætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu maturescens, et colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, sed etiam e nigris vina vetustate in album colorem transeunt. Reliquæ [14] ignobiles. Aliquando tamen cœli aut soli [15] opera non fallunt vetustatem, sicuti Fecenia,[x] et cum ea florens Biturica,[16] [y] acino rarior,[z] nunquam floris obnoxii,[a] quoniam antecedunt, ventisque et

Dalec. *coalescere non possit.*—13 Chiffl. *in iis.*—14 Chiffl. *colore transeunt. Reliqua.*—15 Cod. Dalec. *solis.*—16 *Bituriuca* Chiffl. Mox, Dalec. *tempestatibus ob-*

NOTÆ

[v] *Eugeniam*] Græcis εὐγένεια et εὐγενία nobilitatem ac generositatem sonat. Colum. loc. cit. p. 86. 'Frigidum ac roscidum solum et cœlum commodissime sustinent eugeniæ, dum sunt in Albano colle: nam mutato loco vix nomini suo respondent.'

[w] *Quam supra picatam*] Cap. sup. In Allobrogicis quoque vini jucunditatem cum regione mutari, prodidit Columella loc. cit.

[x] *Sicuti Fecenia*] Ita libri omnes, etiam Mss. De fæcinia seu rubelliana, egimus paulo superius hoc ipso cap. Num ea nunc quoque intelligatur, considerandum.

[y] *Biturica*] Colum. III. 21. 'Uvæ Bituricæ fructibus opimæ.' Et ejusdem libri c. 2. p. 86. 'Possunt tamen etiam secundæ notæ vites proventu et ubertate commendari, qualis est Biturica, . . . Nam et vetustatem vinum earum patitur, et ad bonitatem aliquam per annos venit. Jam vero ipsæ fœcunditate præstant . . . . tum etiam patientia: quippe turbines, imbresque fortissime sustinent, et commode fluunt, nec deficiunt macro solo. Frigora melius quam humores sustinent, humores commodius quam siccitates, nec caloribus tamen contristantur.' Isidorus quoque XVII. 5. 'Biturica a regione nomen sortita,' &c. In Mss. Reg. 1. Th. Colbert. et Chiffl. *Bituriaca.* In Reg. 2. *Biturigiaca.* Biturigum porro Viviscorum agrum, qui nunc Burdegalensis et Vasconicus appellatur, signari hoc loco credimus: etsi sua quoque laus est Bituricensium vino, qui Cubi dicti sunt. De utrisque egimus IV. 33.

[z] *Acino rarior*] Acini sunt uvæ grana, non nuclei seu vinacei, quæ granis singulis includuntur.

[a] *Floris obnoxii*] Nempe tempestatibus, ut ex Columella diximus. Ob-

imbribus resistunt: meliores tamen algentibus locis, quam calidis; humidis, quam sitientibus. Visula[b] magis quam denso[17] uvarum partu, impatiens variantis cœli, sed contra tenorem unum algoris æstusve constans. Quæ minor[c] est ex eo genere, melior. In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non provenit. Mediam temperiem delicate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Uva ejus indecora visu, sapore jucunda: nisi matura protinus rapitur,[18] etiam non putrescens cadit. Contra grandines[d] eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia.

Insignes jam colore inter purpureas nigrasque medio helvolæ,[e] sæpius varianti,[19] et ob id varianæ a quibusdam appellatæ. Præfertur in his nigrior: utraque alternis an-

nox. quoniam folia antecedunt.—17 Ita Harduin. et recentt. *Vix ulla magis tam denso* Gronov. et al. ante Harduin. 'Hic aliquid a librariis omissum; et supplendum mihi videtur: *Visula multo, magis quam denso, uvarum partu impatiens variantis cœli.* Burgundicum vinum maxime constat ex hac vite, *le Pinot.*' Brotier. 'Ms. *quam denso.* Aut, *tam de eo* lego; aut, *condenso.*' Dalec.—18 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *rapiatur* Gronov. et al. ante Harduin.—19 Dalec. *variant.* Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *et ob id variæ,*

NOTÆ

noxium præcise Latini dixere olim, quod nos imbecillum, tenerum, ac patens injuriæ. Seneca Natur. Quæst. III. 26. p. 874. 'Quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? quantis laboribus tener educatur? quam diligenti nutrimento obnoxium novissime corpus adolescit?' Et Ep. 65. p. 298. 'Quicquid in me potest injuriam pati, hoc est: in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat:' Florus IV. 4. p. 175. ubi de Octavio Cæsare, quem 'intra decem et octo annos tenerum, et obnoxium, et opportunum injuriæ juvenem' fuisse ait.

[b] *Visula*] Vide Notas et Emend. num. 8.

[c] *Quæ minor*] Hæc vero Argitis proprio nomine a Columella appellatur, III. 2. p. 87. 'Visulæ deinde,' inquit, 'et minor argitis terræ mediocritate lætatur,' &c. Meminit ejus Maro Georg. II. 99. 'Argitisque minor, cui non certaverit ulla Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.'

[d] *Contra grandines*] Columella loc. cit.

[e] *Helvolæ*] Colum. loc. cit. 'Sunt et helvolæ, quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigræ, ab helvo, nisi fallor, colore vocitatæ. Melior est nigrior abundantia vini, sed hæc sapore pretiosior,' &c. Ex iis uvis vinum conficitur dubii coloris, quod Gallis dicitur, *Vin paillet.* Græci κιῤῥὸν vocant. Helvus color Varroni de Re Rust. II. 5. inter rubeum et album.

nis fertilis, sed melior vino, cum parcior. Et pretiæ[20] [f] duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus materies plurima, uvaque ollis utilissima,[g] folium apio [h] simile. Basilicam[21] [i] Dyrrachini celebrant, Hispaniæ cocolobin[22] vocant. Rarior uva, æstus austrosque tolerat: capiti inimica, copia larga. Hispaniæ duo genera ejus faciunt: unum oblongo acino, alterum rotundo: novissimas vindemiant. Quo dulcior cocolobis,[23] hoc melior. Sed et austera transit in dulcem vetustate:[24] et quæ dulcis fuit, in austeritatem: tunc Albanum vinum[25] æmulantur. Tradunt vesicæ vitiis utilissimum ex his potum. Albuelis[j] summis arboribus fertilior est, visula imis. Quamobrem circa easdem satæ diversitate naturæ locupletant. Inerticulam[k] e nigris appellavere, justius sobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam: siquidem temulentiam sola non facit.



e Colum.—20 *Et pretiæ* Dalec. *Et preciæ* al.—21 *Balischam* Chiffl.—22 'Colum. *cocoluben*; vulgo, *Subi.*' Dalec.—23 Chiffl. *est cocabolis.*—24 Dalec. *vetustatem.*—25 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *tunc Albano*

NOTÆ

[f] *Et pretiæ*] Vel *Preciæ*, nam utroque nimirum modo diversis in codicibus legitur. Columella loc. cit. 'Sicut Pretiæ (nempe vites) major et minor, quæ generositate vini commendantur, et frequentibus materiis frondent,' &c. Meminit vitis hujusce Maro Georg. II. 95. 'Purpureæ, pretiæque.' Has a maturitate quasi præcoquas appellari Servius, ut solet, divinat.

[g] *Ollis utilissima*] Apta maxime in ollis servari, ut Venucula, de qua mox dicemus. Celso II. 24. 'Uvæ ex olla.'

[h] *Folium apio*] Dissectis nempe alte foliis, quales Vesontione vidit Bauhinus T. II. Herb. Univers. lib. XV. p. 33. cujus uvæ similes iis quas Burgundi vocant *Raisins fendans*.

[i] *Basilicam*] Colum. p. 86. 'Basilicam.... Cocolubem vocant Hispani,' &c. Hodie in Granatensi regno copiosissima, teste Christ. a Vega de Arte Med.

[j] *Albuelis*] Colum. p. 87. 'Albuelis utilior, ut ait Celus, in colle, quam in campo: in arbore, quam in jugo: in summa arbore, quam in ima,' &c. De visula proxime dictum est.

[k] *Inerticulam*] Columella loc. cit. 'Inerticula tamen nigra, quam quidam Græci ἀμέθυστον appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni vini est, et innoxia: unde etiam nomen traxit, quod iners habetur in tentandis nervis, quamvis in gustu non sit hebes.' Et hæc habet etiam Isidor. XVII. 5.

Fertilitas commendat ceteras, principemque helvenaicam.[26] [l] Duo ejus genera: major, quam quidam longam: minor, quam emarcum[27] [m] appellant, non tam fœcundam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato:[28] verum utraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioqui ubertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, roscida odere.[29] [n] Nulla vitium minus Italiam amat, rara,[30] parva, putrescens in ea: vino quoque, quod genuit, æstatem non exsuperans: nec alia macro solo familiarior. Græcinus,[o] qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit,[31] arbitratur non naturam ejus repugnare Italiæ, sed culturam, avide palmites [p] evocantium. Ob id fertilitatem suam[32] absumi, si non præpinguis soli ubertas lassescentem[33] sustineat. Carbunculari[q] negatur: magna dote, si verum est, aliqua in vite cœlo non esse jus.

Æstum fert spionia,[r] quam quidam spineam vocant,

vino Chiffl. *tuncque Albano vino* Gronov. et vett. edd.—26 Ita Reg. Brot. 1. et Editio princeps. Al. ante Brotier. *principemque helvenacam;* Dalec. *præcipueque helvenacam.*—27 Sic et Columella; *arcum* cod. Dalec. *arcam* Gronov. et al. ante Harduin.—28 'Forte legendum, *folii circinatu.* In codd. Regg. 1. 2. *folio circinatu.*' Brotier.—29 'Male Ms. Reg. 1. editio princeps, aliæque, *roscido odore.* In Ms. Reg. 2. *roscida odore.* Emendandum, *roscida odere,* recte vidit Dalecampius. Nam juxta Columellam III. 2. 'laudabilis est, quod siccitates maxime perfert, quod frigora sustinet, dum tamen sine imbribus sit.'' *Brotier. roscido odore* Harduin. et recentt.—30 Dalec. *amat: uva rara.* Mox, cod. Dalec. *æstatem non exit errans.*—31 Ita ex codd. Harduin. et Brotier. In aliis edd. *transcripsit.*—32 Dalec. *fertilitate sua.*—

NOTÆ

[l] *Helvenaicam*] Quæ et Helvica dicta est sup. cap. Nunc in Picenis, præsertim prope Maceratam, colitur.

[m] *Quam emarcum*] 'Quam Galliarum incolæ,' inquit Columella p. 88. 'Emarcum vocant, mediocris vini,' &c. In cod. Th. *marcum.*

[n] *Roscida odere* [*roscido odore*] Quid si *roscida odere* legas, ut ante nos visum Dalecampio est?

[o] *Græcinus*] Agemus de eo in Auctorum Indice.

[p] *Avide palmites*] Carpit vinitorum præproperam festinationem, qui vites, ut palmites uvasque quam celerrime ferant, urgent avidius, spe lucri propioris. Plinius supra c. 3. statim initio, de vitibus: 'Vis earum omnis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines,' &c.

[q] *Carbunculari*] De carbunculatione dicemus XVII. 37.

[r] *Spionia*] Spioniam Columella laudat, p. 88. dapsilem musto, et amplitudine magis uvarum, quam numero, fertilem

autumnisque et imbribus pinguescit.[34] Quinimmo nebulis una alitur, ob id Ravennati agro[s] peculiaris. Veniculam[35 t] inter optime deflorescentes, et ollis aptissimam, Campani malunt scirculam[36] vocare, alii staculam: Tarracina numisianam,[u] nullas vires proprias habentem, sed totam perinde ac solum valeat.[d] Surrentinis[v] tamen[37] efficacissima testis, Vesuvio tenus. Ibi enim Murgentina[w] e Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: sicut horconia in Campania, tantum vilitatis cibariæ,[x] sed ubertate[y] præcipua. Tolerat et annos merica,[38 z] contra omne sidus firmissima, nigro acino, vinis in vetustate rubescentibus.

[d] *Ingenium ac vires mutat, pro varia soli, in quo seritur, indole.*

33 Gronov. *lacescentem.*—34 Margo edd. Dalec. et Gronov. *autumnique imbribus pinguescit.*—35 'Sic scripti et editi libri. Horatio II. Sat. 4. et Columellæ III. 2. *venuculam.*' Brotier.—36 Ita cod. Reg. Brot. 1. *scirpulam* Colum. *sicculam* cod. Dalec. *scicculam* Chiffl. *sirculam* edd. ante Brotier. 'Mox, *alii sticulam* Colum. qui aliam ab hac Numesianam statuit.' *Dalec.*—37 *Surrentinis tantum* margo edd. Dalec. et Gronov.—38 Ita cod. Chiffl. et Colum. 'In

NOTÆ

[s] *Ravennati agro*] Palustri videlicet, et uliginoso. Hinc est quod Martialis III. 56. Ravennatia vina detrectans, simulque penuriam aquæ salubris objiciens, facete ludit: 'Sit cisterna mihi, quam vinea, malo Ravennæ, Cum possim multo vendere pluris aquam.' Hodie tamen exsiccatis paludibus, vineisque studio excultis, vina condunt haud pœnitenda, teste Andr. Baccio, lib. v. p. 264.

[t] *Veniculam*] Ceteri venuculam vocant: Horat. II. Sat. 4. 'Venucula convenit ollis.' Macrobius Saturn. II. 16. p. 397. Colum. p. 84. 'Ut venucula, eademque scirpula, atque sticula,' &c. Ea in ollis condebatur: unde ollaris dicta Martiali VII. 19. 'Illic et uvæ collocantur ollares.' Hodie Venetis *Marzemina.* Sic far venuculum, apud Colum. II. 6.

[u] *Tarracina numisianam*] Hanc a Venucula diversam Columella facit, p. 84. et 88. Numesiana dicitur Isidoro XVII. 5.

[v] *Surrentinis*] E testis Surrentinis, in quibus conditur, accipere vim aliquam id vini genus videtur. De calicibus Surrentinis dicemus XXXV. 46.

[w] *Murgentina*] Translata e Siciliæ oppido Murgento, prope Symæthum, de quo III. 14. Columella p. 88. 'Ut Murgentina, eademque Pompeiana.'

[x] *Cibariæ*] Alii escariam vocant, quæ mensis tantum et cibo, non item vino sit utilis.

[y] *Sed ubertate*] Igitur Plinii horconia fuerit fortassis ea, quæ Columellæ arelaca major vocatur, 'quam omnium quæ cognitæ sint copiosissimam' ait esse.

[z] *Merica*[*mærica*] Columell. loc. cit. *Merica.* In Reg. Colb. et Th. *Metica.*

(III.) Et hactenus publica sunt genera: cetera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mixta.[a] Siquidem Tuscis[b] peculiaris est Tudernis,[c] atque etiam ejus[39] nominis[d] Florentia. Est opima Aretio talpana, et etesiaca, et conseminia.[40] Talpana[e] nigra[41] candidum facit mustum. Etesiaca fallax, quæ, quo plus tulit, eo laudabilius fundit: mirumque,[f] fœcunditate cessat.[42] Conseminia nigra, vino minime durante, uva maxime: post XV. dies, quam ulla alia, metitur: fertilis, sed cibaria. Hujus folia, sicut labruscæ, prius quam decidant, sanguineo colore mutantur. Evenit hoc et[43] quibusdam aliis, pessimi generis argumento.[e] Irtiola[44][g] Umbriæ, Mevanatique et Piceno

[e] *Quod indicium est e pessimo genere ac semine eas vites esse.*

cod. Reg. 1. *metica.* Male emendatum in recentioribus editionibus, *mœrica.*' Brotier. *mœrica* Gronov. Harduin. Bipont. Miller. et Franz. Mox, cod. Dalec. *contra omnes situs.* Paulo post, Chiffl. *in vetustate et rubescentibus.*—39 '*Ejus* abest a codd. Regg. et Editione principe; et posset abesse.' *Brotier.* Cod. Dalec. exhibet, *æque etiam, nec minus Florentia.*—40 Cod. Dalec. *Est optima A. t. et e. et consenta;* Chiffl. *Est opima A. t. et tesiaca, &c.* —41 *Talpona nigra* Chiffl.—42 Dalec. *miraque fœcunditate non cessat;* codex ejusdem, *miraque f. cessat.*—43 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Evenit hoc etiam* Gronov. et al.—44 *Irciola* Chiffl.—

NOTÆ

[a] *Insitu mixta*] Insitione, cum ramum, ut ait Ovidius, ramus adoptat: surculo ex vite una resecto, et in alteram implantato.

[b] *Siquidem Tuscis*] Tuscæ vites, si Martiali credimus, non admodum vino insignes, I. 27. 'Uva nec in Tuscis nascitur ista jugis.'

[c] *Tudernis*] A Tuderte, ut reor, oppido, quod olim Tuscorum fuit, ut dictum est III. 19.

[d] *Atque etiam ejus nominis*] Ac pariter Tusci soli ac nominis uva Florentia. In Mss. *atque etiam nominis Florentia.* Forte, *atque etiam nominis sui Florentia,* ut sententia sit, uvam hanc suo nomini respondere, quod nunquam sit floris obnoxii.

[e] *Talpana*] Mss. omnes, *Talpona,* a talpæ forte colore nomen sortita: ut etesiaca ab etesiis ventis, quibus flantibus variare ea uva creditur. Conseminia vinea Columellæ III. 21. ea est, quæ ex variis vitium seminibus generibusque constat.

[f] *Mirumque*] Cum plurimum vitis ea tulit, tum lassescit ac deficit, atque ubertatem sterilitate mutat.

[g] *Irtiola*] Vel *Irciola,* ut in Mss. Irtiolæ vitis meminit Columella de Re Rust. III. 2. p. 88. Andr. Baccius l. v. p. 258. legit *Itriola,* quoniam ἰτριὸν apud Athenæum ex Aristoph. dulciarii genus est. Nunc utrumque nomen Italicis auribus ignotum. Pro Italiæ passulis accipi eam vocem posse idem putat, p. 269. Mevaniæque agrum his uvis hodie abundare.

agro peculiaris est, Amiternino pumula.[45] [h] Iisdem bannanica[46] fallax est:[i] amant tamen eam. Municipii[47] [j] uvam Pompeii nomine appellant, quamvis Clusinis copiosiorem. Municipii[48] et Tiburtes appellavere, quamvis oleagineam[49] nuper invenerint a similitudine olivæ. Novissima hæc uvarum ad hoc tempus reperta est. Vinaciolam[k] soli noverunt Sabini,[50] et Laurenti.[l] Nam Gauranas[m] scio a Falerno agro translatas vocari Falernas, celerrime ubique degenerantes. Necnon Tarentinum[n] genus aliqui fecere, prædulci uva. Capnias,[o] et bucconiatis, et tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit.[p] Pharia[51] [q] gaudent Pisæ: Mutina[r] Prusinia, nigro acino, intra quadriennium albescente vino. Mirum, ubique[s] cum Sole[52] circumagi uvam, quæ ob id streptos[t]



45 Cod. Dalec. *popula*.—46 Idem codex, *brannanica*.—47 *Munitis* Chiffl.—48 *Matianam* Vet. Dalec.—49 Ita cod. Chiffl. et Colum. cum edd. Harduin. et recentt. *oleaginam* edd. vett. et Gronov.—50 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *novere Sabini* Gronov. et al.—51 *Paria* codd. Dalec. et Chiffl.—52 Ita Editio princeps aliæque ante Harduin. qui ex suis et Dalecampii codd. edidit, *ubi cum sole*. Dalecampius vero legit, *ibi cum*

NOTÆ

[h] *Pumula*] Sic cod. Th. At Colb. 2. *Pomula*.

[i] *Fallax est*] Haud certi constantisque proventus. Bannanica unde nomen acceperit, incompertum.

[j] *Municipii*] Pompeianam et Tiburtinam uvam, de municipiorum nomine, traxisse appellationem ait. De his municipiis egimus III. 9.

[k] *Vinaciolam*] 'Vinaciola vitis,' inquit Baccius l. VI. p. 281. 'in altis arboribus sublevata tenue et aqueæ ferme substantiæ vinum edebat.'

[l] *Laurenti*] De Laurento oppido, in Ostiensi agro, III. 9.

[m] *Gauranas*] A Gauro monte, de quo III. 9. quo translatæ Falernæ vites, sed ibi degeneres.

[n] *Tarentinum*] De eo genere dicemus c. 8.

[o] *Capnias*] A quodam quasi colore *fumi*, qui *καπνὸς* est Græcis, sortita hæc uva nomen videtur. Hinc *οἶνος καπνίας* Beneventi in Italia præcellens, teste Athenæo l. I. p. 31. non a fumo, quo vinum suffitum fuerit, ut Barbaro visum, sed ab uvæ colore.

[p] *Quam gelaverit*] Martiali teste, I. 44. in mensarum deliciis fuere, 'Quæ de tardis servantur vitibus uvæ.'

[q] *Pharia*] Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. *Paria*.

[r] *Mutina*] Ut Pharia Pisani agri, ita Mutinensis Prusinia peculiaris fuit.

[s] *Mirum ubique* [*ubi*] Ita Mss. proxime laudati. Forte, *ibi;* vel *ubi* pro *alicubi*. Libri vulgati, *ubique*.

[t] *Streptos*] *Στρεπτὸς*, *versatilis*, seu *versabilis*, quæ circumagatur.

vocatur. Et in Italia Gallicam placere, trans Alpes vero Picenam. Dixit Virgilius[u] Thasias, et Mareotidas, et lageas; compluresque externas, quæ non reperiuntur in Italia.

Sed sunt etiamnum insignes uva,[53] non vino, ambrosiaca, duracina,[v] sine ullis vasis[w] in vite servabilis: tanta est contra frigora, æstus, tempestatesque firmitas. Nec orthampelos[x] indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens: non item dactylites digitali gracilitate. Columbinæ e racemosissimis:[54 y] et magis purpureæ cognomine bimammiæ,[z] quando non racemos, sed uvas alias gerunt.[55] Item tripedanea,[a] cui nomen a mensura est. Item scirpula[56 b] passo acino.[c] Et Rætica in maritimis[d] Alpibus appellata, dissimilis laudatæ illi.[e] Namque hæc brevis, con-

sole.—53 Cod. Dalec. *in Italia, sed sunt etiamnum. Insignis uva, &c.*—54 *Columbinæ acinosissimæ* Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. suis lectionem nostram restituit.—55 Turneb. *gignunt.*—56 In codd. Regg. Brot. Regg. Hard. Colb. Thuan. et Editione principe *scripula.* In Chiffl. *scribula.*—

NOTÆ

[u] *Dixit Virgilius*] Georg. II. 91. 'Sunt Thasiæ vites, sunt et Mareotides albæ; Pinguibus hæ terris habiles, levioribus illæ; Et passo Psythia utilior, tenuisque Lageos, Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.' 'Thasiæ' vites ab insula Thaso nomen habent, de qua IV. 23. 'Mareotides,' ab Ægyptia palude cognomine, ut recte Strabo l. XVII. p. 796. et Scholiastes vetus Horatii, ad illud vatis ejus carmen, I. 37. 'Mentemque lymphatam Mareotico,' &c. 'Lageas' denique Macrobius quoque commendat Saturn. II. 16. p. 379. 'Quod ad maturitatem currant velociter, ut lepus,' dictas putat Isidorus Orig. XVII. 5. A colore leporino alii appellationem repetunt.

[v] *Duracina*] De ea diximus sup. cap.

[w] *Sine ullis vasis*] Quibus condendis non est vasis opus, cum in ipsa vite commode asserventur. Quibus in vasis doliisve servari uvas mos olim fuerit, dicetur libro seq. cap. 18.

[x] *Nec orthampelos*] Hoc est, vitis erecta, sive surrecta, de qua sup. cap. ubi et de dactylite, quæ Græcis δακτυλίτης. Dactylos vocat Columella III. 2. p. 83.

[y] *E racemosissimis*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. Th. &c.

[z] *Bimammiæ*] Quoniam geminas semper uvas ferunt, quæ crassitudine mammas æmulentur. Eædem bumasti superius appellatæ. Notæ Maroni purpureæ, Georg. II. 65.

[a] *Tripedanea*] Columell. p. 84.

[b] *Item scirpula*] Reg. Colb. Th. Chiffl. *scripula.*

[c] *Passo acino*] Rugoso, sicco.

[d] *In maritimis*] A Genua ad Vesulum montem, qui Padum fundit.

[e] *Laudatæ illi*] Superiore cap.

ferta acino, degener vino, sed cute omnium tenuissima, nucleo quem Chium[f] vocant,[57] uno ac minimo, acinum prægrandem[g] unum alterumve habens. Est et nigra Aminea, cui Syriacæ nomen imponunt. Item Hispana ignobilium probatissima.

In pergulis[h] vero seruntur escariæ[i] appellatæ, e duracinis,[58 j] albæ nigræque: et bumasti totidem coloribus: ac nondum[59] dictæ Ægia,[k] et Rhodia,[l] et uncialis,[m] velut a pondere acini. Item picina[60 n] omnium nigerrima: et coronario naturæ lusu stephanitis,[o] acinos foliis intercursantibus: et quæ forenses[p] vocantur, celeres proventu, vendibiles aspectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam

57 Turneb. *quod gigartum vocant;* Chiffl. *quod Chii vocant.*—58 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ederæ acinis* Gronov. et al. vett.—59 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *at nondum* Gronov. et al. ante Harduin.—60 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *pucina* Gronov. et al. '*picina*, a picis colore.'

NOTÆ

[f] *Quem Chium*] Mss. proxime laudati, *quod Chii vocant.*

[g] *Acinum prægrandem*] Mss. iidem, *acinum prægrande.* Acinus nostris, *un grain de raisin:* nucleus *un pepin.*

[h] *In pergulis*] De pergulis diximus c. 3.

[i] *Escariæ*] Esui accommodæ, secundisque mensis.

[j] *E duracinis*] Ex jam appellatis vitibus duracinas ait et bumastos in pergulis seri: ex nondum dictis Ægiam, Rhodiam, &c. Vide Notas et Emend. num. 9.

[k] *Ægia*] Ab Ægio Achaiæ oppido, haud procul Corintho, de quo IV. 6.

[l] *Rhodia*] Virgil. Georg. II. 101. 'Non ego te mensis et Diis accepta secundis Transierim, Rhodia.' Meminit et Macrobius Saturn. II. 16. p. 279. Eadem Hipponia appellata apud Athen. lib. XIV. p. 654.

[m] *Uncialis*] Unciaria Columellæ III. 2. p. 84. et Isidoro XVII. 5.

[n] *Item picina*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. &c. a colore picis. Prius *pucina* legebatur. At aliud Pucinum vinum est, de quo c. 8.

[o] *Stephanitis*] Hoc est, coronaria. Et in coronam quoque vites ponuntur, ut in Gallia Narbonensi. Quinetiam, inquit Carol. Steph. in Vineto, p. 298. non longe ab Aurelianensi agro, vites jugatæ, sive simplici jugo canteriatæ, ita collocantur, ut unumquodque jugum aut canterium vites in coronam ducat, nec tam ornamenti, quam ubertatis gratia. Verum hæc omnia artis sunt, et culturæ: quod Plinius genus uvæ laudat, sic plane a natura est: nec alio ritu coronam imitatur, quam quod uvæ intercursantibus foliis distinguantur: ut in coronis folia floribus admiscentur. Stephanitæ vites et Columella laudantur loc. cit.

[p] *Forenses*] Etiam vetusto nomine retento rusticis nostris, *des foirars.*

visu cinerea, et rabuscula,[61] [q] et asinusca:[62] [r] minus tamen, caudas vulpium imitata, alopecis.[s] Alexandrina[63] [t] appellatur vitis circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli et minimo, obliquis racemis prædulcibus,[u] folio parvo et rotundo, sine divisuris. Septimo hinc anno,[64] [v] in Narbonensis provinciæ Alba Helvia, inventa est vitis uno die deflorescens: ob id tutissima.[w] Narbonicam vocant, quam nunc tota provincia conserit.

V. (IV.) Catonum ille[a] primus, triumpho e censura super cetera insignis, magis tamen etiamnum claritate literarum, præceptisque omnium rerum expetendarum datis generi Romano,[1] inter prima vero agrum colendi, illius ævi[b]



Dalec.—61 Chiffl. *rabucula.* 'Cum literas *b* et *v* sæpe mutaverint librarii, scriptum videtur pro *ravuscula.*' Brotier.—62 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *asiniscula* Gronov. et al. ante Harduin.—63 *Idæa* Theophr. Hist. Plant. III. 17.—64 Ita Harduin. et recentt. *Septimo hinc* (*abhinc*) *anno* cod. Dalec. *Septem his annis* edd. vett. et Gronov. Mox, cod. Dalec. *in N. p. arvo olivia;* Chiffl. *in N. p. albo olivia;* Gronov. et al. ante Harduin. *in N. p. Alba Elvia.*

CAP. V. 1 Dalec. *generi humano.* Paulo post, *ille ævi* Chiffl.—2 Vet. Da-

NOTÆ

[q] *Et rabuscula*] In Mss. *rabucula.* Forte *ravuscula*, ob colorem qui ad ravum, hoc est, ut Nonius interpretatur, fulvum, inclinet.

[r] *Asinusca*] Ita Mss. et Macrobius, loc. cit.

[s] *Alopecis*] Ἀλωπεκίς. *Raisins barbus.*

[t] *Alexandrina*] Ab Alexandria Troadis, non Ægypti, juxta montem Idam: unde Idæa vitis a Theophrasto dicitur, Hist. III. 17. ἄμπελος παρὰ Ἴδης: cujus montis pars Phalacra est. Scholiastes Nicandri, p. 53. Φαλάκρα, ἀκρωτήριον Ἴδης; Hesychius: Φαλάκραι, τόπος τῆς Ἴδης Φάλακρον, ἀκρωτήριον Ἴδης. Quæ in Apennino vocatur *Vigna del Orso*, hanc Idæam vitem esse aiunt Aloys. Anguillara, et Rob. Constantinus: eandemque ἀρκτοσταφυλὴν Galeno dictam, VII. 4. κατὰ τόπους. Verum hujus Galenicæ vitis fructus austerus, dulcis Idææ est.

[u] *Racemis prædulcibus*] Racemus Græcis βότρυς, Gallis *une grappe:* ea scilicet uvarum testa, quæ plurima grana continet.

[v] *Septimo hinc anno*] Sic Reg. 1. cod. et Colb. 1. aliique, non, ut vulgati libri, *septem his annis.*

[w] *Ob id tutissima*] Nam cum uno die deflorescat, vix est in eam imbribus tempestatibusque jus.

[a] *Cantonum ille*] Major idem, et Censorius appellatus: de cujus triumpho e citeriore Hispania Plutarchus in ejus Vita, p. 342. de Censura, p. 345.

[b] *Illius ævi*] Reg. 1. et Colbert. 3. *Illa vero ævi.* Reg. et Chifflet. *Ille ævi.*

confessione optimus ac sine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis jam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu sententia ejus indicanda est,[2] ut in omni genere noscamus quæ fuerint celeberrima, anno sexcentesimo Urbis, circa captas Carthaginem [c] ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, et quantum postea CCXXX. annis [d] vita profecerit.

Ergo de vitibus [e] uvisque ita prodidit: 'Qui locus vino optimus dicetur esse, et ostentus Solibus, Amineum minusculum, et geminum eugenium, helvinum [3] [f] minusculum conserito. Qui locus crassior aut nebulosior, Amineum majus, aut Murgentinum, Apicium,[g] Lucanum [4] serito. Ceteræ vites miscellæ maxime in quemvis agrum conveniunt. In lora [h] recte conduntur. Quas suspendas [i] duracinas, Amineas majores: vel ad fabrum [j] ferrarium pro passis hæ recte servantur.' Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam prope ab origine rerum sumus. Amineam proxime dictam Varro scantianam [k] vocat.

lec. *testatus sententiam, cujus excellentia;* cod. Dalec. *excellentia indicanda.*—3 'Cato de R. R. cap. 6. *helveolum*, quod melius puto.' *Brotier.* *helvium* Chiffl.—4 Ita Gronov. et al. ante Harduin. *Apicium Lucanum*, conjunctim,

NOTÆ

[c] *Carthaginem*] Eodem utraque urbs excisa anno, Urbis nempe DCVIII. quod de Corintho quidem disertis verbis Plinius asseverat XXXIV. 3. De Carthagine Velleius lib. I.

[d] *CCXXX. annis*] Scripsisse se hoc opus significat anno Urbis conditæ DCCCXXX.

[e] *Ergo de vitibus*] Hæc e Catonis libro de Re Rustica desumta sunt c. VI. p. 12. et 13.

[f] *Helvinum*] Reg. 1. et Chifflet. *helvium.* Reg. 2. Colb. et Th. *helvinum.* Cato helveolum vocat: et qui Catonem transcripsit Varro de Re Rust. I. 25. De his uvarum generibus nominibusque diximus sup. cap.

[g] *Apicium*] Cato loc. cit. 'Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi Amineum majus, aut Murgentinum, aut Apicium Lucanum serito.' Sic Varro quoque, loc. cit.

[h] *In lora*] Cato cap. 7. p. 13. Quid lora sit dicemus c. 12.

[i] *Quas suspendas*] Subintellige 'idoneas esse.' Cato loc. cit. 'Quas suspendas, duracinas, Amineas majores, et scantianas opportunissimas esse. Vel ad fabrum ferrarium pro passis eæ recte servantur.'

[j] *Vel ad fabrum*] Si fumo fabrili exponatur, ut dictum est c. 3.

[k] *Scantianam*] A Scantio haud dubie, a quo multo postea duxit originem paterno genere, quæ in nummo

In nostra ætate pauca exempla consummatæ hujus artis fuere: verum eo minus omittenda, ut noscantur etiam præmia, quæ in omni re maxime spectantur. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Sthenelus, e plebe libertina, LX. jugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro,[l] atque CCCC. M. nummum[5 m] venumdatis. Magna fama et Vetuleno Ægialo perinde libertino fuit, in Campaniæ rure Liternino,[6 n] majorque etiam favore hominum, quoniam ipsum Africani[o] colebat exilium. Sed maxima,[p]

Harduin. et recentt.—5 'Perperam eruditus Harduinus edidit $\overline{CCCC}$. *nummum;* quod efficit quadringenties centena millia nummum, seu Gallicæ monetæ libras 7,782,010. In Ms. Reg. 2. *CCCC. nummum;* nempe omisso millesimo numero, qui plerumque in Mss. omittitur.' *Brotier.* *CCCC. nummum* Gronov. et edd. vett. 'Vet. *atque æque* (lego, *æquo*) *numero sestertium.*' Dalec.—6 *Linternino* Gronov. et al. ante Harduin.—7 'Perperam adhuc erudi-

NOTÆ

aureo, ex Gaza Regia, appellatur MANLIA SCANTILLA AVG. A Scantio enim fit Scantilla, ut a Lucio fit Lucilla, Plautilla a Plautio.' *Ed. sec.*

[l] *In Nomentano agro*] Martialis I. 106. de vino Nomentano: 'In Nomentanis, Ovidi, quod nascitur agris, Accepit quoties tempora longa merum, Exuit annosa mores nomenque senecta, Et quicquid voluit testa vocatur anus.'

[m] *CCCC. M.* [$\overline{CCCC}$.] *nummum*] Ita Reg. 2. aliique: hoc est, quadringenties nummum, sive sestertium millibus: nam lineola superposita, ut sæpe monuimus, centena millia subintelligi indicat. Sunt ea monetæ Gallicæ, Turonicæ, ut aiunt, libræ, 4000000. seu quatuor milliones: qua ex æstimatione, libris circiter 67100. jugerum unumquodque veniit: quod pretium sua se magnitudine, nimioque excessu commendat. Quod si *CCCC. millibus mummum,* cum Hermolao, legi malis, cui haud sane assentimur, esset modo pretium LX. jugerum libris taxatum 40000. singulorum vero jugerum libris fere 671. quod si verum foret, imminuisse tunc communem vinearum taxationem Acilius, non auxisse deprehenderetur.

[n] *Liternino*] De quo III. 9.

[o] *Africani*] August. de Civit. Dei III. 21. 'Scipio ille Romæ Italiæque liberator, ejusdemque belli Punici confector, victor Hannibalis, domitorque Carthaginis .... inimicorum accusationibus cessit, carensque patria, quam sua virtute salvam et liberam reddidit, in oppido Literuensi egit reliquam complevitque vitam,' &c. Idem tradunt Valer. Max. V. 3. p. 258. et Livius lib. XXXVIII. p. 485. Hanc Literninam Scipionis Africani villam describit egregie Seneca Ep. 86. p. 373. Et p. 374. 'In ea villa,' inquit, 'didici ab Ægialo, diligentissimo patre familiæ, is enim nunc hujus agri possessor est, quamvis vetus arbustum posse transferri.' Unde Ægiali quæ fuerit ætas intelligimus.

[p] *Sed maxima*] Palæmoni, inquit, Grammatica quoque arte claro, ante

ejusdem Stheneli opera, Rhemmio Palæmoni, alias grammatica arte celebri, in hisce XX. annis mercato rus[q] DC. M. nummum[7] [r] in eodem Nomentano decimi lapidis ab Urbe diverticulo. Est autem usquequaque nota vilitas mercis[s] per omnia[8] suburbana; ibi tamen maxima, quoniam et neglecta per indiligentiam prædia paraverat, ac ne in pessimis quidem elegantioris soli. Hæc aggressus excolere,[9] non virtute animi, sed vanitate primo, quæ nota mire in illo fuit,[t] pastinatis de integro vineis cura Stheneli,[u] dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octavum annum CCCC. M. nummum[10] [v] emtori addicta pendente vindemia. Cucurritque nemo non[11] [w] ad spec-



tus Harduinus, $\overline{DC}$. *nummum.*' Brotier. *DC. nummum* Gronov. et al. vett. —8 Vet. Dalec. *nobilitas vinetis per omnia.*—9 'Legendum, *maxima. Quæ igitur jam neglecta, &c. soli, hæc aggressus, excolere, &c.*' Dalec. *neglecta indiligentia* Chiffl. Mox, *quæ nota mira in i. f. pastinatas enim de integro vineas, cura Sthenelum agricolam imitatus, ad vix, &c.* Parm.—10 'Male eruditus Harduinus, ut supra, $\overline{CCCC}$. *nummum.*' Brotier. *CCCC. nummum* Gronov. et al. vett.—11 *Cucurrit non nemo* Gronov. et al. ante Harduin. Paulo post,

NOTÆ

XX. annos mercato rus sexcenties millibus nummum, maxima contigit fama, ejusdem Stheneli opera, hoc est, dum in colendis suis vineis culturam Stheneli imitatur. Sic paulo post, 'cura Stheneli, dum agricolam imitatur.' De Rhemmio Palæmone multa Suetonius de Illustr. Gramm. c. 23. Tiberii et Claudii temporibus vixit.

[q] *Mercato rus*] Ruris nomine certum aliquem jugerum modum a Plinio nunc signari non dubitandum. Centuriam Budæus intelligit, quam in agris jugera ducenta significare, auctor est Colum. de Re Rust. v. 1. post Varronem de Ling. Lat. lib. IV.

[r] *DC. M.* [$\overline{DC}$.] *nummum*] Centena millia, ut prius lineola superposita signari remur: sunt autem sexcenties sestertium centena millia, libræ Gallicæ 6000000. sive sex milliones.

[s] *Vilitas mercis*] Maxima fuit, inquit, vilitas pretii, rúre illo prioris domini negligenti cultura male habito: et alioqui constituto in Nomentani agri haud feracissimo tractu.

[t] *Quæ nota mire in illo fuit*] Non sunt hæc verba spuria, ut Pintianus censuit, sed genuinus auctoris fœtus, carpentis obiter Grammatici mores, ut paulo post et Senecæ, 'principis tum eruditionis ac potentiæ, quæ postremo nimia fuit super ipsum.'

[u] *Cura Stheneli*] Adhibens culturæ genus illud quo Stheneli agricola, ex præscripto ejus, uteretur.

[v] *CCCC. M.* [$\overline{CCCC}$.] *nummum*] Quadringenties sestertium, seu IV. millionibus.

[w] *Cucurritque nemo non*] Prius legebatur, mendose utique, *non nemo.*

tandas uvarum in iis vineis strues, literis ejus[x] altioribus contra id pigra vicinitate sibi patrocinante: novissime Annæo [12] Seneca, principe tum eruditionis, ac potentiæ,[y] quæ postremo nimia fuit[z] super ipsum, minime utique miratore inanium, tanto prædii ejus amore capto, ut non puderet[a] inviso alias et ostentaturo [13] tradere palmam eam, emtis quadruplicato[b] vineis illis intra decimum fere curæ annum: digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret: quando et postea sæpenumero septenos[c] culeos singula

Dalec. *altioribus contra eum.*—12 *Anneo* Gronov. et mox in eadem, *ac potentia.* —13 ' Alias sic, *invisuro alias regiones, et ostentaturo;* quam lectionem agnos-

NOTÆ

[x] *Literis ejus*] Vicini, inquit, non eandem adhibentes in colendis vineis suis diligentiam, cum fructus multo tenuiores deinde perciperent, pigritiam suam altioribus ejus literis excusabant: quasi is, reconditiore quadam doctrina præditus, veneficiis, magicisque incantationibus, non operoso culturæ genere, tam insignem uvarum profectum assequeretur. Habet aliud prorsus affine, nec minus lepidum, Plinius noster, XVIII. 8. de C. Furio.

[y] *Ac potentiæ*] De potentia Senecæ et auctoritate locuples testis est Tacitus Annal. XIV. p. 236. scribens accusatum apud Neronem fuisse Senecam, 'tanquam ingentes, et privatum supra modum evectas opes adhuc augeret, quodque studia civium in se verteret: hortorum quoque amœnitate et villarum magnificentia quasi principem supergrederetur: (ejusdem verba hæc sunt:) verum Mors Burrhi infregit Senecæ potentiam,' &c. Intra quadriennium regiæ amicitiæ ter millies sestertium paravisse auctor est idem Annal. XIII. p. 204. et Dio, lib. LXI. p. 694. hoc est, monetæ Gallicæ libras, ut vocant, 30000000. sive triginta milliones.

[z] *Nimia fuit*] Neronem in Senecæ perniciem excitavit. Forte rectius, *Nimia ruit super ipsum.*

[a] *Ut non puderet*] Non puduit Senecam, inanium rerum alioqui minime miratorem, tam insignis culturæ palmam tradere Palæmoni, inviso alias homini, quique ob peculiarem vanitatem, ingenitamque jactantiam, in suæ industriæ ostentationem, cum magna Senecæ emtoris invidia, ambitiose de ea foret gloriaturus. Non puduit, inquam, Senecam confiteri, eximium in colendo agro ac singularem virum fuisse Palæmonem: neque id verbis modo confiteri, sed facto: emtis nempe vineis illius quadruplicato pretio, quo Palæmon ipse coëmerat.

[b] *Quadruplicato*] Emerat Palæmon sexcenties sestertium, ut diximus: quæ summa quadruplicata efficit Gallicæ monetæ libras 24000000. seu 24. milliones. Laudat Juvenal. Sat. X. 16. 'Magnos Senecæ prædivitis hortos.'

[c] *Septenos*] Octonos Colum. III. 3. p. 90. Culeus mensura vicenas amphoras continens, vel quod idem est, urnas quadragenas: hac nulla major liquoris mensura. Culeus modios nos-

jugera, hoc est, amphoras centenas quadragenas, musti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato [d] denos culeos redire ex jugeribus scripsit, efficacibus exemplis non maria plus temerata [14] [e] conferre mercatori, non in Rubrum littus Indicumve merces petitas, quam sedulum ruris larem.

VI. Vino antiquissima claritas Maroneo,[f] in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus.[g] Neque enim fabulosa, aut de origine varie prodita consectamur, præterquam Aristæum [h] primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suavitate præcipua utriusque naturæ sponte provenientis. Maroneum vicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit.[i] Durat etiam vis eadem in terra generi,[a] rigorque [j] indomitus.[1] Quippe cum Mucianus, ter consul, ex his qui nuperrime prodidere, sextarios [k]

[a] *Huic vini generi in eadem illa terra durat ea generositas.*

cit et Budæus de Asse lib. v.' *Dalec.*—14 Alii ap. Dalec. *tentata.* Paulo post, Dalec. *ruris laborem.*

CAP. VI. 1 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentioribus editionibus *vigorque indomitus.*' Brotier. *vigorque indomitus* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *rigorque*

NOTÆ

tros duos et semis capiebat, inquit Budæus de Asse l. v. Amphora pars est octava modii nostri: *la huitième partie d'un muid.*

[d] *Idem Cato*] In libro Originum, quem Varro in hanc ipsam rem laudat, de Re Rust. I. 2. 'Annon M. Cato scribit in libro Originum sic? Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotfariam in singula jugera dena cullea vini fiunt.'

[e] *Temerata*] Mercatorum audacia et lucri cupiditate, ac naufragiis.

[f] *Maroneo*] Athenæo l. I. p. 26. ὁ τοῦ Μάρωνος οἶνος. A Marone Evanthei filio, Bacchi nepote, Thraciæ rege, nomen habet, a quo et Maronea ejusdem oræ civitas, de qua IV. 18. Hodie *Marogna.* Vini tam nobilis vix hodie restare nomen ait Andr. Baccius l. VII. p. 335.

[g] *Homerus*] Odyss. I. 197.

[h] *Aristæum*] De eo diximus VII. 57. Hunc τὰ μελισσουργικὰ invenisse primum scribit Apollonii Schol. ad Argon. II. 500.

[i] *Homerus prodidit*] Ejus hæc carmina loc. cit. vs. 208. Τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρὸν, Ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα Χεῦ'· ὀδμὴ δ' ἡδεῖα, κ. τ. λ.

[j] *Rigorque* [*vigorque*] Mss. omnes, *rigorque.*

[k] *Sextarios*] Sextarius congii sexta

singulos octogenis[2] [l] aquæ misceri compererit præsens in eo tractu. Esse autem colore nigrum, odoratum, vetustate pinguescere. Et Pramnio,[m] quod idem Homerus[n] celebravit, etiam nunc honos durat. Nascitur Smyrnæ[o] regione, juxta delubrum Matris Deum. In reliquis claritas generi non fuit.

Alicui anno[p] fuit omnium generum bonitas, L. Opimio[q] consule, cum C. Gracchus[r] tribunus plebem seditionibus agitans interemtus: ea cœli[3] temperies fulsit, quam cocturam[s] vocant, Solis opere, natali Urbis DCXXXIII.[4] [t] Durantque adhuc vina ducentis fere[u] annis, jam in speciem

indomitus Chiffl.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *octonis* Gronov. et al.—3 'Quidam, *alicui. Fuit quidem omnium, &c. interemptus est: quo anno ea cœli.* Alii vero, *alicui. Anno uno fuit, &c. interemptus est, et ea cœli.*' Dalec. *In reliquis claritas generi non fuit alicui. Anno fuit, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *solis vapore* Dalec.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *DCXXXIV.*—5 Ita ex codd. Harduin. et

NOTÆ

pars fuit: inde nomen: eam mensuram capiebat, teste Budæo, quam lingua nostra ternos septariolos vocat, hoc est, ternos semisextarios, *trois demi-sétiers*: hic dodrans est pintæ Parisiensis, quæ quaternos capit.

[l] *Octogenis*] Sic Mss. omnes, non *octonis*, quod interpolatorum obtrusit audacia.

[m] *Et Pramnio*] Schol. Nicandri, in Alexiph. p. 58. Πράμνιος δὲ οἶνος, ἀπὸ ἀμπέλου Πραμνίας, ἣν καὶ ψιθίαν τινὲς καλοῦσιν.

[n] *Idem Homerus*] Iliad. Λ. 638. Οἴνῳ Πραμνείῳ, κ. τ. λ.

[o] *Smyrnæ*] Et in Icaro insula, ubi scopulus Pramnius, unde vino nomen, teste Eparchide apud Athen. l. I. p. 30. Et in Lesbo, teste Ephippo apud eundem, p. 28. Et in Ephesino agro, qui Smyrnensi finitimus, teste Alciphrone ibidem, p. 31.

[p] *Alicui anno*] Inde novæ sententiæ petunt initium codices omnes Mss. Reg. Colb. Th. &c. Recte. Prius legebatur in vetustis editionibus, Romana anni 1470. Parm. 1476. aliisque, *claritas generi non fuit alicui. Anno fuit, &c.*—' quod nunc videtur rectius: nisi cui magis etiam arriserit: *Annus fuit omnium generum bonitatis;* quoniam hæc vox postrema in plerisque codd. sic legitur.' *Ed. sec.*

[q] *L. Opimio*] Q. Fabio Max. Allobrogico collega.

[r] *C. Gracchus*] Vide quæ dicenda sunt XXXIII. 14.

[s] *Cocturam*] Cum fructus est bene Solibus coctus, ut Plinius alibi dicit: quod in omni genere vini hoc Opimii consulatu contigit. Martialis II. 40. 'Cæcuba saccentur, quæque annus coxit Opimî.' Et III. 26. 'Massica solus habes, et Opimî Cæcuba solus.' Et Petronius: 'Falernum Opimianum.'

[t] *DCXXXIII.*] Ut diximus II. 29. dicemusque iterum c. 16. libri hujus.

[u] *Ducentis fere*] Minus annis tri-

redacta mellis asperi: etenim hæc natura vinis in vetustate est: nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem[v] carie indomita. Sed ceteris[w] vinis commendandis minima aliqua mixtura medicamenta sunt: quod, ut[5] ejus temporis æstimatione in singulas amphoras centeni nummi statuantur, ex his tamen, usura multiplicata semissibus, quæ civilis ac modica[x] est, in Caii Cæsaris[y]



recentt. *quo fit, ut* Gronov. et al. *quod, ut ejus, &c. centenis nummis acuantur*

NOTÆ

bus: nam scripsisse hæc ipse se prodit anno DCCCXXX. ut vidimus sup. sect. Vide Notas et Emend. num. 10.

[v] *In amaritudinem*] Quam caries vetustatis induxit: quæ nec domari, nisi plurimum aquæ misceatur, queat. Catullus Epigr. XXVII. 'Minister vetuli puer Falerni, Inger mi calices amariores.' Hoc est, meraciores, ob vetustatem amariores. Cur autem vetustate vinum amarescat, disce ex Theophr. de Causis VI. 10. p. 362. Plinius XXIII. 22. 'Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, et in amaritudinem corpori minime utilem coit.'

[w] *Sed ceteris*] Vina, inquit, quæ ab Opimio Consule usque in præsens durant, minima portione addi solent in alia vina, commendationis et suavitatis gratia: et ob id medicamentorum pretio veneunt: nam ut eo tempore, hoc est, Opimii Consulatu, licitatum vinum putemus in singulas amphoras, nummis sestertiisve centenis; (Gallicæ monetæ sunt libræ omnino decem;) tamen ex his amphoris singulas uncias Caio principe constitisse vidimus tot nummis sive sestertiis, quot usura centenum nummum illorum continet, per annos CLX. multiplicata semissibus: quæ usura civilis et modica est. Usura semissis est, cum de centenis nummis semis in mense redit, in anno nummi seni: Galli dicunt, *six pour cent:* sive, quod eodem recidit, cum e centenis assibus semis as in mense, sive semissis lucri fit, (unde usuræ semissi primo nomen,) in anno asses seni penduntur: uti ex Columella constat, III. 3. p. 92. Vide quæ de usura centesima appellata Gothofredus habet, in Cod. Theod. lib. II. tit. 33. de Usuris, l. I. p. 234. et quæ Justellus in Cod. Ecclesiæ Univ. p. 74. Itaque si amphora, sive quadrantal, (id est, ut Festo placet, verbo 'Publica pondera,' LXXX. vini libræ,) Opimio Consule centum nummis veniit; faciunt autem LXXX. libræ uncias DCCCCLX. efficitur ut semisses usuræ, hoc est, nummi seni annorum CLX. nummos DCCCCLX. inferant: atque ita singulæ vini unciæ DCCCCLX. nummis sive sestertiis constitere: quæ monetæ nostræ libræ sunt XCVI.

[x] *Quæ civilis ac modica*] Sic Persius Sat. V. 149. quincunces usuras 'modestas' vocat: 'Quid petis, ut nummi, quos hic quincunce modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces?'

[y] *Caii Cæsaris*] Quem Caligulam nuncuparunt alii, Plinius nunquam.

Germanici filii principatu, anno CLX.[6] [z] singulas uncias vini constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii[a] Secundi vatis, cœnamque quam principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. Nec alia res majus incrementum sentit ad vicesimum annum, majusve ab eo[b] dispendium, non proficiente pretio. Raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummum.[c] Viennenses soli picata sua,[d] quorum genera diximus, pluris permutasse,[7] sed inter sese amore patrio creduntur. Idque vinum frigidius reliquis existimatur in frigido potu.[8]

VII. (V.) Vino natura est, hausto accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, intemperantiam ejus cohibens: 'Vinum poturus rex, memento te bibere sanguinem terræ:[e] cicuta hominum venenum est, cicutæ vinum.'[1] [f] Quibus præceptis si ille obtemperavisset, pro-



cod. Dalec.—6 Ita Harduin. et recentt. *anno centesimo* Budæus; *annis CLX.* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Chiffl. *vineæ constituisse;* Vet. Dalec. *binis ac vicenis constitisse.*—7 Chiffl. *permutare.* Mox, Dalec. *more* pro *amore.* —8 Vet. Dalec. *existimatur in potu.*

CAP. VII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Vinum potaturus . . . terræ: sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum* edd. vett. et Gronov. Alii ap. Dalec. *Vinum potaturus . . . sicut venenum cicutæ vinum est, sic et vinum cicuta*

NOTÆ

[z] *Anno CLX.*] Post annos CLX. ab Opimio Consule: nempe anno Urbis DCCCXCIII. ipso Caligula tertium, L. Gellio Poplicola Coss.—'Caii Principis quarto.' *Ed. sec.*

[a] *Pomponii*] De eo diximus VII. 18.

[b] *Majusve ab eo*] Post eum annum, nempe vicesimum.

[c] *Millia nummum*] Sive sestertium. Monetæ sunt libræ omnino centum.

[d] *Picata sua*] De quibus egimus cap. 3.

[e] *Sanguinem terræ*] Haud absimili fere translatione 'sanguinem uvæ' vinum appellant Codices Sacri, Genes. XLIX. 11. Deuter. XXXII. 14. &c.

[f] *Cicutæ vinum*] Quæ vis vini sit adversus cicutam dicetur XXIII. 23. et XXV. 95. Dat operam Androcydes, ut Alexandro persuadeat, tanquam re potentissima, parcius ut utatur vino, quod veneni venenum id sit: unde non dispari sensu terræ esse sanguinem dixit.

fecto amicos[g] in temulentia non interemisset. Prorsus ut jure dici possit, neque viribus corporis utilius aliud, neque[2] aliud voluptatibus[h] perniciosius, si modus absit.

VIII. (VI.) Genera autem vini alia aliis gratiora esse, quis dubitet? aut non ex eodem lacu[i] aliud præstantius altero[1] germanitatem præcedere,[j] sive testa,[k] sive fortuito eventu? Quamobrem de principatu se quisque judicem statuat.[2] Julia Augusta[3] LXXXII. annos[l] vitæ Pucino[m] vino retulit acceptos, non alio usa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras: nec aliud aptius medicamentis judicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus Præcianum[n] appellaverunt[4] ex

homini.—2 Dalec. *aliud si modus adest, neque.*

CAP. VIII. 1 Dalec. *potu altero.* Mox, pro *sive testa,* quidam ap. Dalec. *sive astu ;* al. ibid. *sive natura ;* al. *sive arte.*—2 Chiffl. *si quisque jud. statuet.*—3 'Ita codd. Regg. 1. 2. Julia autem Augusta est ipsa Livia, Augusti uxor, quæ in familiam nomenque Juliorum transiit.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. ante Harduinum, qui ex codd. suis et Chiffl. edidit *Livia Augusta.* Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *Pucino retulit acceptos, &c.* Cod. Dalec. *P. r. a. non aquoso.*—4 Ita Harduin.

NOTÆ

g *Amicos*] Clytum et Callisthenem. Vide Senec. de Ira, c. 17. et Natur. Quæst. VI. 23.

h *Neque aliud voluptatibus*] Quas præmatura scilicet morte abrumpit, si modus potandi absit. Vide Notas et Emend. 11.

i *Ex eodem lacu*] Lacus dicitur id vas quod mustum continet, cum prelo exprimitur, transmittitque cum in dolia conditur: *une cuve:* vinum ex eodem lacu, *vin d'une même cuvée.*

j *Germanitatem præcedere*] Hoc est, præstantius esse altero, quod ex eodem lacu haustum, atque adeo germanitatis, sive fraternitatis, si fas est ita dicere, vinculo quodam conjunctum sit. Simili tralatione palmas cujusdam generis caryotarum sorores vocat, XIII. 9.

k *Sive testa*] Nam a testa seu dolio saporem quendam vinum accipit: et ex picatis quidem doliis olim expetitum.

l *LXXXII. annos*] Igitur ab anno vitæ quarto id vini genus in potu adhibuit: nam LXXXVI. omnino vixit, teste Dione l. LVIII. p. 621. ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα. Hæc Julia, quæ et Livia, Augusti conjux.—' Vetustæ omnes edd. Rom. an. 1470. Parm. Tarvis. aliæque, cum libris Mss. vetustioribus, habent *Livia,* non *Julia.*' Ed. sec.

m *Pucino*] Vino ei nomen a castello est, de quo egimus III. 22. Hodieque vinum ibi dotis eximiæ haberi scribit Joan. Candidus de Rebus Aquileiæ, quem Baccius laudat, l. VI. p. 328. In Notis quæ falso Tironi ascribuntur, apud Gruterum, pag. 144. *Pœcinum.*

n *Præcianum*] Ita Mss. omnes,

Adriatico sinu. Divus Augustus [o] Setinum [p] prætulit cunctis, et fere secuti principes, confessa propter experimenta, non temere cruditatibus noxiis ab ea saliva.[5] [q] Nascitur supra Forum Appii.[r] Antea Cæcubo [s] erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sinu Amyclano: quod jam intercidit, et incuria coloni, locique angustia: magis tamen fossa Neronis, quam a Baiano lacu [t] Ostiam usque navigabilem inchoaverat.

Secunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxime Faustiano.[6] [u] Cura culturaque id collegerat. Exolescit hoc quoque, copiæ potius, quam bonitati,[7] studentium. Falernus ager a ponte Campano [v] læva petentibus Urbanam



et recentt. *praicianum appellaverint* Chiffl. *pyctanon appellaverunt* Gronov. et al. vett.—5 Dalec. *in ea salebra.*—6 *Faustino* Chiffl. *Faustini* cod. Dalec.—7 Codex Dalecampii, *collegerat.* *Exol. hoc quoque nimietate copiæ potius.*

NOTÆ

Reg. Colb. Th. non *pyctanon*, ut Hermolaus scripsit.

[o] *Divus Augustus*] Et Rhætico etiam vino delectatum scribit Sueton. in ejus Vita, c. 77.

[p] *Setinum*] Ab oppido Setia, *Sezza*, haud procul Tarracina. Martial. XIII. 112. 'Pendula Pomptinos qua spectat Setia campos, Exigua vetulos misit ab urbe cados.' Athen. l. I. p. 26. οἶνος Σετῖνος, quod vinum simile Falerno dicit. Silio l. VIII. 'Ipsius mensis seposta Lyæi Setia.'

[q] *Ab ea saliva*] Ita libri omnes. Hoc est, ab eo vini liquore, cum, uti par est, omnino deferbuit. Plinius XXIII. 22. 'Sua cuique vino saliva innocentissima est:' hoc est, naturalis sapor. Alia sententia XI. 12. mel idem appellat quandam siderum salivam. Setinis porro vinis cibos concoqui Plinius tradit XXIII. 21.

[r] *Forum Appii*] De quo III. 9. Ibi nunc *Casarillo di S. Maria*, IV. mill. pass. infra Setiam, juxta paludes Pomptinas.

[s] *Antea Cæcubo*] Martial. XIII. 115. 'Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis, Vitis et in media nata palude viret.' Sinus Fundanus, qui et Amyclanus, et Formianus, et Caietanus dictus est, non minus quam Pomptinæ paludes, aquis restagnantibus et palustribus oppletur. Cave enim credas de palude Pomptina ipsa aut Plinio nunc, aut Martiali, esse sermonem: quem tamen errorem Plinio affingit Cluverius in Ital. Antiq. Ager Cæcubus, de quo III. 9. nomen vino dedit.

[t] *A Baiano lacu*] Qui et Avernus proprie appellatus, a Baiarum vicinitate Baiani cognomen invenit. Hoc Neronis inceptum describit uberius Tacitus Annal. XV. p. 254. et Tranquillus in Nerone, c. 31.

[u] *Faustiano*] Nunc *Falciano* dicitur, ubi nobilissimum hodieque Falernum nascitur, incolis *Vino Razzese* appellatum.

[v] *Ponte Campano*] Fuit ille Savoni amne impositus, (quo de amne dixi-

coloniam[w] Syllanam, nuper Capuæ contributam, incipit. Faustianus autem circiter quatuor milliaria vico prope Cedias,[x] qui vicus a Sinuessa VI. millibus abest. Nec ulli in vino major auctoritas: solo[8] vinorum flamma accenditur. Tria ejus genera, austerum, dulce, tenue. Quidam ita distinguunt: summis collibus[y] Gauranum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum. Non omittendum autem nulli eorum quæ celebrentur jucundum saporem uvæ esse.

Ad tertiam palmam varie venere[z] Albana Urbi vicina, prædulcia, ac rara in austero.[9] [a] Item Surrentina[b] in vineis[c] tantum nascentia, convalescentibus maxime probata,

Dalecampius legit, *contigerat. Exol. hoc quoque culpa copiæ potius;* vel, *nimiæ cupiditate copiæ potius;* vel, *Exol. hoc quoque copiæ potius, quam bonitati, &c.*——8 Tolet. *auctoritas. Solum.*—9 Dalec. *vicinia, nec rara, prædulcia in austero.*

NOTÆ

mus III. 9.) in via Consulari, quæ ab urbe Capua ducit Sinuessam: ut recte vidit Gothofredus in cod. Theod. lib. IX. tit. 40. de Pœnis, pag. 304. Vide etiam Camill. Peregr. in Campan. p. 448. Hujus etiamnum nomen restat in vicino pago, *S. Giovanni a Ponte Campano.* Quæ villa fortassis ea est, cujus Horatius meminit I. Sat. 5. 'Proxima Campano ponti quæ villula, tectum Præbuit,' &c.

[w] *Urbanam coloniam*] Quæ Ptolemæo III. 1. Forum Popilii: a Carinola seu Calenensi civitate, et Savone amne haud procul: diœceseos Capuanæ, cujus jurisdictioni olim quoque contributa. Tab. Peuting. segmento 4. 'Sinuessa, VII. Ad Ponte Campano, III. Urbanis, III.' Appellatione ea, 'Urbanis,' indicatur colonia Urbana Syllana.

[x] *Cedias*] Hic campus Ceditius, cujus meminit Plinius XI. 97. et Ceditiæ Tabernæ in via Appia, a domini nomine vocatæ apud Festum. Gruter. p. 448. COLONIS. SINVESSANIS ET. CEDIANIS.

[y] *Summis collibus*] Montium scilicet eo tractu assurgentium.

[z] *Varie venere*] Variam fuisse eorum vini generum auctoritatem indicat, aliudque alio tempore præcelluisse: aut varia vini Albani genera extitisse, quod et Athenæus prodidit lib. I. p. 26. *alterum subdulce, acerbum alterum: ὁ μὲν γλυκάζων· ὁ δ' ὀμφακίας.*

[a] *In austero*] Ita Mss. omnes. Rara esse ait Albana vina, quibus sit austera suavitas, ut ait Tullius de Orat. III. 101. Falernum quoque geminum Athenæus agnoscit loc. cit. *austerum, et subdulce, αὐστηρὸς καὶ γλυκάζων.*

[b] *Surrentina*] Laudat hæc vina Martial. XIII. 110. et Ovid. Met. XV. 710. 'Surrentino generosos palmite colles.'

[c] *In vineis*] Palatis vitibus, *vignes échalassées.*

propter tenuitatem salubritatemque. Tiberius Cæsar dicebat 'consensisse medicos, ut nobilitatem Surrentino darent, alioqui esse generosum acetum:' Caius Cæsar, qui successit illi, 'nobilem vappam.'[d] Certant[e] Massica æque, ex monte Gauro[10 f] Puteolos Baiasque prospectantia. Nam Falerno contermina Statana ad principatus[11 g] venere non dubie: palamque fecere sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum proventus occasusque.[12] Juncta his præponi solebant Calena:[h] et quæ in vineis arbustisque nascuntur, Fundana.[i] Alia ex vicinia[13] Urbis Veliternina, Privernatiaque. Nam quod Signiæ[j] nascitur, austeritate nimia continendæ utile alvo, inter medicamina numeratur.

Quartum[k] curriculum publicis epulis obtinuere a Divo Julio (is enim primus auctoritatem his tribuit, ut in episto-

Alii, *vic. præd. ac grata in austero.*—10 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Gaulo* Chiffl. et pro var. lect. *Gauro;* Gronov. et al. ante Harduin. *Gaurano.*—11 Dalec. *principatum.*—12 Dalec. *censusque.*—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Et alia vicinia* Chiffl. *Ex alia vicinia* Gronov. et vett. Mox, cod.

NOTÆ

[d] *Vappam*] Vinum corruptum, sublestumque vox ea sonat: *vin poussé, vin tourné.* Horatius I. Sat. 5. 16. 'Absentem cantat amicam Multa prolutus vappa nauta.'

[e] *Certant*] De tertia palma, sive de tertio nobilitatis gradu certant cum Albanis Massica. Laudat Horatius I. Od. 1. 'veteris pocula Massici.'

[f] *Ex monte Gauro*] Hoc est, e monte Massico in Gauranum translatis vitibus vina expressa.

[g] *Ad principatus*] Ad primam palmam: ut ceteris omnibus generibus anteponerentur.

[h] *Calena*] Ab oppido cognomine, de quo diximus III. 9.

[i] *Fundana*] A suis quæque oppidis cognominata: de quibus lib. III. egimus. *Φουνδανὸς οἶνος* Athenæo lib. I. p. 27. Et Privernas ager, et Veliterninus, hodieque vini ferax, teste Baccio lib. VI. p. 287. et 289. Privernatia commendat Galenus apud Athen. lib. I. p. 26.

[j] *Quod Signiæ*] Martialis quoque, XIII. 116. 'Potabis liquidum Signina morantia ventrem: Ne nimium sistant, sit tibi parca sitis.' Celsus item IV. 5. ad resolutionem stomachi medendam, vinum Signinum ob insignem austeritatem commendat. Hodieque ea vis ei vino est, teste Baccio lib. VI. p. 289. Vide et Cælium Aurel. IV. 3.

[k] *Quartum*] Quartum auctoritatis ac nobilitatis locum: ab aurigis ducta metaphora, qui curru in Circo certabant.

lis [l] ejus apparet) Mamertina,[m] circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana,[n] ab auctore dicta, in loco proximo Italiæ laudantur præcipue. Est in eadem Sicilia et Taurominitanis honos, lagenis pro Mamertino plerumque subditis.

Ex reliquis autem a supero mari [14] [o] Prætutia [p] atque Ancone nascentia, et quæ a palma una forte enata Palmensia [q] appellavere.[15] In mediterraneo vero Cæsenatia [r] ac



Dalec. *ut in epulis ejus apparet.*—14 Vox *mari* deest in cod. Chiffl.—15 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *palmesia appellantur*

NOTÆ

[l] *Ut in epistolis*] Meminit harum Tranquillus in ejus Vita, c. 56. 'Epistolæ quoque ejus ad Senatum extant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse, cum antea Consules et Duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Extant et ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus: in quibus, si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quæ si quis investigare et persequi vellet, quartam elementorum literam, id est, *d* pro *a*, et perinde reliquas commutet.'

[m] *Mamertina*] Laudat hæc Athenæus lib. I. p. 27. Martialis quoque, XIII. 117. 'Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Si detur, quodvis nomen habere potest.' Hoc est, vel Opimiana dici, vel Falerna potest, aut Cæcuba: et cum præstantissimo quoque vino de bonitate contendere.

[n] *Potulana*] Athenæo lib. I. p. 27. Ἰωταλῖνος οἶνος pro Πωταλῖνος scribitur, et præcipuæ commendationis esse dicitur.

[o] *Ex reliquis autem a supero mari*] Vina hæc Supernatia appellata, ut Persica, de quibus XV. 11. Vetus inscriptio apud Reines. p. 337. NEGOTIANTES. VINI. SVPERNAT. ET ARIMIN.

[p] *Prætutia*] De Prætutiano agro, III. 18. Juxta Anconam Sirolum oppidum est novo nomine, ubi Prætutianus olim ager, suo adhuc vino celebre, inquit Andr. Baccius lib. V. p. 259. Anconitanum laudat Athen. lib. I. p. 26.

[q] *Palmensia*] In Palmensi agro genita, de quo III. 18. ubi nunc castellum, *Torre de Palma.* Palmenses uvas incolæ hodie Maranas vocant a vicino pago. In vinis non habet usum: sed in mensis tantum. Baccius lib. V. p. 256. Mss. *Palmesia* præferunt, et libri hactenus editi, veteri more, pro *Palmensia:* quemadmodum in Vespasiani nummis, ROMA RESURGES. pro 'Roma Resurgens.' Sic apud Reinesium, vetus inscriptio, MESIBVS. DVO. . . . pro 'mensibus duobus,' p. 947. iterumque p. 1003. MESES. VI. Sic passim in lapidibus et Mss. COS. et PROCOS. pro 'Consul,' et 'Proconsul.'

[r] *Cæsenatia*] A Cæsena, de qua III. 20. Nostris temporibus, inquit idem Baccius p. 261. tam copia quam gratia facile laudem eam exsuperant vina Cæsenatia, quam a vetustis scriptoribus habuere. Laudant ea

Mæcenatiana.[16] [s] In Veronensi item Rætica, Falernis tantum posthabita a Virgilio.[t] Mox ab intimo sinu maris, Adriana.[17] [u] Ab infero autem Latiniensia,[v] Graviscana, Statoniensia.[18] Etruriæ palmam Luna habet,[w] Liguriæ Genua.[x] Inter Pyrenæum Alpesque Massilia gemino sapore, quando et condiendis aliis pinguius [y] gignit, quod vocant succosum. Bæterrarum [19] [z] intra Gallias consistit auctoritas. De reliquis in Narbonensi genitis asseverare non est: quoniam officinam ejus rei fecere tingentes fumo,[a] utinamque non et herbis, ac medicaminibus noxiis. Quippe etiam aloën [20] [b] mercantur, qua saporem coloremque adulterant.

Verum et longinquiora Italiæ ab Ausonio mari non ca-



Gronov. et al. vett.—16 *Mecænatiana* Gronov.—17 *Adriatica* cod. Dalec.—18 *Gravicana, Stoniensia* Chiffl.—19 *Bliterarum* Dalec. *Beterrarum* Gronov. Mox, *inter Gallias* cod. Dalec.—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt.

NOTÆ

Cato, Varroque de Re Rust. lib. I.

[s] *Mæcenatiana*] Forte a Mæcenate Augusti familiari nomen adepta.

[t] *A Virgilio*] Georg. II. 95. 'Et quo te carmine dicam, Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.' Rhætorum oppidum Verona dicitur III. 23.

[u] *Adriana*] 'Αδριανὸς οἶνος Athenæo lib. I. p. 33. ab Atria oppido in intimo sinu Adriatici maris posito, ut vidimus III. 20. et vino et mari nomen.

[v] *Latiniensia*] Et his generibus a suo quibusque agro nomen. Nos de iis dudum in Geographicis egimus lib. III.

[w] *Luna habet*] Hodieque vina Lunensia Romæ gratissima. Baccius lib. VI. p. 307. Ex ora Genuensi vinum e Quinque terris nominatum, eximiæ nobilitatis est: idem pag. 308.

[x] *Liguriæ Genua*] Vinum Ligusticum vilioris notæ fuisse Martialis innuit III. 82. 'Ligurumque nobis saxa cum ministrentur,' &c.

[y] *Pinguius*] Nigrius, crassiusque. Sed et delicatius vinum habet Massilia hodie, cui a S. Laurentio nomen fecere.

[z] *Bæterrarum*] Haud procul Bæterris vinum generosum ab agro in quo provenit, nomen habet, *vin muscat de Frontignan*. Sed et reliqua Gallia vina sunt regalibus cœnis expetita: e Campania Remense, et quod *vin d'Hay* vocant, aliaque propemodum infinita.

[a] *Tingentes fumo*] Fumo adulterantes, ut saporem mutarent, ac vetustatem referrent. Martialis X. 36. 'Improba Massiliæ quicquid fumaria cogunt, Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.' Et III. 82. 'Vel cocta fumis musta Massilianis.'

[b] *Etiam aloën*] Sic Mss. Reg. &c. non, ut editi omnes vulgo, *oloën*.

rent gloria, Tarentina,[c] et Servitiana, et Consentiæ[d] genita, et Tempsæ, ac Babiæ,[e] Lucanaque[f] antecedentibus Thurinis. Omnium vero eorum maxime illustrata Messalæ potu et salute, Lagarina,[g] non procul Grumento[g] nascentia. Campania nuper excitavit novis nominibus auctoritatem, sive cura, sive casu, ad quartum a Neapoli lapidem Trebellicis:[i] juxta Capuam Caulinis,[j] et in suo agro Trebulanis:[k] alioqui semper inter plebeia et Trifolinis[l] gloriata. Nam Pompeianis[m] summum decem annorum incrementum[n] est, nihil senecta conferente. Dolore etiam capitum[21] in sextam horam[o] diei sequentis infesta depre-

Quippe etiam oloën Gronov. et al. vett.—21 Cod. Dalec. *capitis.*—22 ' Vet.

NOTÆ

[c] *Tarentina*] Laudat hæc vina Martial. XIII. 125. et Athen. lib. I. p. 27. Pro *Servitiana*, etsi ita Mss. omnes habent, Andr. Baccius lib. V. p. 241. legit *Seberiniana*, ab urbe nobili, quam vulgus appellat, *San-Severina*, Archiepiscopali sede ornata, quæ Stephano Σιβερηνὴ, cujus ager hodieque optimi vini ferax.

[d] *Consentiæ*] De Consentia et Tempsa III. 10.

[e] *Babiæ*] Apud Athen. lib. I. p. 27. inter vina Itala Βαρβῖνος οἶνος laudatur: quem Plinius nunc forte signat.

[f] *Lucanaque*] E Lucaniæ vinis, inquit, Thurina ceteris antecedunt. Θουρῖνον οἶνον laudat ex Strabone Stephanus, p. 311.

[g] *Lagarina*] Quibus salutem suam Messala retulit acceptam: ut Pucino Livia. De Messala sene agemus in Auctorum Indice. A Lagaria quondam urbe Lagaritana vina nomen habent, teste Strabone lib. VI. p. 263. Prope Thurios fuit: nec oppidi hodie ullum, nec vinearum superest vestigium.

[h] *Grumento*] De eo III. 15.

[i] *Trebellicis*] Ὁ ἐν Νέᾳ πόλει Τρεβελλικὸς οἶνος, inquit Galenus apud Athen. lib. I. p. 27. εὔκρατος τῇ δυνάμει, εὐστόμαχος, εὔστομος.

[j] *Caulinis*] Quæ Falernis similia fuisse ait Galenus loc. cit. De vinis Caulinis vide Camill. Peregr. in Campan. Fel. p. 515.

[k] *Trebulanis*] Trebulani cognomine Balinienses, de quibus in Campania dictum est III. 9. dedere huic generi nomen: non Trevium Calabriæ oppidum, ut Baccius existimat lib. V. pag. 267.

[l] *Trifolinis*] Campania, inquit, et Trifolinis vinis gloriatur, sed quæ inter plebeia et vulgaria numerari oporteat. Ab agro cognomine traxere nomen. Vide Notas et Emend. num. 12.

[m] *Pompeianis*] A municipio ejus nominis, prope Vesuvium, de quo III. 9.

[n] *Incrementum*] Bonitatis ac durationis.

[o] *In sextam horam*] In meridiem.

hendantur. Quibus exemplis, nisi fallor, manifestum est, patriam terramque referre, non uvam: et supervacuam generum consectationem in numerum, cum eadem vitis aliud aliis in locis polleat.[22] Hispaniarum Laletana[23] [p] copia nobilitantur: elegantia vero Tarraconensia,[q] atque Lauronensia:[r] et Balearica ex insulis, conferuntur Italiæ primis. Nec ignoro, multa prætermissa plerosque existimaturos, quando suum cuique placet, et quocumque eatur, fabula eadem reperitur:[24] 'Divi Augusti judiciorum ac palati peritissimum e libertis, censuram vini in epulas ejus facientem, dixisse hospiti de indigena vino,[s] novum quidem sibi gustum esse eum, atque non ex nobilibus, sed Cæsarem non aliud poturum.'[25] Nec negaverim et alia digna esse fama: sed de quibus consensus ævi judicaverint,[26] hæc sunt.

IX. (VII.) Nunc simili modo transmarina dicemus. In summa gloria post Homerica illa, de quibus supra diximus,[a] fuere Thasium[b] Chiumque: ex Chio quod Arvisium vocat.[1] His addidit Lesbium[c] Erasistrati maximi medici

pullulet; quod si placeat, legendum fuerit, *vitis alia aliis in locis pullulet.'* Dalec.—23 Cod. Dalec. *Lusitana;* Chiffl. *Lusetana.*—24 Vet. Dalec. *reperiatur.* —25 Cod. Dalec. *potaturum.*—26 Idem codex, *judicaverunt.*

NOTÆ

[p] *Laletana*] De quibus jam dixi III. 4. Martial. VII. 52. 'Et Laletanæ nigra lagena sapæ.' Et I. 27. 'Fæx Laletana.' Copia magis, quam bonitate, commendari ea Plinius significat.

[q] *Tarraconensia*] Idem Martialis XIII. 118. 'Tarraco, Campano tantum cessura Lyæo, Hæc genuit Tuscis æmula vina cadis.' Silius quoque lib. III. 'Latio tantum cessura Lyæo Tarraco.'

[r] *Lauronensia*] Λαύρων Tarraconensis Hispaniæ oppidum fuit, a Sertorio igni vastatum, ut auctor est Plutarchus in ejus Vita, pag. 577.

[s] *Indigena vino*] Ibi genito, nec aliunde advecto: *du vin du pays.*

[a] *Supra diximus*] Cap. 6.

[b] *Thasium*] Utrumque laudat et Athen. lib. I. pag. 28. Idem pag. 32. ex Chio genere illud anteponit, quod Arvisium vocant: Χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος, καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀριούσιος. Sic et Galenus scribit κατὰ τόπους II. 1. p. 364. et IV. 6. p. 431. De eo Virgil. Ecl. V. 71. 'Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.' Et Silius lib. VII. 'Tmolus, et ambrosiis Arvisia pocula succis.' Ab Arvisio ejus insulæ monte, si Vibio Sequestro fides, pag. 342. id vino ei nomen. Chium hodieque vinum summo in pretio est.

[c] *Lesbium*] Quo nullum suavius aiunt Alexis apud Athen. lib. I.

auctoritas, circiter CCCCL.[d] annum urbis[2] Romæ. Nunc gratia ante omnia est Clazomenio,[e] postquam parcius mari condiunt. Lesbium sponte suæ naturæ mare sapit. Nec Tmoliti[f] per se gratia, ut vino: sed cujus dulci[g] admixto,[a] reliquorum duritia suavitatem accipiat, simul et ætatem, quoniam vetustiora protinus videntur. Ab his dignatio est Sicyonio,[3][h] Cyprio, Telmesico, Tripolitico, Berytio, Tyrio, Sebennytico. In Ægypto hoc nascitur tribus generibus uvarum ibi nobile,[4] Thasia,[i] æthalo, peuce.[j] Post hæc auctoritas hippodamantio,[k] Mystico,[l] cantharitæ,[m] protropo[n] Gnidio, Catacecaumenitæ,[o] Petritæ,[p] Myconio.[q] Nam

[a] *Cujus vini mustum si reliquis admisceatur.*

CAP. IX. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *vocant.*—2 Ita Harduin. et recentt. *CCCCL. anno urbis* cod. Dalec. et Vet. ejusdem; *CCCCI. anno urbis* Chiffl. *DC. annum urbis* Gronov. et al. vett.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *Sycionio.*—4 Pintian. *nobilissimis.*—5 Chiffl. *generum dulcia utique inter se non*

NOTÆ

pag. 28. et Archestratus pag. 29.

[d] *Circiter CCCCL.*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. Chiffl. &c.

[e] *Clazomenio*] Ab urbe cognomine, de qua v. 31.

[f] *Nec Tmoliti*] A Tmolo monte, de quo v. 30. Vinum Tmolites commendat Vitruvius VIII. 3. pag. 161. 'Item Lydiam Tmoliten:' Sic enim legendum, non 'Meliton,' ut in editis.

[g] *Cujus dulci*] Græcorum ritu loquitur, quibus *γλυκὺς οἶνος, mustum* est, et *vinum dulce.*

[h] *Sicyonio*] Et hæc a suis cognominata oppidis, de quibus in Geographicis egimus. Sicyonium laudat Athenæus lib. I. pag. 33. Berytio porro, Tyrioque, Gazetum adjungi, sive Gazeticum, quod ex eodem fere tractu, potuit, a Gaza scilicet urbe Palæstinæ. Commendant enim id vini genus Sidonius Apollin. Carm. XVII. ad Ommatium, Corippus III. 3. Cassiodorus XII. 12. Fortunatus lib. IV. de Vita S. Martini, Gregor. Turon. de Gloria Conf. cap. 65. et alii.

[i] *Thasia*] Et Thasiam in Ægypto vitem appellatam esse rursum idem tradit cap. 22.

[j] *Æthalo, peuce*] Græca hæc sunt nomina, quibus fuliginosam, piceamque uvam designat, ceu hanc appellationem a colore traxerint. Forte etiam *euthalo* rectius, quod probe floreat, ab *εὖ θάλλω.*

[k] *Hippodamantio*] Vino huic factam appellationem a generositate crediderim: *δαμάζειν* enim *domare* est: vox altera *ἵππος* nihil aliud fere in compositione quam significata vocabulorum intendit.

[l] *Mystico*] An ab insula Mysto, de qua IV. 19.

[m] *Cantharitæ*] A vite ejus nominis vino huic appellatio est. Meminit Theophrast. de Causis Plant. II. 20. *ἄμπελος ἡ λεγομένη κανθαρέος.*

[n] *Protropo*] Πρότροπος οἶνος. Pro-

Mesogiten[r] capitis dolores facere compertum est: nec Ephesium salubre esse: quoniam mari et defruto condiatur. Apamenum[s] mulso præcipue convenire dicitur, sicut Prætutium in Italia. Est enim hæc proprietas generum, ut dulcia utique inter se non congruant.[5] [t] Exolevit et protagion,[u] quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholæ. Apollodorus medicus, in volumine, quo suasit Ptolemæo regi quæ vina biberet, Italicis etiam tum ignotis, laudavit in Ponto Nasperceniten, mox Oreticum,[v] Œneaten,[w] Leucadium, Ambracioten, et quod cunctis prætulit Peparethium:[6] [x] sed minoris famæ esse dixit, quoniam ante sex[y] annos[7] non placeret.

congruunt.—6 *Præparentium* Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *post sex annos* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

tropum dicitur vinum, quod suopte impulsu atque uvarum pondere defluit, antequam uvæ calcentur. Institores appellant *Mere-goute: le vin qui vient sans avoir été pressuré.* Mustum lixivum appellat Columella XII. 27. 'Ante quam prelo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit.'

[o] *Catacecaumenitæ*] In Mæonia Κατακεκαυμενίτην οἶνον gigni scribit Vitruvius VIII. 3. p. 161. Est enim Mæoniæ sive Mysiæ pars Catacecaumene, Κατακεκαυμένη, teste Strabone l. XII. p. 579. Phrygiæ Hesychio, in Εἰναρίμοις. De hoc vino Maro locutus, Georg. IV. 380. 'Cape Mæonii carchesia Bacchi.'

[p] *Petritæ*] A Petra Arabiæ, ut quidem remur.

[q] *Myconio*] Ab insula Mycono, de qua IV. 22.

[r] *Mesogiten*] E Tmolo monte: Diosc. V. 10. 'Ο δὲ ἐκ τῆς 'Ασίας Μεσογείτης ἐκ τοῦ Τμώλου, κεφαλαλγὴς, καὶ νεύρων βλαπτικός.

[s] *Apamenum*] Ab Apamea, de qua V. 29.

[t] *Non congruant*] Non sint apta, ut inter se misceantur. Plinius XVII. 25. 'Mixtura generum etiam in vino, non modo in musto discors.'

[u] *Protagion*] Quasi primæ ac præcipuæ auctoritatis vinum: πρωτάγιον, διὰ τὰ πρῶτα ἄγειν, ut quidem auguramur.

[v] *Oreticum*] Vel *Oreoticum*, ab Oreo Eubœæ oppido, de quo IV. 21. Incolæ 'Ωρεῖται, vel 'Ωρειῶται dicti apud Strabon. l. X. p. 445.

[w] *Œneaten*] Cum Œneaten, Leucadium, Ambraciotenque copulet Plinius noster, Leucadis autem et Ambraciæ situs sint probe cogniti e III. 2. nullus etiam dubito quin Œneates vinum appellatum sit a Calydonia his terris vicina, cui Œneus Dejaniræ pater imperitavit. Quod si ab Œnoë insula, vel Icari oppido nomen id deductum foret, non Œneaten, sed Œnoaten dici oportuerat. Leucadium vero commendat Athenæus lib. I. p. 29.

[x] *Peparethium*] In Mss. Reg. Colb. *Preparentium.* Ubi *Perperenium* legi

X. (VIII.) Hactenus bonitas vini nationibus debetur. Apud Græcos jure[1][a] clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt bion,[b] ad plurimos valetudinum usus excogitatum, ut docebimus[c] in parte medicinæ. Fit autem[d] hoc modo: Uvæ paulum ante maturitatem decerptæ siccantur acri Sole, ter die versatæ per triduum: quarto exprimuntur, dein in cadis Sole inveterantur. Coi marinam[2][e] aquam largiorem miscent, (a servi furto origine[f] orta, sic mensuram explentis,) idque translatum[3] in album mustum, leucocoum[g] appellatur. In aliis autem gentibus simili modo factum tethalassomenon[h] vocant. Thalassiten autem vasis musti dejectis in mare, quo genere præcox fit vetustas. Necnon apud nos quoque Coum vinum ex Ita-



CAP. X. 1 Chiffl. *cura.* Mox, Vet. Dalec. *quod a. biæon.*—2 Dalec. *exprimuntur. Vinum in cad. sole inveteratur, cui marinam.* Gronov. et al. vett. *Cui marinam.* Mox, Dalec. *origine tracta.*—3 Chiffl. *quæ translata.* Mox, pro *leucocoum,* quod servant codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *leuco-*

NOTÆ

oportere conjecit aliquando Sirmondus noster. Pintianum sequimur, quem Turnebus quoque amplexus, Advers. XXV. 26. p. 900. De Peparetho insula, a vini fertilitate Evœno appellata, diximus IV. 23. Meminere Peparethii vini Aristophanes apud Athen. l. I. p. 29. Heraclides in Politiis, aliique.

[y] *Ante sex*] Ita Mss. omnes. Frobenius interpolavit, *post sex annos.* In Reg. 2. *ante sextum annum.*

[a] *Apud Græcos jure*] Mss. omnes, *curæ:* forte *cura.*

[b] *Bion*] A vita, ut credere est, cujus incolumitati tuendæ id utile foret. Dioscoridi vinum Omphacites. Vide Notas et Emend. num. 13.

[c] *Docebimus*] Lib. XXIII. c. 26.

[d] *Fit autem*] Hæc de vino, quod omphaciten vocat, totidem verbis Diosc. V. 12.

[e] *Coi marinam*] Ita Reg. 2. non, ut editi, *cui marinam.* Diversum a superiore id vini genus: de quo Palladius lib. XI. in Octob. tit. 14. p. 154. 'Alii Græci,' inquit, Coi nimirum, insulæ Co cives, 'ita jubent aquam marinam,' &c. Mox addit ea arte 'non ætatem solum vino, sed splendorem quoque coloris afferri.'

[f] *Origine*] Ejus mixturæ ex arte et modo parandæ origine orta a servo mensuram dolii, ex quo hauserat, ita replente.

[g] *Leucocoum*] Hoc est, album e Co vinum. Vide Notas et Emend. num. 14.

[h] *Tethalassomenon*] Τεθαλασσωμένον maxime commendat Athenæus lib. I. p. 32. Vina Græca fere sic omnia condiebantur. Unde festivus est hominis naufragi apud Plautum in Rudente, II. 7. 30. jocus: 'Quasi vinis Græcis Neptunus nobis suffudit mare.'

lico faciendi rationem Cato demonstravit, super cetera in Sole quadriennio[4][i] maturandum præcipiens Rhodium.[j] Coo simile est. Phorineum[5][k] salsius Coo. Omnia transmarina septem vel in sex annis[6] ad vetustatem mediam pervenire existimantur.

XI. (IX.) Vinum omne dulce minus odoratum: quo tenuius, eo odoratius. Colores vinis quatuor: albus, fulvus, sanguineus, niger. Psythium[l] et melampsythium passi genera[m] sunt, suum saporem, non vini, referentia: Scybilites[1][n] vero musti, in Galatia nascens, et Aluntium[2][o] in Sicilia. Nam siræum,[p] quod alii hepsema, nostri sapam

chron habent Gronov. et vett.—4 Dalec. *quatriduo.* 'Videtur in exemplaribus Catonis, quæ habuit Plinius, scriptum fuisse *quadriennium*, ut et quædam adhuc habent. At in accuratioribus exemplaribus editionibusque legitur, *quatriduum.* Hic certe in Plinio aut emendandum, aut intelligendum, *quatriduo.*' Brotier.—5 '*Phormeum* Chiffl. forte, *Phormium*; vel, *Formium.*' Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *aut sex annis* Gronov. et edd. vett. *aut in sex annis* Chiffl.

Cap. xi. 1 'Fortasse *Scybelites*, laudatum sæpe a Galeno inter dulcia.' *Dalec.* *Cisibilites* Gronov. et al. vett.—2 *Halyntium* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

[i] *Quadriennio*] Ita Mss. omnes. At Cato tantum quatriduum postulat de Re Rust. c. 112. p. 63. 'Amphoras,' inquit, 'in Sole ponito, ubi herba non siet, et amphoras operito, ne aqua accedat: et ne plus quatriduum in Sole siveris. Post quatriduum in culleum componito, et instipato.' Initium hoc capitis ejusce fecerat: 'Vinum Coum si facere voles, aquam ex alto marinam sumito, mari tranquillo, cum ventus non erit,' &c.

[j] *Rhodium*] Rhodium tamen minus, quam Coum, aquam marinam pati, scribit Athenæus l. I. p. 32.

[k] *Phorineum*] Mss. Reg. aliique, *Phormeum.* Ignota vox. An *Corynæum*, a Coryna oppido, prope Clazomenas, de quo v. 31.

[l] *Psythium*] Ψυθίου οἴνου meminit Eubulus apud Athen. l. I. p. 28. Μελαμψύθιον *nigrum Psythium* est. Hesychio Ψιθία, εἶδος ἀμπέλου.

[m] *Passi genera*] Passum, est mustum quod Solem vel ignem passum est. Passum tamen alii Sole, defrutum igne et coctione fieri intelligunt. Nonius cap. 17. num. 16. 'Varro de vita pop. Rom. lib. I. Passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque passi essent in Sole aduri.' Vinum passum imitantur ea potione Turcæ, quam *Sorbet* vocant. Fit ex uva passa quæ mola subacta sit, cui deinde calda superfunditur: vase deinde tecto ea defervescit per aliquot dies: peractaque fermentatione fit jucundi saporis. Vide Busbeq. Epist. I.

[n] *Scybilites*] Græcis Σκυβελίτης οἶνος. Vide Notas et Emend. num. 15.

[o] *Aluntium*] Ab oppido cognomine, de quo III. 14.

[p] *Nam siræum*] Galenus tomo II.

appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto: quod ubi factum ad dimidiam est, defrutum[q] vocamus: omnia in adulterium mellis excogitata. Sed priora[r] uva terraque constant. Passum a Cretico[s] Cilicium probatur, et Africum, et in Italia, finitimisque provinciis.[3] Fieri certum est ex uva, quam Græci sticham vocant, nos apianam;[t] item scirpula,[u] diutius in vite Sole adustis,[4] aut ferventi oleo.[v] Quidam e quacumque dulci, dum præcocta alba, faciunt: siccantes Sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, tusasque leniter exprimunt. Deinde quantum expressere, adjiciunt[w] vinaceis aquæ puteanæ, ut et secundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo siccatis[x] acinos

Mox, Marc. Empir. *carenum* pro *hepsema*.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *provinciisque finitimis* Edd. vett.—4 Vet. Dalec. *uvis adustis*; et sic Colum. Mox, *fervente oleo* Gronov. et al. ante Harduin. *oleo* deest in cod. Dalec. *ferventi oleo* codd. Harduini, et edd. recentt. Deinde, Vet. Dalec. *tusasque leniter uvas exprimunt*; al. ap. Dalec. *tusamque l. exprimunt*.

NOTÆ

in Explic. vocum Hippocr. pag. 91. Ἕψημα, ὅπερ καὶ Σίραιον. Hippocr. ipse, lib. I. de Morb. Mul. text. 91. p. 479. οἴνῳ σιραίῳ. Diosc. v. 9. Καὶ ὁ καθεψομένου τοῦ γλεύκους Σείριος ἢ ἕψημα καλούμενος. *Sapam quæ fit musto igni decocto, Græci Sirion seu hepsema vocant.* In officinis pharmacopolarum, 'Rob,' sive 'Sapa simplex.'

[q] *Defrutum*] A defervendo dictum, auctore Palladio. Gallis, *Vin cuit.* Charasius in Pharmac. p. 143. modum utriusque parandi edocet. Columella XII. 21. 'Mustum quam dulcissimi saporis decoquatur ad tertias, et decoctum, sicut supra dixi, defrutum vocatur.'

[r] *Sed priora*] Non ab ingenio et arte, sed a natura, hoc est, ab uvæ terræque bonitate, priora illa suam auctoritatem obtinet.

[s] *A Cretico*] Post Creticum, cui princeps locus debetur. *Malvoisie.* Baccius lib. I. pag. 23.

[t] *Nos apianam*] Græci στίχαν, a στὶξ, hoc est, ab acinorum ordine. *Raisin muscat*, ut diximus cap. 4. Passi ex uva apiana conficiendi modum docet Columella XII. 39. pag. 442.

[u] *Item scirpula*] Cujus jam ante facta mentio cap. 4. his verbis: 'Item scirpula passo acino.'

[v] *Aut ferventi oleo*] Ita Columella XII. 16. pag. 423.

[w] *Adjiciunt*] Quantum boni succi ad primarium passum expressere, tantum vinaceis aquæ adjiciunt ad secundarium faciendum. Vinacea, *le marc*, ut diximus cap. 3.

[x] *Siccatis*] Uvis nimirum acinos, hoc est, grana eximunt, rejectis sarmentis, hoc est, pediculis et ligno cui ea adhærescunt. Habet hæc eadem fere Mago apud Colum. XII. 39.

eximunt, ac sine sarmentis madefactos vino excellenti, donec intumescant, premunt: et hoc genus ante cetera laudant: ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt.

Medium inter dulcia vinumque est,[5] quod Græci aigleucos[y] vocant, hoc est, semper mustum. Id evenit cura, quoniam fervere prohibetur: sic appellant musti in vina transitum. Ergo mergunt e lacu[z] protinus in aqua cados, donec bruma transeat, et consuetudo fiat algendi. Est etiamnum aliud genus ejus per se,[a] quod vocat dulce Narbonensis provincia, et in ea maxime Vocontii.[6] Asservatur ejus gratia uva diutius in vite, pediculo intorto.[b] Ab aliis ipse palmes inciditur in medullam, ab aliis uva torretur in tegulis: omnia ex Helvenaca[c] vite. His adjiciunt[d] aliqui, quod vocant diachyton,[e] uvis in Sole siccatis, loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis, octavo die calcatis: ita fieri optimi odoris saporisque. Dulci e genere est et melitites. Distat a mulso, quod fit e musto,[f] cum quin-



—5 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *vinum est.* Mox, *aigleuces vocant* Gronov. et al. ante Harduin.—6 *Vocontia* cod. Dalec.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov.

NOTÆ

[y] *Aigleucos*] Græcis ἀειγλεῦκος, vinum quod est *semper dulce,* sive mustum, quia fervere prohibetur: nam fervere musta dicuntur, cum in vina transeunt.

[z] *E lacu*] Quid lacus sit diximus cap. 7. Habet his aliquid simile Cato cap. 120. pag. 65.

[a] *Genus ejus per se*] Genus vini quod natura sua ac sponte, sine ulla propemodum arte, ejusmodi est, quale Græcorum ἀειγλεῦκος. Nunc appellant *le vin doux de Limous,* sive *Blanquette de Limous:* item *le vin muscat d'Azile.* Vide G. du Catel Hist. Langued. lib. I. pag. 43.

[b] *Pediculo intorto*] Hunc morem a Cretensibus in sua Malvasia hodieque servari tradit Andr. Baccius I. 8. pag. 12.

[c] *Helvenaca*] Seu Helvica, ut dictum est cap. 3.

[d] *His adjiciunt*] His vinorum dulcium generibus.

[e] *Diachyton*] Διαχυτὸν, *diffusum.* Rhodii vini genus, passo quam maxime simile, ὑποχυτὸν appellatum scribit Timachidas Rhodius apud Athen. lib. I. pag. 31.

[f] *Quod fit e musto*] Hoc est, quoniam fit e musto, vinum scilicet melitites. Diosc. v. 15. Οἶνος μελιτίτης .... διαφέρει τοῦ οἰνομέλιτος, ὅτι ἐκεῖνο μὲν ἐξ αὐστηροῦ οἴνου .... ὁ δὲ μελιτίτης

que congiis austeri musti, congio mellis et salis cyatho suffervefactis, austerum. Sed inter[7] hæc genera potuum ponere debeo et protropum:[g] ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ. Hoc protinus diffusum lagenis suis defervere passi, postea in Sole quadraginta diebus torrent æstatis secutæ, ipso Canis ortu.

XII. (X.) Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuteria[1 h] appellant, Cato[i] et nos loram, maceratis aqua vinaceis:[j] sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera. Decima[k] parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, et ita nocte[2] ac die madefactis vinaceis, rursusque prelo subjectis. Alterum, quomodo Græci factitavere, tertia parte ejus quod expressum sit, addita aquæ, expressoque decocto ad tertias partes. Tertium est, fæci-

quod fit ex vetere vino austero, et exiguo melle: melitites vero e quinque, &c. suffervefactis. Sed inter, e Diosc.

CAP. XII. 1 Vet. Dalec. *deuterias*, forma adjectiva.—2 ‘ Legendum, *Decimæ parti musti quod expressum sit, pari aqua addita, et ita nocte*, e Colum. et Diosc.’ *Dalec.*

NOTÆ

πρὸς ἑ χόας αὐστηροῦ γλεύκους, μέλιτος χοῦν ἕνα, καὶ ἁλὸς κυαθὸν ἕνα. Distat a mulso: Mulsum enim ex austero vino fit.... Melitites autem ex musto, cum quinque congiis austeri musti congio mellis et salis cyatho suffervefactis: nam verbo *ὑπερζεῖν* paulo postea utitur.

[g] *Protropum*] De quo jam diximus cap. 9.

[h] *Deuteria*] Subintellige vina: *δευτερίας οἴνους, vina secundaria.* Dioscor. v. 13. Hesychius: *Δευτερίας, ὁ μετὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχεθῆναι εἰς τὰ στέμφυλα οἶνος.*

[i] *Cato*] De Re Rust. cap. 57. pag. 43. ‘ Vinum familiæ, ubi vindemia facta erit, loram bibant menses tres.’ Varro quoque de Re Rust. I. 54. ‘ Vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hyeme.’ Gallis, *Breuvage que l'on fait en jettant de l'eau sur le marc de la vendange, aprés qu'elle a été foulée et pressée.* Sunt qui vocent, *Vin de dépense.* Quod Galli vocant *du Rapé*, etsi id secundarium dici vinum quoque, et lora possit, re tamen ipsa et apparatu, atque etiam facultate a veterum lora discrepat.

[j] *Vinaceis*] Vinacea, *le marc*, ut diximus cap. 3.

[k] *Decima*] Hic modus a Columella traditur XII. 40. pag. 443. ‘ Lora optima quomodo fiat. Quantum vini uno die feceris, ejus partem decimam quot metretas efficiat considerato, et totidem metretas aquæ dulcis in vinacea addito.’ Sic etiam Diosc. v. 13.

bus vini expressum, quod fæcatum Cato appellat.[l] Nulli ex his[m] plus, quam anno, usus.

XIII. (XI.) Verum inter hæc subit mentem, cum sint genera nobilia, quæ proprie vini[1] intelligi possint, LXXX. fere in toto orbe, duas partes[n] ex hoc numero Italiæ esse, longe propterea ante cunctas terras.[2] Et hinc deinde altius cura serpit, non a primordio hanc gratiam fuisse: auctoritatem post sexcentesimum Urbis annum cœpisse.

XIV. (XII.) Romulum lacte,[a] non vino, libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. Numæ regis Postumia[1] lex[b] est: 'Vino rogum[c] ne respergito.' Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo

CAP. XIII. 1 Cod. Dalec. *vina.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *longe præterea ante, &c.* Gronov. et al. *præstantiora, quam cunctis terris* alii ap. Dalec. *longe prætereuntis cunctas terras* al. ibid.

CAP. XIV. 1 *Posthumi* Chiffl. et Parm. Mox, in codd. Regg. Brot. 1. 2.

NOTÆ

[l] *Cato appellat*] De Re Rust. cap. 153. p. 82. 'Vinum fæcatum sic facito. Fiscinas olearias Campanicas illæ rei habeto: eas fæcis impleto, sub prelumque subdito, exprimitoque.'

[m] *Nulli ex his*] Post annum, inquit, vina hæc exolescunt. Diosc. loc. cit. Χρῶ δὲ αὐτῷ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ· ταχέως γὰρ ἐξίτηλος γίνεται.

[n] *Duas partes*] Hoc est, bessem, *les deux tiers.*

[a] *Romulum lacte*] Paulus ex Festo: 'Sobrium vicum Romæ dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio lacte, non vino, supplicabatur.' Ante Romulum tamen Latinos vino libasse docet ejusdem Festi fragmentum: 'Rustica vinalia appellantur, mense Augusto quartodecimo Kal. Septemb. Jovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicaverunt,' &c.

[b] *Postumia lex*] A Postumio judice lata, Numa præeunte. Delicias facit Scaliger, qui hoc Catulli versu, 'Inger mi calices amariores, Ut lex Postumiæ jubet magistræ,' legis hujus a Numa Pompilio latæ fieri mentionem putet: cum ibi Postumia mulier bibacissima fuerit, cujus hortatu et Catullus ipse potare se largiter velle significat.

[c] *Vino rogum*] Fuit ea tamen consuetudo veterum, ut rogum reliquiasque vino respergerent. Vide Homerum Iliad. Ψ. in funere Patrocli: quem secutus Maro Æneid. VI. 226. 'Postquam collapsi cineres, et flamma quievit, Reliquias vino ac bibulam lavere favillam.' Decemviri anno U. C. trecentesimo tertio, lege XII. Tabularum, non omnem vini, sed murrati tantum, respersionem vetuere: 'Murata potio mortuo ne inditor.' Quam Cicero lib. II. Legg. explanans uberius, pro murata potione, 'sumtuosam respersionem' dixit.

dubitet. Eadem lege, ex imputata[d] vite libari vina Diis, nefas statuit, ratione excogitata, ut putare cogerentur, alias aratores, et pigri circa pericula arbusti.[a] [e] M. Varro auctor est, Mezentium Etruriæ regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset.

(XIII.) Non licebat[f] id fœminis Romæ bibere. Invenimus inter exempla, Egnatii Mecenii[2] [g] uxorem, quod vinum bibisset, e dolio, interfectam fusti[3] a marito, eumque cædis a Romulo absolutum. Fabius Pictor[h] in Annalibus suis scripsit, 'matronam, quod loculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, resignavisset, a suis inedia mori coactam.' Cato, 'ideo propinquos[i] fœminis osculum dare, ut scirent an temetum olerent.' Hoc tum nomen vino erat: unde et temulentia[j] appellata. Cn. Domitius judex pronuntiavit, mulierem videri plus bibisse,[4] quam valetudinis causa, viro insciente, et dote mulctavit. Diuque ejus rei magna parsi-

[a] *Cum alioqui de aranda solum tellure cogitarent, et circa pericula vitis arbustæ pigri forent.*



et Editione principe, *ne respargito*, quod antiquius putat Brotier.—2 *Metelli* Val. Max. VI. 3. 9. Gell. VI. 23. Sigonius de Jure Ant. Rom. I. 9. *Mætenni* Chiffl. *Metenni* Perizon. ad Ælian. V. Hist. II. 38.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *fuste* Gronov. et al. vett.—4 Gro-

NOTÆ

[d] *Imputata*] Nondum putata.

[e] *Arbusti*] Vitium arboribus applicitarum.

[f] *Non licebat*] Gellius X. 23. p. 556. 'Mulieres Romæ,' inquit, 'atque in Latio, bibere solitas ferunt loram, passum, murrhinam, et quæ id genus sapiant, potu dulcia.' Vide et Valer. Max. II. 1. p. 81. Polyb. apud Athen. lib. X. p. 429. et Dionys. Halic. lib. II. p. 96. Addit Ælianus Var. Hist. II. 38. nec licuisse cuiquam nobilium à pube ad annum XXXV. vinum bibere.

[g] *Egnatii Mecenii*] Vide Notas et Emend. num. 16.

[h] *Fabius Pictor*] De eo in Auctorum Indice. Habet hæc quoque Tertull. in Apolog. cap. 6.

[i] *Ideo propinquos*] Gellius, loc. cit. 'Institutumque est, ut cognatis osculum ferrent, deprehendendi causa, ut odor indicium faceret, si bibissent.'

[j] *Temulentia*] Nonius cap. 1. n. 14. p. 486. 'Temulenta dicta est ebriosa, dicta a temeto, quod est vinum, quod attentet mentem. M. Tull. de Repub. lib. IV. Ita magnam habet vim disciplina verecundiæ: carent temeto omnes mulieres.'

monia fuit. L. Papirius[5] [k] imperator adversus Samnites dimicaturus votum fecit, si vicisset, Jovi pocillum vini. Denique inter dona sextarios lactis datos invenimus, nusquam vini. Idem Cato, cum in Hispaniam navigaret, unde cum triumpho[l] rediit, 'Non aliud,'[m] inquit, 'vinum bibi,[6] quam remiges:' in tantum dissimilis istis, qui etiam convivis alia,[n] quam sibimetipsis, ministrant, aut procedente[o] mensa subjiciunt.

nov. *plus vini bibisse.*—5 *L. Papyrius* Gronov.—6 *Nec alium vinum bibit* cod. Dalec.

CAP. XV. 1 Cod. Dalec. *murino odore;* codd. vett. ap. Salmas. *miro odore;* Hermolaus, *myri odore.*—2 Ita Chiffl. edd. Harduin. et recentt. et sic conj. Dalec. *aromaticis* Vet. Dalec. *aromatice* Gronov. et edd. vett.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Dorsenus* Gronov. et edd.

NOTÆ

[k] *L. Papirius*] Furcarum Caudinarum infamiam, quando deditionem Samnitibus fecit Romanus exercitus, et sub jugum missus est cum utroque Consule, anno U. C. CCCCXXXIII. sequente anno majori Samnitium clade, ac pari ignominia, rependit Papirius Imperator, quem Livius lib. IX. Alexandro Magno, si in Italiam, ut erat fama, venisset, parem ait esse potuisse.

[l] *Unde cum triumpho*] Quem Livius describit lib. XXXIV. pag. 417. Florus II. 17. pag. 90. 'Cato ille Censorius, Celtiberos, id est, robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit.'

[m] *Non aliud*] Frontinus Strateg. IV. 3. 'M. Catonem vino eodem quo remiges contentum esse traditur.' Festus in Fragm. p. 18. 'Cato in ea quam scripsit, cum in Hispaniam proficisceretur, ait: Navitæ quod secum portaverant vinum atque oleum, usus tantum eo sum.'

[n] *Qui etiam convivis alia*] Nihil festivius in eam rem dici, aut elegantius, potest, quam quod de hominis sordidi simul et sumtuosi, quod deinde de suo more Plinius alter prodidit II. 2. 'Aliud sibi' vinum 'et nobis,' inquit, 'aliud minoribus amicis, (nam gradatim amicos habet,) aliud suis nostrisque libertis. Animadvertit qui mihi proximus recumbebat, et an probarem interrogavit: negavi. Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? Eadem omnibus pono: ad cœnam enim, non ad notam invito: cunctisque rebus exæquo, quos mensa et toro æquavi. Etiamne libertos? etiam: convictores enim tunc, non libertos puto. Et ille, Magno tibi constat: Minime. Qui fieri potest? Quia scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti. Et hercule, si gulæ temperes, non est onerosum, quo utaris ipse, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumtibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia, quam aliena contumelia consulas.' Spectat huc et elegans Martialis epigramma 60. libri tertii: 'Cum vocer ad cœnam, non jam venalis, ut ante, Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?' &c.

[o] *Aut procedente*] Aut si semel con-

XV. Lautissima apud priscos vina erant myrrhæ odore[1] [p] condita, ut apparet in Plauti fabula,[q] quæ Persa inscribitur, quanquam, in ea, et calamum[r] addi jubet. Ideo quidam aromatite[2] [s] delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dossennus[3] [t] his versibus decernit:

Mittebam vinum pulchrum, murrhinam.

Et in Acharistione:[u]

Panem et polentam, vinum murrhinam.

Scævolam[v] quoque, et Ælium, et Ateium[4] Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo[w] sit:



vett.—4 'Ita bene Cl. Rezzonicus; et sic in Indice. Est Q. Ælius Tubero,

NOTÆ

vivis eadem ac sibimetipsis ministravere vina, procedente mensa alia iisdem, ac deteriora, subjiciunt.

[p] *Myrrhæ odore*] Vide Notas et Emend. num. 17.

[q] *Plauti fabula*] Aut diversam esse necesse est ab ea quæ hodieque extat eo nomine, aut versus eos excidisse quos Plinius noster allegat. Nam qui in ea fabula extant, quæ Persa inscribitur, I. 3. 5. quos Salmasius affert pag. 709. in Solin. 'Commisce mulsum, struthea, colutheaque appara, Bene ut in scutris concaleant, et calamum injice:' in iis nec vini genus describitur, sed mulsi: nec myrrhæ ibi ulla mentio.

[r] *Et calamum*] Aromaticum scilicet, de quo XII. 49.

[s] *Aromatite*] Vino nimirum, quod e myrrha calamoque factitatum dicitur cap. 19. Sic Mss. Reg. &c. Prius *aromatice* perperam legebatur.

[t] *Dossennus*] De eo in Auctorum Indice.

[u] *Acharistione*] Hanc fabulam Plauto Nonius adjudicat cap. 2. verbo 'Pauperavit.'

[v] *Scævolam*] De his in Auctorum Indice.—'Ex Cornelia gente fuit Lælia, quæ nomen dedit Læliano Augusto: cujus nomine nummus inscriptus est in Thesauro Regio: IMP. C. VLP. COR. LÆLIANVS. Alii, IMP. C. LÆLIANVS. P. F. AVG. Quem vero Plinius Lælium vocat, is est fortassis, cujus est nummus argenteus in Gaza Regia, et apud Patin. in Fam. p. 288. n. 7. Caput Romæ victricis galeatum et laureatum exhibet: supra, ROMA: retro, P. LÆ. CA. Imperator paludatus stans dextram imponit capiti Senatoris togati, astante ad sinistram Imperatoris lictore, cum virga: infra, PROVOCO. Hic Læcam nescio quem pingi multi imprudenter scripsere, et de provocatione agi populo Rom. data. Atqui sententia hæc ibi sub istis literis latet: P. LÆ*lius* CA*to* PR*ætor omnium* V*otis* O*rdinum* CO*nstitutus*: id quod ipsa nummi pictura docet. In alio apud Gorlæum, et in Museo nostro, et apud Patinum, n. 3. est tantum LAECA, sine prænomine P. sed divisa litera A ab E, magis recepto more, sensu eodem: LAE*lius* CA*to*. In aversa parte, M. Porcius curru quadrijugo vehitur, supervolitante Victoria, et coronam porri-

Quod si opus siet,[5] ut dulce promat indidem, ecquid habet?

CHAR. Rogas?

Murrhinam,[x] passum, defrutum, mella[6] . . .

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum.

XVI. (XIV.) Apothecas[a] fuisse, et diffundi[b] solita vina anno DCXXXIII.[c] Urbis, apparet indubitato[1 d] Opimiani vini argumento, jam intelligente suum bonum Italia. Nondum tamen ista genera in claritate erant. Itaque omnia tunc genita unum habent consulis nomen. Sic quoque postea diu transmarina in auctoritate fuerunt, et ad avos usque nostros: quin et Falerno jam reperto, sicut apparet ex illo Comici versu,[2]

qui multa de jure publico et privato scripsit.' *Brotier.*—5 Gronov. et al. ante Harduin. *opus est.*—6 Margo ed. Dalec. *mellinam. Hadr. Jun.* IX. 5. *Defrutum, mellinam, mel quojusmodi, Sambucus, mellinam τὸ ὑδρόμελι, Ms.*

CAP. XVI. 1 Cod. Dalec. *in consulatu.*—2 Ita ex codd. Harduin. et

NOTÆ

gente. Sub quadrigis M. PORC. Infra, ROMA. Docet hic nummus P. Lælium Catonem fuisse paterno genere Lælium, materno Catonem, ex gente Porcia. Unde M. Porcii victoriam in altera nummi parte jussit inscribi.' *Ed. sec.*

[w] *In Pseudolo*] Quæ Plauti fabula est. Extat hic locus II. 4. 51.

[x] *Murrhinam*] Veterum itaque murrhinam vini genus aut passi, myrrhæ odore conditi, atque adeo aromatiten, Plinius noster putat, certos auctores secutus, quos Varro laudat apud Nonium cap. 17. n. 11. 'Loram dicebant in vindemia, cum expressissent acinis mustum, et folliculos in dolium conjecissent. Varro, de Vita Pop. Rom. lib. I. Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murrhinam Plautum quidam appellare putant.' Sane Gloss. Gr. Lat. *Murinam ἀρωματεῖον* interpretatur. E myrrha vinum fieri indicasse se hoc loco Plinius inferius admonet cap. 19.

[a] *Apothecas*] Ἀποθήκη Græcis, Columellæ I. 8. cella vinaria. 'Plenam antiquis apothecam cadis' apud Phædrum legimus, lib. IV.

[b] *Et diffundi*] Hoc est, recondi in doliis. Vinum diffunditur, quod e lacu in amphoras et cados apothecarum ad asservandum funditur. Horat. I. Ep. 5. 4. 'Vina bibes iterum Tauro diffusa.' Et Juvenal. Sat. V. 'Ipse Capillato diffusum Consule potat.' Et Sat. XI. 'Hic tibi vina dabit diffusa in montibus illis.' Adde his et Columellam XII. 28.

[c] *Anno DCXXXIII.*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. &c. et recte, uti monuimus cap. 6. ubi de Opimii Consulatu.

[d] *Indubitato*] Ita Reg. 2. Colb. 1. 2. Th. &c.

Quinque Thasî vini depromam, bina Falerni.[3] [e]

P. Licinius Crassus, et L. Julius Cæsar[4] censores anno Urbis conditæ DLXV.[5] [f] edixerunt, 'ne quis vinum Græcum Amineumque octonis æris[g] singula quadrantalia[h] venderet.' Hæc enim verba sunt. Tanta vero vino Græco gratia erat, ut singulæ potiones in convictu darentur.

XVII. Quibus vinis auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit: 'L. Lucullus puer apud patrem nunquam lautum convivium vidit, in quo plus semel Græcum vinum daretur. Ipse, cum rediit ex Asia, millia cadum[i] in congiarium[1] [j] divisit amplius centum. C. Sentius,[2] quem prætorem vidimus, Chium vinum domum[3] suam illatum dicebat tum primum, cum sibi cardiaco[k] medicus



recentt. *Comico versu* Gronov. et vulgg. *versu Anaxipolis Thasii* Vet. Dalec. —3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Quinque Thasii vina inde depromam, Falerni bina* Gronov. et al. ante Harduin. *Quinque Thassi, &c.* cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *et L. Cæsar.*—5 'P. Licinium Crassum et L. Julium Cæsarem anno U. C. *DLXV.* fuisse censores vidimus jam supra XIII. 5. Perperam ergo in hoc loco Mss. et Editio princeps aliæque habent, *DCLXV.* Ipsa vini vilitas argumentum est erroris.' *Brotier.* *DCLXV.* codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *DCLXXV.* edd. vett. et Gronov. Mox, *vini Græci Ammineique plus octonis,* vel, *pluris quam octonis,* Dalec.

CAP. XVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *millia cadum congiariorum* Gronov. et al. 'Lego, *congiario.*' Dalec.—2 'Crediderim prænomen *C.* redundare. In codd. et Editione principe, *amplius C. Sentius.*' Brotier.—3 Ita Tolet. cum edd. Harduin. et recentt.

NOTÆ

[e] *Quinque Thasî*] Hoc est, Thasii, vini e Thaso insula advecti. Vide Notas et Emend. num. 18.

DLXV. [*DCLXV.*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. Quo anno Fasti Consulares hos ipsos Censores aiunt lustrum non fecisse: belli Marsici anno secundo. Hos censores, ipsumque Urbis annum DCLXV. jam supra notavimus XIII. 5.—'Legendum haud dubie, *DLXV.*' Ed. sec.

[g] *Octonis æris*] Hoc est, octonis assibus, Romano ac veteri more: quorum deni octonis assibus monetæ Gallicæ æstimatione nostra permutantur: octoni fere senis. Vide quæ dicturi sumus XV. 1. et XVIII. 4. de hac vilitate omnis annonæ.

[h] *Quadrantalia*] Quid quadrantal, seu amphora sit diximus, cap. 5.

[i] *Millia cadum*] Cadus est vasis vinarii genus decem congios, vel, ut aliis placet, duodenos capiens: ut amphora tantum octonos.

[j] *In congiarium*] Congiarium munus erat quo populus donabatur, ut milites donativo. Sueton. in Augusto, cap. 41. 'Congiaria frequenter populo dedit,' &c.

[k] *Sibi cardiaco*] Cardiacus est, qui

dedisset. Hortensius super decem millia cadum hæredi reliquit.' Hactenus Varro.

(XV.) Quid? non et Cæsar dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chii cados in convivia[4] [l] distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium et Falernum dedit. Epulo vero[m] in tertio consulatu suo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum: quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat. Postea ergo alia omnia[n] in nobilitatem venerunt, circiter septingentesimum Urbis annum.[5]

XVIII. (XVI.) Itaque non miror[1] innumerabilia pæne genera fictitii reperta multis ante sæculis, quæ nunc dicemus, omnia ad medicinæ usum pertinentia. Omphacium quo modo fieret, propter unguenta, diximus priore libro.[2] [o] Fit e labrusca,[p] hoc est, vite sylvestri, quod vocatur œnanthinum. Flores ejus libris duabus in musti cado macerati[3] post XXX. dies mutantur. Præter hoc radix labruscæ



vinum in domum Gronov. et al. ante Harduin.—4 Dalec. *convivas.*—5 Cod. Dalec. *et circiter septingentesimo Urbis anno.*

CAP. XVIII. 1 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *minora.*—2 Dalec. *superiori.*

NOTÆ

cardiaco morbo tentatur: quo de genere morbi dicemus in libris de Medicina. Horat. II. Sat. 3. 'Non est cardiacus,' &c.

[l] *In convivia*] Hoc est, in singula convivia singulos cados. Convivia Plinius hic vocat certum numerum convivarum una discumbentium.

[m] *Epulo vero*] Cum esset Epulo. Epulones dicebantur ii, quibus potestas esset Jovi Opt. Max. ceterisque Diis epulas indicendi. Hi primum terni fuere, mox et septeni. Cic. de Orat. III. 70. 'Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros Epulones esse voluerunt: cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Postea auctus est numerus, et septem creari cœpti.' Hinc apud Plinium Juniorem II. 11. 'Septemvir Epulonum. Hujus sacerdotii expressa memoria in denario gentis Cœliæ, cum effigie Septemviri in Jovis epulo lectum eidem Deo pro more sternentis, cum epigraphe, L. CALDVS. VII. VIR. EPVL. 'Lucius Caldus Septem-Vir Epulonum.'

[n] *Postea .... alia omnia*] Alia vinorum genera claritatem accepere.

[o] *Priore libro*] Priore scilicet ex iis in quibus arbores tractantur, hoc est, XII. 61.

[p] *Fit e labrusca*] Hæc iisdem verbis Diosc. V. 33. *Ὁ δὲ οἰνάνθινος σκευάζεται οὕτω· λαβὼν τῆς ἀγρίας ἀμπέλου, κ. τ. λ.*

et acini coria perficiunt. Ii, paulo postquam defloruere,[4] singulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corporum ardores, gelidissima, ut ferunt, natura. Pars eorum æstu moritur, priusquam reliqui,[5] qui solstitiales[q] dicuntur. Universi nunquam maturescunt: et si prius, quam tota marcescat uva,[r] incocta[6] detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvas appetendi.

XIX. Fictitiorum[1] [a] primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon,[b] hoc modo: albi musti sextarii[2] XX.[c] aquæ dimidium, fervet donec excoquatur aquæ mensura.[d] Alii marinæ[e] sextarios decem, tantundem pluviæ, in Sole[3] quadraginta diebus torrent. Dant ægris, quibus vini noxiam timent.

Proximum fit e milii semine[f] maturo, cum ipsa stipula,

bus libris.—3 Cod. Dalec. *maceratis.*—4 Chiffl. *postquam defluere.*—5 Dalec. *perstant reliqui.* Mox, Chiffl. *dicuntur universi. Nunquam, &c.*—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *priusquam tota uva marcescat incocta* Tolet. *inarescat* margo edd. Dalec. et Gronov. *et si prius quam tota maturescat, uva incocta* Gronov. et al. vett.

Cap. XIX. 1 *Factitiorum* Gronov.—2 Dalec. *sextariis.* Mox, pro *dimidium,* margo edd. Dalec. et Gronov. *tantundem.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pluviæ, mellis, musti, miscent, decapulant, et in sole,* e Diosc. lib. v.—

NOTÆ

[q] *Qui solstitiales*] Iidem et caniculati appellati a Marcello Empirico c. 14. quoniam ardores caniculæ durant, aut iisdem torrentur, non quia canam lanuginem habeant, ut visum est nonnemini.

[r] *Marcescat uva*] Ita Reg. Colb. Chiffl.

[a] *Fictitiorum*] Ita Mss. Reg. &c. tum hoc loco, tum in Indice. Sic XXIII. 26. 'Inter vini genera quæ fingi possunt,' &c. Alii *factitiorum* hic legunt, Mss. omnibus invitis.

[b] *Adynamon*] Ἀδύναμος οἶνος, Diosc. v. 13. hoc est, vinum impotens, imbecille: in quo parando musti ille et aquæ pares recipit portiones: cum a Plinio dupla exigatur musti ad aquam mensura.

[c] *Sextarii XX.*] De sextario dixi cap. 5.

[d] *Aquæ mensura*] Hoc est, donec *excoquatur aqua,* ἄχρις ἂν ἐξαναλωθῇ τὸ ὕδωρ, Diosc. loc cit.

[e] *Alii marinæ*] Diosc. loc. cit.

[f] *E milii semine*] Quo plane modo confici vinum e milii semine Plinius noster præcipit, eodem plane Diosc. vinum e Vettonica, quam κέστρον Græci vocant: prorsus ut κέγχρον legisse Plinius in iisdem fontibus Græcis, in quibus κέστρον Dioscorides, existimari possit. Vidit hoc ante nos Budæus de Asse lib. v. fol. 155. et Budæum secutus P. Ciaconius de Ponderibus, p. 70.

libram et quadrantem[4] in congios duos musti, macerato, et post septimum mensem transfuso. Ex loto arbore, frutice, herba, dictum est[g] uti quæque fierent.

Fiunt et e pomis[h] quæ dicemus, interpretationibus non nisi necessariis additis: primumque e palmis,[i] quo Parthi et Indi utuntur, et Oriens totus: maturarum,[5][j] quas vocant chydæas, modio in aquæ congiis tribus macerato, expressoque.[6] Sic fit et sycites[k] e fico, quem alii palmiprimum,[l] alii catorchiten vocant. Aut si dulce esse non libeat, pro aqua[m] tantundem vinaceorum adjicitur. E Cypria fico[n] et acetum præcellens,[7] atque Alexandrina quoque melius. Vinum fit[8] et e siliqua[o] Syriaca, et e pyris,[p] malorumque



4 Quidam ap. Dalec. *ad libram, &c.* Alii ibid. *libra et quadrante.* Mox, Dalec. *et vino post septimum, &c.*—5 Vet. Dalec. *mitiorum.*—6 'Lego, *expressoque: aut si ita dulce esse non libeat, congiis quinque. Fit et sycites e fico* (*carica* Diosc.) *in Cypro, ut palmeum aliqui catorchiten vocant, sed pro aqua tantundem humoris adjiciunt, in quo recenter pressa vinacea maduerint. Fit et liquor is acetum præcellens, &c.* Sic locus hic e Diosc. restituendum.' *Dalec.* Chiffl. habet, *alii parnu primum alii trocin.*—7 Gronov. et al. ante Harduin. *et acetum fit præcellens.*—8 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *melius vinum fit* Har-

NOTÆ

[g] *Dictum est*] Lib. XIII. c. 32.

[h] *Fiunt et e pomis*] Pomum hic nomen est commune fructuum omnium, qui esui apti proveniunt: unde et nuces pomorum quandoque genere scriptores vetusti comprehendunt.

[i] *E palmis*] Ut dictum est XIII. 9.

[j] *Maturarum*] Sic Diosc. v. 40. ubi de palmei vini confectione: *Φοινικίτης οἶνος. Λαβὼν φοίνικας τὰς χυδαίους πεπείρους, κ. τ. λ.* Quid chydææ palmulæ vox sonet diximus XIII. 9. In Mss. *mitearum,* forte pro *mitiorum.* Aliud porro longe vinum Palmatianum est, de quo Cassiod. XII. 12. 'Quod ita redolebat ore ructatum, ut merito illi a palma nomen videretur impositum.' Sed e vite succus is fuit, nomen ab odore, qui palmæ fructuum similis foret.

[k] *Et sycites*] Hoc est, eodem modo concinnatur, quo palmeum, id vini genus quod ficatum a fico, unde exprimitur, appellarunt. Diosc. v. 41. *Καὶ ὁ κατορχίτης δὲ, ὃν ἔνιοι συκίτην καλοῦσιν, ἐν Κύπρῳ σκευάζεται ὁμοίως τῷ φοινικίτῃ, κ. τ. λ.*

[l] *Palmiprimum*] Quasi palmeo bonitate proximum. Tamen in Mss. *parnu primum.* 'Quem' Plinius noster cum dixit, Græce *οἶνον* subintellexit.

[m] *Pro aqua*] Diosc. loc. cit.

[n] *E Cypria fico*] De qua dictum est XIII. 15. Ægyptiæ illa sive Alexandrinæ similis, quæ et sycomorus appellata, ut diximus eodem lib. c. 14. Diosc. his concinit v. 42. cum e sycomoris fieri vinum ait, sed quod in acetum acre degeneret. Aceti ficulnei parandi modum Columella tradit XII. 17.

[o] *Et e siliqua*] De qua XIII. 16.

[p] *Et e pyris*] Qui *ἀπίτης οἶνος* Diosc. v. 32.

omnibus generibus. Sed e Punicis, quod rhoiten[q] vocant: et e cornis, mespilis, sorbis, moris siccis,[r] nucleis pineis.[s] Hi musto madidi exprimuntur: superiora[t] per se mitia. Myrtiten Cato quemadmodum fieri docuerit, mox paulo[9] [u] indicabimus. Græci vero[v] et alio modo. Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis defervefaciunt,[10] donec duo supersint. Quod ita[w] sylvestris myrti baccis factum est, myrtidanum vocatur:[11] hoc manus tingit.

Ex his quæ in hortis gignuntur fit vinum e radice, asparago,[x] cunila, origano, apii semine, abrotono, mentastro, ruta, nepeta, serpyllo, marrubio. Manipulos binos condunt[12] in cadum musti, et sapæ[13] [y] sextarium, et aquæ



duin. 2. 3. Miller. et Franz.—9 Cod. Dalec. *quemadmodum fecerit, hoc paulo.*—10 Gronov. *defervere faciunt.*—11 Ita codd. Harduin. et Chiffl. cum edd. recentt. *vocant* Dalec. Gronov. et al. vett.—12 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *tundunt* Gronov. et al. ante Harduinum.—13 Ita Dalec.

NOTÆ

[q] *Quod rhoiten*] Diosc. v. 34. Ὁ ῥοΐτης δὲ οἶνος, κ. τ. λ. Vide et Pallad. l. IV. in Mart. tit. 10. p. 94. Ῥοὰ Græcis malum Punicum est.

[r] *Moris siccis*] Quod *moratum*, ut remur, sequior ætas appellavit. Capitulare de Villis cap. 34. 'Vinum, acetum, moratum, vinum coctum,' &c.

[s] *Nucleis pineis*] Nuclei pineæ nucis, Gallis, *des pignons, les noyaux des pommes de pin.* Vini ex iis parandi modum edocet Diosc. v. 44. apud quem στροβιλίτης οἶνος, a strobilis, hoc est, a nucleis pineis appellatur.

[t] *Superiora*] Corna, mespila, sorba, mora, per se sine musto addito exprimuntur, cum mitia seu matura sunt.

[u] *Mox paulo*] Lib. XV. c. 37.

[v] *Græci vero*] A quibus hæc quoque Diosc. totidem verbis, v. 37. e nigræ myrti ramulis teneris, baccisque. Μυρσινίτης σκευάζεται οὕτω, κ. τ. λ. Vide etiam Palladium l. III. in Febr. tit. 31.

[w] *Quod ita*] Quod arte simili paratur ex sylvestris myrti baccis, (*des baies de myrte sauvage,*) myrtidanum vocatur. Alia est apud Diosc. I. 156. vocis hujusce acceptio, μυρτίδανον: alia apud scriptores alios, quos laudaturi sumus XV. 35. Plinio Palladius concinit de sylvestris myrti vino l. XI. in Octob. p. 155.

[x] *Asparago*] Quæ sint harum herbarum nomina suis quæque locis dicemus, ubi de hortensibus agetur lib. XIX. et seqq. Ex his vinorum generibus hæc a Dioscoride recensentur: Thymbrites, quod e thymbra fit, seu cunila, v. 60. Origanites, quod ex origano, c. 61. Selinites, quod ex apii semine, c. 74. Abrotonites, quod ex abrotono, c. 62. Calaminthites, quod ex calamintha, sive, ut Plinius transtulit, mentastro, c. 62. Prasites denique, e marrubio, c. 58.

marinæ heminam. E napis[14] fit,[z] duum denariorum[a] pondere in sextarios binos[15] musti addito: item e scillæ[b] radice. Inter flores ex rosæ foliis tusis in linteolo in mustum collatis,[16] [c] cum ponduscnlo, ut sidat,[d] XL. pondere[e] denariorum in sextarios vicenos musti, nec ante tres menses vase aperto. Item e nardo[f] Gallico, et aliud e sylvestri.

Aromatiten[g] quoque invenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo e myrrha, ut diximus,[h] mox et nardo[i] Celtico, calamo, aspalatho, offis[j] in mustum aut dulce vinum dejectis.[17] Alii de calamo,[k] junco, costo,

Harduin. et recentt. *et sæpe* Gronov. et edd. vett.—14 *Et bunio* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—15 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps; *XI. denariorum pondere in sextarios binos* Gronov. et al. vett. *duum denariorum pondere sextarios* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—16 Gronov. et al. vett. *colatis.* Mox, *ut sidant* quædam vett. ap. Dalec.—17 Ita Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *defectis* Chiffl. *desectis* Gronov. et al. vett. Mox, *Aliud e calamo*

NOTÆ

[y] *Et sapæ*] Ita Reg. 1. cod. et Paris. Editi perperam, *et sæpe sextarium.*

[z] *E napis fit*] Dioscoridi v. 56. *βουνίτης οἶνος.* Est enim bunion, uti cum Plinio dicemus xx. 11. naporum genus.

[a] *Duum denariorum*] Vide Notas et Emend. num. 19.

[b] *Item e scillæ*] Vinum scillites quemadmodum confici oporteat, docet Columella xii. 33. p. 438.

[c] *In mustum collatis*] Sic Reg. 2. Colb. &c. vel ut vetustiore forma Reg. 1. *conlatis.* Longe enim a Pliniano stylo vox *chalatis*, quam Gronovius lib. de Sest. p. 193. hic nobis obtrudit. Id Latine Plinius noster expressit, quod Græce Diosc. v. 35. *Ῥοδίτης οἶνος. Κάθες εἰς γλεύκους ξέστας η΄. Vinum rhodites. Confer in mustum sextarios octo.*

[d] *Ut sidat*] Intra linteolum, inquit Diosc. lapilli simul immittuntur, ut degravatus ponduscnlo fasciculus sidat, petatque fundum.

[e] *XL. pondere*] Ita Mss. omnes: etsi de pondere a Plinio dissidet Dioscorides loc. cit. multo vero etiam magis Palladius in Maio, tit. 13. de rosa.

[f] *Item e nardo*] De utraque nardo diximus xii. 26. Hæc Diosc. pariter v. 67. et 69.

[g] *Aromatiten*] *Ἀρωματίτης οἶνος*, cujus parandi modos multiplices tradit Diosc. v. 64. et 65.

[h] *Ut diximus*] Cap. 15. De vino e myrrha, Diosc. v. 65. Myrrhatum id fortean vinum fuerit, *οἶνος ἐσμυρνισμένος*, quod morituro Domino propinarunt, ut Sacri Codices referunt. Hæc certe est, quæ apud Festum 'murrata potio' nuncupatur.

[i] *Mox et nardo*] Aliud aromatitæ vini genus, de quo Diosc. v. 64.

[j] *Offis*] Ex contritis herbis proxime nominatis factas grandiores offas in mustum austerum *dejicito*, *βάλε*, inquit Diosc. loc. cit.

[k] *Alii de calamo*] Alii, inquit, aliter

nardo Syriaco, amomo, casia, cinnamomo, croco, palma, asaro, similiter et offa.[18] [l] Apud alios nardi et malobathri selibris in musti congios duos[m] additis: qualia nunc quoque fiunt pipere et melle addito, quæ alii condita, alii piperata appellant. Invenitur et nectarites[n] ex herba, quam alii helenion,[19] alii medicam, alii symphyton, alii Idæam et Orestion, alii nectaream vocant, radice ponderis XL.[o] denariorum in sextarios[20] sex musti addita, similiter in linteo.[p]

Ex ceteris herbis,[q] fit absinthites in XL. sextariis[21] musti, absinthii Pontici libra decocta ad tertias partes, vel scopis absinthii[r] in vinum additis. Similiter hyssopites[s] e

Gronov. et al. ante Harduin.—18 Dalec. *similibus et offis.*—19 Chiffl. *melenion.*—20 Cod. Dalec. *ponderis XL. in sextarios.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *poculo quinque drachmarum in congios sex*, e Diosc.—21 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. Dalec. et Chiffl. *in XL. sextarios* edd. ante Brotier. *in XLVIII. sextariis musti, absynthii Pontici libra decoctis ad tertias partes* Bu-

NOTÆ

id vinum concinnant. Diosc. loc. cit. Σκευάζεται δὲ καὶ ἄλλως. Καλάμου ὀλκὰς η', κ. τ. λ. Ita Mss. Reg. Colb. &c. Prius, *aliud e calamo.*

[l] *Similiter et offa*] Hoc est, dejecta, ut prius, offa in mustum.

[m] *Congios duos*] Congium sex sextarios capere, auctor est Festus, verbo 'Publica pondera.' De sextario dixi c. 6. Et hunc vini parandi modum Diosc. expedit v. 67.

[n] *Nectarites*] Totidem verbis hæc Diosc. v. 66. Ὁ δὲ νεκταρίτης σκευάζεται ἐκ τοῦ ἑλενίου, ὃ Ἔνιοι Μηδικὴν, οἱ δὲ σύμφυτον, οἱ δὲ Ἰδαῖον φλόμον, (hoc est, *Idæum verbascum,*) οἱ δὲ ὀρέστιον, οἱ δὲ νεκτάριον καλοῦσι. Hoc illud Helenium est, de quo dicturi sumus XXI. 91.

[o] *Radice ponderis XL.*] Ita Mss. omnes, dissidente, ut prius, scriptore nostro a Dioscoride, in ratione ponderum mensurarumque assignanda. Nec tamen Georg. Agricolam audio, aliosque eum secutos, Salmasium, Gronoviumque, qui *V. denariorum*, et *sextarios XXXVI.* reponunt: cum præsertim Dioscoridis ipsius codices hac parte vitiati vix duo inter se concinant.

[p] *Similiter in linteo*] Tusis nimirum, et in mustum collatis.

[q] *Ex ceteris herbis*] Quod ad herbas ceteras attinet, ex absinthio primum fit absinthites. Hujus concinnandi modos multiplices vide apud Diosc. v. 49.

[r] *Scopis absinthii*] Scopæ manuales, herbarum fasciculi sunt colligati, seu manipuli, ita dicti, quod manum impleant, αἱ δεσμαὶ ποῶν χειροπληθεῖς, *des poignées d'herbes.*

[s] *Hyssopites*] De quo Diosc. v. 50. Ὑσσωπίτης δὲ ὁ ἐκ τοῦ Κιλικίου ὑσσώπου κάλλιστός ἐστιν, κ. τ. λ.

Cilicio[22] hyssopo, unciis tribus in duos congios musti conjectis, aut tusis in unum. Fiunt utraque[t] et alio modo, circa radices vitium sato.[23] Sic et helleboriten[u] fieri ex veratro nigro Cato docet. Sic fit et scammonites. Mira vitium natura, saporem alienum in se trahendi, qualem et salicum redolent Patavinorum in palustribus vindemiæ. Sic et helleborum seritur in Thaso, aut cucumis sylvester, aut scammonia:[24] quod vinum phthorium[v] vocant, quoniam abortus facit.

Fit et ex herbis, quarum naturæ suo[25] loco dicentur. E stœchade,[w] et radice gentianæ, et tragorigano, et dictamno, asaro, dauco, elelisphaco, panace, acoro, conyza, thymo, mandragora, junco. Vocarunt et scyzinum, et itæomelin, et lectisphagiten, quorum jam obliterata ratio est.

Et fruticum vero e genere, cedri utriusque,[x] cupressi, laurus, juniperi,[26] terebinthi, in Gallia[27] lentisci,[y] baccas aut lignum recens musto decoquunt. Item[z] chamelææ, et

dæus.—22 *Cicilio* Harduin. 2. ex operarum lapsu.—23 *Fiunt pleraque, &c. satu* Dalec.—24 Gronov. *aut scammonea.*—25 Chiffl. *suæ.*—26 Cod. Dalec. *lauri, pini, juniperi.*—27 'Ms. *callia.* Lego *thymelææ,* e Diosc. qui etiam his

NOTÆ

[t] *Fiunt utraque*] Fit vinum, inquit, et absinthites, et hyssopites, alio modo: nam absinthio, vel hyssopo, circa vitis radices sato, ejus herbæ saporem refert id vinum, quod ex ea vite fit: trahente in se vite saporem alienum.

[u] *Sic et helleboriten*] Sic nimirum ad vitium radices veratro consito, vel scammonia. Catonis locus, quem signat, est e libro de Re Rust. cap. 115. pag. 164.

[v] *Phthorium*] Hæc plane iisdem verbis Diosc. v. 77. Γίνεται δὲ καὶ φθόριος ἐμβρύων οἶνος, κ. τ. λ.

[w] *E stœchade*] Vinum stœchadites, Dioscor. v. 52. Tragoriganites cap. 55. Dictamnites cap. 57. Asarites cap. 68. Daucites cap. 70. Elelisphacites cap. 71. Panacites cap. 72. Acorites cap. 73. Conyzites cap. 63. Thymites cap. 59. Mandragorites cap. 81.

[x] *Cedri utriusque*] Minoris, opinor, quæ inter frutices: non majoris, quæ inter arbores annumerari debet. Sunt autem duo minoris cedri genera, ut dictum est XIII. 11. Lycium Phœniciumque. Quanquam et cedrites vini genus e majoris cedri fructu laudat Diosc. v. 45. ubi et cupressinum explicatur, ac laurinum. Juniperinum cap. 46. Terebinthinum cap. 39. Lentiscinum cap. 38.

[y] *In Gallia lentisci*] Vide Notas et Emend. num. 20.

[z] *Item*] Χαμελαΐτης οἶνος Dioscor. v. 79. Χαμαιπιτυΐνος cap. 80. Χαμαιδρυΐτης cap. 51.

chamæpityos, et chamædryos lignum eodem modo, et ex flore,[a] in congium[28] musti decem denariorum pondere addito.

XX. (XVII.) Fit vinum[b] et ex aqua ac melle tantum. Quinquennio[c] ad hoc servari cœlestem jubent. Aliqui[d] prudentiores statim[1] ad tertias partes decoquunt, et tertiam mellis veteris adjiciunt: deinde XL. diebus Canis ortu in Sole habent. Alii diffusa[e] ita decimo die[2] obturant. Hoc vocatur hydromeli,[f] et vetustate saporem vini assequitur, nusquam laudatius, quam in Phrygia.

XXI. Quin et acetum melle temperabatur: adeo nihil intentatum vitæ fuit.[1] Oxymeli[g] hoc vocarunt, mellis decem libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluviæ sextariis quinque suffervefactis decies, mox elutriatis,[h] atque ita inveteratis. Omnia ab Themisone

plantis addit abietem.' *Dalec.* *terebinthi, calami, lentisci* Gronov. et al. ante Harduin.—28 '*Item chamelææ et etiam lignum, dum florent, eodem modo, in congios, &c.* e Diosc. v. 79. 80.' *Dalec.* *lignum. Eodem, &c.* Gronov. et edd. vett.

CAP. XX. 1 Cod. Dalec. *jubent aliqui prudentiores. Alii statim.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *diffusam post X. diem.*

CAP. XXI. 1 Cod. Dalec. *intemperatum in vita fuit.*—2 Cod. Dalec. *genu-*

NOTÆ

[a] *Eodem modo, et ex flore*] Hoc est, lignum recens cum suis baccis, ut in prioribus fruticibus fieri diximus, musto decoquunt: et simul ex flore immittunt in musti congium, denum denarium pondus. Dioscor. v. 79.

[b] *Fit vinum*] Vinum appellat, cum vini nihil admixtum ei sit: vini tamen appellationem meruit, quod, ut mox Plinius ait, vetustate vini saporem assequitur: sive, ut XXII. 52. longa vetustate transit in vinum.

[c] *Quinquennio*] Veterem aquam cœlestem Diosc. pariter desiderat v. 17. ὕδωρ ὄμβριον παλαιόν.

[d] *Aliqui*] Dioscor. loc. cit.

[e] *Alii diffusa*] Vina scilicet. Quæ vis huic voci subsit, diximus c. 16.

[f] *Hydromeli*] Ὑδρόμελι, ab aqua et melle. Latini aquam mulsam vocant: Galli, *de l'hydromel.* De eo rursum XXII. 51.

[g] *Oxymeli*] Ὀξυμέλιτος concinnandi modum plane eundem Diosc. affert v. 22. ex Dieuche scilicet, quem inventi hujus auctorem Plinius noster facit XXIII. 29. Nullo fere alio syrupo usa antiquitas, quam suo oxymelite, inquit Andr. Baccius I. 26. pag. 40. nempe quoniam ii saccharo caruerunt, quo syrupa nostra concinnamus.

[h] *Mox elutriatis*] Hoc est, de vase in vas translatis, transfusis, sive (ut elegantius Latini) diffusis. Plinius ipse ubi hunc oxymelitis conficiendi

summo auctore damnata: et hercule coactus eorum usus videri potest, nisi si quis naturæ opus esse credit aromatiten, et ex unguentis vina composita, aut ut biberentur genuisse eam frutices.[2] Ista sunt cognitu jucunda, solertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex his anno durare, præterquam quæ vetustate ipsa fieri[i] diximus,[3] et plura ne tricenis quidem diebus, non erit dubium.

XXII. (XVIII.) Sunt et in vino prodigia. Dicitur in Arcadia[j] fieri, quod fœcunditatem[1] fœminis importet, viris rabiem. At in Achaia maxime circa Caryniam[2][k] abigi partum vino, atque etiam si uvam edant gravidæ, cum differentia[l] in gustatu non sit. Trœzenium[m] vinum qui bibunt,[3] negantur generare. Thasos[4][n] duo genera vini diversa facere proditur: unum quo somnus concilietur, alterum vero quo fugetur. Apud eosdem vitis theriace[o]

isse ea frutices.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *vetustatem ipsam ferre, &c. est.*

Cap. XXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sterilitatem.* Theophr. *ἀτεκνούσας ποιεῖ.*—2 Chiffl. *Charmiam.*—3 Chiffl. *qui bibant.*—4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Thasios* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *unum quo,*

NOTÆ

modum totidem rursus ferme verbis tradit XXII. 29. 'Oxymeli antiqui, ut Dieuches tradit, hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram et quadrantem, aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescente cortina, atque ita diffundebant, inveterabantque.'

[i] *Vetustate ipsa fieri*] Hoc est, confici et absolvi: ut quod e milii semine dictum est cap. 19. post septimum tantum mensem transfundi: rosæ item, non ante tres menses, &c.

[j] *In Arcadia*] Sic plane Theophr. apud Athen. lib. I. pag. 31. Ælianus quoque Var. Hist. XIII. 6.

[k] *Circa Caryniam*] Περὶ δὲ Κερυνίαν τῆς Ἀχαΐας, Athen. loc. cit. Theophr. ipse Hist. IX. 20. unde hæc manarunt, πάλιν δ' ἐν Ἀχαΐᾳ, καὶ μάλιστα περὶ Καρυνίαν, κ. τ. λ. Ælianus loc. cit. Ἐν δὲ Ἀχαΐᾳ περὶ Κεραυνίαν, κ. τ. λ. Atque hoc quidem nomen postremum verissimum, planeque ad eam Achaiæ urbem nummus ille Goltzii in Græcia pertinet, cui in curru bijugo, Olympici haud dubie certaminis, victor insculptus: urna ex parte adversa cum palma duplici: epigraphe, ΚΕΡΑΥΝΙΕΩΝ. Errat Nonnius qui ad Cypriorum nescio quam urbem hunc nummum refert.

[l] *Cum differentia*] Cum neque uva in gustu secus ac ceteræ, nec vinum, sapiat. Theophr.

[m] *Trœzenium*] Theophr. loc. cit.

[n] *Thasos*] Theophr. et Ælianus locis cit.

[o] *Theriace*] Θηριακὴ ἄμπελος, de qua et eadem cum Plinio, et alia plura

vocatur, cujus et vinum et uva contra serpentium ictus medetur. Libanios[p] thuris odore, ex qua Diis prolibant. E diverso aspendios, damnata aris. Ferunt eam nec ab alite ulla attingi. Thasiam[q] uvam Ægyptus vocat apud se prædulcem, quæ solvit alvum. Est contra in Lycia, quæ solutam firmat. Ægyptus et ecbolada[r] habet, abortus facientem.[5] Vina in apothecis[s] Canis ortu mutantur quædam, posteaque restituuntur sibi. Sic et mari navigatio,[6] cujus jactatus his, quæ duraverint,[t] tantum vetustatis[u] adjicere sentitur,[7] quantum habuerint.

XXIII. (XIX.) Et quoniam religione vita constat, prolibare Diis nefastum habetur vina[1] præter imputatæ[a] vitis, fulmine tactæ,[b] quamque juxta hominis mors laqueo[2]



&c. Gronov. et al. vett.—5 Cod. Dalec. *abortivos facientem.*—6 Idem codex, *maris navigatio.*—7 Vet. Dalec. *adjicere censetur.*

CAP. XXIII. 1 Cod. Dalec. *vino.*—2 Dalec. *hom. mortui laqueus;* vel,

NOTÆ

prodit auctor Geopon. IV. 7. p. 106. Palladius quoque lib. III. in Febr. tit. 28. p. 80.

[p] *Libanios*] *Λιβάνιος* vel *λιβανῖτις* a thure nomen habet: *ἀσπένδιος* ab *α* privante Græco, et *σπένδειν*, *libare;* quod ex vitis ejusce vino libare Diis nefas putetur.

[q] *Thasiam*] De qua c. 9.

[r] *Ecbolada*] Ἐκβολὰς Græcis *abortum* sonat, ab *ἐκβάλλω*, *ejicio.*

[s] *Vina in apothecis*] Ita Geopon. auctor VII. 10. p. 187.

[t] *Quæ duraverint*] Quæ jactationem maris citra noxam pertulerint.

[u] *Tantum vetustatis*] Alterum tantum. Notat Christoph. a Vega Art. Med. lib. II. vina quædam Hispanica in Germaniam Hispaniamque novam translata, ibi meliora esse, quam in Hispania, ubi nata.

[a] *Præter imputatæ*] Non solum, inquit, imputatæ vitis, ut dictum est c. 14. sed et fulmine tactæ. Cur voculam *præter* Pintianus, et in editione Elzeviriana Latius, invitis Mss. expungant, non video: nisi quod non intellexere quæ vis ei hoc loco subesset. Festus, 'Imputatum, nondum purgatum. Putum enim est purum: unde putare vites dicimus, hoc est, detrahere quæ sunt impedimento ad fructum.' Quæ porro vina nefas libare Diis, paulo aliter Labeo Antistius apud eundem Festum: 'Spurcum,' inquit, 'vinum est, quod sacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antistius, libro decimo Commentarii juris Pontificii: cui aqua admixta est, defrutumve: aut igne tactum est, mustumve ante quam defervescat.'

[b] *Fulmine tactæ*] Cujus vinum ideo damnatum, quod, ut scribit Seneca Nat. Quæst. II. 53. p. 858. 'fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit, potum, aut exanimat, aut dementes facit.'

pependerit,[a] aut vulneratis pedibus conculcata,[3][c] et quod circumcisis vinaceis[d] profluxerit, aut superne deciduo immundiore lapsu aliquo polluta.[4] Item Græca, quoniam aquam habeant. Vitis ipsa quoque manditur, decoctis caulibus summis, qui et condiuntur[e] in aceto ac muria.

XXIV. Verum et de apparatu vini dixisse conveniat, cum Græci privatim ea præcepta condiderint, artemque fecerint, sicut Euphronius, et Aristomachus, et Commiades,[1] et Hicesius. Africa gypso[f] mitigat asperitatem, necnon aliquibus sui partibus[g] calce. Græcia argilla, aut marmore,[h] aut sale, aut mari,[i] lenitatem excitat: Italiæ pars[2] aliqua rabulana pice:[j] ac resina[k] condire musta vulgare est ei, provinciisque finitimis. Nonnusquam[l] prioris vini

[a] *Et juxta quam mortui hominis cadaver laqueo pependerit.*

hanc mortuus.—3 Gronov. et edd. vett. *pedibus calcata;* Dalec. *pedibus calcatæ.*—4 ‘ Ita scripti et editi libri. Nec redundat, *lapsu,* ut sentiebat eruditus Petavius. Nec emendandum, ut volebat, *polluto:* sed intelligendum, ‘vina.’ ’ *Brotier.* Dalec. *pollutæ.*

CAP. XXIV. 1 *Conmiades* Chiffl.—2 *Italiæ in parte* cod. Dalec. Mox, *ra-*

NOTÆ

[c] *Conculcata*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Paris. Subintellige, vina.

[d] *Circumcisis vinaceis*] Mustum id tortivum vocant, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur, inquit Columella XII. 36. *Du vin épreint aprés la taille du marc.* Tortivum mustum circumcidaneum Cato appellat c. 23. p. 416.

[e] *Qui et condiuntur*] Condiendi modum Columella expedit XII. 7. p. 416.

[f] *Africa gypso*] Etiam et Italia, uti ex Columella colligimus XII. 20. p. 430. ubi gypsationis hujusce rationem aperit. Quod et Didymus facit, in Geopon. VI. 18. p. 178. Etiamnum in Hispania vina quædam calce et gypso condiuntur, teste Christ. a Vega, fol. 237.

[g] *Aliquibus sui partibus*] Carthagine, ut dicetur XXXVI. 48.

[h] *Aut marmore*] Marmoris flore, inquit Columella loc. cit. hoc est, marmore in pulverem contrito: *du marbre pulverisé.*

[i] *Aut mari*] Adde et muriam ex Columella XII. 25. p. 434.

[j] *Rabulana pice*] Ita Reg. et Colb. At Th. *Rapulana.* Beroaldus in Columellam, *radulanam* scribit, quod tam sicca ea est, ut radi possit. Columella ipse XII. 20. p. 429. rasim vocat, nisi locus est vitiatus. ‘ Commisceri debet rasis,’ inquit, ‘ quod est genus crudæ picis.’

[k] *Resina*] Vinum resina conditum resolutioni stomachi prodesse scribit Celsus IV. 5. Martial. III. 77. ‘ Resinata bibis vina, Falerna fugis.’

[l] *Nonnusquam*] Hunc modum explicat uberius Columella XII. 28. et 30. p. 437. ‘ Sic qua vina erunt duriora, aut minus bona, quod agri vitio aut tempestate sit factum, su-

fæce,[3] acetove condiunt. Necnon et ex ipso musto fiunt medicamina: decoquitur, ut dulcescat portione virium. Nec durare ultra annuum spatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt ad sapas[m] musta, infusisque his ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere, et in omni alio, subministrant vasa ipsa condimentis[4] picis:[n] cujus faciendæ ratio proximo dicetur[o] volumine.

XXV. (XX.) Arborum succo manantium picem resinamque, aliæ ortæ[1] in Oriente, aliæ in Europa ferunt. Quæ interest Asia, utrimque quasdam[a] habet. In Oriente optimam tenuissimamque terebinthi[b] fundunt: deinde lentisci, quam et mastichen vocant:[c] postea cupressi, acerrimam sapore. Liquidam omnes,[d] et tantum resinam:[2] crassiorem vero[e] et ad pices faciendas cedrus. Arabica[f] resina



dulana pice Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *est, provin. finitimis. Anni prioris vina fæce.*—4 Quidam ap. Dalec. *subministrant vasis ipsis condimenta;* alii ap. eund. *sublinunt vasa ipsa condimento;* Dalec. *cum condimentis.*

CAP. XXV. 1 Vox *ortæ* deest in cod. Dalec.—2 *Liquidæ omnes extant (hæ) resinæ* cod. Dalec. Mox, Vet. Dalec. *picem faciendam idonea cedrus.*—

NOTÆ

mito fæcem vini boni, et panes facito, et in Sole arefacito, et coquito in igne: postea terito, et pondo quadrantem singulis amphoris infricato, et oblinito: bonum fiet.'

[m] *Ad sapas*] Hoc est, usque ad tertiam partem, quemadmodum de sapa dictum est cap. 11. Hæc multo uberius Columella XII. 20. p. 428.

[n] *Condimentis picis*] Hoc est, non vina modo, sed et vasa quoque pice condiuntur.

[o] *Proximo dicetur*] Lib. XVI. cap. 21.

[a] *Utrimque quasdam*] Ex utroque genere quasdam habet: earum scilicet quæ in Oriente, et quæ in Europa gignuntur. Ex arboribus quæ picem ferunt succus erumpit: qui si igne exprimitur, pix vocatur, *de la poix:* si sponte fluit, resina, *de la poix resine.*

[b] *Terebinthi*] Sic Dioscor. I. 91. primas tribuit terebinthinæ resinæ, *la térébentine:* secundas, e lentisco, *le lentisque.* Sic etiam Theophr. Hist. IX. 2. et Galenus κατὰ γένη, III. 2. p. 715.

[c] *Mastichen vocant*] De Chia mastiche e lentisco dictum est XII. 37. Diosc. I. 90. Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη . . . σχινίνη καλουμένη, ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχη . . . καλλίστη ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ.

[d] *Liquidam omnes*] Vide quæ dicturi sumus XXIV. 22.

[e] *Crassiorem vero*] Qui e cedro manat liquor, expressus igne videlicet, non sponte erumpens, picis e genere est, ut dicetur XVI. 21.

[f] *Arabica*] Hæc e terebintho arbore funditur, Diosc. I. 91.

alba est, acri odore, difficilis coquenti. Judæa[3] callosior, et terebinthina quoque[g] odoratior: Syriaca Attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes: est autem melleo colore, carnosa. Colophonia[h] præter ceteras fulva: si teratur,[4] alba fit, gravior odore: ob id non utuntur ea unguentarii. In Asia quæ fit e picea, admodum candida, spagas[5] vocatur.[i] Resina omnis[j] dissolvitur oleo. Quidam et creta figlinarum hoc fieri arbitrantur. Pudetque[k] confiteri, maximum jam honorem ejus esse in evellendis virorum corpori pilis.[6]

Ratio autem condiendi musta, in primo fervore, qui novem diebus cum plurimum peragitur, aspersu picis, ut odor vino contingat, et saporis quædam acumina.[7] Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore[l] resinæ, excitarique[m] lenitatem. E diverso crapula compesci feritatem[n]

3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Judaica* Gronov. et al.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *si uratur*, e Diosc.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *spargas*; cod. Dalec. *epargos*; quidam ap. Dalec. *psegas*; alii ibid. *quasi stalactis et stagonias*.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *oleo. Pudetque confiteri, &c. pilis. Quidam et creta, &c. arbitrantur. Ratio, &c.* Cod. Dalec. *a virorum corpori, &c.*—7 Cod. Dalec. *quodam acumine*;

NOTÆ

[g] *Terebinthina quoque*] Optimam censet Diosc. loc. cit. quæ terebinthum oleat. Plinius XXIV. 22. 'In arborum differentia placet terebinthina, odoratissima, atque levissima: nationum, Cypria et Syriaca: utraque mellis Attici colore: sed Cypria carnosior, sicciorque.'

[h] *Colophonia*] Retinet hæc hodie in officinis nomen. Ἀπὸ τῆς Κολοφῶνος Κολοφωνία κληθεῖσα, Dioscor. I. 92.

[i] *Spagas vocatur*] Sic Mss. Reg. &c. Vox barbarica, incertæ originationis: nisi σφαγὰς legi placet, haud magis comperti significatus hoc loco.

[j] *Resina omnis*] Plinius XXIV. 22. 'Resolvitur resina ad vulnerum usus et malagmata oleo.'

[k] *Pudetque*] Πίττωσις vocabatur παρατιλμὸς, sive vulsura pilorum picis ministerio facta, cujus molles et cinædi curiosi: ob idque vulsi et depilati dicti sunt, καὶ πισσόμενοι. Hinc πιττοῦν Græcis παρατιλτριῶν vile munus erat, quæ glabros et depiles reddebant picis illitu. Vide Philostr. et Clem. Alexand. apud Rob. Const. in Lexico, verbo Πιττόω.

[l] *Crudo flore*] Flos crudus, resina ipsa est, quæ nuper est avulsa arbori, necdum cocturam passa: eadem cocta, crapula nuncupatur: coquendi ratio dicetur XVI. 22. Errant qui crapulam fæcem resinæ putant: aut florem, id quod supernatat.

[m] *Excitarique*] Addi levioribus vinis saporis quoddam acumen.

[n] *Feritatem*] Mitigari ea quæ fu-

nimiam, frangique virus: aut ubi pigra lenitas torpeat, virus addi.[o] Liguriæ maxime Circumpadanisque mustis crapulæ utilitas [8] discernitur hoc modo: pugnacibus [p] mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex utroque [9] [q] condiri velint: necnon alia,[r] quæ est musti, pice et natura.[10] Vitiumque musto quibusdam in locis iterum sponte fervere: qua calamitate deperit sapor, vappæque [s] accipit nomen,[11] probrosum [t] etiam hominum, cum degeneravit [12] animus. Aceti enim [u] nequitiæ inest virtus magnos ad usus, et sine quis vita mitior degi non possit.

Cetero vinorum medicaminis tanta cura est, ut cinere apud quosdam, ceu gypso [v] alibi, et quibus [13] diximus mo-



Vet. ejusdem, *quadam acrimonia.*—8 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. et recentt. *Circumpadanisque mustis utilitas* Gronov. et al. Mox, *decernitur* Dalec.—9 'Alii *nitro*. Ego vero *utrumque* intelligo, et crapulam, et resinæ florem.' *Dalec.*—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *Nec non alia æque multiplici natura* Gronov. et al. vett. *Nec non alia quæ est multi pice et natura* Chiffl. *Nec non alia quæ est multa pice nata* Parm. 'Lego, *Nec non alii etiam multi pice quoque Naritia.*' Dalec.—11 Cod. Dalec. *cum deferbuit, sapor vappæ accipit nomen.* Mox, *probrosum etiam homini* Vet. Dalec.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *degeravit* Chiffl. *degeneraverit* Gronov. et al. Mox, *Acetis enim* cod. Dalec. *Aceti vero* Vet. Dalec.—13 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *seu gypso alibi, quibus;* Gronov. et vett. *ceu gypso alibi, et lixivio quibus*

NOTÆ

mosa sint, et vehementiora.

[o] *Virus addi*] Tenuiculis, languidisque vinulis vim vehementiorem, quæ inducat ebrietatem, adjici.

[p] *Pugnacibus*] Vehementibus et validis.

[q] *Sunt qui ex utroque*] Ex flore et crapula.

[r] *Necnon alia*] Condiuntur etiam vina, inquit, si decoctum iis mustum infundatur, quod picis vices et vim repræsentet. Vide Notas et Emend. num. 21.

[s] *Vappæque*] De vappa superius cap. 8.

[t] *Probrosum*] Subintellige, nomen. Vappam veteres appellarunt hominem ignavum, in quo nihil esset prudentiæ, nihil salis. Horat. I. Sat. 2. 12. 'Fufidius vappæ famam timet, ac nebulonis.' Acron: 'Vappæ,' inquit, in I. Sat. 1. 'dicuntur perditi ac luxuriosi .... Aliter vappa dicitur stultus et insulsus, qui nihil sapit: dicitur enim vinum vappa, quod perdidit saporem.'

[u] *Aceti enim*] Aceti enim, quanquam inesse ei quædam gustus nequitia videtur, melior tamen est, quam vappæ, conditio: virtus eximia ad magnos usus, &c.

[v] *Ceu gypso*] Ut gypso, inquit, Africa, Græcia marmore, aliisque quibus diximus modis sup. cap. vina mitigat: sic alii cinere.

dis, instaurentur. Sed cinerem e vitis sarmentis, aut quercu, præferunt. Quin et marinam[w] aquam ejusdem rei gratia ex alto peti jubent, servarique ab æquinoctio verno, aut certe nocte solstitio, et Aquilone flante hauriri, vel, si circa vindemiam hauriatur, decoqui.

Pix in Italia ad vasa[x] vino condendo[14] maxime probatur Brutia. Fit e piceæ resina, in Hispania autem e pinastris, minime laudata. Est enim resina harum amara et arida,[15] [y] et gravi odore. Differentiam rationemque faciendi proximo volumine[z] demonstrabimus inter arbores feras.[16] [a] Vitia,[b] præter supra dicta,[c] acor aut fumidum virus: picis autem, adustio: experimentum vero, si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescant acore[d] jucundo. Asia picem Idæam[17] [e] maxime probat, Græcia Piericam, Virgilius[f] Naryciam.[18] Diligentiores admiscent nigram mastichen, quæ in Ponto[g] bituminis similis gignitur, et iris

Dalec.—14 Cod. Dalec. *vino condiendo.* Mox, codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps: *e picea resina.* Paulo post, Parm. *autem e piceastris;* cod. Dalec. *autem e picea.*—15 Chiffl. *amara et avida.*—16 Cod. Dalec. *feraces*, sub. 'resinæ.'—17 *Indicam* cod. Dalec.—18 '*Narytiam* Ms. *Naresiam* alii, a Naresiis

NOTÆ

[w] *Quin et marinam*] Columella XII. 21. pag. 431. 'Sumitur autem aqua quam longissime a littore: nam liquidior et purior est, quantum altiori mari hausta est.'

[x] *Ad vasa*] Subintellige picanda. De hac picatione vasorum, in quibus condebatur vinum, e pice Brutia, vide Colum. XII. 18. p. 426.

[y] *Est enim... arida*] Nec valde aridam, nec valde humentem, laudat Diosc. I. 92.

[z] *Proximo volumine*] Lib. XVI. a cap. 16. ad 23.

[a] *Inter arbores feras*] Ita Reg. 2. aliique. Hoc est, peregrinas. Plinius XVI. 16. 'Peregrinæ tum videbantur, quoniam non erant suburbanæ, pinus atque abies, omnesque quæ picem ferunt, de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo cognoscatur.' In quibusdam Mss. *feraces:* male.

[b] *Vitia*] Nempe resinæ.

[c] *Præter supra dicta*] Amarorem, ariditatem, gravem odorem.

[d] *Acore*] Sapore acido, qualis fere est in malo Punico.

[e] *Picem Idæam*] Ab Ida monte, qui in Troade est. Vide Notas et Emend. num. 22.

[f] *Virgilius*] Georg. II. 438. 'Naryciæque picis lucos.' Ab oppido Locrorum Narycio, de quo IV. 12.

[g] *Quæ in Ponto*] Ut dictum antea est XII. 36.

radicem,[h] oleumque.[19] [i] Nam ceram[j] accipientibus vasis compertum est vina acescere. Sed transferre in ea vasa, in quibus acetum fuerit, utilius, quam in ea, in quibus dulce aut mulsum. Cato jubet,[k] vina concinnari (hoc enim utitur verbo)[l] cineris lixivii[m] cum defruto cocti parte quadragesima,[20] in culeum:[n] vel salis sesquilibra, interim et tuso marmore. Facit et sulfuris[o] mentionem, resinæ vero in novissimis. Super omnia addi maturescente[p] jam vino jubet mustum, quod ille tortivum appellat, nos intelligimus novissime expressum.[q] Et adjicimus[r] tinguendi gratia co-

Liburniæ populis; alii *Naritiam* Calabriæ urbem esse volunt.' *Dalec.*—19 Dalec. *foliumque*, id est, malabathrum.—20 In codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editione principe, *quadringentesima*. At Cato de R. R. cap. 23. habet, *quadragesima*. Mox, Regg. Brot. 1. 2. *in culleum*. Gronov. et al. ante Har-

NOTÆ

[h] *Et iris radicem*] Iridis modicum pariter admisceri jubet auctor Geopon. VI. 7. pag. 171. ἴρεως τὸ μέτριον. De iri dicemus XXI. 19.

[i] *Oleumque*] Vide Notas et Emend. num. 23.

[j] *Nam ceram*] Didymus in Geopon. loc. cit. pag. 170. vappescere vina scribit, cera in vasorum picationibus addita, στρεφνότερον τὸν οἶνον γίνεσθαι, ὡς ῥᾳδίως εἰς ὀξύνειν μεταβάλλειν, *sic ut promtius ea acescant*.

[k] *Cato jubet*] Libro de Re Rust. cap. 23.

[l] *Hoc enim utitur verbo*] Libro de Re Rust. cap. 115. pag. 64. et cap. 122. p. 66. Festus: 'Concinnare, est apte componere.'

[m] *Cineris lixivii*] Apud Catonem hodie perperam 'de musto lixivo' legitur, cum 'de cinere lixivio' scribi oporteat. Cinerem lixivam fœmineo genere Scribonius Largus non semel protulit. Est porro hic cinis lixivus, ipsum liquidum lixivium, non cinis, qui in aquæ lixiviæ fundo sidit. Ad concinnanda vina tantum lixivii Cato requirit, quantum cum admixto defruto ad quadragesimam culei partem æquandam necesse est.

[n] *In culeum*] Quod culeus sit, diximus cap. 5. Cato loc. cit. pag. 25. 'Si opus erit, defrutum indito in mustum, de cinere lixivio coctum: partem quadragesimam addito defruti, vel salis sesquilibram in culleum. Marmor si indes in culleum, libram indito.... Resinam si indes in culleum musti,' &c. Mss. Reg. Colb. *in culeum*. Editi libri perperam, *pulegii*.

[o] *Facit et sulfuris*] Excidit igitur ea vox e Catonis libris quos terimus: in quibus mentio sulfuris nulla.

[p] *Maturescente*] Cum deferbuit. Verba Catonis sunt ea loc. cit. pag. 26. 'Tortivum mustum circumcidaneum suo cuique dolio dividito, additoque pariter.'

[q] *Novissime expressum*] E vinaceis circumcisis, ut dictum est cap. 23. Idem præcipit Columella XII. 36. p. 439.

[r] *Et adjicimus*] Sic Mss. Reg Colb. Paris.

lores,[21] ut pigmentum aliquod vini, atque ita pinguius fieri. Tot veneficiis placere cogitur:[s] et miramur[22] noxium esse. In vitium inclinantis experimentum est, laminæ plumbeæ[23 t] mutatus in eo colos.

XXVI. Proprium autem inter liquores vino, mucescere,[1 u] aut in acetum verti: extantque[v] medicinæ volumina. Et fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. Cinis ejus nitri naturam habet, easdemque vires, hoc amplius, quo pinguior[2] sentitur.

XXVII. (XXI.) Magna et collecto jam vino differentia in cella. Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt, atque etiam hyeme gelida ignibus rigorem arcent. Mirum dictu,[1] sed aliquando visum: ruptis vasis stetere glaciatæ moles, prodigii modo, quoniam vini natura non gelascit,[a] alias ad frigus stupens tantum. Mitiores plagæ doliis condunt, infodiuntque terræ tota, aut ad portionem situs.[2 b] Item cœlum præbent: alibi vero impositis tectis arcent: traduntur que et hæc præcepta: latus cellæ vinariæ, aut certe fenestras obverti in Aquilonem[c] oportere, vel utique

duin. exhibent, *parte quadragesima, pulegii vel salis, &c.*—21 Ita Harduin. et recentt. ex codd. *et adjici mustis tingendi gratia coloris* edd. vett. et Gronov.—22 *Sed ut veneficiis placere cogatur, miramur* cod. Dalec.—23 Cod. Dalec. *lamina plumbea.* Mox, edd. vett. et Gronov. *in ea colos.*

CAP. XXVI. 1 'In Mss. Reg. Colb. et Editione principe, *mulcescere.* Quod forte non ita spernendum. Id est vappescere, aut in vappam degenerare.' *Brotier.*—2 Codd. Dalec. et Chiffl. *quod pinguior.*

CAP. XXVII. 1 *Rarum dictu* Chiffl. Mox, cod. Dalec. *glaciata prodigii*

NOTÆ

[s] *Placere cogitur*] Subintellige, vinum.

[t] *Laminæ plumbeæ*] Sic Geopon. auctor VII. 15. pag. 195. apud quem hæc paulo explanata uberius.

[u] *Mucescere*] Hoc est, vappescere, in vappam degenerare. In Mss. Reg. Colb. *Mulcescere.*

[v] *Extantque*] Et ad hanc depellandam calamitatem medicinæ quamplurimæ voluminibus integris continentur.

[a] *Non gelascit*] Causas Macrobius investigat 'cur vina nunquam aut rarenter congelascant,' Saturn. VII. 12. p. 620.

[b] *Ad portionem situs*] Ut quæque terra mitiore cœlo aut frigidiore utitur. Nam ubi calidius cœlum, tota sub dio relinquuntur: ubi frigidius, tota defodiuntur: medio, partim abduntur terra, partim cœlo permittuntur.

[c] *In Aquilonem*] Sic auctor Geo-

in exortum[3] æquinoctialem. Sterquilinia[4] [d] et arborum radices procul abesse, omniaque odoris evitandi, facillimo in vina[e] transitu: ficos utique et caprificos. Doliis etiam[f] intervalla dari; ne inter sese vitia serpant, contagione vini semper ocyssima. Quin et figuras referre. Ventruosa[5] ac patula minus utilia. Picari oportere[g] protinus a Canis ortu, postea perfundi marina aqua aut salsa, dein cinere[h] sarmenti aspergi, vel argilla, abstersa[6] [i] myrrha suffiri, ipsasque sæpius[j] cellas. Imbecilla[k] vina demissis in terram doliis servanda, valida expositis. Nunquam implenda:[l] et quod supersit, passo aut defruto perungendum, admixto croco, pice veteri, cum sapa: sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche ac pice. Bruma aperiri vetant, nisi sereno die. Vetant Austro flante, Lunave plena. Flos vini[m] candidus probatur: rubens triste signum est, si non



modo.—2 Dalec. *satis.*—3 Cod. Dalec. *vel usque in exortum.*—4 *Sterculonia* Chiffl.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Ventrosa* edd. vett. et Gronov.—6 Vet. Dalec. *ac leni cinere sarmenti aspergi*

NOTÆ

pon. VI. 2. p. 165. Vitruvius I. 4. p. 8. 'In cellis enim vinariis tectis, lumina nemo capit a meridie, nec ab occidente, sed a septemtrione,' &c. Eadem tradit et Palladius de Re Rust. I. 18. p. 17.

[d] *Sterquilinia*] Palladius loc. cit. In Mss. Reg. Colb. et Chiffl. *Sterculonia.* De ficubus et caprificis eadem præcipit auctor Geopon. VI. 2. p. 166.—'De sterquilinio, ceterisque, Columella I. 6. 'Eadem est ratio in plano sitæ vinariæ cellæ: quæ summota procul esse debet a balneis, furno, sterquilinio, reliquisque immunditiis tetrum odorem spirantibus: nec minus a cisternis, aquisve salientibus: ex quibus qui extrahitur humor, vinum corrumpit.'' *Ed. sec.*

[e] *Facillimo in vina*] Columella XII. 28. p. 437. 'Nulla res alienum odorem celerius ad se ducit, quam vinum.'

[f] *Doliis etiam*] Intervallum pedale requirit auctor Geopon. VI. 2. p. 165.

[g] *Picari oportere*] Sic Geopon. auctor VI. 4. p. 168. Columella quoque loc. cit. p. 426.

[h] *Dein cinere*] Vide Notas et Emend. num. 24.

[i] *Abstersa*] Spongiæ ope. Diophanes in Geopon. VI. 12. p. 175.

[j] *Ipsasque sæpius*] Sic Diophanes in Geopon. VI. 12. p. 176.

[k] *Imbecilla*] Auctor Geopon. VII. cap. 2.

[l] *Nunquam implenda*] Quoniam mustum effervescens per se dolia impleturum est. Diophanes loc. cit. p. 175.

[m] *Flos vini*] Tenuis spuma in summo innatans.

is vini[7] colos sit. Item vasa incalescentia, operculave sudantia. Quod celeriter florere cœperit,[8] odoremque trahere,[n] non fore diutinum. Ipsa quoque defruta[o] ac sapas, cum sit cœlum sine Luna, hoc est, in sideris ejus coitu, neque alio die coqui jubent: præterea plumbeis vasis,[p] non æreis, nucibusque juglandibus[9] additis: eas enim fumum excipere.[q] Campaniæ nobilissima exposita[10] sub dio in cadis verberari[r] Sole, Luna, imbre, ventis, aptissimum videtur.

XXVIII. (XXII.) Ac si quis diligentius reputet, in nulla parte operosior vita est, ceu non saluberrimum ad potum[1] aquæ liquorem natura dederit, quo cetera omnia animantia utuntur. At nos vinum bibere et jumenta[a] cogimus: tantoque opere, tanto labore et impendio constat, quod hominis[b] mentem mutet,[2] ac furorem gignat, millibus scele-

vel argilla aspera; alii ap. Dalec. *et argilla abstersa.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *si non vini* edd. vett. et Gronov.—8 Cod. Dalec. *vasis incalescentib. operculisve sudantib. quod celeriter florere cœpit.* Mox, Vet. Dalec. *non fit diutinum.*—9 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *nucibus juglandibus* Gronov. et al.—10 Vet. Dalec. *expositis.* Mox, *sub dio cadis,* omissa præpositione, Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXVIII. 1 Chiffl. *ad potus.*—2 Ita Regg. Brot. 1. 2. et Editio prin-

NOTÆ

[n] *Odoremque trahere*] Alium quam suum, et nativum. De hac loquendi forma dicemus, XXXVI. 30.

[o] *Ipsa quoque defruta*] Columella XII. 19. p. 427.

[p] *Plumbeis vasis*] Columella XII. 20. p. 428. 'Ipsa autem vasa, quibus sapa aut defrutum coquitur, plumbea potius quam ænea esse debent: nam in coctura æruginem remittunt ænea, et medicaminis saporem vitiant.'

[q] *Fumum excipere*] In se recipiunt illæ fumum, qui sapam alias corrumperet.

[r] '*Verberari*] Sic scrobem in terra fossum 'tempestatibus verberari' Columella dixit, de arboribus, c. 16. quod alibi, libro nempe V. c. 6. 'pluviis et gelicidiis macerari' interpretatur.' *Ed. sec.*

[a] *Jumenta*] Equis vinum olim præbitum ex Homero discimus, Iliad. Θ. 189. Refert Cominæus Comm. Gall. lib. I. equum suum vetulum, ac labore fractum, cum post prælium vini situlam casu oblatam hausisset, ea potione sic recreatum, ut alacriorem antea nunquam esset expertus. Familiare in Gallia est, vinum in os et nares equorum injicere, vel offam ex vino et pane offerre, ut valentiores fiant.—' Et Columella II. 3. de bobus: 'Merum faucibus, si æstuaverint, infundat. Satis autem est singulis binos sextarios præbere.'' *Ed. sec.*

[b] *Quod hominis* [*homines*] Sic Mss. recte. Prius editi: *Quod hominis mentem mutet.*

rum huic deditis: tanta dulcedine, ut magna pars non aliud vitæ præmium intelligat. Quin immo ut plus capiamus, sacco frangimus [c] vires: [3] et alia irritamenta excogitantur: ac bibendi etiam causa venena conficiuntur, aliis cicutam præsumentibus, ut bibere mors cogat,[d] aliis pumicis farinam,[e] et quæ referendo pudet docere.[4] Cautissimos ex his balineis coqui [f] videmus, exanimesque efferri. Jam vero alios lectum expectare non posse, immo vero nec tunicam, nudos ibi protinus anhelos [5] ingentia vasa corripere, velut ad ostentationem virium, ac plene infundere, ut statim vomant,[6] [g] rursusque hauriant, idque iterum tertiumque: tanquam ad perdenda vina geniti, et tanquam effundi illa non

ceps, et aliæ ante Harduin. 'Frustra emendavit eruditus Harduinus, *homines mente mutet.*' Brotier. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz.—3 Vet. Dalec. *franguntur vires.* Mox, Dalec. *excogitamus.*—4 Cod. Dalec. *pudet dicere.*—5 Idem codex, *et anhelos.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ac plane inf. ut st. evomant* Gronov. et

NOTÆ

[c] *Sacco frangimus*] 'Saccus quo vinum liquatur,' inquit Columella IX. 15. 'tenui vimine rarius contextus, inversæ metæ similis.' Hinc vinum colatum, sive saccatum, altero non saccato debilius, dulciusque, Theophr. de Causis VI. 9. *οἶνος σακκιζόμενος, vin coulé par un sac, comme l'hippocras.* Martial. II. 40. 'Cæcuba saccentur, quæque annus coxit Opimi:' hoc est, colo vel sacco transmittantur ea, ut corrigantur, ac defæcentur. Et XII. 61. 'Turbida solicito transmittere Cæcuba sacco.'

[d] *Mors cogat*] Metus mortis. Nam contra cicutam vinum remedio est, ut dicetur XXIII. 23.

[e] *Pumicis farinam*] Vide quæ Plinius ipse ex Theophr. refert XXXVI. 42.

[f] *Balineis coqui*] Cruditatem ex pridiana temulentia ortam balneo calido coquebant: manebant enim in eo tamdiu, ut sudarent: animusque interdum deficeret. Columella in Præfat. 'Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, et exsucto sudore sitim quærimus,' &c. Laconicum locus erat in balneo orbiculari ambitu in se recurvo, ubi sudor eliciebatur calore sicco, inquit Celsus II. 17. *Un poële.* Scribit Vitruvius Laconicum sudationesque conjungendas esse tepidario. Qui saturitate epularum immodica crudi erant, hi ad balneas confugiebant, et in sudoriis Laconicisque sudorem evocabant: ita stomachi cruditatem digerentes, quam epulæ copiosiores afferebant. Hæc poëtarum Satiricorum conquestio, Horatii primum: 'Crudi tumidique lavemur.' Juvenalis: 'Crudum pavonem in balnea portas.'

[g] *Ut statim vomant*] Et pinnis quidem excitabantur ad vomitum. Vide Notas et Emend. num. 25.

possint, nisi per humanum corpus. Ad hoc pertinent[7] peregrinæ exercitationes,[h] et volutatio in cœno, ac pectorosa cervicis repandæ ostentatio. Per omnia hæc prædicatur sitis quæri. Jam vero quæ vasa adulteriis[i] cælata? tanquam per se parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio invitatur ebrietas, et, si Diis placet, emitur. Alius, ut quantum biberit tantum edat, pretium[8] vinolentiæ lege accipit. Alius quantum alea quæsierit, tantum bibit. Tunc avidi[j] matronam oculi licentur, graves[k] produnt marito:[9] tunc animi secreta proferuntur. Alii testamenta sua nuncupant: alii mortifera[10] loquuntur, rediturasque[l] per jugulum voces non continent, quam multis ita interemtis. Vulgoque veritas[m] jam attri-

al.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Huc pertinent* Gronov. et edd. vett.—8 Ita Harduin. et recentt. *ebrietas. Et si Diis* (non, ut citatur a Franzio, *Et si aliis*) *placet, emitur alius, ut q. b. t. edat: et pretium* Gronov. et al. ante Harduinum. *alienus ut quantum, &c.* Dalec.—9 'Ms. *licenter gravi produntur marito;* Vet. *licentur. Tunc gravi produntur marito.* Lego, *licentur gravique se produnt marito.*' Dalec.—10 Chiffl. *morti-*

NOTÆ

[h] *Peregrinæ exercitationes*] Quales a Luciano describuntur, in Anacharsi, sive de Gymnasiis, statim initio, p. 786. *inter quas volutatio in cœno, suum more,* Καὶ ἐν τῷ πηλῷ συναναφύρονται καλινδούμενοι ὥσπερ σύες.

[i] *Adulteriis*] Vasa in quibus adulteriorum cælatæ imagines.

[j] *Tunc avidi*] Fuit cum augurarer: *Tunc avidi matronarum oculi licenter graves produnt maritos.* Sed satius videtur nihil immutari. Vino captos oculos ait jam destinare secum ut matronæ pudicitiam pretio expugnent: eosdem nimio potu graves matronæ scelus prodere marito, et secreta proferre.

[k] *Graves*] Vino graves.

[l] *Rediturasque*] Transfosso, ut ita dicam, jugulo resorbendas: accersente homini sæpenumero necem loquendi in vino intemperantia.

[m] *Vulgoque veritas*] Hinc illa Horatiana, I. Epist. 4. 'Quid non ebrietas designat? operta recludit,' &c. Et III. Od. 21. 'Tu lene tormentum ingenio admoves Plerumque duro: tu sapientium Curas, et arcanum jocoso Consilium retegis Lyæo.' Zenobius in Parœmiis, Cent. IV. n. 5. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Παροιμία παρόσον ὁ οἶνος τοὺς ἐμπιπλαμένους αὐτῷ ὁποῖοί εἰσι παραδείκνυσι. *In vino veritas. Proverbium docet vinum prodere quales sint ii qui se eo proluunt.* Et Diogenianus, Cent. IV. n. 81. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Παρόσον οἱ οἴνῳ χρώμενοι τὰ ἀπὸ καρδίας λαλοῦσιν. Et in Append. e Vatic. Cent. III. n. 34. Οἶνος καὶ ἀλήθεια. Τινὲς οὐχ οὕτως φασὶν, ἀλλ', οἶνος

buta vino est. Interea ut optime cedat, Solem [n] orientem non vident, ac minus diu bibunt.[11] [o] Hinc pallor, et genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, effundentes plena vasa, et (quæ sit [12] pœna præsens) furiales somni, et inquies nocturna, præmiumque summum ebrietatis libido portentosa,[13] [p] ac jucundum nefas. Postera die [14] ex ore halitus cadi,[q] ac fere rerum omnium oblivio, morsque memoriæ. Rapere se ita vitam prædicant, cum priorem diem quotidie perdant, illi vero [15] et venientem.

Tiberio Claudio principe ante hos annos XL. institutum, ut jejuni biberent, potusque vini antecederet cibos: externis et hoc [r] artibus, ac medicorum placitis novitate aliqua

fere. Mox, Dalec. *perquam multis.*—11 'Ita bene codd. Regg. Colb. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus. Est adhuc Italis proverbium, *Chi più bere, meno beve.* Ergo non emendandum fuit, ut placuit erudito Harduino, *vivunt.*' Brotier. *vivunt* exhibent Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. et recentt. *bibunt* etiam cod. Dalec. 'Solem orientem non videre dicuntur, qui stertunt in multam lucem, noctis parte potissima pergræcando consumta: sed cum toties occurrat apud scriptores 'in multam lucem bibere,' quod pergræcantibus familiare, excidisse opinor voculam unam alteramque, ac dedisse Plinium: *Solem orientem, nisi udi non vident, ac m. d. vivunt.* Τὸ *vident* absorpserat cognatum *udi*, puto, quamvis non negem vulgatæ sensum satis constare, si conferatur cum Senecæ Epist. 122. et Catonis dicto, et loco Ciceronis a Lipsio illic adducto.' *Nic. Heinsius Adv.* I. 10. pag. 101.—12 Cod. Dalec. *quæ fit.*—13 Idem codex, *portentuosa.*—14 *Postero die* Chiffl. Mox, pro *cadi*, cod. Dalec. *fœdi;* Vet. ejusdem, *fœtidi;* al. ap. Dalec. *crudi.*—15 Vet. Dalec. *si priorem diem quotidie perdant, immo vero.*—16 Ita Regg.

NOTÆ

καὶ ἤθη. Κατὰ τὸ πρότερον Πέρσαι, *φασὶν, οὐ βασάνοις ἀνετάζουσιν, ἀλλὰ μεθυσκομένους.*

[n] *Solem*] Qui Solem nunquam occidentem viderint, nec orientem, Cato antipodes appellabat, apud Senec. Epist. 122. Talis Smindyrides Sybarita apud Athen. lib. VI. p. 273. Hoc porro Plinius accepit a Colum. in Præfat. Egregia habet in eam sententiam Seneca, Ep. 122.

[o] *Minus diu bibunt* [*vivunt*] Mss. Reg. Colb. &c. *bibunt:* minus apposite. Quid sint Plinio genæ diximus XI. 56.

[p] *Libido portentosa*] Veneris imagine fœdatum somnium.

[q] *Halitus cadi*] Sive amphoræ. De cado diximus c. 17. Vide Notas et Emend. num. 26.

[r] *Externis et hoc*] Aliis antea gentibus inolevisse eam consuetudinem significat: quas inter fuere Bithyni, ut auctor est Phylarchus apud Athen. lib. II. Macedones quoque ipsi, ut ex eodem Athenæo colligimus lib. IV. p. 128. Vide quæ dicturi sumus XXIII. 23. Notasque et Emend. in eum librum n. 10.

sese commendantium. Gloriam hac virtute Parthi quærunt, famam apud Græcos Alcibiades[s] meruit, apud nos cognomen etiam Novellius Torquatus Mediolanensis, ad proconsulatum usque e prætura honoribus gestis, tribus congiis (unde et cognomen[t] illi fuit) epotis uno impetu, spectante miraculi gratia Tiberio principe,[16] in senecta jam severo, atque etiam sævo[u] alias,[17] sed ipsa juventa ad merum pronior[v] fuerat. Eaque commendatione credidere L. Pisonem Urbis Romæ curæ[18] [w] ab eo delectum, quod biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum jam principem. Nec alio magis[x] Drusus Cæsar

Brot. 1. 2. Editio princeps, et Rezzon. *Tib. Claudio principe* Dalec. Gronov. Harduin. et recentt.—17 'Muretus illa, *atque etiam sævo alias*, delet. Mox, *sed ipsi juventa* Vet. Dalec.—18 Vet. Dalec. *curatorem*.—19 *Torquati* Gro-

NOTÆ

[s] *Alcibiades*] Hunc meri potu superasse Thraces, Satyrus prodidit apud Athen. lib. XII. p. 534. Vide et Plutarch. Sympos. VII. 7. p. 710.

[t] *Unde et cognomen*] Tricongii. Ita Xenarchus quidam Rhodius ob bibacitatem, *Μετρήτης*, hoc est, *Congius*, pariter est cognominatus, teste Euphorione in Chiliad. apud Athen. lib. X. p. 436. Meminit et mulieris tricongiæ Hedylus in Epigr. apud eundem Athen. lib. XI. p. 488.

[u] *Atque etiam sævo*] Mss. Reg. et Colb. *æqueve etiam sævo*. Paris. *æquævo*.

[v] *Ad merum pronior*] Sueton. in Tiberio, c. 42. 'In castris, tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nero Mero vocabatur.' Juventæ bibacitatem simul et crudelitatem senectæ quidam versus exprobrarunt, quos Suetonius recitat, c. 59. 'Fastidit vinum, quia jam sitit iste cruorem: Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.'

[w] *Urbis Romæ curæ*] Hoc est, Præfectura Urbis donatum. Suetonius in Tiberio, c. 42. 'Postea, Princeps, in ipsa publicorum morum correctione, cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri Præfecturam Urbis, confestim dedit, codicillis quoque jucundissimos et omnium horarum amicos professus.' Seneca Ep. 83. p. 361. 'L. Piso, Urbis custos, ebrius ex quo semel factus est fuit. Majorem partem noctis in convivio exigebat: usque in horam sextam fere dormiebat: hoc erat ejus matutinum. Officium tamen suum, quo tutela Urbis continebatur, diligentissime administravit,' &c.

[x] *Nec alio magis*] Nec alia dote patri similior, quam vinositate. Id quoque de Druso Plutarchus refert Sympos. I. 6. p. 624.—'Drusus, Tiberii Aug. filius, de patrui cognomine nomen habuit Drusi; de matre Julia, Cæsaris Augusti filia, Cæsar est dictus. In nummo vetere e Gaza Regia

regenerasse[y] patrem Tiberium ferebatur. Torquato[19][z] rara gloria (quando et hæc ars suis legibus constat) non labasse sermone,[20] non levatum[21] vomitione, non altera corporis parte,[a] dum biberet: matutinas obisse vigilias, plurimum hausisse uno potu: plurimum præterea[22] aliis minoribus addidisse: optima fide non respirasse in hauriendo, neque exspuisse: nihilque ad elidendum in pavimentis sonum[23] ex vino reliquisse, diligenti scito legum contra bibendi[24] fallacias. Tergilla Ciceroni M. F.[25][b] binos congios simul haurire solitum ipsi objicit: Marcoque[26] Agrippæ a temulento scyphum impactum. Etenim hæc sunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui M. Antonio. Is enim[c] ante eum avidissime apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate: quo patrocinari sibi ausus, approbavit plane (ut equidem arbitror) quanta mala per temulentiam terrarum orbi intulisset. Exiguo tempore ante prælium Actiacum id volumen evomuit: quo facile intelligatur ebrius jam sanguine civium, et tanto magis eum sitiens. Namque et hæc necessitas vitium comitatur, ut bibendi consuetudo augeat aviditatem. Scitumque est



nov. et al. ante Harduin.—20 Chiffl. *sermonem.*—21 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *nec levatum* Gronov. et al.—22 Chiffl. *propterea.*—23 Hermol. *summum.*—24 'Chiffl. *bibendum.* Forte, *bibentum.*' Dalec.—25 *Ciceronis M. filium* cod. Dalec. *Ciceronem M. filium* Gronov. et al.

NOTÆ

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. *Drusus Cæsar Augusti* Tiberii *filius.* In altera parte capita duo nuda et adversa, Drusi liberorum, superpositis nominibus, priori, TIB. alteri ΓΕΡ. hoc est, *Tiberius* et *Germanicus*, infra, ΚΑΙΣΑΡΕΣ, *Cæsares:* quia de stirpe Cæsaris Augusti: quippe ex Druso nati, qui filius Tiberii Augusti fuit, et Juliæ Cæsaris Augusti filiæ. Nomen alteri e gemellis ab avo Tiberio fuit, alteri ab avunculo Germanico Cæsare, fratre Liviæ, quæ Drusi conjux.' *Ed. sec.*

[y] *Regenerasse*] Ea voce usus antea non semel VII. 10. Et XII. 5. 'Platani satæ regeneravere vitium.'

[z] *Torquato*] Mediolanensi, de quo proxime dictum est.

[a] *Non altera corporis parte*] Qua nempe micturimus. Hunc igitur nec vomitione levatum ait, nec urina.

[b] *Ciceroni M. F.*] Marci Tullii Filio. Sic Mss. Reg. Colb. &c.

[c] *Is enim*] M. Antonius Triumvir.

Scytharum legati, 'quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos.'[d]

XXIX. Est et Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida:[e] pluribus modis per Gallias[f] Hispaniasque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniæ jam et vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque[g] e fruge sibi potus similes excogitavit: nullaque in parte mundi cessat ebrietas: meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo, ut vina, mitigant. At hercules[1] illic tellus fruges parere videbatur. Heu, mira vitiorum solertia, inventum est quemadmodum aqua quoque inebriaret. Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei,[h] arborum e genere ambo præcipui, sed olei necessarius. Nec segniter vita in eo elaboravit. Quanto tamen in potu ingeniosior apparebit, ad bibendum generibus centum nonaginta quinque, (si species vero æstimentur, pæne duplici numero,) excogitatis, tantoque paucioribus olei: de quo in sequenti volumine dicemus.



—26 Cod. Dalec. *marcidoque ac;* Vet. Dalec. *Marcoque Agr. a marcido et temulento.*

Cap. XXIX. 1 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *At hercule* Gronov. et al. vett. *illis* Vet. Dalec. 'Lego, *At hercule solas illic tellus.*' Dalec.

NOTÆ

[d] *Sitire Parthos*] Erasmum vide, Chiliad. IV. Cent. 10. Adag. 21. 'Parthi quo plus biberint.'

[e] *Fruge madida*] Frumento, hordeo, avena, olyra, milio, panico. Vide Geopon. VII. 34. p. 203.

[f] *Per Gallias*] Ubi ex hordeo cervisia fit, *de la bière.* Extat in Anthol. I. 59. epigramma quintum Juliani Imp. in vinum Galliarum ex hordeo, oppido sane elegans: ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ *εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.* Τίς, *πόθεν εἶς Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον Οὔ σ' ἐπιγιγνώσκω· τὸν Διὸς οἶδα μόνον. Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε, σὺ δὲ τράγον· ἦ ῥά σε Κελτοὶ, Τῇ πενίῃ βοτρύων, τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων; Τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον, Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ βρόμον, οὐ Βρόμιον.* Quod feliciter satis Grotius ita reddidit: *Unde, quis es Liber? hic sit mihi Liber amicus? Non mihi tu notus, sed puer ille Jovis. Ille ut nectar olet, tu ceu caper: an fera te gens Ex spica genuit Celtica, vitis egens? Hinc Cerealis eras meliori jure vocandus, Non satus ex Semela matre, sed ex simila.*

[g] *Ægyptus quoque*] Ex hordeo, teste Hecatæo apud Athen. l. x. p. 447. et Herod. II. 77. p. 118.

[h] *Foris olei*] Simile est quod de Pollione dicetur XXII. 53.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XIV.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

---

1. Cap. i. *Eodem tamen, habendique ad spes, omnium tendente voto*] In hujus loci explicatione exercuere se frustra summa ingenia. Rhenanus legendum putavit: *Eodem tamen, habendique spes omnium accendente voto.* Hoc est, eodem voto, nempe habendi, spes omnium accendente. Parm. edit. *Eodem tamen habendi quæstus ad spes omnium tendente voto.* Pintianus: *Eodem tamen, quæstus spe, omnium tendente voto:* expuncta *habendi* vocula. Nobis ab omnium Mss. fide, qui lectionem eam, quam secuti sumus, totidem apicibus repræsentant, discedere religio fuit: nulla Frobenio, qui princeps et auctor ita edendi fuit, quemadmodum in libris hactenus editis habetur: *Eodem tamen habendi, quo eat spes, omnium tendente voto.*

2. Cap. ii. *Quam odorifera*] Ita restituimus admonitu codicum Reg. Colb. Th. et aliorum. Nullus enim, ipso attestante Rhenano, habet *quanquam odorifera,* ut in libris vulgatis legitur. Et vox ipsa *quanquam,* quæ statim iterum occurrit, locum hic sibi deberi negat. Et ipsa loci sententia, *quam odorifera,* hoc est, præterquam odorifera, legi postulat: ait enim vitium bono, gentium ceterarum, terrarumque, si odoriferas exceperis, bona superari: ac veluti se ipse deinde retexens, oratoria correctione, ne hæc ipsa quidem odorifera bona excipi oportere subjicit: 'Quanquam,' inquit, 'ubicumque pubescentium vitium odori nulla suavitas odoriferarum arborum præfertur.'

3. Cap. iii. *Populus arbor*] Sic libri omnes, etiam Mss. proxime appellati. Sunt tamen, qui *opulus arbor* legi hoc loco ex Columella malint: quibus ego lubens assentior. Sic enim ille, v. 7. p. 192. 'Est et alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur Rumpotinum: id desiderat arborem humilem, nec frondosam: cui rei maxime videtur idonea opulus: ea est arbor corno similis. Quin etiam cornus, et carpinus, et ormus, nonnunquam et salix a plerisque in hoc ipsum disponitur.' Itaque Rumpotinum Columellæ arbusti genus est, ὁ δενδρῶν, vitibus maritandis idoneum, ex opulo, cornu, aliisve conditum,

quemadmodum ulmarium ex ulmis. Ipsæ vero arbores, quibus rumpotinum constabat, rumpotinæ quoque et ipsæ dicebantur, teste eodem Columella, p. 198. Plinius XXIV. 112. 'Rumpotinum arborem demonstravimus inter arbusta.' Peculiare arboris genus hac voce signat: atque, ut arbitror, opulum eam, de qua Columella. Quo vero nomine appellari apud nos oporteat, atque adeo num apud nos vivat, disceptant herbarii. Verum et populum in hos usus olim adhibitam haud temere credimus: cum hodieque ad Bononiam, Parmam, Placentiamque, in agris vites, infinita serie, arborumque potius nemora populnearum, ulmorumque sint, in quibus sublevatæ ab humo vites cum pendulis racemis jucundo propendent spectaculo.

4. Ibid. *Et aliæ improbo reptatu, pampinorumque superfluitate, peritia domini, amplo discursu atria media complentes*] Ita quidem Parmensis editio, aliæque. At in Mss. Reg. Colb. Th. &c. hoc tantum: *Et aliæ improbo reptatu, pampinorumque peritiam damna discursu atria media complentes.* Quæ quidem verba expedienda aliis et corrigenda relinquimus, properantes ad majora.

5. Cap. IV. *Principatus datur Ammineis*] Ita hæc vox scribitur etiam Ausonio Epist. II. ad Ursulum: 'Solus qui Chium miscet, et Ammineum.' Alii Aminæum scribunt. Q. Serenus cap. 38. pag. 150. 'Aut in Aminæo cochleas haurire Lyæo.' Hesych. pag. 74. Ἀμιναῖος, δι' ἑνὸς ν, οἶνος· ἡ γὰρ Πευκετία, Ἀμιναία λέγεται. Ex quo Hesychii loco, Macrobium emendamus, apud quem in vulgatis codicibus ita legitur Saturn. II. 16. pag. 379. 'Uva Aminæa, scilicet a regione: nam Aminæi fuerunt, ubi nunc Falernum est.' Lego, 'ubi nunc Salentum est,' nempe Salentinus ager, ubi olim Peucetia regio, Plinio teste III. 16. Nugatur, ut sæpe Servius, qui Amineum dici vinum putat, quasi sine minio, id est, rubore: cum nigram Ammineam Plinius agnoscat hoc ipso cap. Obtinuit deinde usus, ævo Galeni, ut vetustissima quæque vina, neque Itala modo, sed Græca quoque, Aminæa dicerentur.

6. Ibid. *Germana minor acino, melius defloreseit*] Prius *melior* legebatur. At Mss. omnes, Reg. Colb. Th. &c. *melius:* ipseque Columella, a quo hæc emanarunt: sic enim ille Rei Rust. III. 2. pag. 84. de Ammineis: 'Duas germanas cognovimus: quarum minor ocyus et melius deflorescit: habilis arbori, nec non jugo,' &c.

7. Ibid. *Austeritatem annis accipiunt. Etruria nulla magis vite gaudet*] Pliniani interpolatores sic locum hunc ediderant: *austeritatem annis accipiunt, et rubra fiunt. Nulla magis vite gaudet.* Cum et vox ea *fiunt* a Mss. omnibus libris absit, et quid ea verba postrema significent obscurum sit. In Mss. Reg. 1. et Colb. 2. *accipiunt et rubra nulla magis.* In Th. *Et rubria nulla magis.* At in Reg. 2. et Chiffl. planissime, *accipiunt. Etruria nulla magis, &c.* Et sane cum cuique generi suum hactenus assignarit in Italia natale solum, Ammineis Vesuvium Surrentinosque colles, Rubellis Nomentum, Apianæ cujates sint, nusquam aperit, nisi hoc loco facit. Sic Plinius ipse inferius, hoc ipso cap. de helvenaca vite: 'Nulla,' inquit, 'vitium minus Italiam amat.'

8. Ibid. *Visula magis quam denso uvarum partu*] Libri hactenus vulgati, *Vix ulla magis tam denso.* Sinceram lectionem eruimus tum ex Mss. 1. Colb. Th. aliorumque, in quibus *visulla magis quam denso* legitur, tum vero maxime, quod multo est certius, ex Columella, quem Plinius hoc loco auctorem sequitur, et ad verbum prope transcribit: ut in Notis vidimus. Et vero Visulam aperte Plinius ipse appellat paulo inferius. Sed et voculam excidisse præterea amanuensi-

bus autumamus, integrumque fore locum, si sic legatur, *Visula materia magis quam denso uvarum partu.* Cum scilicet ii viderent scriptum per notas et compendia, *Visula mãã magis,* medias hasce literulas, quibus *materia* indicatur, ceu superfluas induxere. Suspicandi causa ex Columella ipso ducitur, qui postquam de Bituricis uvis aliisque egit, III. 2. pag. 87. ' Visulæ deinde ab his,' inquit, ' fertiles vastis materiis, et uvis exuberant.' Sed desunt Mss. codices qui conjecturæ faveant. Itaque indico tantum, non judico.

9. Ibid. *In pergulis vero seruntur esariæ appellatæ, e duracinis albæ nigræque: et bumasti totidem coloribus*] Hæc summa fide expressa lectio a codicibus Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffl. vet. Dalec. et Paris. In Parm. edit. *eduræ acinis.* Frobenius interpolavit, *hederæ acinis,* ex animi conjectura: cui Salmasius favit, in Solin. pag. 366. ita emendans: *In pergulis vero seruntur escariæ appellatæ. Hederæ acinis albæ nigræque bumasti, totidemque coloribus.* Quam emendationem, et Mss. omnium consensus, et Pliniana ipsa oratio, et interpretatio nostra convellit. Nec bumastus igitur uva appellatur, ut Salmasius existimat, quæ acinos hederæ habet: neque hederæ acini, ut idem colligit ex hoc uno loco, *μαστοὶ* proprie Græcis vocantur.

10. Cap. vi. *Ducentis fere annis*] Cum hac forma loquendi Plinius noster temporis notam quo hæc edidit, post vini Opimiani ætatem, satis aperte signet quid vetat Petronii Arbitri ævum pariter agnoscere ex iis verbis ejus Satirici, pag. 114. ' Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo, FALERNUM OPIMIANUM ANNORUM CENTUM.' Referunt quidem hunc scriptorem ad Neronis, ad Antoninorum alii, alii ad Gallieni principatum: nullo sane omnes satis idoneo ducti argumento. Nos vel hoc uno viris cordatis nec litium amantibus persuasum iri arbitramur, esse vetustiorem multo, et Augusti temporibus supparem. Gessit Consulatum Opimius, anno, ut diximus, DCXXXIII. Media Augusti principatus tempora incidunt in centesimum abhinc annum, hoc est, DCCXXXIII.

11. Cap. vii. *Neque aliud voluptatibus*] Redundare hæc vox *voluptatibus* Mureto videtur Var. Lect. vi. 12. pag. 140. meliorque futura sententia, si ea deleatur. Hoc enim dicet, immodico vino maxime debilitari corporis vires: quod et poëtæ cecinerunt, quos eo loci recitat: sed et libri testimoniorum pleni sunt, et exemplorum plena vita. Illud tamen *voluptatibus,* quod expungendum credit, et Hermolaus et Politianus agnoscunt: et, quod his tutius est, Mss. omnes, Reg. Colb. Th. Chiffl. Paris. &c.

12. Cap. viii. *Trifolinis gloriata*] Sic Mss. omnes, et editi libri. Frustra Cluverius in Ital. antiq. emendat, *Trifolinis gloria sua.* Hanc emendationem, tum Mss. omnium auctoritas, tum interpretatio nostra convellit. Quod si porro hæc vina Campaniæ propria ac peculiaria sunt, ut Plinius noster asseverat, male trifolina vina Dalecampius interpretatur ea quæ tertio foliorum exortu, nempe tertio anno, ad bibendum tempestiva erant, vulgo *vin de trois feuilles,* cum hæc ubique gentium nasci possint. Ab agro Campaniæ aliquo nomen oportet accepisse, eoque Cumis vicino. Juvenalis Sat. IX. 56. ' Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet, Suspectumque jugum Cumis.' Trifolina vina inter plebeia pariter censeri vult Martialis XIII. 114. cujus lemma, ' Trifolinum vinum:' ' Non sum de primo, fateor, trifolina Lyæo, Inter vina tamen septima vitis ero.' *Τριφυλλῖνος οἶνος* Galeno de Sa-

nit. Tuenda v. 5. pag. 147. tom. vi.

13. Cap. x. *Quod appellaverunt Bion*] Ita libri omnes, etiam Mss. tum hoc loco, tum xxiii. 26. *Abion* legit Turnebus Advers. xxv. 26. pag. 900. quod ἀδύναμον interpretatur: sed aliud est ab Omphacite, quod bion esse docuimus, ἀδύναμον, uti liquet ex Dioscoride: immo et ex Plinio ipso qui vinum adynamon describit c. 19. βίαιον Rhodiginus xxvi. 8. quod ad vetustatem accelerandam affuso mari cogeretur. Atqui in hoc vini genere nulla est aquæ marinæ mentio: sed in altero tantum, quod leucocoum appellarunt, et ab eo quod bion dixerunt diversum est.

14. Ibid. *Leucocoum*] Sic restituimus ex vestigiis veterum codd. Reg. 1. Colb. 1. 2. in quibus *leucooum:* Reg. 2. in quo *leucocum* legitur. In Chiffl. cod. Dalecampius, in aliis hoc Turnebus vidit Advers. xxv. 26. p. 900. Prius *leucochron* λευκόχρουν legebatur, hoc est, *albicantis coloris.* Factum id porro nomen a λευκὸς et Κῶς, hoc est, ex vini albi, et patriæ in quo gignitur, appellatione. Apposite id quidem ad totius loci sententiam. Antecedit enim ex emendatione nostra: *Coi marinam aquam largiorem miscent . . . idque translatum in album mustum, leucocoum appellatur.* Sic voce pariter composita *Hippocoum* veteres appellavere, *vinum* scilicet, doctore Festo, ‘ ex insula Coo, dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo.’

15. Cap. xi. *Scybilites*] Prius *Cisibilites* legebatur. At in Mss. Reg. Colb. ac Paris. *Civilitas.* Ex quo haud dubia conjectura *Scybilites* rescripsimus: suffragante Galeno de Sanit. Tuenda v. 5. pag. 148. tom. vi. Σκυβελίτης οἶνος. Et uvæ Σκυβελίτιδες κατὰ τὴν Παμφυλίαν, de Alim. Facult. ii. 10. pag. 343. eod. tom. Denique Σκυβελλίτης οἶνος inter vina dulcia ab eodem censetur, de Simp. Med. Fac. iv. 8. pag. 95.

16. Cap. xiv. *Egnatii Mecenii*] Egnatium Metellum vocat Valerius Max. vi. 3. p. 304. ejusque factum ait non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruisse. Verum non Metellum, sed Mecenium appellatum esse, testis est præter Plinium Tertullianus, qui hæc pariter ex iisdem fontibus hausisse videtur, in Apolog. c. 6. ‘ Circa fœminas quidem,’ inquit, ‘ etiam ipsa illa majorum instituta ceciderunt, quæ sobrietati patrocinabantur: . . . . cum mulieres usque adeo vino abstinerentur, ut matronam ob resignatos cellæ vinariæ loculos sui inedia necarint: sub Romulo vero quæ vinum attigerat, impune a Mecenio marito trucidata est. Idcirco et oscula propinquis offerre necessitas erat, ut spiritu judicarentur.’

17. Cap. xv. *Vina erant myrrhæ odore condita*] Sic libri omnes vetustissimi, Parm. Venet. Brix. ceterique editi. Sic Reg. 2. cod. et Paris. Sic Plinius ipse scripsisse se apertissime prodit, tum hoc loco, cum ait *et calamum* in ea vina adjici: unde intelligitur peculiare jam ab eo aromatis genus fuisse designatum, myrrham videlicet: tum vero maxime c. 19. ubi vinum aromatiten describens, ‘ Aromatiten,’ inquit, ‘ invenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo e myrrha, ut diximus:’ non alio certe loco, quam isto, quem ibi spectat. Quare ceteros codices nihil moror, in quibus *miro odore condita* legitur: neque Hermolaum audio, qui *myri,* μύρου, hoc est, *unguenti:* neque Salmasium, qui p. 710. in Solin. *pomorum odore condita* reponit.

18. Cap. xvi. *Quinque Thasi vini depromam, bina Falerni*] Prius legebatur: *Quinque Thasii vini inde depromam, Falerni bina.* Gelenius legi malebat, *Quippe.* At in Reg. cod. et Th. *Quinque Thasi vini depromam vini Falerni:* omnino pro *bina Falerni:* est

enim versus heroicus integer, sive hexameter. Voculam *inde*, quæ binis syllabis constat, conflatam esse ex posteriore vocis prioris syllaba, et ex priore subsequentis, nemo non videt.

19. Cap. xix. *E napis fit, duum denariorum pondere*] Sic restituimus ope codicum Reg. Colb. &c. in quibus *duum* planissime, nec per notarum compendia legitur: magis autem ipsius Dioscoridis admonitu, qui binas ad id quoque drachmas postulat, v. 56. *Βουνίου δραχμὰς δύο κόψας κάθες εἰς κοτύλας γλεύκους τέσσαρας.* Græcis *κοτύλη* hemina est, sive dimidiatus sextarius. Prius legebatur, *XI. denariorum:* quod cum in quibusdam exemplaribus scriptum librarii recentiores invenissent, *II. denariorum*, quæ Romani numeri nota *duum* exhibet, Arabicam esse rati, *undecim* nobis obtulere.

20. Ibid. *Juniperi, terebinthi, in Gallia lentisci*] In libris hodie pervulgatis, *terebinthi, calami, lentisci:* cujus lectionis auctor ac princeps Frobenius extitit, haud satis considerate: nam e calamo fieri vinum aromatites Plinius paulo ante commonuit. In Mss. Reg. Colb. et Paris. *terebinthi nicallin lentisci.* Dalecampius in suo *callia* legi admonet: hoc tantum. Plane favent emendationi nostræ vestigia veteris scripturæ, resque adeo ipsa, quod in Narbonensis Galliæ ora lentiscus copiosa nascitur. Quanquam Galliæ nomine Italiam Transpadanam intelligi Galliamque Togatam a Plinio similius veri videtur, quod id ei admodum familiare est, ut xvii. 35. Columellæ quoque, iii. 3. aliisque scriptoribus. Hinc acer Gallicum in Transpadana Italia nuncupatum, xvi. 26. *In Italia lentisci* legi nolim, quod id recedat longius paulo a vetere scriptura: nec si velim, idcirco certe velim, quod *lentiscum Italicam* Plinius laudet xvii. 44. ea enim verba in mendo cubare dicturi eo loci sumus.

21. Cap. xxv. *Necnon alia, quæ est musti, pice et natura*] Inedit. Parm. *nec non alia quæ est multa pice natura.* In Reg. 2. *nec non alia quæ simulet pice et natura.* Reg. 1. *nec non alia quæ est mulsi pice et natura.* Colb. *quæ est mulci.* Chiffl. *quæ est multi, &c.* Nos *quæ est musti.* Id enim spectare nobis visus est, quod sup. cap. dixit: 'Aliquibus in locis decoquunt ad sapas musta, infusisque his ferociam vinorum frangunt,' quibus infunduntur. Et quod c. 9. docuit, *Tmolitis vini dulci*, sive musto, si admisceatur, condiri vina cetera, quorum *duritia* vel sic *suavitatem accipiat, simul et ætatem.* Recessit sane longissime a veterum exemplarium vestigiis Hermolaus, quo auctore vulgati codices ita præ se ferunt, *necnon alia æque multiplici natura:* quibus verbis nulla, quæ huic loco aptari possit, sententia subest.

22. Ibid. *Picem Idæam*] Ita Reg. 2. Tolet. Paris. At in aliis, *Indicam*, male. Picem Idæam Piericamque laudat Didymus in Geopon. vi. 5. p. 169. *Τὴν πίσσαν οἱ ἀρχαῖοι ἡμῖν παραδεδώκασι καλλίστην εἶναι τὴν ἀπὸ τῆς Ἴδης, μετὰ ταύτην τὴν ἐκ Πιερίας, κ. τ. λ.* Virgilius quoque Georg. iii. 105. 'Idæas pices' dixit.

23. Ibid. *Et iris radicem, oleumque*] Ita Mss. omnes, et editi libri. *Foliumque* nihilominus legi magis placet Dalecampio: est autem folium simpliciter appellatum, malobathri folium, ut diximus xii. 25. Conjecturæ huic haud leve momentum affert, quod apud Didymum legimus in Geopon. vi. 6. p. 171. ubi *φύλλον μαραβάθρου* et calami aromatici pilulas in Italia solitas admisceri ait, ad picationem vasorum.

24. Cap. xxvii. *Dein cinere sarmenti aspergi*] In Mss. omnibus *aspergi* constantissime legitur: in Reg. 2. *cinere e sarmentis aspergi.* Tamen *abstergi* sincerius existimari possit, tum quod proxime sequatur, *abstersa myrrha*

suffiri: tum quod hoc ipsum explanans Zoroastres in Geopon. VII. 6. p. 184. *abstergi,* non *aspergi,* dixit: Δεῖ δὲ τοὺς πίθους παραχρῆμα σμήχειν ἅλμῃ, ἢ κληματίνῃ τέφρᾳ, ἢ κιμωλίᾳ, ἢ ἀργιλλώδει γῇ. *Dolia statim muria detergenda et mundanda sunt, aut cinere sarmentorum, aut cimolia, aut argillosa terra.*

25. CAP. XXVIII. *Ac plene infundere, ut statim vomant*] Sic gulosissimi quique vomitu sese exonerabant. Tranquillus in Vitellio c. 13. 'Sed is vel præcipue sævitiæ luxuriæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam, dispertiebat, in jentacula, et prandia, et cœnas, comessationesque, facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine.' Et pinnis quidem excitari solitos ad vomitum diximus, quam consuetudinem notat idem Tranquillus in Claudio c. 33. 'Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens, et ut statim supino, ac per somnum hianti, penna in os inderetur ad exonerandum stomachum.' Et Aristophanes in Acharn. ejusque Scholiastes: Πτερὸν αἰτεῖ ἵν' ἐξεμέσῃ· εἰώθασι γὰρ οἱ δυσεμεῖς πτερῷ χρᾶσθαι. Sunt qui et eo pertrahant illud Martialis III. 82. 'Stat exoletus, suggeritque ructanti Pinnas rubentes, cuspidesque lentisci,' aliquis scilicet, e ministeriorum turba. Verum pinnis ego rubentibus eo loci, perinde atque lentisci cuspidibus, dentiscalpia intelligo, cujusmodi et hoc ævo sunt in frequenti apud omnes, qua nobiles, qua ignobiles, usu. Unde vetus parœmia apud Zenobium, Cent. V. Adag. 96. Σχῖνον διατρώγειν. Εἰώθασι τὸν σχῖνον τρώγειν οἱ καλλωπιζόμενοι, ἕνεκα τοῦ λευκοῦν τοὺς ὀδόντας, κ. τ. λ.

26. Ibid. *Postera die ex ore halitus cadi*] *Odorem* et *animam* Phædrus appellat libro tertio, fabula prima, in qua quod hactenus mendum inolevit, operæ pretium fuerit obiter castigare: 'Anus jacere vidit epotam amphoram, Adhuc Falerna fæce et testa nobili Odorem quæ jucundum late spargeret. Hunc postquam totis avida traxit naribus; O suavis anima, quale in te dicam bonum Antehac fuisse, tales cum sint reliquiæ?' Perperam libri hactenus vulgati exhibent, 'qualem te dicam bonam,' id quod Latinæ aures vix ferant.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XV.

Frugiferæ arbores: olea, &c.

I. (I.) OLEAM Theophrastus, e celeberrimis Græcorum[1] auctoribus, Urbis Romæ anno circiter CCCCXL.[a] negavit nisi intra XL.[b] millia passuum a mari nasci: Fenestella vero omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco[c] regnante, ab annis populi Romani

CAP. I. 1 Vet. Dalec. *O. T. celeberrimus e Græcorum.* Mox, cod. Dalec.

NOTÆ

[a] *Circiter CCCCXL.*] Sic libri omnes, etiam Mss. Reg. Colb. Th. &c. tum hoc loco recte, tum XIII. 30. Monendus hic porro obiter lector poëticæ studiosus, elegans esse a Passeratio carmen singulare de oliva conditum Kalendis Januar. anni 1588.

[b] *Nisi intra XL.*] Sive, ut fert Græcorum mensura, intra CCC. stadia a mari: sic enim Theophrasti verba reddet iterum Plinius noster, XXI. 31. accepta, ut quibusdam videtur, e libro illius quarto Hist. Plant. c. 3. ubi is tamen non nasci omnino oleam negat nisi intra stadia XL. a mari, sed in Thebana Ægypti præfectura, CCC. stadiis nasci ait ab aquis marinis, fluviatilibusque Nili: ut ipse Plinius reddidit XIII. 19. quæ duo diversissima sunt. Experimento nunc constat reperiri oleas et in locis quoque proximis mari. Cautius itaque Colum. V. 8. p. 194. 'Hanc arborem plerique existimant ultra milliarium LX. (forte 'XL.') a mari aut non vivere, aut non esse feracem. Sed in quibusdam locis recte valet.'

[c] '*Tarquinio Prisco*] Est illud non

CLXXIII.[2] [d] quæ nunc pervenit trans Alpes quoque, et in Gallias Hispaniasque medias. Urbis quidem anno quingentesimo quinto, Appio Claudio Cæci nepote,[3] [e] L. Junio coss. olei libræ duodenæ assibus [f] veniere. Et mox anno DCLXXX. M. Seius[4] L. F. [g] ædilis curulis olei denas libras singulis assibus præstitit populo Romano per totum an-



anno circiter quadringentesimo sexagesimo.—2 'Ita bene Ms. Reg. 2. Perperam Ms. Reg. 1. et Editio princeps, *CLXXXIII.* Quod immerito probavit eruditus Harduinus in altera sua editione. Id enim regum Romanorum Chronologiam pervertit.' *Brotier.*—3 'Crediderim a Plinio fuisse scriptum, *Appio Claudio C. N.* Id est, *Caii nepote;* et librarios falso reposuisse, *Cæci nepote.* Appius Claudius erat Appii Cæci filius, Caii nepos; ut videre est apud Ciceronem de Divin. lib. I. et in Fastis Capitolinis.' *Idem.* Mox, *duodenis assibus* Vet. Dalec.—4 *M. Servius* cod. Dalec.—5 *Cn. Pompeio sep-*

NOTÆ

ætatis cognomen, sed gentis, *Πρίσκος*: e qua præter alios et Prisca, et Priscilla, in libris sacris, et in nummis Græcis, ΠΡΙΣΚΟΣ: et in Latinis, PRISCVS ATTALVS P. F. AVG.' *Ed. sec.*

[d] *Populi Rom. CLXXIII.*] Vide Notas et Emend. num. 1.

[e] *Cæci nepote*] Ita libri omnes miro consensu. Forte *Caii nepote:* nam Cæci filium Tullius, et Fasti Capitolini, non nepotem, vocant. Dictaturam Appius Cæcus gessit, anno CCCCLXVI. Huic Consuli Publii prænomen fuit. In Fastis, 'P. Claudius AP. F. C. N. Pulcher.' Collega, 'L. Junius C. F. L. N. Pullus.'

[f] *Duodenæ assibus*] Incredibilis tum annonæ vilitas erat, ut ait Plinius XVIII. 4. Sic minimo pretio vina tum constitisse e superiore libro intelleximus, c. 16. ubi vini amphoram non amplius asses octonos veniisse vidimus. Sic XVIII. 16. modii frumenti assibus permutati dicuntur.

[g] *M. Seius L. F.*] De quo Tullius Offic. II. 58. 'Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quod in caritate annonæ asse modium populo dedit: magna enim se et inveterata invidia, nec turpi jactura, quando erat Ædilis, nec maxima liberavit.'—'Fuit ex gente Seia Ælius Sejanus, ut jam diximus. Fuit et Seia Orbiana conjux Caii Valentis Hostiliani Messii Quinti Augusti, in nummis duobus egregiis, quos affert Tristanus, p. 660. et 661. Prior sic inscribitur, Γ. ΟΥ. ΟΣΤΙΛ. Μ. ΚΟΙΝΤΟΣ. ΣΕΒ. Γάϊος Οὐάλης Ὀστιλιανὸς Μέσσιος Κόϊντος Σεβαστὸς, *Caius Valens Hostilianus Messius Quintus Augustus.* Caput laureatum ..)(. ΓΝ. ΣΕΙ. ΗΡΕΝ. ΣΑΛ. Β. ΟΡΒ. ΣΕΒ. Γνεΐα Σεΐα Ἡρεννία Σαλλουστία Βαρβία Ὀρβιανὰ Σεβαστή. *Cneia Seia Herennia Sallustia Barbia Orbiana Augusta.* Caput ejusdem. Alter est Latinus: CN. SEIA SALL. BARB. ORBIANA AVG. Caput ejusdem. .)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia Augustorum,* mariti et uxoris. Docet hic nummus, quod Historicis latuit, Hostiliani Augusti conjugem Orbianam filiam fuisse alterius Orbianæ, quæ ante annos triginta Severi Alexandri Aug. conjux fuit, sed natam ex priore connubio cum Seio: unde filia Seii patris nomen jam olim percelebre maternis præponit nominibus.' *Ed. sec.*

num. Minus ea miretur, qui sciat post annos XXII.[h] Cn. Pompeii III. consulatu[5] oleum provinciis Italiam misisse. Hesiodus[i] quoque inprimis cultum agrorum docendam arbitratus vitam,[6] negavit oleæ satorem fructum ex ea percepisse quenquam: tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis[j] serunt, translatarumque altero anno decerpuntur baccæ.

II. Fabianus negat provenire in frigidissimis oleam, neque in calidissimis. Genera earum tria dixit Virgilius,[k] orchites, et radios, et pausias: nec desiderare rastros,[l] aut falces,[1] ullamve curam. Sine dubio et in iis solum maxime, cœlumque refert. Verumtamen et tondentur,[2] cum et vites: atque etiam interradi[m] gaudent.



ties consule cod. Dalec. *Cn. P. IIII. &c.* Gronov. et al. vett.—6 Cod. Dalec. *vitæ.*

CAP. II. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut falcem* Gronov. et edd. vett.—2 Vet. Dalec. *attondentur.*—

NOTÆ

[h] *Post annos XXII.*] Anno U. C. DCCII. in quem tertius Pompeii Consulatus incidit: non, ut vulgati hactenus libri præ se ferunt, quartus, quem is nunquam gessit.

[i] *Hesiodus*] Nunc carmen illud intercidit.

[j] *In plantariis*] Quæ et seminaria vocantur, *des pépinières*, plantarum locus, unde, cum opus est, transferuntur.

[k] *Virgilius*] Georg. II. 85. 'Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ, Orchites, et radii, et amara pausia bacca.' Ubi *Orchades* Mss. exhibent, quod et carminis ratio poscit. Et apud Macrob. quidem, Saturn. II. 16. p. 379. 'Olea orchas, radius, pausia,' legitur. Ceteri tamen scriptores, quorum non est carminis legibus astricta oratio, orchitin vocant. Varro de Ling. Lat. l. IV. p. 28. Festus in Fragm. p. 30. 'Orchitin Atteius Philologus in collectaneis ait esse genus oleæ, ductum ex Græco ὄρχεις, quod testiculorum sit magnitudinis: itaque vocari ex eo orchitin.' Orchis, et radius, Colum. V. 8. p. 194. Virgilius, Plinius, aliique, ab oliva, cujus propria orchitis, et radii, pausiæque propria appellatio est, ad eorundem generum stirpem singula hæc nomina transtulere: nec oleam tamen illi, ut visum est novitio scriptori, pro oliva dixere. Nam quis oleam non desiderare rastros cum audiat, de oliva id dici, nisi bardus, existimet?

[l] *Rastros*] Idem Georg. II. 420. 'Contra, non ulla est oleis cultura: neque illæ Procurvam expectant falcem, rastrosque tenaces. Cum semel hæserunt arvis, aurasque tulerunt, Ipsa satis tellus,' &c.

[m] *Interradi*] Interradi dicuntur arbores, quando rami intermedii succi-

Consequens earum vindemia est, arsque vel major, olei musta[3] [n] temperandi. Ex eadem quippe oliva differunt succi. Primum omnium [o] e cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis: hoc sapore præstantissimum.[4] Quin et ex eo prima unda [p] preli laudatissima, ac deinde per diminutiones: sive, (ut nuper inventum est,) exilibus regulis pede incluso.[q] Quanto maturior bacca, tanto pinguior succus,

3 Gronov. et al. ante Harduin. *oleum quam musta.*—4 Cod. Dalec. *saporis*

NOTÆ

duntur, quoniam densitas officit: ideoque laxioribus intervallis serendæ sunt arbores. Vide quæ dicturi sumus XVII. 30. Usus ea voce Columella de arboribus c. 19. 'Arbores paribus intervallis serito, ut cum creverint, spatium habeant, quo ramos extendant. Nam si spisse posueris, neque infra quicquam serere poteris, nec ipsæ fructuosæ erunt: nisi eas interraseris.' Sic fere interlegi et intervelli Latine dicimus, ut annotaturi sumus XVII. 47. et interputari, atque interpurgari XVIII. 65.

[n] *Olei musta*] Sic Reg. 2. et alii: non *oleum quam musta.* Olei musta translate dixit, pro recenti oleo: a vino ducta translatione. Sic proxime antea simili tralatione utitur, cum vindemiam olearum dixit. Nam proprie olivationem diceret. Festus: 'Olivetam antiqui dicebant, cum olea colligebatur: ut messem, cum frumenta: vindemiam, cum uvæ: quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullum: cum ejus significationis causam haberemus. Quamvis quidam olivitatem eam dicant.' At Columellæ XII. 50. olivitas est tempestivitas ad oleam decerpendam. Sed I. 1. 'olivitas largissima' cum vindemia copulatur.

[o] *Primum omnium*] Quod Catoni 'oleum viride' dicitur de Re Rust. c. 65. 'Viridis notæ' Columellæ XII. 50.

[p] *Prima unda*] Oleum 'primæ notæ, id est, primæ pressuræ,' ut vocat Colum. hoc est, quod primo exprimitur, optimum: deinde quod secundo, et sic bonitatis diminutione, ut Plinius ait ipse, XIII. 23. ad deterrimum. *Le premier, le second, le troisième pressurage.* 'Sint autem,' inquit Colum. XII. 50. 'in cella olearia tres labrorum ordines: ut unus primæ notæ, id est, primæ pressuræ, oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem, cum prima pressura: quoniam longe melioris saporis est, quod minore vi preli quasi lixivium defluxerit:' Galli vocant, *de l'huile vierge:* in Gallia ex olivis maturis suo ipsarum pondere sponte id fluit.

[q] *Exilibus regulis pede incluso*] Exilibus regulis samsa inclusa. Pes sive samsa, *le marc des olives,* olivarum prima fæx est, primum recrementum, olivæ denique ipsæ, ex quibus jam primæ pressuræ seu primæ notæ oleum minore vi preli expressum sit. Regula instrumentum est, quod ad facturam olei eundem præstat usum, quem fiscus, seu fiscina: cujus quidem instrumenti ac moris nec nomen ullum, nec vestigium reliquum

minusque gratus. Optima autem ætas [r] ad decerpendum, inter copiam [s] bonitatemque incipiente bacca nigrescere. Nostri vocant drupas, Græci vero drypetas.[5] [t] Cetero distat,[6] an maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis: rigua fuerit arbor, an suo tantum bacca succo,[7] nihilque aliud quam rores cœli biberit.

III. (II.) Vetustas oleo tædium affert, non item ut vino: [1] plurimumque ætatis annuo est, provida (si libeat intelligere) natura: quippe temulentiæ nascentibus vinis uti necesse non est: quin immo [a] invitat ad servandum blanda

præstantissimi.—5 Chiffl. *drypetidas.*—6 *Cetero distant* codd. Dalec. et Chiffl. —7 Dalec. *tantum uda succo.*

CAP. III. 1 Dalec. *item et vino.* Mox, cod. Dalec. *ætatis anno est.*—2 Chiffl.

NOTÆ

est. Colum. XII. c. 50. 'Tum diligenter mundatam olivam protinus in torcular deferri, et integram in fiscinis novis includi, prelisque subjici, ut quantum possit paulisper exprimatur.' En primam preli undam: 'Postea resolutis corticulis, emoliri debebunt, adjectis binis sextariis integri salis in singulos modios: et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe novis fiscinis samsa exprimi. Quod deinde primum defluxerit,' &c. Quod Plinio pes, hoc samsa Columellæ: qui primum olivam integram includi regulis, seu fiscinis, postea et samsam jubet. Et vinaceorum quoque pedem, ex quo mustum tortivum exprimatur, idem Columella vocat, laudatus a nobis libro sup. c. 23. Regularum idem et c. 52. ejusdem duodecimi libri meminit: 'Baccam,' inquit, 'manu stringito, et statim purgatam prelo integram subjicito, et amurcam exprimito,' post primam videlicet preli undam expressam. 'Deinde suspensa mola olivam frangito, eamque vel in regulas, vel in novos fiscos adjicito, subjectamque prelo sic premito, ne vasa intorqueas, sed tantum ipsius preli pondere quantulumcumque exprimi patiaris. Deinde cum sic fluxerit,' &c. Quam priore loco samsam, olivam isto appellat.

[r] *Optima autem ætas*] Colum. XII. 52. 'Antequam oliva nigrescat, cum primum decolorari cœperit, nec tamen adhuc varia fuerit.'

[s] *Inter copiam*] Ut oleum reddat, neque quam maxima, neque quam minima copia: ut bonitate item neque omnino optimæ, neque infimæ omnino notæ.

[t] *Drypetas*] Hesychio δρυπετεῖς, et Suidæ. Athenæus l. II. p. 56. Δρυπετεῖς ἐλαῖαι· ταύτας Ῥωμαῖοι δρύππας λέγουσι.

[a] *Quin immo*] Adeo non cogit natura ut utare vino, ut etiam ad servandum diutius invitet, spe saporis melioris, quem carie ac vetustate contrahit. Contra oleum, cum ætatem non ferat, cito jubet absumi, &c.

inveterati [2] caries: oleo noluit parci, fecitque ea necessitate promiscuum et vulgo. Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano,[b] ejusque parte quæ Licinianum fundit oleum: unde et Liciniæ [c] gloria præcipua olivæ. Unguenta hanc palmam dedere, accommodato ipsis odore. Dedit et palatum, delicatiore sententia.[3] De cetero baccas Liciniæ nulla avis appetit. Reliquum certamen inter Istriæ terram [d] et Bæticæ [e] par est. Vicina bonitas provinciis, excepto Africæ frugifero solo.[f] Cereri [4] totum id natura concessit: oleum ac vinum non invidit tantum: [g] satisque gloriæ in messibus fecit. Reliqua erroris plena, quem in nulla parte vitæ numerosiorem esse docebimus.

(III.) Olivæ constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies hæc est ejus amara. Fit ex aquis, ideo siccitatibus [h] minima: riguis, copiosa. Suus quidem olivæ succus oleum est, idque præcipue [5] ex immaturis intelligimus, sicut de



interveterati. Mox, Vet. Dalec. *oleum noluit parci.* Deinde, cod. Dalec. *fecitque veteratica;* Vet. Dalec. *veteratum ea.*—3 Cod. Dalec. *delicatiorem sententiam.*—4 *Ceteris* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—5 Al. ap. Dalec. *præci-*

NOTÆ

[b] *Venafrano*] Martial. XIII. 98. 'Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri: Unguentum, quoties sumis, et istud olet.'

[c] *Liciniæ*] De Liciniana olea Cato de Re Rust. c. 6. p. 12. Varro I. 24. et Colum. v. 8. p. 193. Iste et Licinianam et Liciniam vocat. Nomen ei a Licinio Crasso.

[d] *Inter Istriæ terram*] Oleum Liburnicum, a Liburnia, quæ adhæret Istriæ, sic cognominatum, laudat Apicius I. 5.

[e] *Bæticæ*] Cujus oleum et Strabo commendat l. III. καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον. Vetus inscriptio apud Reines. p. 460. NEGOTIATORES. OLEARI. EX. BÆTICA. Et apud Gruterum, p. 1116. MERCATOR OLEI. HISPANI. EX. PROVINCIA. BÆTICA.

[f] *Africæ frugifero solo*] Byzaceno. Vide XVII. 3.

[g] *Non invidit tantum*] Sed et cetera quoque frugum aliarum commoda, ceu pomorum, invidit. Ita Mss. omnes: etsi Barbarus negationis particula erasa legat, *invidit tantum.*

[h] *Siccitatibus*] Cœlo soloque sicco. Theophr. de Causis Plant. VI. 11. p. 364.

omphacio docuimus.[i] Augetur oleum ad Arcturi exortum a. d. XVI. Kalendas[6][j] Octobris: postea nuclei increscunt et caro. Cum sitienti[k] imbres copiosi accessere,[7] vitiatur oleum in amurcam. Hujus color[l] olivam cogit nigrescere: ideoque incipiente nigritia, minimum amurcæ: ante eam nihil. Et error[m] hominum falsus, existimantium maturitatis initium, quod est vitii proximum.[8] Deinde, quod oleum crescere olivæ carne arbitrantur, cum succus omnis in corpus abeat,[n] lignumque[o] intus grandescat. Ergo tum maxime rigantur. Quod ubi cura, multisve imbribus[9] accidit, oleum absumitur, nisi consecuta serenitate, quæ corpus extenuet. Omnino enim, ut Theophrasto[p] placet, est olei causa calor: quare et in torcularibus, et jam in cellis[10] multo igne quæritur.[q] Tertia est[r] culpa in parsimonia, quoniam propter impendium decerpendi expectatur, ut decidat oliva. Qui medium[s] temperamentum in hoc servant,

puum.—6 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *ab Arcturi exortu XVI. Calendas* Gronov. et vulgg.—7 Dalec. *incessere.* Mox, cod. Dalec. *in amurca.*—8 Vet. *est vitio proximum.*—9 Ita codd. Harduin. cum edd. Harduin. et recentt. *cura multa sive imbribus* Gronov. et vulgg.—10 Chiffl. *a cellis.*—11 Ita Harduin.

NOTÆ

[i] *Docuimus*] Lib. XII. c. 60.

[j] *A. d. XVI. Kalendas*] Hoc est, ante diem XVI. seu die ipso XVI. Kalendas: qua de forma loquendi diximus VIII. 70. Vide Notas et Emend. num. 2.

[k] *Cum sitienti*] Cum post siccitatem imbres copiosi oleam rigant, corrumpitur oleum, et plus amurcæ habet. Theophr. de Causis I. 23. pag. 226. Καὶ ἐάν γε δὴ πλείω ποιῇ ὕδατα, καὶ χεῖρον γίνεσθαι τὸ ἔλαιον, ἀμοργὴν λαμβάνειν πλείω.

[l] *Hujus color*] Theophr. de Causis VI. 11. p. 363.

[m] *Et error*] Quem Theophrastus pariter loco citato animadvertit.

[n] *In corpus abeat*] In carnem: unde fæces.

[o] *Lignumque*] Nucleus, qui Græcis πυρήν.

[p] *Ut Theophrasto*] De Causis Plant. I. 23. p. 226.

[q] *Igne quæritur*] Paratur, conficitur, servaturque. Cato, de Re Rust. c. 65. 'Quam calidissimum torcularium, et cellam habeto.' Colum. I. 6. p. 27. 'Torcularia præcipue, cellæque oleariæ calidæ esse debent, quia commodius omnis liquor vapore solvitur, ac frigoribus magis constringitur: oleum quod minus provenit, si congelatur, fracescet,' &c.

[r] *Tertia est*] Theophr. loc. cit.

[s] *Qui medium*] Theophr. loc. cit. et de Causis v. 4. p. 328.

perticis decutiunt, cum injuria arborum, sequentisque anni damno. Quippe olivantibus lex antiquissima fuit: 'Oleam ne[t] stringito, neve verberato.' Qui cautissime[u] agunt, arundine levi ictu, nec adversos percutiunt ramos. Sic quoque[v] alternare fructus cogitur decussis germinibus. Nec minus,[w] si expectetur ut cadat: hærendo enim ultra suum tempus, absumunt venientibus alimentum, et detinent locum.[11] Argumentum est, quod nisi ante Favonium[x] collectæ,[12] novas vires resumunt, et difficilius cadunt.

IV. Prima ergo ab autumno colligitur, vitio operæ,[a] non naturæ, pausia, cui plurimum carnis: mox orchites, cui olei: post radius. Has enim ocyssime occupatas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit[b] decidere. Differuntur vero etiam in Martium mensem callosæ, contra humorem pugnaces, ob idque minimæ, Licinia,[c] Cominia, Contia, Sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante Favonii afflatum nigrescentes, hoc est a. d. VI. Idus Febr.[1] Tunc arbitrantur eas maturescere: et, quoniam probatissimum ex iis fiat

1. 2. 3. et recentt. *Nec m. si e. ut cadat. Hærendo, &c.* Gronov. et al. *At m. &c. absumit, &c. detinet, &c.* sub. 'fructus,' *Dalec.*—12 Dalec. *olivæ collectæ.*

CAP. IV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *id est ad VI. Idus Febr.* Gro-

NOTÆ

[t] *Oleam ne*] Cato de Re Rust. cap. 144. p. 76. 'Oleam ne stringito, neve verberato, injussu domini aut custodis.' Stringere hic decutere est, decerpere, manu legere. Sic 'quernas glandes stringere' dixit Maro Georg. I. 305.

[u] *Qui cautissime*] Ex Varrone de Re Rust. I. 55.

[v] *Sic quoque*] Vel sic, inquit, injuria fit arbori, decussis germinibus: ac nonnisi altero quoque anno fructum fert arbos.

[w] *Nec minus*] Subintellige, damnum.

[x] *Ante Favonium*] Quo tempore is oriatur, dictum est II. 47. et mox dicetur cap. seq.

[a] *Vitio operæ*] Culturæ.

[b] *Amurca cogit*] Metus amurcæ, sive metus ne in amurcam, ut dictum est superius, oleum vitietur, facit ut celerrime ea olearum genera occupentur, seu stringantur, ac demetantur. Similis forma loquendi, XIV. 28. 'Ut bibere mors cogat.'

[c] *Licinia*] Liciniana, Sergiana, et Culminea, Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. Varroni hæc Colminia, Culminia Columellæ. At Cominia Palladio lib. III. in Febr. tit. 18. p. 64.

oleum, accedere[d] etiam ratio pravitati videtur. Feruntque frigore sterilitatem fieri,[2] sicut copiam maturitate: cum sit illa[e] bonitas non temporis, sed generis, tarde[3] putrescentium in amurcam. Similis error[f] collectam servandi in tabulatis, nec priusquam sudet premendi: cum omni mora[4] oleum decrescat, amurca augeatur. Itaque vulgo non amplius senas libras[g] singulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ mensuram nemo agit, quanto ea copiosior reperiatur in eodem genere diebus adjectis.

Omnino in vita[5] error est publicus, tumore olivæ crescere oleum existimantium:[6] præsertim cum magnitudine copiam olei non constare, indicio sint quæ regiæ[h] vocantur, ab aliis majorinæ, ab aliis phauliæ,[i] grandissimæ, alioqui[7] minimo succo. Et in Ægypto[8] carnosissimis olei exiguum. Decapoli vero Syriæ perquam parvæ, nec cappari majores, carne tamen[9] commendantur. Quam ob causam Italicis transmarinæ præferuntur in cibis, cum oleo vincantur: et in ipsa Italia ceteris Picenæ,[j] et Sidicinæ.



nov. et al. ante Harduin.—2 Dalec. *suavitatem fieri.*—3 Dalec. *tarditate.*—4 Cod. Dalec. *cum omni mora.*—5 Chiffl. *in victu.*—6 Idem codex, *existimandi.*—7 Gronov. *alioquin.*—8 *Est et in Ægypto* cod. Dalec.—9 Dalec. *majores*

NOTÆ

[d] *Accedere*] Patrocinari quodammodo errori hominum prave judicantium ratio nonnulla videtur.

[e] *Cum sit illa*] Cum olei bonitas non tempori, sed olivarum naturæ tribuenda sit: quæ si diutius in arbore hærent, putrescunt, nec oleum reddunt, sed amurcam.

[f] *Similis error*] Cato de Re Rust. c. 64. 'Olea ubi matura erit, quam primum cogi oportet: quam minimum in terra et in tabulato esse oportet. In terra et in tabulato putrescit.'

[g] *Senas libras*] Olei scilicet, e singulis olearum modiis.

[h] *Quæ regiæ*] A Sergia diversæ, quam Sabini quoque regiam appellarunt, ut paulo ante dictum est.

[i] *Phauliæ*] Pauliæ Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. male pro *Phauliæ.* De his Theophrast. de Causis Plant. VI. 11. p. 364. ὧν δὲ ἡ σὰρξ πολλὴ, ὁ δὲ πυρὴν μικρὸς, ὀλιγοελαιοῖ, καθάπερ αἱ φαυλίαι. *Quibus caro multa, nucleus vero minimus, succum sive oleum parcissime fundunt, ut phauliæ.*

[j] *Picenæ*] Martialis pariter I. 1. p. 44. laudat eam, 'Quæ de Picenis venit oliva cadis.' Et v. 79. 'Succurrent tibi nobiles olivæ, Piceni modo quas tulere rami.' Sidicinæ vero a Teano Sidicino nomen accepere, de quo III. 9.

Sale illæ [k] privatim condiuntur,[10] et, ut reliquæ, amurca, sapave: necnon aliquæ [l] oleo suo sine arcessita commendatione. Muriæ innatant [m] colymbades: [11 n] franguntur eædem, herbarumque [o] viridium sapore condiuntur. Fiunt et præcoces [p] ferventi aqua perfusæ, quamlibet immaturæ. Mirumque, dulcem succum olivas bibere, et alieno sapore [q] infici. Purpureæ sunt et in iis, ut uvis, in nigrum colorem transeuntibus,[12] pausiæ. Sunt et superbæ,[r] præter jam dicta genera. Sunt et prædulces, per se tantum [s] siccatæ, uvisque passis dulciores, admodum raræ in Africa, et circa Emeritam Lusitaniæ. Oleum ipsum sale vindicatur a pinguitudinis vitio.[13] Cortice oleæ conciso odorem accipit [t]



carne oleo tamen.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *illæ primum condiuntur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *et ut r. muria, sapave* Vet. Dalec.—11 Ita codd. Regg. et Editio princeps; *accersita commendatione. Muriæ, &c.* Harduin. et recentt. *accersita commendatione puræ innatant, colymbades* edd. vett. Cod. Dalec. *innatant. Colymbades franguntur, eædemque herbarum.* 'Lego, *commendatione. Muriæ innatant colymbades,' &c.* Dalec.—12 Vet. Dalec. *uvæ in nigrum colorem transeuntes.*—13 Cod. Dalec.

NOTÆ

[k] *Sale illæ*] Colum. XII. 47. p. 453. 'Alii sive contuderint, sive insecuerint olivas, modico sale cocto . . . immiscent: deinde sapam vel passum infundunt.' Vide et c. 48. p. 456.

[l] *Necnon aliquæ*] Columella XII. 47. 'Olivæ pausiæ, cum jam decolorantur, antequam mitescant, cum petiolo leguntur, et in oleo quam optimo servantur: hæc maxime nota, etiam post annum, repræsentat viridem saporem olivarum.'

[m] *Muriæ innatant*] Vide Notas et Emend. num. 3.

[n] *Colymbades*] Κολυμβάδες dicuntur, παρὰ τὸ κολυμβᾷν, *ab innatando*, quod muriæ innatent, inquit Athenæus lib. IV. p. 133. unde et ἁλμάδες eædem vocatæ, ἀπὸ τῆς ἅλμης, *a muria.* Cælius Aurel. Chronic. c. 3. 'vel natantibus olivis, quas colymbadas appellant:' unde et νηκτρίδες, ἀπὸ τοῦ νήχεσθαι, hoc est, *natare*, Polluci dicuntur VI. 8.

[o] *Herbarumque*] Præsertim fœniculi, ut auctor est Colum. XII. 47. p. 453. qui mos hodieque in Gallia Narbonensi obtinet: apii quoque et rutæ, ex eodem, c. 48. p. 456.

[p] *Et præcoces*] Hoc est, aptæ cibo, ac mensis: nec ferventi tantum aqua perfusæ, sed et lixivio cinere in Gallia.

[q] *Et alieno sapore*] Herbarum, ut dictum est, sapore, ac muriæ, sapæve.

[r] *Et superbæ*] Hispanicam nunc olivam vocant, *olive d'Espagne*, crassam et carnosam, nucis magnitudine.

[s] *Per se tantum*] Non igne, aut Sole siccatæ, sed sola ætate.

[t] *Odorem accipit*] Si cortex oleæ concidatur, inquit, quod oleum ex olivis exprimitur, refert unguenti

medicati:[14] alias, ut vino, palati gratia nulla est. Nec tam numerosa[u] differentia: tribus ut plurimum bonitatibus distat. Odor[15] in tenui argutior,[v] et is tamen etiam in optimo[16] brevis.[w]

V. (IV.) Oleo natura[a] tepefacere corpus, et contra algores munire: eidemque fervores capitis refrigerare. Usum ejus ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Notum est, magistratus[b] honoris ejus octogenis[c] sestertiis strigmenta olei vendidisse. Oleæ honorem Romana majestas magnum præbuit,[1] turmas equitum[d] Idibus Juliis ex ea coronando: item mi-

a pinguedinis vitio.—14 Cod. Dalec. *concisæ od. accepit. Medicatio;* Parm. *concisæ od. accepit. Medicatio alias ut vino.* 'Lego, *Cortice olea conciso odorem accipit medicatum, alias palato gratia nulla est. Nec tam. num. ut vini differentia.*' Dalec. *Cor. ol. con. od. ac. medicatio* Chiffl.—15 Cod. Dalec. *distat odor.*—16 Idem codex, *optima.*

CAP. V. 1 Chiffl. *magnum perhibuit.*

NOTÆ

odorem: alias palatum non ullo eximio sapore invitat, titillatve: sicut nec vinum, ni vitis ante putetur. Hæc perperam, ut alia quam multa, Dalecampius accipit.

[u] *Nec tam numerosa*] Nec tot olei quot vini, genera.

[v] *Argutior*] Acutior.

[w] *Brevis*] Non durabilis, etiam in oleo optimo: cum plurimum ætatis annuo sit, ut dictum est c. 3.

[a] *Oleo natura*] Hæc pariter Diosc. I. 30. De Græcorum gymnasiis, scite Prudentius in Hamartig. vs. 365. 'Sic Lacedæmonias oleo maduisse palæstras Novimus, et placidum servire ad crimina succum.'

[b] *Magistratus*] Gymnasiarchas, et athletarum ludis præfectos.

[c] *Octogenis*] Sestertia hic generis, ut vocant, neutri intellige: quorum singula sestertios valeant mille: octogena, millia octoginta: seu monetæ Gallicæ libras 8000. De his olei strigmentis, quæ eradi e balineis solebant, quos ad usus medicinæ utilia putarentur, dicetur XXVIII. 13.

[d] *Turmas equitum*] Livius in fine libri IX. p. 170. 'A Q. Fabio Maximo institutum dicitur, ut Equites Idibus Quintilibus transveherentur.' Et de eo more Suetonius in Augusto, cap. 38. 'Equitumturmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis.' De hoc ritu multa prolixe Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. VI. p. 351. Θυσίαι τε πολυτελεῖς, ἃς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὁ δῆμος ἐπιτελεῖ διὰ τῶν μεγίστων ἱππέων ἐν μηνὶ Κυϊντιλίῳ λεγομένῳ, ταῖς καλουμέναις εἰδοῖς, ἐν ᾗ κατώρθωσαν ἡμέρᾳ τόνδε τὸν πόλεμον. Ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα, ἡ μὲν τὴν θυσίαν ἐπιτελουμένη πομπὴ τῶν ἐχόντων τὸν δημόσιον ἵππον, οἳ κατὰ φυλάς τε καὶ λόχους κεκοσμημένοι στοιχηδὸν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχούμενοι πορεύονται πάντες, ἐκ μάχης ἥκοντες, ἐστεφανωμένοι θαλλοῖς ἐλαίας,

noribus triumphis ovantes.[e] Athenæ quoque victores olea coronant, Græci vero oleastro [f] Olympiæ.

VI. (V.) Nunc dicentur Catonis [g] placita de olivis. In calido et pingui solo radium majorem, Salentinam, orchitem, pausiam, Sergianam,[1] Cominianam,[h] albiceram [i] seri jubet: adjicitque [j] singulari prudentia, quam earum in finitimis locis [2] optimam esse dicant. In frigido autem et macro, Liciniam. Pingui enim aut ferventi vitiari ejus oleum, arboremque ipsam fertilitate consumi: musco præterea [k] rubro infestari.[3] Spectare oliveta [l] in Favonium loco exposito Solibus censet: nec alio ullo modo laudat.



CAP. VI. 1 Ita Gronov. et aliæ edd. ante Harduin. qui in editione secunda dedit *Sergiam*, eumque secuti sunt Miller. et Franz. *Sergianam* Harduin. 1. et Bipont. Mox, Cato, *colminianam*, pro *Cominianam*.—2 Cato et Vet. Dalec. *in iis locis*.—3 Chiffl. *et robo infestari*.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

καὶ πορφύρας φοινικοπαρύφους ἀμπεχόμενοι τηβέννας, τὰς καλουμένας τραβέας, κ. τ. λ. Splendidum sacrificium, quod populus Rom. quotannis per insignes equestris ordinis viros Idibus Quintilibus peragit, qua die hæc illi victoria contigit. Præter omnia vero post sacrificium transvectio eorum qui equos habent ex publico, qui per tribus et centurias distincti ordine in equis vehuntur omnes, quasi e pugna redeant, coronati fronde oleagina, et palmatis e purpura togis amicti, quas vocant trabeas, &c.

[e] *Ovantes*] Ovantium igitur corona et oleaginea fuit, et myrtea, laureaque, ut dicetur c. 38. Sed et 'oleagineis coronis,' inquit Festus, 'ministri triumphantium utebantur, quod Minerva Dea belli esse putabatur.' Quare Virgilius, qui se triumphorum Augusti Cæsaris ministrum deligi et haberi studuit, ita cecinit Georg. III. 21. 'Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ Dona feram.'

[f] *Oleastro*] Vide Geopon. IX. 1. p. 218. et 219. Archias in Anthol. I. 1. *Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί· Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.* Hoc est, interprete Grotio: *Bis duo Grajugenæ certamina sacra celebrant: Dona: apium, pinus, mala, feræque oleæ.* Quæ Lucianus in Anacharsi, sive de gymnasiis, fere complexus, p. 787. *Ὀλυμπιάσι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος.*

[g] *Catonis*] Libro de Re Rust. c. 6. p. 12. Eadem Varro transcribit ex Catone de Re Rust. c. 24. Confer ea cum iis quæ Geopon. auctor affert IX. 4.

[h] *Cominianam*] Cato, 'Colminianam.' Varro, 'Colminiam, albicerem.' Columella XII. 49. 'Culmineam,' ut supra monuimus.

[i] *Albiceram*] A Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. *albigerus* pro *albicerus olea* appellatur.

[j] *Adjicit*] Verba hæc sunt Catonis, 'Quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime serito.' Ex Plinio certe emendandum, *vicinis locis*.

(VI.) Condi [m] olivas optime, orchites, et pausias, vel virides [4] in muria, vel fractas in lentisco. Oleum quam [n] acerbissima oliva optimum fieri.[5] Cetero [o] quam primum e terra colligendam: si inquinata sit, lavandam: siccari triduo satis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam: hanc et sale [6] aspergi. Oleum in [p] tabulato minui, deteriusque fieri: item et in amurca,[q] et fracibus: hæ sunt carnes, et inde fæces.[7] Quare sæpius die capulandum: [8] [r] præ-

centt. Gronov. et al. ante Harduinum exhibent, *censet.* CAP. VI. *Nec alio v. m. laudat, condi olivas, optime orchites, et pausias, quam vel virides.* Pro *optime,* margo edd. Dalec. et Gronov. *maxime.* Cod. Dalec. *optime orchites, et pausias, vel virides, quam in muria.*—5 'Ms. *quam acerbissimum diu* (leg. *die*, i. e. tempore) *optimum fieri.*' Dalec.—6 Cod. Dalec. *colligenda: si inquin. sit, lavanda: s. t. s. esse si g. frigora. Quarto die premenda. Has et sale.*—7 Dalec. *et nudæ fæces.*—8 *Q. s. die decapulandum* Gronov. et al. ante Harduinum, qui

NOTÆ

[k] *Musco præterea*] Vide Notas et Emend. num. 4.

[l] *Spectare oliveta*] Varro loc. cit. ex Catone, 'Agrum oliveto conserendo, nisi qui in ventum Favonium spectet, et Soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.' Catonis eadem verba sunt c. 6. Colum. quoque v. 9. p. 196. et Palladius lib. III. in Febr. tit. 18. p. 64.

[m] *Condi*] Cato c. 7. p. 13. 'Oleas orchites, posias: eæ optime conduntur, vel virides in muria, vel in lentisco contusæ,' hoc est, in oleo lentiscino. Sic etiam Varro I. 60.

[n] *Oleum quam*] Cato c. 65. p. 46. 'Quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit.'

[o] *Cetero*] Verba Catonis, loc. cit. 'Oleum viride sic facito: Oleam quamprimum ex terra tollito: si inquinata erit, lavito: a foliis et stercore purgato. Postridie, aut post diem tertium quam lecta erit, facito. Si gelicidia erunt, cum oleam coges, triduum aut quatriduum post, oleum facito. Eam oleam, si voles, sale inspergito.'

[p] *Oleum in*] Cato c. 64. p. 45. 'Nolito credere oleum in tabulato posse crescere .... olea quæ diu fuerit in terra, aut in tabulato, inde olei minus fiet, et deterius.' Hoc Catonis placitum laudat maximopere Colum. XII. 50. p. 462. Oleum certe in tabulato crescere tam falsum est, quam in area, frumenta crescere.

[q] *Item et in amurca*] Subintellige, minui oleum: si in amurca diutius maneat, vel in fracibus. Sic olivarum carnes vocant, quæ ubi succus omnis, hoc est, oleum fluxit, cum nucleo manent: et ex iis sunt fæces, *le marc des olives.*

[r] *Capulandum*] Deplendum, dehauriendum, in alia labra seu vasa transferendum: 'Nam quanto sæpius translatione ipsa ventilatur, et quasi exercetur,' inquit Columella XII. 50. p. 460. 'tanto fit liquidius, et amurca liberatur.' Cato, c. 66. 'Ubi factores vectibus prement, continuo capulator concha oleum quam diligentissime poterit tollat, nec cesset: oleum

terea in conchas, et plumbeas [s] cortinas: ære vitiari. Ferventibus [t] omnia ea fieri clausisque [u] torcularibus, et quam minime ventilatis: ideo nec ligna [v] ibi cædi [9] oportere: qua de causa e nucleis ipsarum ignis aptissimus. Et e cortinis in labra fundendum, ut fraces [10] et amurca liquentur.[w] Ob id crebrius [x] vasa mutanda,[11] fiscinas [y] spongia tergendas, ut quam maxime pura sinceritas constet. Postea inventum, ut lavarentur utique ferventi aqua: protinus prelo subjicerentur solidæ; ita enim amurca exprimitur: mox trapetis [z] fractæ premerentur iterum. Premi plus [12] quam



lectionem nostram dedit ex codd. manuscriptis.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *accendi*, e Colum.—10 Chiffl. *ut fæces.* Mox, Dalec. *et amurca linquantur.*—11 Ita codd. Harduini et Pintian. cum edd. Harduin. et recentt. *mundanda* Gronov. et al. vett.—12 'Aliter dividunt Mss. Reg. 1. et 2. et Editio princeps. Sic enim habent, *premerentur. Iterum premi plus.* Quod non est spernendum, si ita intelligatur: Primum, olivæ solidæ subjiciuntur prelo, et amurca exprimitur. Secundum, trapetis fractæ premuntur, et is est post molam flos, *l'Huile vierge.* Tertio iterum premuntur, et oleum tortivum cibariumque exprimitur.' *Brotier.* Harduin. et recentt. *trapetis premuntur ite-*

NOTÆ

in labrum primum indito: inde in alterum dolium,' &c. Capulator a capulis, quæ sunt ansata vasa, nomen habet. Idem Cato c. 64. p. 45. 'Oleum, si poteris, bis in die depleto: nam oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum erit.' Et c. 67. 'Oleum frequenter capulet.' Huc pertinere arbitramur inscriptionem veterem, apud Gruter. ex Sirmondo, p. 108. CAPLATORES. TIBVRTES. Iidem et dolearii, credo, appellati, quod oleum in dolia diffunderent. Apud eundem Gruterum, p. 583. CHRYSOGONVS. SER. DOLEAR. 'Servus dolearius.'

[s] *Et plumbeas*] Cato c. 66. p. 46. 'Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat... Vase aheneo ad oleum ne utatur: nam si utetur, oleum male sapiet.' Cortina Gallis, *une chaudiére.*

[t] *Ferventibus*] Calidis, ut diximus c. 3.

[u] *Clausisque*] Cato loc. cit. 'Caveat quam minimum in torcularium et in cellam introëatur.' Vide et Colum. XII. 50. p. 461. Torcularium, *le pressoir.*

[v] *Ideo nec ligna*] Cato c. 47. 'Ligna in torculario ne cædant.'

[w] *Liquentur*] Sic libri omnes, etiam Mss. Hoc est, ut fraces et amurca, quæ in fundo sidunt, paulatim liquefiant, idque quod in ipsis est olei sponte reddant.

[x] *Ob id crebrius*] Vide Notas et Emend. num. 5.

[y] *Fiscinas*] Cato c. 67. 'Fiscinas spongia effingat.' Fiscus, seu fiscina, qualus est in quo olivæ ponuntur, cum subjiciuntur prelo ut exprimantur, teste Colum. XII. 49. *Un panier d'osier.*

[z] *Mox trapetis*] Varro de Ling. Lat. p. 34. 'Trapetes, molæ oleariæ vocantur.' Trapetum dixit Colum. XII. 50.

centenos modios, non probant. Factus vocatur.[a] Quod vero post molam primum est, flos.[b] Factus tres gemino foro[13][c] a quaternis hominibus nocte ac die premi justum est.

VII. (VII.) Non erat tum fictitium oleum:[1] ideoque arbitror de ea nihil a Catone[2] dictum: nunc ejus genera plura. Primumque persequemur ea, quæ ex arboribus fiunt, et inter illas ante omnes ex oleastro. Tenue id, multoque amarius, quam oleæ: tantum ad medicamentum utile. Simillimum huic est ex chamelæa,[d] frutice saxoso, non altiore palmo, foliis oleastri,[3] baccisque. Proximum fit et e cici,[e] arbore in Ægypto[f] copiosa: alii crotonem, alii trixin,[4][g] alii sesamum sylvestre appellant: ibique non pridem. Et in Hispania repente[5] provenit altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine uvarum



rum. Premi, &c.—13 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *Factus tergeminos fere* Gronov. et al. vett.

CAP. VII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *factitium oleum* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *arbitror nihil a Catone* Gronov. et al. vett.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *oleæ,* e Diosc. Mox, cod. Dalec. *baccisque proximum. Fit, &c.*—4 Cod. Dalec. *alii sibin;* Diosc. *alii Seseli Cyprium;* Chiffl. *alii sibi.*—5 *Exin Hispaniæ repente* cod. Dalec. *Et in Hisp. sponte* Dalec. *Hispania tepente* Vet. Dalec.

NOTÆ

[a] *Factus vocatur*] Unde factores appellati, qui olivas premunt, apud Catonem c. 66. Factum, vel factus, ut dictum est, centeni sunt olivarum modii.

[b] *Flos*] Prima unda preli, ut dictum est c. 2. *Huile vierge.*

[c] *Gemino foro*] Forum in torculari locus est, quo defertur olea vel uva ut prematur: qua notione a Varrone, de Re Rust. lib. I. 54. et a Catone c. 18. accipitur. *Une cuve.* Prius legebatur, *tergeminos fere.* In Mss. Reg. 1. *Tres gemino fero.* In Reg. 2. *tres gemino foro.*

[d] *Ex chamelæa*] De qua dicemus XXIV. 82.

[e] *E cici*] Diosc. IV. 164. Κίκι, ἢ κρότων, οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον, οἱ δὲ σέσελι Κύπριον, οἱ δὲ κρότωνα. Et in Nothis, Αἰγύπτιον σύσθαμνα· οἱ δὲ τρίξιν· Ῥωμαῖοι ῥικίνουμ. Oleum ipsum κίκινον vocat Galenus, in explic. vocum Hippocr. tom. II. p. 81.

[f] *Arbore in Ægypto*] Et arborem Dioscorides vocat, quam is describit loc. cit. ficus altitudine, platani foliis, &c. et Theophr. Hist. I. 18. Galenus quoque κατὰ γένη, III. 5. p. 728. ut plane mirer a Dalecampio Plinium hoc loco insimulari erroris, qui cici arborem, non herbam, vocarit.

[g] *Alii trixin*] Reg. 2. Th. et Chiffl. *alii sibi.* Reg. et Colb. 1. 2. *alii sire.* Forte, *alii sili,* quæ vox Plinio pro *seseli* familiaris.

gracilium pallidarumque. Nostri eam ricinum vocant a similitudine [h] seminis. Coquitur [i] id in aqua, innatansque oleum tollitur. At in Ægypto,[j] ubi abundat, sine igne et aqua sale aspersum exprimitur, cibis fœdum, lucernis utile.[6] [k] Amygdalinum, quod aliqui metopium [l] vocant, ex amaris nucibus arefactis, et in offam contusis, aspersis aqua iterumque tusis, exprimitur. Fit et e lauro, admixto druparum [m] oleo. Quidamque [n] e baccis exprimunt tantum:[7] alii foliis modo: aliqui folio et cortice baccarum: necnon styracem [o] addunt, aliosque odores. Optima [p] laurus ad id latifolia, sylvestris, nigra baccis. Simile est [q] e myrto nigra: et hæc latifolia melior. Tunduntur baccæ [r] aspersæ [8] calida aqua, mox decoquuntur. Alii foliorum [s] mollissima decoquunt in oleo, et exprimunt. Alii dejecta [9] ea in oleum prius Sole maturant.[10] [t] Eadem ratio et in sa-

—6 'In codd. Regg. Colb. Thuan. Chiffl. et Editione principe, *exile;* quod forte melius. Judicent qui oleo cicino utuntur. Nunc ad medicos usus adhibetur. De ejus medica vi vide infra XXIII. 41.' *Brotier. exile* etiam cod. Dalec.—7 'Lege e Diosc. *admisto omphacino oleo. Quidam ex drapis baccis exp. tantum.*' Dalec.—8 Chiffl. *adspersa.*—9 *Alii desecta* cod. Dalec.—10 Mar-

NOTÆ

[h] *A similitudine*] Nempe a similitudine cum animalculo ejusdem nominis, hoc est, ricino. Ita Diosc. loc. cit. Καρπὸν δὲ ἐν βότρυσι τραχέσι, λεπισθέντα ὅμοιον κρότωνι τῷ ζώῳ. *Semen fert in uvis asperis, quod, ubi decorticatum est, ricinum animal repræsentant:* quod Galli vocant *Tique.*

[i] *Coquitur*] Hunc olei hujus concinnandi modum docet et Diosc. I. 38.

[j] *At in Ægypto*] Hoc totidem verbis Diosc. IV. 164.

[k] *Lucernis utile*] Et Emplastris, inquit Diosc. loc. cit. Κίκινον ἔλαιον, ἄβρωτον μὲν, ἄλλως δὲ χρήσιμον εἰς λύχνους, καὶ ἐμπλάστρους. In Mss. tamen Reg. Colb. Th. Chiffl. *lucernis exile.* Quanquam Herod. II. 92. p. 122. et Diodor. Sic. lib. I. p. 31. oleum cicinum lucernis commendant.

[l] *Aliqui metopium*] Ut dictum est XIII. 2.

[m] *Druparum*] Olivarum scilicet, de quibus c. 2.

[n] *Quidamque*] In his Diosc. I. 49. laurinum oleum e drupis, hoc est, e lauri baccis maturitate turgentibus, in aqua decoctis confici præcipit. Τὸ δὲ δάφνινον σκευάζεται διὰ τῶν δαφνίδων, ὅταν ὦσι δρυοπετεῖς, ἑψομένων μεθ' ὕδατος.

[o] *Nec non styracem*] Diosc. loc. cit.

[p] *Optima*] Diosc. loc. cit.

[q] *Simile est*] Hæc totidem verbis Diosc. I. 48.

[r] *Tunduntur baccæ*] E baccis granisve myrti fieri quoque Palladius docet in Januar. tit. 18. p. 49.

[s] *Alii foliorum*] Diosc. loc. cit.

[t] *Sole maturant*] Soli prius exponunt coquenda. Diosc. Ἰδίως δὲ τὰ

tiva myrto: sed præfertur sylvestris minore semine, quam quidam oxymyrsinen [u] vocant, alii chamæmyrsinen: aliqui acoron [v] a similitudine: est enim brevis, fruticosa. Fit et e citro, [11] [w] cupresso: nucibus juglandibus, quod caryinon [x] vocant: malis [12] cedri, quod pisselæon.[13] [y] Ex grano [z] quoque Gnidio, purgato semine et tuso. Item lentisco: nam et cyprinum, et e glande [14] [a] Ægyptia ut fieret odorum causa, dictum est. Indi ex castaneis, et sesama, atque oryza facere dicuntur: Ichthyophagi, e piscibus.[b] Inopia cogit aliquando luminum causa et e platani baccis fieri, aqua et sale maceratis. Et œnanthinum fit de ipsa œnanthe, ut dictum est [c] in unguentis. Gleucino [d] mustum incoquitur vapore lento: [a] ab aliis sine igne circumdatis [e]

[a] *Ut fiat oleum gleucinum, simul vini mustum incoquitur calore lento, &c.*

go edd. Dalec. et Gronov. *macerant.* Diosc. ἀποβρέχουσι.—11 Cod. Dalec. *quidam oxymyrs. alii chamæmyrs. vocant. Fit et ex cypro.* 'Lego: *quidam oxym. vo. alii cham. a similitudine, alii acaron, vel acares,' &c.* Dalec. Mox, *nucibus juglandis* Chiffl.—12 'Vet. *calcis*, nempe 'segmentis.'' *Dalec.*—13 Gronov. et al. ante Harduin. *quod cedrelæon.*—14 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cyprinum e glande* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

φύλλα καθέντα εἰς ἥλιον, ἐν ἐλαίῳ ἀποβρέχειν.

[u] *Oxymyrsinen*] Minus apposite quidem, sed tamen ita vulgo appellante καταχρηστικῶς, uti dicetur opportunius XXIII. 83.

[v] *Aliqui acoron*] Sic Mss. Reg. 1. 2. aliique, non *acaron*. Plinius XXV. 100. 'Necnon inveniuntur, qui oxymyrsinæ radicem acoron vocant,' &c.

[w] *Fit et e citro*] Sic codex Thuan. recte. De oleo citreo rursum Plinius XXIII. 45.

[x] *Caryinon*] Καρύϊνον, de quo Diosc. I. 41. ἐκ τῶν βασιλικῶν καρύων. De eo rursum XXIII. 45.

[y] *Quod pisselæon*] Ita Reg. 1. 2. Colb. Th. Paris. &c. tum hoc loco, tum XXIV. 11. ubi de ea voce dicturi sumus. Hic libri editi perperam *cedrelæon.*

[z] *Ex grano*] De quo diximus XIII. 35. De oleo quod ex eo fit Diosc. I. 43. Plinius rursum de eo XXIII. 45. ubi et de lentiscino.

[a] *Et cyprinum, et e glande*] De cyprino c. XII. 51. De balanino, e glande Ægyptia, c. 46. ejusdem libri: rursum de utroque, XXIII. 45. et 46.

[b] *E piscibus*] E piscium cetaceorum adipe.

[c] *Ut dictum est*] Lib. XII. 61.

[d] *Gleucino*] Γλεύκινον et Dioscorides vocat, qui qua paretur illud arte edocet, I. 67. uti et Columella XII. 51. 'De oleo gleucino. Vas Olearium quam maximum .... præparari oportet: deinde per vindemiam musti quam optimi generis, et quam recentissimi, sextarios LX. cum olei pondo

vinaceis diebus XXII.[15] bis singulis permixtum: consumiturque mustum oleo. Aliqui non sampsuchum tantum admiscent, sed etiam pretiosiora odoramenta. Nam in gymnasiis[16] quoque conditur odoribus, sed vilissimis.

Fit et de aspalatho,[f] calamo, balsamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo Gallico, panace, sampsucho, helenio, cinnamomi radice,[17] omnium succis in oleo maceratis expressisque. Sic et rhodinum[18] e rosis: juncinum e junco, quod est rosaceo simillimum: item hyoscyamo,[g] lupinis, et narcisso. Plurimum autem in Ægypto e raphani semine, aut gramine herba, quod chortinon[19 h] vocant. Item sesama, et urtica, quod cnedinum[20 i] appellant. E lilio et alibi fit sub dio, Sole, Luna, pruina[21] maceratum. Suis herbis componunt inter Cappadociam et Galatiam, quod Selgiticum[22 j] vocant, nervis admodum utile: sicut in Italia Iguvini.[23 k] E pice fit, quod pissinum[24 l] appellant,

balaninum e glande Dalec.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. XXX. e Diosc. —16 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Et in gymnasiis* Gronov. et al. ante Harduinum.—17 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *cinnami radice* Gronov. et vulgg. Mox, *omnibus siccis* Dalec.—18 *Sic et rhodinum* Chiffl.—19 Vet. Dalec. *agrostinum*; Chiffl. *cortinum*.—20 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cnidinum*. Vide XXII. 15. *cnecinum* Gronov. et al. ante Harduin. cui debetur lectio nostra.—21 Vox *pruina* non legitur in cod. Dalec.—22 *Selegiticum* cod. Dalec. *Sericum* Chiffl. —23 Ita Harduin. et recentt. *in Italia e gummi* Gronov. et vulgg.—24 Ita

NOTÆ

LXXX. in id confundi: tum aromata adjici,' &c. Latine musteum dixeris, musteumque oleum: est enim γλεῦκος Græce *mustum*.

[e] *Circumdatis*] Circumdatis vinaceis vasi, quod aromata, vinum, oleumque continet: XXII. deinde diebus, (XXX. Diosc.) bis singulis hæc omnia permiscenda: post demum exprimi oleum. Diosc. loc. cit.

[f] *Fit et de aspalatho*] De his fruticum herbarumque nominibus, viribusque, suis locis agimus.

[g] *Hyoscyamo, &c.*] De hyoscyamino oleo Diosc. I. 42. Plinius ipse de hyoscyamino, thermino, (hoc est, quod e lupinis fit,) narcissino, raphaninoque, XXIII. 49. De raphanino rursum XIX. 26.

[h] *Chortinon*] Est Græcis gramen χόρτος.

[i] *Quod cnedinum*] In Mss. Reg. 1. &c. *cnetinum*. In editis male *cnecinum*. Κνίδη Græcis *urticam* sonat, sive κνίδη.

Hujus olei ex urtica mentio rursum XXII. 15.

[j] *Selgiticum*] A Selge Pisidiæ oppido mediterraneo, cujus Polybius, Ptolemæus, ac Stephanus, meminere. In Severi nummis e Cimelio Regio, ΣΕΛΓΕΩΝ.

[k] *Iguvini*] De his III. 19. Vide

cum coquitur,[m] velleribus supra halitum ejus expansis, atque ita expressis: probatum maxime e Brutia: est enim pinguissima et resinosissima. Color oleo fulvus. Sponte nascitur in Syriæ maritimis,[25] [n] quod elæomeli vocant. Manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, et hoc medicis. Veteri quoque oleo [26] usus est ad quædam [o] genera morborum. Existimatur [p] et ebori vindicando a carie utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est.

VIII. (VIII.) Super omnia vero celebravit [1] amurcam [a] laudibus Cato. Dolia olearia [b] cadosque illa imbui, ne bibant oleum. Amurca subigi [2] [c] areas terendis messi-

codd. omnes Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *picinum* Gronov. *pisselæum* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—25 Vet. Dalec. *in Syriæ Palmyris*, e Diosc.—26 *Veteris quoque olei* Dalec.

CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Super omnia autem celebravit* Gronov. et vulgg.—2 *Amurca subjici*

NOTÆ

Notas et Emend. num. 6.

[l] *Quod pissinum*] A voce Græca πίσσα, quæ *picem* sonat. Sic Mss. omnes, non *picinum*. Hoc Scribonius Largus 'picis florem' vocat, Compos. 40. 'Picis flos,' inquit, 'quod πισσέλαιον appellant.' Et mox, 'Florem picis autem appello, quod excipitur dum ea coquitur, lana superposita ejus vapori.'

[m] *Cum coquitur*] Pix videlicet.

[n] *In Syriæ maritimis*] Et in Palmyrenis quoque Syriæ solitudinibus, κατὰ Πάλμυρα τῆς Συρίας, inquit Diosc. I. 37. ubi Cornarius legendum ex Plinio putat, κατὰ θ' ἁλμυρὰ τῆς Συρίας. De Elæomelite rursum Plinius XXIII. 50.

[o] *Ad quædam*] Ad tormina sedanda, ad pellendos lumbricos, aliaque quæ Diosc. enumerat, I. 30.

[p] *Existimatur*] Pausanias lib. V. p. 308. perfusum oleo a Phidia scribit Jovis Olympici simulacrum, quod ex ebore finxerat, ut ab omni vitio vindicaretur, ac defenderetur ab aquosi soli injuria. Refert hoc ipsum Epiph. Adv. Hær. II. 64. 18. p. 542.—'Saturnus autem, cujus simulacrum hic commemoratur, is esse videtur, quem Plautus in Cistell. II. 1. 38. patrem Junonis appellat, quæ Jovis supremi filia.' *Ed. sec.*

[a] *Amurcam*] Quæ fæcis instar in oleario vase sidit, *la lie.*

[b] *Dolia olearia*] Cato de Re Rust. cap. 100. p. 57. 'Oleum si in metretam novam inditurus eris, amurca ita uti est cruda prius colluito, agitatoque diu, ut bene combibat: id si feceris, metreta oleum non bibet, et oleum melius fuerit, et ipsa metreta firmior erit.'

[c] *Amurca subigi*] Sæpius conspergi. Cato cap. 9. 1. pag. 55. 'Aream sic facito: locum ubi facies confodito. Postea amurca conspargito bene, sinitoque combibat. Postea commi-

bus, ut formicæ rimæque[d] absint. Quin et lutum[e] parietum, ac tectoria, et pavimenta[f] horreorum frumenti, vestiarium[g] etiam contra teredines, ac noxia animalia, amurca aspergi: semina frugum perfundi: morbis quadrupedum,[h] arborum quoque illa medendum, efficaci ad ulcera[3] interiora humani quoque oris. Lora[i] etiam ac coria omnia, et calceamina, axesque, decocta ungi, atque æramenta[j] contra æruginem, colorisque gratia elegantioris: et totam supellectilem ligneam, ac vasa fictilia, in quis ficum[k] aridam libeat asservare: aut si folia baccas-

cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *illa ad med. efficaci: ad ulcera.* Mox, Chiffl. et al.

NOTÆ

nuito glebas bene. Deinde coæquato, et paviculis verberato. Postea denuo amurca conspargito, sinitoque arescat. Si ita feceris, neque formicæ nocebunt, neque herbæ nascentur.' Idem repetit cap. 129. p. 68. et Colum. II. 20. Auctor quoque Geopon. II. 24. p. 64. *Χρὴ δὲ συνεχῶς καταβρέχειν τὴν ἅλω ἀμόργῃ ... οὕτω γὰρ οἱ μύρμηκες οὐκ ἀδικήσουσι.*

[d] *Rimæque*] Ita Mss. omnes: neque *herbæ* reponi pro *rimæ* placet, etsi visum ita Pintiano.

[e] *Quin et lutum*] Ne scilicet frumento curculio noceat, neve mures tangant, ut ait Cato cap. 92. pag. 55. atque ut frumentum inde densius ac solidius fiat, ut auctor Geopon. II. 25. p. 65. *καὶ τὸν σῖτον στερεώτερον καὶ πυκνότερον ποιεῖ.* Columella I. 6. 'Parietes oblinuntur amurca subacto luto, cui pro paleis admixta sunt arida oleastri, vel si ea non sunt, oleæ folia. Deinde cum prædictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur, qua siccata frumentum infertur. Ea res ab noxis curculionum, et similium animalium, videtur conditas fruges defendere,' &c.

[f] *Et pavimenta*] Ne rimas agant, inquit Colum. I. 6. pag. 26. quæ cava præbent et latebras subterraneis animalibus.

[g] *Vestiarium*] Arca est in qua vestes servantur. Cato cap. 98. p. 57. 'Vestimenta ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidium, et ea unguito fundum arcæ, et extrinsecus pedes, et angulos. Ubi ea adaruerit vestimenta condito. Si ita feceris, tineæ non nocebunt.'

[h] *Morbis quadrup.*] Nempe oves ne scabræ sint. Cato cap. 96. 'Et boves uti valeant, et curati bene sint, et qui fastidient cibum, uti magis cupide appetant, pabulum quod dabis amurca spargito,' &c. Idem c. 103. p. 58. Adde etiam Colum. VI. 4. p. 216.

[i] *Lora*] Cato cap. 97. p. 57. 'Amurca decocta axem unguito, et lora, et calceamenta, et coria omnia: et meliora facies.'

[j] *Atque æramenta*] Cato cap. 98. p. 57. 'Item aënea omnia unguito, sed prius extergito bene. Postea cum unxeris, et ea uti voles, iterum extergito, splendidior erit, et ærugo non erit molesta.'

[k] *In quis ficum*] Cato cap. 99. pag.

que in virgis[1] myrti:[4] aliudve id genus[m] simile. Postremo ligna macerata amurca, nullius fumi[n] tædio ardere. Oleam[o] si lambendo capra lingua contigerit, depaveritque primo germinatu, sterilescere, auctor est M. Varro.[p] Et hactenus de olea, atque oleo.

IX. (IX.) Reliqui arborum fructus vix specie figurave, non modo saporibus, succisque toties permixtis atque insitis, enumerari queunt.

(X.) Grandissimus[q] pineis nucibus, altissimeque suspensus,[1] intus exiles nucleos[r] lacunatis includit toris, vestitos[2] alia ferruginis[s] tunica, mira naturæ cura molliter semina collocandi. Harum genus alterum terentinæ,[3][t] digitis fragili putamine, aviumque furto[4] in arbore. Tertium

e Diosc. *humani q. corporis (sedis, genitalium vulvæ.) Lora, &c.*—4 Cato, *aut si olivas, baccasve myrti.* Vet. Dalec. *et virgas myrti.* Mox, codd. Chiffl. Regg. Brot. et Editio princeps, *aliudve quod genus.*

CAP. IX. 1 Cod. Dalec. *a terra suspensus.*—2 Vet. Dalec. *vestitque eos.*—3 *Tarentinum* Turneb. *Tarentinæ* Gronov. et al. ante Harduinum, cui debetur lectio nostra.—4 Turneb. *expositum furto.* Margo edd. Dalec. et Gro-

NOTÆ

57. 'Fici aridæ si voles ut integræ sint, in vas fictile condito: id amurca decocta unguito.'

[l] *In virgis*] Hoc est, immaturas, cum adhuc in virgis hærent: seu virgas myrteas cum baccis, ut ait Cato cap. 101. p. 58. 'Sic poma immatura cum hærent in sua virga,' Varro dixit de Re Rust. I. 59. p. 71.

[m] *Aliudve id genus*] Mss. Reg. Colb. Chiffl. *aliudve quod genus.*

[n] *Nullius fumi*] Cato cap. 130. pag. 68. 'Ligna amurca cruda perspargito, et in Sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosæ erunt, et ardebunt bene.'

[o] *Oleam*] Vide quæ diximus VIII. 76.

[p] *M. Varro*] De Re Rust. I. 2.

[q] *Grandissimus*] Subintellige, fructus. *Pomme de pin.*

[r] *Exiles nucleos*] *Des pignons:* qui in squamarum quibusdam torulis in foveam seu lacunam excavatis delitescunt, et sunt edules.

[s] *Ferruginis*] Coloris ferruginei.

[t] *Terentinæ*] Subintellige, pineæ nucis. Ita Mss. Reg. 1. et Colb. non *Tarentinæ.* Et Macrobius quidem Saturn. II. 14. p. 374. 'Nux terentina dicitur,' inquit, 'quæ ita mollis est, ut vix attrectata frangatur: de qua in libro Favorini sic reperitur: Itemque quidam Tarentinas nuces dicunt, quæ sunt terentinæ, a tereno, quod est Sabinorum lingua molle: unde Terentios quoque dictos putat Varro,' &c. Videri possit et ea vox a Græco derivata fonte: est enim τέρην, *tener.* Has avium rostris in arbore pertundi, et ab Allobrogibus Piquarellos vocari, ait Dalec. Hist. Plant. I. 12. p. 48.

sappiniæ,[5] [u] e picea sativa, nucleorum cute verius quam putamine, adeo molli, ut simul mandatur. Quartum pityida[6] [v] vocant e pinastris, singularis remedii adversus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos vocant. Pinea corona [w] victores apud Isthmum coronantur.

X. (XI.) His proxima amplitudine mala, quæ vocamus cotonea, et Græci cydonia,[a] ex Creta insula advecta. Incurvatos trahunt ramos, prohibentque crescere parentem.[1] Plura eorum genera: chrysomela,[b] incisuris distincta, colore ad aurum inclinato.[2] Quæ candidiora, nostratia [c] cognominata, odoris præstantissimi. Est et Neapolitanis suus honos. Minora ex eodem genere[3] [d] struthea, odoratius vibrant, serotino proventu, præcoci[4] vero

nov. *furto in arbore obnoxiæ.*—5 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. et recentt. *Tertium Appiniæ* Vet. Dalec. et Turneb. *Et tertium Appiniæ* Chiffl. *Et tertium Sapineæ* cod. Dalec. *Tertium Sapineæ* Gronov. et al. ante Harduin. —6 Turneb. Vet. Dalec. et Chiffl. *pitydia.*

CAP. X. 1 Cod. Dalec. *parientem.*—2 Dalec. *inclinante.*—3 'Ex Diosc. I. 160. struthea magna sunt et minus bona. Ex Galeno de Sanitate tuenda, cap. ult. struthiomela sunt cydoniorum maxima. Unde pro *Minora*, forte emendandum *Majora.* Si retinendum *Minora*, erunt mala cotonea, minora, C. B. *le Cognassier mâle.*' Brotier. *Majora* etiam cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *præcocia.*

NOTÆ

[u] *Sappiniæ*] Nempe nucis, e picea sativa, quam Galli *Pesse* vocant. Sappium imperiti olim dixere, ipso teste Plinio XVI. 23.

[v] *Pityida*] Non pinastri modo, sed et pinus piceæque fructus, in conis seu metis contenti, πιτυΐδες Græcis appellati. Diosc. I. 87. Πιτυΐδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων καὶ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Galeno quoque de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 220. Cælius Aurel. Chron. III. 1. 'Nucleo pineo, quem Græci πιτυΐδα vocaverunt.'

[w] *Pinea corona*] Plutarch. Sympos. V. 3. p. 675. Vide quæ superius diximus c. 5.

[a] *Græci cydonia*] Κυδώνια μῆλα, ab urbe Cretensi sic cognominata. *Des Coins.* Q. Serenus Samonicus c. 25. 'Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris.'

[b] *Chrysomela*] Χρυσόμηλα, *aurea mala.* Columellæ v. 10. p. 202. 'Chrysomeliana.' Hæc sunt de quibus Maro cecinit, 'Aurea mala decem misi; cras altera mittam.'

[c] *Nostratia*] Hæc Diosc. ἀληθινὰ, *vera*, appellat, I. 60.

[d] *Minora ex eodem genere*] Neapolitano videlicet: alioqui στρουθία, teste Diosc. loc. cit. et magna, et minus bona censentur, καὶ μεγάλα, καὶ ἧττον ἐστιν εὔχρηστα. Galenus quoque lib. de sanitat. tuenda, c. ult. στρουθιόμηλα cydoniorum esse maxima tradit. Στρούθεια sunt Athenæo lib. III. p. 81. *Poires-coins.*

mustea.[e] Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere Mulvianum: quæ sola ex his vel cruda manduntur. Omnia jam et virorum salutatoriis[f] cubilibus inclusa, simulacris noctium consciis[g] imposita. Sunt præterea parva sylvestria, a strutheis[a] odoratissima, in sepibus nascentia.

XI. Mala appellamus, quanquam diversi generis, Persica, et granata, quæ in Punicis arboribus novem generum dicta sunt.[h] His[i] acinus sub cortice intus: illis[j] lignum in corpore. Necnon et quædam e pyris libralia[k] appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

(XII.) Sed Persicorum palma duracinis.[l] Nationum habent cognomen Gallica,[m] et Asiatica. Post autumnum maturescunt, æstate præcocia,[n] intra XXX. annos reperta,

[a] *Post struthea.*

NOTÆ

[e] *Mustea*] Et id genus a Columella laudatum, loc. cit. Iis fortasse a mitescendi celeritate nomen. Musteum enim idem quod recens est.

[f] *Salutatoriis*] Sic cubicula vocat, in quibus divitem e dormitorio suo prodeuntem clientes salutabant.

[g] *Noctium consciis*] Fuerunt inter cubiculares imagines et eorum numinum simulacra dedicata, quæ tori genialis curam habere existimabantur. August. de Civit. Dei VI. 9. 'Parcatur humanæ verecundiæ: peragat cetera concupiscentia carnis et sanguinis, procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando et paranymphi inde discedunt?' Horum numinum capiti, uti nunc abacis, solita imponi cotonea.

[h] *Dicta sunt*] Lib. XIII. 34.

[i] *His*] Granatis malis, quæ referta acinis sub cortice.

[j] *Illis*] Persicis nimirum, quorum in medio corpore lignum seu nucleus, *le noyau de Pêches.*

[k] *Libralia*] *Poires de livre.* Græcis Ταλαντιαῖον ἄπιον.

[l] *Duracinis*] Pallad. lib. XII. in Novemb. tit. 7. p. 164. 'Genera Persicorum sunt hæc: Duracina, præcoqua, Persica, Armenia.' Et p. 165. 'Duracina servantur condita muria,' &c. Τὰ δωρακινὰ Περσικὰ, in Geopon. X. 13. p. 257. et c. 15. p. 258. ubi ex Democrito rosis in proximo plantatis colorem rubrum trahere dicuntur: unde eadem Rhodacena forte dici potuerunt. Gallis vulgo *Brugnons*, et *Presses:* aiunt enim, *manger une bonne presse: c'est une sorte de pêche qui ne se fend point:* cujus corpus adhæret, et a nucleo, sive ligno, divelli nequit, ut ait Plinius c. 34.

[m] *Gallica*] Columella lib. X. in hortulo, sub finem: 'Exiguo properant mitescere Persica malo: Tempestiva manent, quæ maxima Gallia donat: Frigoribus pigro veniunt Asiatica fœtu.'

[n] *Præcocia*] Diosc. I. 165. Τὰ δὲ μικρότερα (Περσικὰ) καλούμενα 'Αρ-

et primo denariis[o] singula venumdata. Supernatia[p] e Sabinis veniunt, popularia undique. Pomum innocuum expetitur ægris: pretiumque jam singulis[1] triceni nummi[q] fuere, nullius majore: quod miremur, quia non aliud fugacius.[b] Longissima namque decerpto bidui mora est: cogitque se venumdari.

XII. (XIII.) Ingens postea turba prunorum: versicolor, nigra, candida, hordearia[1] appellata, a comitatu[a] frugis ejus. Alia eodem colore seriora majoraque, asinina[b] cognominata a vilitate. Sunt et nigra,[2] [c] ac laudatiora cerina,[d] atque purpurea.[e] Necnon ab externa gente Armeniaca,[f] quæ sola et odore commendantur. Peculiaris impuden-

[b] *Minus diuturnum.*

Cap. xi. 1 Cod. Dalec. *popularia. Undique pomum i. e. agris: pretiumque sinendis, &c.* Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *tricenis nummi fuere.*

Cap. xii. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *nigra, candicans. Hordearia* Gronov. et al. ante Harduin.—2 *At nigra* cod.

NOTÆ

μενιακὰ, Ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια: eadem Armeniaca, et præcocia Latine dicuntur: forte quæ præcoqua Martiali xiii. 46. Gallice, *des Abricots.* Sunt qui malint esse *des Avant-pêches.*

[o] *Denariis*] Denarius Romanorum vetus Gallicæ monetæ, ut nunc est argenti pretium, efficit asses æreos octonos, uti dicturi sumus xxxiii. 13.

[p] *Supernatia*] Quæ ex Sabinis, qui Superum mare accolebant, sive Adriaticum, in Urbem advehebantur. Sic vetus inscriptio apud Reines. p. 337. Negotiantes. vini. Svpernat. et Arimin.

[q] *Triceni nummi*] Hoc est, triceni sestertii: monetæ nostræ asses sexaginta.

[a] *A comitatu*] Quoniam ea tum matura sunt ad decerpendum, cum hordeum metitur: quod cum solstitio fere fiat, in quod Divo Joanni sacer dies incidit, inde ei prunorum generi nomen apud nos, *Prunes de S. Jean.*

[b] *Asinina*] *Prune jaune sans goût.* His sues rura saginant. Pedicularia nonnulli vocant.

[c] *Sunt et nigra*] Carne dura: Iberica, et Pertigona vocitata: *Prunes de Perdigon,* sive *Perdrigon.*

[d] *Cerina*] Quæ Virgilio Ecl. ii. 53. 'Cerea pruna.' In Priapeiis, 'Magisque cera luteum nova prunum.' Nonius c. 16. num. 6. 'Cerinum a ceræ colore.' Unde Græcis *κηρινὸν χρῶμα.* Nigra, cerinaque, carmine Naso complexus Met. xiii. 817. 'Prunaque non solum nigro liventia succo, Verum etiam generosa novas imitantia ceras.'

[e] *Atque purpurea*] Eaque sapore jucundo: *Mirobolans.* Arborique nomen idem, *Prunier mirobolan.*

[f] *Armeniaca*] Eadem hæc esse quæ Persica præcocia (*les abricots*) frustra scriptores novitii censuere.

tia[3] est nucibus insitorum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna.[g] Et hæc autem,[h] et Persica, et cerina, ac sylvestria, ut uvæ, cadis condita,[4] usque ad alia nascentia ætatem sibi prorogant: reliquorum velocitas cito mitescentium transvolat. Nuper in Bætica malina[i] appellari cœperunt malis insita, et alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ[j] est: nec aliud pomum ingeniosius geminatum est.[k] In peregrinis arboribus dicta sunt[l] Damascena, a Syriæ Damasco cognominata, jam pridem in Italia nascentia, grandiore quanquam ligno,[5] [m] et exiliore carne, nec unquam in rugas siccata, quoniam Soles sui[n] desunt.[6] Simul dici possunt populares eorum[o] myxæ, quæ et ipsæ nunc cœperunt[7] Romæ nasci insitæ sorbis.

XIII. In totum quidem Persica peregrina[p] etiam Asiæ Græciæque esse, ex nomine ipso apparet, atque ex Perside advecta. Sed pruna sylvestria[q] ubique nasci certum

Dalec.—3 Cod. Dalec. *odore commendantur peculiari. Impudentia.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ut uvæ, autumno cadis condita* Gronov. et vulgg. Paulo post, Dalec. *cito maturescentium, &c.*—5 Dalec. *grandiore ligno.*—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quanquam soles sui non desint.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *cœpere* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[g] *Nucipruna*] *Prunes noix*, καρυοκοκκύμηλα.

[h] *Et hæc autem*] Nempe nucipruna.

[i] *Malina*] *Prunes-pommes:* amygdalina, *Prunes-amandes.*

[j] *Nucleus amygdalæ*] Subintellige, similis. Quid nucleus sit, diximus XIII. 18.

[k] *Geminatum est*] Multiplici insitionis genere variatum. Apud Gallos certe innumeræ fere prunorum differentiæ sunt.

[l] *Dicta sunt*] Lib. XIII. 10. *Prunes de Damas.* Syriaca dicta Petronio in Sat. p. 102.

[m] *Grandiore . . . . ligno*] Alii ossiculum, alii nucleum vocant.

[n] *Soles sui*] Quoniam alieno cœlo soloque nata.

[o] *Populares eorum*] In Syria pariter natæ, ut dictum est XIII. 10. Æginetæ, lib. VII. Μύξα δένδρου καρπός ἐστι μικρότερος μὲν κοκκυμήλων, δυνάμει δὲ παραπλησίως. *Myxa arboris fructus, pruno quidem minor, facultate tamen persimilis.* In officinis *Sebestes.* Dictæ nonnullis etiam Nixæ. Vide Onomast. Rosweydi, p. 1042.

[p] *Persica peregr.*] *Les pêches*, de quibus dictum est c. 11.

[q] *Pruna sylvestria*] Gallis, *Prunelles*, quibus contusis rustici potionis genus efficiunt.

est. Quo magis miror, hujus pomi mentionem a Catone non habitam, præsertim cum condenda demonstraret quædam et sylvestria. Nam Persicæ arbores[r] sero et cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est,[s] venenata cum cruciatu in Persis gigni, et pœnarum causa a regibus translata in Ægyptum, terra mitigata.[t] Id enim de Persea[u] diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, myxis[1] rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negaverunt ex Perside propter supplicia translatam, sed a Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui:[v] semper autem[w] folia habet et poma, subnascentibus aliis. Sed pruna quoque omnia post Catonem cœpisse manifestum est.

XIV. (XIV.) Malorum plura sunt genera. De citreis[a]

CAP. XIII. 1 'Ms. *myrtis*. Lego, *pyris folio et ramis similis*, e Theophr.' *Dalec.*

NOTÆ

[r] *Persicæ arbores*] *Les Pêchiers*, e quibus pendent Persica mox appellata. Vide quæ dicturi sumus lib. XVI. sect. 47.

[s] *Falsum est*] Columellam sugillat, cujus hoc carmen, lib. X. sub finem: 'Et pomis quæ barbara Persis Miserat, ut fama est, patriis armata venenis.' Idem tradit et Plato Anthol. I. 20. Epigrammate scripto *εἰς τινὰ θανόντα ὑπὸ πλησμονῆς Περσικῶν μήλων*, *in eum qui mortuus erat nimio esu Persicorum malorum*: *Ἐκ φονίων Περσῶν φόνιον φυτὸν ἤγαγε Περσεὺς, Παιδὶ Θεογνώστου τοῦ θανάτου πρόφασιν.* Quod ita reddidit feliciter Grotius, *Nate Theognosti, mortis tibi causa fuere A Persis Perseus quæ mala mala tulit.*

[t] *Terra mitigata*] Soli Ægyptii bonitate facta esse meliora ac saniora.

[u] *Id enim de Persea*] Sic Diosc. I. 187. *Πέρσεα δένδρον ἐστὶν ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρον ἐδώδιμον . . . Τοῦτο δὲ ἱστόρησάν τινες ἐν Περσίδι ἀναιρετικὸν εἶναι, κ. τ. λ.* Galenus de Alim. Facult. II. 36. p. 356. tom. VI. vidisse se Perseam arborem Alexandriæ prodit: cujus fructus, haud aliter ac poma, pyraque, esculentus in Ægypto foret: in Perside, ut quidem ferebat tum fama, noxius. Ignotam sibi prorsus arborem fatetur Anguillara de Simp. lib. I. p. 79.

[v] *Atavi sui*] Persei. Macedonum reges ab Hercule genus duxere, ut Curtius, IV. 7. Hercules a Perseo, ut Diodorus Sic. Bibl. lib. IV. p. 217. prodidere.

[w] *Semper autem*] De Persea arbore loquitur, quam XIII. 17. Persicam Ægypti peculiarem vocavit.

[a] *De citreis*] Lib. XII. c. 7.

cum sua arbore diximus. Medica autem Græci vocant patriæ nomine.[b] Æque peregrina sunt zizipha,[c] et tuberes,[d] quæ et ipsa non pridem venere in Italiam: hæc ex Africa,[e] illa ex Syria. Sex. Papinius, quem consulem[f] vidimus, primus utraque attulit, Divi Augusti novissimis temporibus, in castris sata,[1] baccis similiora, quam malis, sed aggeribus[g] præcipue decora, quoniam et in tecta jam sylvæ scandunt. Tuberum[h] duo genera: candidum, et a colore syricum[i] dictum.[2] Pæne peregrina sunt in uno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ lanata[j] appellantur. Lanugo ea obducit,[3] strutheis quidem Persicisque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus.[4]

XV. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cum conditoribus suis æternam propagaverint memoriam, tanquam ob egregium aliquod in vita factum? Nisi fallor, apparebit ex eo ingenium inserendi: nihilque tam parvum esse, quod non gloriam parere possit. Ergo habent[k] originem a

CAP. XIV. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *temporibus. In castris hæc sata* Dalec. *temporibus, in castrorum aggeribus sata* Gronov. et vulgg.—2 Ita Harduin. et recentt. *sericum dictum* Gronov. et edd. vett.—3 Vet. Dalec. *iis obducta.*—4 Cod. Dalec. *nulla alia commendatione insigni.*

NOTÆ

[b] *Patriæ nomine*] Mediæ.

[c] *Zizipha*] *Jujubes:* arbor Ziziphus, *le jujubier.* Rutilam, albamque ziziphum agnoscit Colum. IX. 4. p. 320. Simeon Sethi Ζίνζιφα vocat.

[d] *Tuberes*] Nucipersica vulgus appellat, *Pêches-noix.*

[e] *Hæc ex Africa*] Tuberes nimirum: quod Martialis significat gemino Epigrammate a nobis allato XIII. 34. Zizipha ex Syria: unde τὰ Ἐδεσσηνὰ maxime commendat Simeon Sethi, tit. Ζίνζιφα. Philoxenus in Glossis: Σιρικὰ, *Zizipha,* forte pro Συρικά.

[f] *Consulem*] Anno Urbis DCCLXXIX. Collega Q. Plautio, ex Tacito Annal. VI. p. 147. extremis Tiberii temporibus. Extat hujus inscriptio apud Gruter. p. 447. SEX. PAPINIO. Q. F. ALLENIO. TRIB. MIL. Q. LEG. TIB. CÆSARIS. AVG . . . COS. &c.

[g] *Sed aggeribus*] Juxta domos areis excitatis, *des terrasses.*

[h] *Tuberum*] Mss. Reg. *Tuburum.*

[i] *A colore syricum*] Hoc est, rutilum. De colore syrico dicemus XXXV. 24. Vide Notas et Emend. num. 7.

[j] *Quæ lanata*] De quibus Hesychius, Λασίμαλον, μῆλον τὸ ἔχον χνοῦν. Virgilius Ecl. II. 51. 'Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.'

[k] *Ergo habent*] Quæ fuerint hæc poma veteribus, vix nobis hodie exploratum: alia fere in eorum vicem

Matio,[l] Gestioque,[1 m] et Manlio, item Scandio:[2 n] quibus[o] cotoneo insito ab Appio e Claudia gente, Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, magnitudo quæ Scandianis,[3 p] color rubens. Ac ne quis id ambitu valuisse claritatis et familiæ[4] putet, sunt et Sceptiana ab inventore libertino, insignia rotunditate. Cato adjicit Quiriana,[q] et quæ tradit in doliis condi, Scantiana.[r] Omnium autem nuperrime adoptata sunt parva, gratissimi saporis, quæ Petisia[s] nominantur. Patrias nobilitavere Amerina,[t] et

CAP. XV. 1 'Ita quidem libri scripti et editi. Emendandum tamen videtur, *Cestioque*. *G* pro *C* sæpe occurrit in Mss. et Cestiana mala Romæ laudata memorat Galenus, nobis *les Pommes de Courtpendu*.' Brotier. 'Vide num legendum *Cestioque*.' Dalec. Mox, Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps, *et Mallio*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *item Claudio* Gronov. et al. ante Harduinum. Mox, *quibus cotonea insita* Vet. Dalec. *quin et cotoneo insita* Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *magnitudo quæ Scandianis* etiam Chiffl. *magnitudo quæ Claudianis* Gronov. et al. ante Harduin. *magnitudoque, sed Claudianis color* cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *e familia*; et mox, in eodem,

NOTÆ

genera venere, et nomina: paucis admodum exceptis.

[l] *A Matio*] Matiana dicta Columellæ v. 10. p. 202. et Macrobio Saturn. II. 15. p. 375. Ματτιανὰ Athenæo lib. III. p. 82. De Matio ipso diximus XII. 6. Et genus obsonii Matianum ab eo dictum laudat Apicius IV. 3. p. 18.

[m] *Gestioque*] Ita libri omnes: Forte *Sestioque*: nam Sextiana mala sunt Columellæ loc. cit. Aut *Cestio* potius, nam Κεστιανὰ καλούμενα μῆλα Romæ laudata fuisse auctor est Galenus κατὰ τόπους II. 1. p. 364. et VI. 9. p. 522.

[n] *Item Scandio*] Unde Scandiana mala, apud Varron. I. 59. Colum. loc. cit. et Celsum IV. 19. Scandina vocat Scribonius, Compos. 104. In Mss. Reg. Colb. Th. *Scaudio*. In editis perperam *Claudio*.

[o] *Quibus*] Nempe Scandianis.

[p] *Quæ Scandianis*] Proxime appellatis. Ita recte Chiffl. aliique codices: in editis male *Claudianis*: cum Claudiana, si quæ fuere, eadem esse cum Appianis necesse sit.

[q] *Quiriana*] Cato de Re Rust. c. 7. p. 13. Quiriniana vocat: Varro quoque de Re Rust. I. 59. Quiriana Macrobius, loc. cit. ubi et Scantianorum meminit.

[r] *Scantiana*] Cato c. 143. p. 75. 'Scantiana in doliis, et alia quæ condi solent.' Et Scantianorum meminit Varro I. 59.

[s] *Quæ Petisia*] Quæ nunc vulgus appellat *Pommes d'Apis*: vel quæ eodem vulgi sermone *Pommes de Paradis* vocitantur. Rectius forte *Peticia*, ab auctore Peticio. Id nomen Romanæ gentis apud Gruterum frequens.

[t] *Amerina*] Ab Ameria, de qua III. 19. Amerina mala iterum laudat ipse c. 17. et 18. Macrobius quoque et Colum. locis cit. Prius *Camerina*

Græcula.[5] Cetera e causis traxere nomen: germanitatis,[u] cohærentia et gemella, nunquam singula in fœtu: coloris, syrica:[v] cognationis, melapia.[6][w] Mustea,[x] a celeritate mitescendi:[7] quæ nunc melimela dicuntur, a sapore melleo. Orbiculata,[y] a figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in Epiro[z] primum provenisse argumento sunt Græci, qui Epirotica vocant. Mammarum effigie orthomastia.[8][a] A conditione castrati seminis, quæ spadonia[b] appellant Belgæ. Melofoliis[c] folium unum,[9] aliquando et geminum,



insigni rotunditate.—5 *Temeriana et Gracula* Chiffl. *Camerina et Græcula* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita Harduin. et recentt. *germanitatis c. et g. n. s. in f. coloris serica, cognationis melappia* Gronov. et al. ante Harduin. *germanitate, &c. colore serica, cognatione melappia* cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. *maturescendi.*—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *orthomastica* Gronov. et al.—9 Vet. Dalec. *appellant Bigemella a foliis. Folium enim unum;* margo edd. Dalec. et Gronov. *a. B. Mesophyllis folium, &c.*—

NOTÆ

perperam legebatur.

[u] *Germanitatis*] Germanitatis et cohærentiæ causa seu occasione, gemella nuncupata: Gallis, *Pommes jumelles.*

[v] *Coloris, syrica*] Hoc est, rutila: ut superius indicavimus. Ita Mss. omnes hoc loco, non *Serica.* Et Columellæ loc. cit. syrica vocantur. Nobis, *Pommes de Caleville:* quæ egregie rubent.

[w] *Melapia*] A cognatione seu affinitate quam cum pyris habent ea mala: est enim μῆλον Græcis *pomum, pyrum* ἄπιον. Gallis, *Pommes-poires.*

[x] *Mustea*] Hæc ex Varrone Rei Rust. I. 59. Mustea pariter Macrobio vocitata: Columellæ, melimela: locis cit. Μελίμηλα, in Geopon. x. 76. *Pommes S. Jean.* Martial. I. 44. 'Dulcibus aut certant quæ melimela favis.'

[y] *Orbiculata*] Horum pariter Macrob. et Colum. meminere, loc. cit. Sic appellare possis, quæ vernaculo sermone dicimus, *Pommes de Rambure.*

[z] *In Epiro*] Diosc. I. 162. Τὰ δὲ Ἠπειρωτικὰ λεγόμενα, Ῥωμαϊστὶ δὲ ὀρβικυλάτα, κ. τ. λ. Ὀρβικάτα Athenæo, et Μορδιανὰ, ab Apollonia Epiri civitate, quam incolæ Μόρδιον vocant, lib. III. p. 80.

[a] *Orthomastia*] Sic Mss. Μαστὸς *mammam* Græcis; ὀρθὸς *elegantem* sonat.

[b] *Spadonia*] Quod nullum semen intus habeant: quorum non semel nec parva copia potestas nobis experiundi facta est: in toto vehe veterini dossuarii nullo invento, præter unum, quod semen obtineret. Sic palmæ quædam spadonum nomine discernuntur a reliquo genere, quod nullo intus sint pomi ligno, ut dictum est XIII. 8.

[c] *Melofoliis*] Pyra similia vidisse se haud procul Lugduno Dalecampius prodit, quorum e medio corpore folium exiret.

erumpit e latere medio. Celerrime in rugas marcescunt pannucea.[d] Stolide tument pulmonea. Est quibusdam sanguineus color,[10] origine ex mori insitu tracta. Cunctis vero, quæ fuerunt a Sole, partes rubent. Sunt et parva[e] gratia saporis atque etiam acutiora odore, sylvestria. Id peculiare improbitatis et acerbitatis[11] convicium, et vis tanta, ut aciem gladii perstringat. Dat et farina[f] vilissimis nomen,[12] quanquam primis adventu, decerpique properantibus.

XVI. (XV.) Eadem causa[g] in pyris taxatur superbiæ[1] cognomine. Parva hæc, sed ocyssima. Cunctis autem Crustumia[2][h] gratissima. Proxima iis Falerna,[i] a potu, quoniam tanta vis succi abundat: (lacte hoc vocatur:)[3][j] in iisque

10 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *sunt quibus sanguineus color est* Gronov. et al. ante Harduin.—11 *Id p. improbatis acerbitatis* Chiffl. *Iis peculiare, &c.* Vet. Dalec. Mox, *sed vis tanta* Dalec.—12 Dalec. *vilissimum nomen;* Gronov. et al. ante Harduin. *Dacis ferme vilissimis nomen.*

Cap. xvi. 1 *Taxantur superba* margo edd. Dalec. et Gronov. Vide Colum. v. 10.—2 Ita Harduin. et recentt. *Crustumina* Gronov. et al. vett. *Grustumina* Chiffl. Mox, *quoniam magna vis* Dalec.—3 Ita Harduin. et re-

NOTÆ

[d] *Pannucea*] Et hæc nota quoque Macrobio loc. cit. Quasi in pannos fatiscentia, et rugarum plicas, inquit Turnebus Advers. XXVIII. 32. c. 1019.

[e] *Sunt et parva*] *Pommes de Malingre.*

[f] *Dat et farina*] Ut farinacea vocitentur, vel farinaria. Mss. omnes, Reg. Colb. Th. Paris. *Datis farina.* Salmant. teste Pintiano, *Dat et farina.* An *ferina* legendum, quod superba mox pyra eadem causa appellantur? Libri hactenus editi inepte, *Dacis ferme.*

[g] *Eadem causa*] Quoniam sunt prima adventu, ocyssimaque: idcirco superba cognominata, etiam a Columella v. 10. pag. 202. quod cetera pyrorum genera antevertant. *Poire Muscate, ou Muscadelle.*

[h] *Crustumia*] Ita Mss. et ipse Maro Georg. II. 87. 'Nec surculus idem Crustumiis, Syriisque pyris, gravibusque volemis.' Hæc Crustumina vocat Macrobius Saturn. II. 15. pag. 375. et Colum. loc. cit. A Crustumio Italiæ oppido nomen habent, ubi præcipua bonitate, et copia. 'Hæc,' inquit Servius, 'ex parte rubent.' Crustumia pyra Celsus fragilia appellat. E minorum hæc genere fuere, ut superba, et Falerna.

[i] *Falerna*] Nunc saccharata vocant, a suavitate succi, *Poire sucre.*

[j] *Lacte hoc vocatur*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. Paris. &c. ut lacte sit succi nomen nominandi casu, antiquis familiare. Plautus in Menæch. v. 9. 30. 'Neque aqua aquæ, neque lacte

alia colore nigro donantur Syriæ.[k] Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur. Sed confessis Urbis vocabulis auctores suos nobilitavere Decimiana,[l] et ex eo tractum quod Pseudodecimianum vocant. Dolabelliana[4][m] longissimi pediculi. Pomponiana[5][n] cognomine mammosa, Liceriana,[o] Seviana,[6][p] et quæ ex iis nata sunt, Turraniana,[7][q] longitudine pediculi distantia. Favoniana[r] rubra, paulo superbis majora. Lateriana,[8][s] Aniciana[t] postautumnalia[u] acidulo sapore jucunda. Tiberiana appellantur, quæ maxime Tiberio principi placuere: colorantur magis Sole, grandescuntque: alioqui[9] eadem essent quæ Liceria-



centt. *lactea hæc vocantur* Gronov. et al.—4 *Dolobelliana* Chiffl.—5 Ita Harduini codd. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Pompeiana* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *Licerniana* Chiffl.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Scauriana* Marc. Empir. *Severiana* Gronov. et al. —7 Ita Harduin. et recentt. *Tyranniana* Gronov. et vett.—8 Chiffl. *Læteriana*. Alii *Lateritana;* vel *Lateresiana*.—9 Gronov. *alioquin*.—10 *Nevitana* Colum.

NOTÆ

est lacti, crede mihi, usquam similius.' Item in Mil. II. 2. 85. Vide præterea Nonium, Charisium, Priscianum.

[k] *Donantur Syriæ*] Syria dicuntur, inquit Colum. loc. cit. Syrii pyri præter Maronem meminit Juvenalis Sat. XI. 73. Servius locum Virgilii citatum explanans, 'Syriis,' inquit, 'id est, nigris.' Martialis v. 79. commendat inprimis, inter secundæ mensæ munera, 'Et nomen pyra quæ ferunt Syrorum.'

[l] *Decimiana*] Decimana Macrobio, loc. cit. A Decimo aliquo nomen habuere.

[m] *Dolabelliana*] Et hæc laudata Columellæ loc. cit.

[n] *Pomponiana*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. non *Pompeiana*. Eadem a forma, mammosa: nunc *Poires de bon Chrétien*.

[o] *Liceriana*] In Mss. *Licerniana*. Mallem a Licinio Liciniana dici.

[p] *Seviana*] Ita Mss. omnes: non *Severiana:* nempe a Sevio, de quo Gruterus sæpe in Inscript.

[q] *Turraniana*] Sic Mss. Reg. &c. Sic etiam Columella, loc. cit. nempe a Nigro Turranio, quem ob insigne agricolationis studium Varro laudat, in præf. lib. II. de re rust. Apud Macrob. *Turriniana* male.

[r] *Favoniana*] Laudata hæc quoque Columellæ, loc. cit. A Favonio, quod viri nomen fuit, sic appellata. *Grosses poires Muscadelles*.

[s] *Lateriana*] Lateritiana Columellæ XII. 10. pag. 419. Macrobio loc. cit. Lateresiana. A Laterano mallem Laterana nuncupari.

[t] *Aniciana*] Macrob. loc. cit. Colum. v. 10. pag. 202. Cato cap. 7. pag. 13.

[u] *Postautumnalia*] Aniciana, inquit, post autumnum decerpi solita.

na. Patriæ nomina habent, serissima omnium Amerina, Picentina,[v] Numantina, Alexandrina, Numidiana,[10] Græca,[w] et in his Tarentina: Signina, quæ alii a colore testacea appellant: sicut onychina,[x] purpurea.[y] Ab odore, myrapia,[z] laurea, nardina. A tempore,[a] hordearia: a collo,[b] ampullacea: a corio laneo, bruta.[c] Gentilitatis,[d] cucurbitina:[11] acidula, succi. Incerta nominum causa est barbaricis, Venereisque,[e] quæ colorata dicunt: regiis, quæ minimo pediculo sessilia:[f] patriciis, voconiis,[12][g] viridibus



Numiniana Chiffl.—11 Ita Harduin. et recentt. *hordearia: collo ampullacea, et Coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina* Gronov. et al. *et corio Coriolana* margo edd. Dalec. et Gronov.—12 Chiffl. *vocimis.*—13 Ita codd. Harduini, cum edd.

NOTÆ

[v] *Picentina*] Pyra Picena inprimis laudat Juvenalis loc. cit. et Signinis confert, 'Signinum Syriumque pyrum, de corbibus iisdem, Æmula Picenis.'

[w] *Græca*] A Magna Græcia. Græcula, Macrob. loc. cit. Tarentina, Columellæ loc. cit. et Celso IV. 19. Celsus II. 24. 'Pyra quæ reponuntur, Tarentina, atque Signina.' Pomorum genera quælibet quæ reponuntur, Galli vocant, *Fruits de garde.*

[x] *Onychina*] Quæ gemmam onychem coloris similitudine referant. De onyche dicemus XXXVII. 24. Pruna similiter onychina commendat Colum. XII. 12.

[y] *Purpurea*] Laudata hæc inprimis a Columella V. 10. pag. 202.

[z] *Myrapia*] Celso quoque nota hæc loc. cit. Ab unguenti odore, quod Græci μύρον vocant, nomen traxere: ut a lauro, nardoque, laurea, nardinaque. Myrapia, *Poires parfums.* Laurea Macrobio nota, loc. cit.

[a] *A tempore*] Quoniam eodem tempore decerpuntur, quo demeti hordeum solet. Eadem causa cap. 12. pruna hordearia appellata. Columellæ loc. cit. Hordeacea pyra vocitantur. *Poires S. Jean.*

[b] *A collo*] Quæ oblongiore collo, quale est fere ampullæ vitreæ.

[c] *A corio laneo, bruta*] Quæ corium habent lanuginosum, brutorum animantium more, et pecoris lanati, sive lanuginosi. Sunt sane et in pyrorum genere lanuginosa, uti malorum, quæ ob id lanata dicta sunt cap. 14. Vide Notas et Emend. num. 8.

[d] *Gentilitatis*] Sunt deinde pyra, inquit, gentilitatis seu affinitatis nomine cum cucurbitis insignia: *Poires courges:* ab oblonga cucurbitæ figura. Horum Cato meminit cap. 7. pag. 13. Sic poma melapia a cognationis causa sup. cap. traxisse nomen dicuntur.

[e] *Venereisque*] Laudat hæc Colum. loc. cit. et Regia.

[f] *Sessilia*] Minus oblonga: atque adeo compactilis rotunditatis, sapore præstanti: nunc habent a Bergomo Italiæ oppido nomen, *Poires Bergamotes.*

[g] *Voconiis*] Colb. 1. 2. Th. Chiffl. *vocimis.* Eadem viridia, et oblonga.

oblongisque. Præterea dixit volema Virgilius,[h] a Catone[i] sumta, qui et sementiva,[13] et mustea[j] nominat.

XVII. Pars hæc vitæ jampridem pervenit ad culmen,[1 k] expertis cuncta hominibus. Quippe cum Virgilius[l] insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat. Nec quicquam amplius excogitari potest. Nullum certe pomum novum diu jam invenitur. Neque omnia insita[2 m] misceri fas est, sicut nec spinas inseri, quando fulgura expiari[n] non queunt facile: quotque genera[3 o] insita fuerunt, tot fulgura uno ictu pronuntiantur.

Turbinatior pyris figura. In iis serotina[p] ad hyemem usque ad matrem[4 q] pendent gelu maturescentia, Græca, ampullacea, laurea: sicut in malis Amerina, Scandiana.[5]

Harduin. et recentt. *et sementina* Chiffl. Gronov. et al. Mox, Colum. *mulsa* pro *mustea*.

CAP. XVII. 1 Ita Gronov. et vulgg. ante Harduin. Codd. Regg. Brot. 1. 2. Colb. Chiffl. Thuan. et Dalec. *ad columen*; et sic Editio princeps, edd. Harduini et recentt. 'Potior tamen videtur recepta in mediis editionibus emendatio, *ad culmen*.' Brotier.—2 Dalec. *insitu*.—3 Vet. Dalec. *quotquot enim genera*; et mox in eodem Vet. *tot. f. nec uno ritu procurantur*.—4 Vet. Dalec. *a matre*; alii ap. Dalec. *in matre*.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum

NOTÆ

[h] *Virgilius*] Loco ante allato. Sunt autem volema, quæ libralia superius velut a pondere appellata sunt: nunc eadem, a mole, quod manus volam implent, volema.

[i] *A Catone*] Cap. 7. pag. 13.

[j] *Et mustea*] Quæ perperam murtea Macrobius vocat, loc. cit. Mustea pyra sunt novella pyra, ut quidem videtur: nam mustum, non modo vinum dicitur, sed et quicquid novellum, inquit Nonius.

[k] *Ad culmen* [*columen*] Sic Mss. Reg. Colb. Chiffl. Th. non *culmen*, ut editi.

[l] *Cum Virgilius*] Georg. II. 69. Sed vide Notas et Emend. num. 9. Et Plutarchum consule Sympos. II. 2. pag. 640.

[m] *Neque omnia insita*] Rectius *insitu*.

[n] *Fulgura expiari*] Procurari et expiari fulgura dicuntur, cum eorum vis infesta a capitibus nostris, agrisque, vel tectis, precibus quibusdam, ritibusque sacris depellitur.

[o] *Quotque genera*] Varro de Re Rust. I. 40. 'Videndum, qua ex arbore in quam transferatur . . . Hæc sequuntur multi, qui aruspices audiunt multum, a quibus proditum, in singulis arboribus quot genera insita sint, uno ictu tot fulmina fieri in illud quod fulmen concepit.' His extricandis nugis piget immorari.

[p] *In iis serotina*] *Poires tardives.*

[q] *Ad matrem*] Sive in matre, hoc est, in arbore.

Conduntur[r] vero pyra, ut uvæ,[s] ac totidem modis: neque aliud in cadis, præterquam pruna.[6] Pomis[t] proprietas pyrisque vini: similiterque in ægris[u] medentes cavent: ac vino et aqua coquuntur, atque pulmentarii[v] vicem implent: quod non alia præter cotonea, et struthia.[7]

XVIII. (XVI.) In universum vero[1] de pomis servandis præcipitur: pomaria[a] in loco frigido ac sicco contabulari: septemtrionalibus[b] fenestris sereno die patere: Austros specularibus[c] arcere, Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis. Colligi mala post æquinoctium autumnale,[2] neque ante XVI. Lunam,[3] neque ante primam horam. Cadiva[d] separari: stramentis, storeis, paleisve sub-

edd. Harduin. et recentt. *Scantiana* Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. *modis, non aliter quam in cadis. Præterea quæ pennis, &c.* Paulo post, in eodem Vet. *similiter iis ægris med. calentia in escam dant: ac vicinio;* Parm. *similiter iis ægris med. in escam dant, &c.* Deinde, *at vino et aqua* margo edd. Dalec. et Gronov.—7 Chiffl. *ac struthia.*

CAP. XVIII. 1 *In universum autem* Chiffl.—2 Idem codex, *autumnale.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ante octavam*

NOTÆ

[r] *Conduntur*] Ita nunc Cato cap. 145. pag. 75.

[s] *Ut uvæ*] Quot modis condantur uvæ dicetur cap. seq.

[t] *Pomis*] Et e pomis pyrisque potionis genus exprimitur, in Normannia inprimis Galliæ provincia, quod vini saporem acidulum refert: *Pommé, le cidre qu'on fait avec des pommes: Poiré, cidre de poires.*—' Istud ' pyracium' ab Hieronymo dicitur, adv. Jovinian. lib. II.' *Ed. sec.*

[u] *Similiterque in ægris*] Pyra præsertim. Plinius XXIII. 62. ' Pyrorum omnium cibus etiam valentibus onerosus: ægris quoque vini modo negatur.'

[v] *Pulmentarii*] Quanquam vel sic cocta pultis quandam similitudinem obtinent, *Une marmelade:* non a pulte tamen pulmentarii petenda originatio est, ut dicemus XVIII. 19. Celso II. 33. ' Contrita pyra, vel mala, præcipue cydonia.'

[a] *Pomaria*] Pomarium locus est in quo poma reponuntur: ut vestiarium diximus cap. 8. in quo vestes. Varro de Re Rust. I. 59. ' Conditiva mala struthea, cotonea . . . omnia in loco arido et frigido supra paleas posita servari recte putant.' Contabulari est tabulatis communiri. Sic contabulatæ turres apud Cæsarem, Liviumque.

[b] *Septemtrionalibus*] Varro loc. cit. ' Ideo oporothecas qui faciunt ad Aquilonem ut fenestras habeant, atque ut aëre perflentur, curant: neque tamen sine foriculis, ne cum humorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant.'

[c] *Specularibus*] Ceu fenestris vitreis. De specularibus dicetur XXXVI. 45.

[d] *Cadiva*] Quæ per se cecidere, non manu decerpta, aut decussa per-

sterni. Rara componi,[e] ut limites pervii spiritum æqualem accipiant. Amerina[4][f] maxime durare, melimela minime.

(XVII.) Cotoneis in concluso[5][g] spiramentum omne adimendum, aut incoqui melle ea, immergive oportere.[6] Punica aqua[h] marina fervente indurari: mox triduo Sole siccata, ita, ne nocturno rore contingantur, suspendi: et cum libeat uti,[7] aqua dulci perlui. M. Varro[i] et in doliis arenæ servari jubet: et immatura[j] obrui terra in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso,[k] ac surculo pice illito: sic etiam crescere amplitudine majore, quam possint[8] in arbore. Cetera mala[l] foliis ficulnis, præterquam cadivis,



lunam cod. Dalec. *ante XV. lunam* Gronov. et vulgg.—4 *Camerina* margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Ita Harduin. et recentt. *Cotoneis interclusis* Gronov. et edd. vett. *Cotoneis inclusis* Dalec. *Cotoneis inconclusos* Chiffl.—6 Dalec. *oportet.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *suspendi: cum libeat uti* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum

NOTÆ

tica. Et hæc vox *Cadivus* in Notis quæ vulgo ascribuntur Tironi, reperitur, pag. 18.

[e] *Rara componi*] Laxe disponi, relicto inter singula intervallo, ut aëre æquabiliter cuncta perflentur.

[f] *Amerina*] De his, et de melimelis cap. 15.

[g] *In concluso*] Loco concluso, quo nullus vento sit aditus. Vide Notas et Emend. num. 10.

[h] *Punica aqua*] Sic Geopon. auctor x. 38. p. 272. Columella, quem Plinius sequitur, XII. 44. p. 448. 'Pœnus quidem Mago præcipit aquam marinam vehementer calefieri, et in ea mala granata, lino spartove illigata, paulum demitti, dum decolorentur: et exemta per triduum in Sole siccari: postea loco frigido suspendi: et cum res exegerit, una nocte, et postero die, usque in eam horam, qua fuerit utendum, aqua frigida dulci macerari.' Eadem habet Palladius lib. IV. in Martio, tit. 10. pag. 93.

[i] *M. Varro*] De Re Rust. I. 59. pag. 71. 'Mala Punica demissis suis surculis in dolio arenæ.' Sic etiam auctor Geopon. loc. cit.

[j] *Et immatura*] Varro loc. cit. 'Etiam immatura cum hærent in sua virga, et demiseris in ollam sine fundo, eamque si conjeceris in terram, et obteris circum ramum, si extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam majora, quam in arbore unquam pependerint.'

[k] *Spiritu excluso*] Ne ventus afflet.

[l] *Cetera mala*] Columella XII. 45. pag. 450. 'Nonnulli foliis ficulneis illigant, deinde cretam figularem cum amurca subigunt, et ea linunt mala, quæ cum siccata sunt, in tabulato, frigido loco et sicco reponunt.' Habet eadem Palladius lib. III. in Febr. tit. 25. p. 76.

singula convolvi, cistisque vitilibus condi, vel creta[m] figlinarum illini.

Pyra in vasis fictilibus[9] picatis inversis obrui inter scrobes.[n] Tarentina serissime legi. Aniciana[o] servari et in passo. Sorba quoque[p] et scrobibus,[10] gypsato operculo, duum pedum terra superinducta,[q] in loco aprico, inversis vasis, et in doliis, ut uvas, cum ramis suspendi.

E proximis[r] auctoribus quidam altius curam petunt: deputarique statim poma ac vites[11 s] ad hunc usum præcipiunt, decrescente Luna, post horam diei tertiam,[12 t] cœlo sereno, ac siccis ventis. Similiter deligi et ex locis siccis, et ante perfectam maturitatem, addito ut Luna infra terram sit: uvas cum malleolo[u] sarmenti duro,

edd. Harduin. et recentt. *possunt* Gronov. et vulgg.—9 Cod. Dalec. *sictilibus.* Mox, *intra scrobes* Dalec. *inter scobes* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Scoba, vero ut in scrobibus* Gronov. et edd. vett. Mox, Chiffl. *terra superintecta;* Dalec. *terra superinjecta.*—11 Dalec. *ac uvas.*—12 Chiffl. *post horam ceu tertiam.*—13 Cod.

NOTÆ

[m] *Vel creta*] Sic Apuleius Romanus in Geopon. x. 21. p. 262. Τινὲς δὲ κεραμικῇ γῇ περιπλάσαντες, καθ' ἓν μῆλον ξηραίνουσι, καὶ ἀποτίθενται. *Quidam terra figulina singula mala oblinunt, siccant, et reponunt.*

[n] *Inter scrobes*] Sic Mss. Reg. Colb. &c. Quare mox etiam sequitur, ex iisdem codd. *Sorba quoque et scrobibus:* hoc est, perinde ac pyra, de quibus dictum est proxime.

[o] *Aniciana*] Varro loc. cit. 'In sapa condita manere pyra Aniciana et sementiva.'

[p] *Sorba quoque*] Colum. xii. 16. p. 424. unde hæc manarunt: 'Sorba,' inquit, 'manu lecta, curiose in urceolos picatos adjicito, et opercula picata imponito, et gypso linito: tum scrobibus bipedaneis sicco loco intra tectum factis urceolos ita collocato, ut oblita ora eorum deorsum spectent: deinde terram congerito, et modice desuper calcato.' Habet eadem Palladius lib. ii. in Januar. tit. 15. p. 45.

[q] *Superinducta*] Ita Reg. 1. At Reg. 2. Colb. Th. et Chiffl. *superintecta,* ut sorba subintelligas.

[r] *E proximis*] E recentioribus, ac novitiis scriptoribus. Columellam tacite signat, cujus hæc verba, xii. 43. p. 445. 'Omnis autem uva sine noxa servari potest, si Luna decrescente et sereno cœlo post horam quartam, cum jam insolata est, nec roris quicquam habet, viti detrahatur.' Idem de pomis præcipit c. 45.

[s] *Ac vites*] Ita Mss. omnes. Aut vites dixisse pro uvis, aut neutro genere ipsam arborem videtur pomum appellasse, ex qua demetuntur mala. Deputari vero arborem vitemve, vindemiari est.

[t] *Diei tertiam*] Mss. omnes, *post horam ceu tertiam.* Columella, 'quartam.'

[u] *Cum malleolo*] Malleolus dicitur

demtis forfice[v] corruptioribus acinis, in dolio picato recenti suspendi, exclusa omni aura[w] operculo et gypso: sic et sorba, ac pyra: illitis omnium surculis[x] pice. Dolia procul ab aqua esse. Quidam sic[y] cum palmite in gypso condunt, capitibus ejus scillæ infixis utrimque.[a] Alii etiam[z] vina habentibus doliis, dum ne contingant ea uvæ. Aliqui mala[a] in patinis fictilibus fluitantia: quo genere et vino odorem acquiri putant. Aliqui omnia[b] hæc in milio servare malunt. Plerique vero in scrobe duum pedum altitudinis arena substrato,[13] et fictili operculo, dein terra operto. Creta quidam etiam figlina uvas illinunt, siccatasque Sole suspendunt: in usu, diluentes cretam. Eandem pomis vino subigunt.[c] Mala vero generosissima eadem ratione crustant gypso vel cera: quæ nisi maturuerint,[14] [d]

[a] *Utroque capite rami illius, ex quo uva pendet, in scillæ radicem infixo.*



Dalec. *arena substrata.*—14 Chiffl. *quæ nisi maturaverint.*—15 Dalec. *operculo*

NOTÆ

palmes vitis novus, prioris anni flagello sive sarmento innatus.

[v] *Demtis forfice*] Colum. loc. cit. p. 447. 'Vitiosa grana forficibus amputantur.'

[w] *Exclusa omni aura*] Ne introire spiritus possit. Colum. p. 451.

[x] *Omnium surculis*] Hoc est, pediculis, sive petiolis. Colum. pag. 445. 'Uvas cum desecueris a vite, continuo pediculos eorum impicato dura pice.' Et infra, 'Pix ferveat, in qua pediculi uvarum statim demittantur.'

[y] *Quidam sic*] Colum. p. 447. 'Nonnulli sicco flore gypsi obruunt uvas: quas non nimium maturas vitibus detraxerunt.'

[z] *Alii etiam*] Colum. p. 445. multo uberius hunc modum explanat, quem consule

[a] *Aliqui mala*] In ollam fictilem novam immissa, olla deinde in vini dolium immersa, ita ut ei innatet: id enim si fiat, et recentia semper mala erunt, et vinum ipsum odoratum, inquit Apuleius Romanus in Geopon. x. 21. p. 263. *Εἰς χύτραν καινὴν ἐντιθέμενα, πίθῳ οἰνηρῷ τῆς χύτρας ἐμβληθείσης, ὥστε πλεῖν ταύτην, τοῦ πίθου ἐπιχρισθέντος, ἔσται νέα, ὁ δὲ οἶνος εὐώδης.* Quod et Democritus repetit l. c. cap. 28. p. 267.

[b] *Aliqui omnia*] In milio, Palladius lib. III. in Febr. tit. 25. p. 76. In hordeo, ne putrescant, Apuleius loc. cit.

[c] *Vino subigunt*] Vel aqua. Colum. XII. 44. p. 448. 'Sed et Mago Carthaginiensis auctor est creta figulari bene subacta recentia mala crasse illinire, et, cum argilla exaruit, frigido loco suspendere. Mox, cum exegerit usus, in aquam demittere, et cretam resolvere. Hæc ratio tanquam recentissimum pomum custodit.'

incremento calycem rumpunt. Semper autem[e] in pediculos collocant ea. Alii decerpunt cum surculis,[f] eosque in medullam sambuci abditos obruunt, ut supra[g] scriptum est. Alii singulis[h] malis pyrisque singula vasa fictilia assignant, et opercula eorum picata[15] dolio iterum includunt. Necnon aliqui in floccis[i] capsisque,[16] quas luto paleato illinunt. Alii hoc quidem[17] in patinis fictilibus: aliqui et in scrobe subjecta arena, ita sicca[18] operiunt mox terra. Sunt qui cotonea cera Pontica[j] illita melle demergant. Columella[k] auctor est,[19] in puteos cisternasve in fictilibus vasis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima uvas Sole siccatas[20] junci fasciis involvit, cadisque conditas, gypso includit. Hoc idem Græci[l] pla-

eorum picato.—16 Dalec. *in fossis capsisque.*—17 *Alii hoc idem* cod. Dalec.—18 Dalec. *sita;* margo edd. Dalec. et Gronov. *sepulta.*—19 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Columella auctor*, omisso *est*, Gronov. et al. ante Harduin.—20 *Sole siccas* Harduin. 2. 3. et Franz. *Sole siccatas* Gronov. et vett.

NOTÆ

[d] *Quæ nisi matur.*] Maturissima idcirco legi præcipit Columella loc. cit. p. 450. In Mss. Reg. Colb. 2. Chiffl. Th. *maturaverint*.

[e] *Semper autem*] Colum. pag. 451. 'Substrata prædicta poma sic debent componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent: quemadmodum etiam in arbore nata sunt.'

[f] *Alii d. cum surculis*] Hoc est, cum pediculis, seu ramulis, e quibus ea pendent. Columella p. 449. 'Omne autem pomum, quod in vetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est: sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis: nam ea res plurimum ad perennitatem confert.' Et p. 448. fossam fieri loco siccissimo præcipit, eoque infigi sambuci ramulos: deinde sereno cœlo granata legi cum suis pediculis, et sambuco inseri: 'quoniam sambucus,' inquit, 'tam apertam et laxam medullam habet, ut facile malorum pediculos recipiat.'

[g] *Ut supra*] Hoc est, in scrobe duum pedum altitudinis, arena substrato, et fictili operculo, dein terra operto. Sic etiam Colum. loc. cit. 'Tum factæ scrobi operculum imponitur, et paleato luto circumlinitur,' &c.

[h] *Alii singulis*] Apuleius loc. cit. p. 262. et Pallad. l. III. in Febr. tit. 25. p. 72.

[i] *In floccis*] In lanarum floccis. Vide Notas et Emend. num. 11.

[j] *Cera Pontica*] Dicetur de eo ceræ genere XXI. 49.

[k] *Columella*] Id quidem de uvis præcipit XII. 43. quas eadem arte ac poma Plinius admonuit.

[l] *Hoc idem Græci*] Colum. XII. 16. p. 424. 'Quidam uvam passam foliis ficulneis involvunt, et assiccant: alii foliis vitigineis: nonnulli plataninis semivietas uvas contegunt, et ita in amphoras recondunt.'

tani foliis, aut vitis ipsius, aut fici, uno die in umbra siccatis, atque in cado vinaceis[m] interpositis. Quo genere Coa uva, et Berytia servantur, nullius suavitati postferendæ. Quidam, ut has[21] faciant, in cinere lixivio[n] tingunt protinus quam detraxere vitibus, mox in Sole siccant: tum foliis (ut supra dictum est) involutas vinaceis stipant. Sunt qui malunt[o] uvas scobe[22] ramentisve abietis, populi, fraxini servare. Sunt qui suspendi procul malis,[23] [p] protinusque in granariis jubeant, quoniam optime sit operimento pulvis pensilibus. Contra vespas[q] remedio est, oleo aspergi ex ore. De palmis[r] diximus.

XIX. (XVIII.) E reliquo genere pomorum[a] ficus amplis-



item Harduin. 1. Miller. et Bipont.—21 Dalec. *nullis, &c. ut hoc.* Mox, *lixivo tingunt* Gronov. et al. ante Harduin.—22 Gronov. et al. ante Harduin. *uvas in scobe.* Mox, pro *abietis*, quod servant codd. Regg. Brot. et al. *abjectis* legitur in ed. Harduin. 1.—23 Vet. Dalec. *malint.* Mox cod. Dalec. *jubent, b. optime, &c.* Vet. Dalec. *jubeant, b. optimum sit operimentum;* alii vett. ap. Dalec. *jubeant, b. optimo sit operimento.*

NOTÆ

[m] *Vinaceis*] Quid sint vinacea diximus XIV. 3.

[n] *In cinere lixivio*] Colum. loc. cit. 'Sunt qui culmos fabæ exurant, et ex eo quod cremaverint, cinere lixiviam faciant,' &c. Ex cinere ficulneo aut vitigineo lixiviam fieri monet auctor Geopon. IV. 14. p. 115. qua tingebantur uvæ, ut Coæ quodammodo ac Berytiæ fierent.

[o] *Sunt qui malunt*] Colum. XII. 43. p. 447. 'Quidam arida populnea vel abiegna scobe virides uvas custodiunt.' Vide et c. 44. p. 449.

[p] *Procul malis*] Procul a pomorum vicinio. Docet hoc ipsum auctor Geopon. IV. 14. p. 115. Φυλάττονται δὲ αἱ σταφυλαὶ, &c. 'Servantur,' inquit, 'uvæ multo tempore, in horreis sive granariis frumenti suspensæ, præsertim si frumentum sæpius moveatur: pulvis enim inde excitatus, uvis quæ pendent insidens, plurimum confert ad diuturnitatem.' Pira similiter commendat Martialis I. 44. 'Quæ lenta pendent religata genista.'

[q] *Contra vespas*] Ita Geopon. auctor ex Democrito IV. 9. p. 108. Ἔλαιον ῥοφήσας πρόσφατον ὥσπερ ἐμφυσῶν ταῖς ἀμπέλοις, καὶ ταῖς σταφυλαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις ὀπώραις. Lemma capitis erat: ὥστε σφῆκας μὴ ἅπτεσθαι ἀμπέλων, κ. τ. λ. quanquam est proprie, ut suo loco monuimus, crabro, non vespa, σφήξ.

[r] *De palmis*] Lib. XIII. c. 9.

[a] *E reliquo . . . pomorum*] Pomi appellatione venit etiam ficus, et apud Palladium l. IV. in Martio, tit. de ficu. Elegantem de ea re disceptationem vide apud Macrob. Saturn. II. 16. p. 378. At tenuit deinde usus, ut quemadmodum caulium appellatio deflecteret a generis significatione ad brassicam privatim designandam, ita pomum pro malo caperetur.

sima est, quædamque et pyris magnitudine æmula. De Ægyptiæ Cypriæque miraculis retulimus[b] inter externas. Idæa[c] rubet olivæ magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine cubitali:[d] ramosam, materie[e] validam, lentam,[1][f] sine lacte, cortice viridi, folio tiliæ,[g] sed molli. Onesicritus tradit in Hyrcania multum nostris esse dulciores, fertilioresque, ut quæ modios CCLXX. singulæ ferant. Ad nos ex aliis transiere gentibus,[2] Chalcide,[h] Chio: quarum plura genera.[i] Siquidem et Lydiæ,[j] quæ sunt purpureæ, et mamillanæ,[k] similitudinem earum habent: et callistruthiæ[l] parum sa-

CAP. XIX. 1 'Ms. *cubitali: ramosa materie: validam, &c.* Lege, *ramosam, materie valida, lenta.*' Dalec.—2 'Ita bene cod. Reg. 1.' *Brotier.* Edd. ante Brotier. *transire gentibus, &c.* Cod. Dalec. exhibet, *transire gentibus Chalci-*

NOTÆ

[b] *Retulimus*] Lib. XIII. cap. 14. et 15.

[c] *Idæa*] Ab Ida monte Troadis Idæa, ab Alexandria ejusdem regionis oppido, Alexandrina nominata. Theophr. Hist. III. 17. de lauro, ficu, et vite Alexandrina: Ἴδια δὲ καὶ τάδε περὶ τὴν Ἴδην ἐστίν. Οἷον ἥ τε Ἀλεξανδρεία καλουμένη δάφνη, καὶ συκῆ τις καὶ ἄμπελος. Sunt qui ab Alexandro Paride malint nomen traxisse, quem ea coronatum ferunt. Hanc porro ficus Idææ descriptionem hausit ex Theophrasto Plinius: hausit et Athenæus l. III. p. 77.

[d] *Crassitudine cubitali*] Sic locum hunc interpunximus, ut cubitali ambitu, non ramos, seu caudicem, intelligeres: ex Theophr. loc. cit. Ἡ δὲ συκῆ, θαμνῶδες μὲν, καὶ οὐχ ὑψηλόν· πάχος δ' ἔχον, ὥστε καὶ πηχυαῖον εἶναι τὴν περίμετρον.

[e] *Materie*] Ligno nunquam putrescente. Theoph. Ἀσαπὲς δέ ἐστι τὸ δένδρον.

[f] *Lentam*] Ξύλον γλισχρὸν, Theophr. viscosam, lubricam.

[g] *Folio tiliæ*] Hoc, simili tiliæ foliis, mollique, et lato. Theophr. Τὸ δὲ σχῆμα τῶν φύλλων ὅμοιον τῷ τῆς φιλύρας, καὶ μαλακὸν δὲ καὶ πλατύ.

[h] *Chalcide*] Unde Chiæ ficus, et Chalcidicæ, Herodoto Lycio, in opere De Ficubus, appellatæ, apud Athen. l. III. p. 77. Lydiæ quoque purpureæ, apud eundem, pag. 76. Αἱμώνια σῦκα Λύδια, a sanguineo colore.

[i] *Plura genera*] Albæ scilicet, et nigræ. Macrobius Saturn. II. 16. p. 377. 'Cloatius,' inquit, 'diversas ficos diligentiæ suæ more dinumerat: Africa .... Chalcidica alba, nigra: Chia alba, nigra: Calpurniana alba, nigra,' &c. Scripsit Passeratius carmen haud invenustum de ficu, Kal. Jan. MDXC.

[j] *Lydiæ*] Harum, præter Athen. loc. cit. meminit etiam Macrobius modo laudatus. Columella quoque in Hortulo, 'Et picto Lydia tergo.'

[k] *Mamillanæ*] A mammarum forte similitudine aliqua, ut pira mammosa, de quibus c. 19. nomen traxere.

[l] *Callistruthiæ*] Julius Capitolin. in

pore[3] præstantiores, ficorum omnium frigidissimæ. Nam de Africanis,[m] quas multi præferunt cunctis, magna quæstio est: cum id genus in Africam nuperrime transierit, patriæ nomen obtinent. Nam Alexandrina[n] e nigris est, candicante[o] rima, cognomine delicatæ.[4] Nigra et Rhodia[p] est, et Tiburtina de præcocibus.[q] Sunt et auctorum[r] nomina iis, Liviæ, Pompeïæ: siccandis hæc[5][s] Sole in annuos usus aptissima, cum mariscis,[t] et quas arundinum[u] folii macula variat.[6] Est et Herculanea,[v] et albicerata,[w] et aratia[x] alba,

dicæ, quarum, &c.—3 Chiffl. *et c. fartim sapore.*—4 '*Nam Alexandrinæ enixiores Candicans, Terina* (*Theriana*) *cogno. delicata* Parm.' *Dalec.*—5 Cod. Dalec. *siccantur hæ;* Vet. ejusdem, *siccandæ hæ.* Mox, *aptissimæ* cod. Dalec. *aptissima* Vet. ejusdem.—6 Vet. Dalec. *harundinei folii mac. variant.* Mox, *et*

NOTÆ

Albino, pag. 83. 'Quingentas ficus passarias, quas Græci callistruthias vocant, jejunum comedisse aiunt,' &c. Καλλιστρουθίαι Athenæo l. III. p. 75. quarum suavitatem nulli postferendam pronuntiat. Columella in Hortulo, 'Et callistruthis roseo quæ semine ridet.'

[m] *Africanis*] De his Martialis VII. 52. 'Et Libycæ fici pondere testa gravis.' Africanas vocat Colum. v. 10. p. 201.

[n] *Alexandrina*] Ab Ægypti Alexandria: nam alterius fructus rubet, ut dictum est ex Theophr.

[o] *Candicante*] Cum hiat, albet. Hæc, opinor, ea ficus est quæ Columellæ in Hort. l. x. p. 359. 'Scissa Libyssa' dicitur.

[p] *Rhodia*] Meminit hujus Athenæus lib. III. p. 75.

[q] *De præcocibus*] *Figues hastives.* Sunt in horto Regio.

[r] *Sunt et auctorum*] Dedere iis sua nomina, quibus eæ maxime placuere. Liviis quidem Livia, quæ Augustum maritum ficubus venenatis sustulisse ferebatur, inquit Dio lib. LVI. p. 589. Hæ Macrobio loc. cit. Livianæ: istæ Pompeianæ vocantur. De Livia Columella, in Hortulo: 'At gravis Arcturi sub sidere parturit arbos Livia, Chalcidicis et Caunis æmula Chiis.'

[s] *Siccandis hæc*] Hæc, inquit, genera apta sunt quæ Sole siccentur, condanturque in annuos usus. Ita Mss. omnes.

[t] *Cum mariscis*] Pingues mariscas appellat Columella in Hortulo. Italis *Fico lardare*, auctore Jo. Bapt. Porta: sapore injucundo, stolida magnitudine, pinguedine eximia. Soles passa ad servandum aptior, quam viridis ad escam. Fatuas idcirco mariscas appellat Martialis, nec habet in pretio, VII. 24. contra Chias commendat: 'Infanti melimela dato, fatuasque mariscas: Nam mihi, quæ novit pungere, Chia sapit.'

[u] *Et quas arundinum*] Quæ arundinis Laconicæ in morem diversicolores maculosæque sunt. De hoc arundinum genere Theophr. Hist. IV. 12. Genera ficuum ex elementorum serie dinumerans Macrobius loc. cit. 'Africa,' inquit, 'albula, arundinea, asinastra,' &c.

[v] *Herculanea*] Macrobius loc. cit.

[w] *Albicerata*] Quod ex albo cerino

pediculo minimo, latissima. Primo autem provenit porphyritis,[y] longissimo pediculo. Comitatur eam e minimis et vilissimis popularis dicta. Contra novissima sub hyeme maturatur chelidonia.[z] Sunt præterea [a] eædem [7] serotinæ et præcoces, biferæ, alba ac nigra, cum messe vindemiaque maturescentes. Serotinæ et a corio [b] appellatæ duro: [8] ex Chalcidicis quarundam trifero [c] proventu. Tarenti tantum prædulces nascuntur, quas vocant onas. [9] [d]

Cato de ficis [e] ita memorat: 'Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. In loco autem crassiore aut stercorato Africanas, et Herculaneas, Saguntinas, hybernas,[f] Telanas atras [10] [g] pediculo longo.' Postea tot subiere nomina atque genera, ut vel hoc solum æstimantibus appareat, mutatam esse vitam. Sunt et hybernæ, quibusdam provinciis, sicuti Mœsiæ, sed artis, non naturæ.[11] Parva-

aritia alba cod. Dalec.—7 Vox *eædem* deest in cod. Dalec.—8 'Alii e Macrob. *Serotinæ et appellatæ cydoniæ.* Lego, *Serotinæ duracinæ a corio appellatæ.*' Dalec. Mox *ex C. quædam* Vet. Dalec. *ex C. quorundam* Gronov. et edd. vett. *ex C. quarundam* Chiffl. et edd. recentt.—9 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *omas* Gronov. et al. 'Lego, *œnadas*, quasi vini sapore.' *Dalec.*—10 Ita Cato; item edd. Harduin. et recentt. *Tellianas, atras* Gronov. et vett.—11 Cod. Dalec. *arte, non natura.*—

NOTÆ

colore est. Columella in Horto, 'Albaque, quæ servat flavæ cognomina ceræ.'

[x] *Aratia*] Sic Th. et Colb. *Aritia*, Reg. Athenæus ex Theophr. lib. III. p. 77. Charitiam, et Arateam vocat, ἡ Χαρίτιος 'Αράτειος καλουμένη.

[y] *Porphyritis*] Nigricans in modum purpuræ ficus, πορφυρῖτις.

[z] *Chelidonia*] Purpureæ Chelidoniæ, apud Colum. in Hort. lib. x. p. 359.

[a] *Sunt præterea*] Sunt præterea, inquit, biferæ, alba, nigraque, quæ et serotinum eædem cum vindemia, et præcocem pariter cum messe fructum ferant.

[b] *Serotinæ et a corio*] Serotinæ, inquit, duricoriæ sunt: sic enim eas appellat Macrobius Saturn. II. 16. pag. 377.

[c] *Trifero*] Biferas ac triferas agnoscit Colum. v. 10. p. 201.

[d] *Vocant onas*] Sic Mss. omnes, non *omas*. Forte *ὠνίας, venales, pretiosas.*

[e] *Cato de ficis*] De Re Rust. c. 8. pag. 14.

[f] *Hybernas*] Quæ superius Chelidoniæ nominatæ: quæque sub hyeme novissimæ maturantur.

[g] *Telanas atras*] Sic ista conjunctim legenda, ex Macrobio loc. cit. non *Telanas, atras*, vel *Tellianas atras.*

rum genus arborum post autumnum fimo contegunt, deprehensasque[h] in hyeme grossos, quæ mitiore[i] cœlo refossæ[12] cum arbore, atque in lucem remissæ, novos Soles, aliosque, quam quibus vixere, avide, tanquam iterum natæ, accipiunt: et cum venientium[j] flore maturescunt, alieno præcoces anno, in tractu vel gelidissimo.

XX. Sed a Catone appellata jam tum Africana, admonet et Africæ, ad ingens documentum uso eo pomo.[a] Namque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxius, cum clamaret omni senatu[1] [a] Carthaginem delendam, attulit quodam die in curiam præcocem ex ea provincia ficum: ostendensque patribus, 'Interrogo[b] vos, inquit, quando[2] hanc pomum[c] demtam putetis ex arbore?' Cum inter omnes recentem[3] esse constaret: 'Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptam[4] [d] Carthagine: tam prope a muris habemus hostem.' Statimque sumtum est

[a] *Cum ad documentum ingens Romanorum usus sit eo pomo Cato.*

12 Chiffl. *colore fossæ.*

Cap. XX. 1 Cod. Dalec. *omnis senatus.*—2 Vet. Dalec. *quam dudum.* Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *hoc pomum demtum.*—3 Cod. Dalec. *recens.* —4 Gronov. *decerptum.* Mox, *tam prope nos habemus.*—5 'Ita bene codd.

NOTÆ

[h] *Deprehensasque*] Et quas in arbore pendentes grossos, hoc est, virides adhuc nec maturas ficus, hyems deprehendit.

[i] *Quæ mitiore*] Vere ineunte.

[j] *Et cum venientium*] Ex quo tempore alterius anni ficus vix florem ex arbore exerunt, ipsæ maturescunt, alieno anno: sic eæ præcoces vulgo creduntur: quoniam justum maturescentium tempus antevertunt.

[a] *Omni senatu*] Hoc est, omni Senatus consessu, quoties convenirent Patres, de re aliqua deliberaturi, ad suam sententiam semper id adjiciebat Cato, delendam Carthaginem. Ita Florus II. 15. p. 84. Plutarchus in Catone Maj. p. 352. 'Quacumque de re sententiam rogaretur, respondebat, Hoc censeo, et Carthaginem præterea excidendam.' Δοκεῖ δὲ μοι, καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι. Contra P. Scipio Nasica, Δοκεῖ μοι Καρχηδόνα εἶναι. Vide Livium in Epit. lib. XLIX.

[b] *Interrogo*] Hæc iisdem ferme verbis Plutarchus loc. cit. narrat. Attigit Tertull. ad Nation. II. 16. 'Ficum viridem Romæ nemo noverat ....Ficum Cato Senatui intulit, ut quo jam Provincia hostilis esset, cui sub .... semper instabat, exprimeret.'

[c] *Hanc pomum*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Th. &c. *hanc pomum demtam.* Et sane mox *recentem* eadem lege sequitur, etiam in iis libris vulgatis, in quibus *hoc pomum demtum* legitur.

[d] *Decerptam*] Sic Mss. omnes.

Punicum tertium[e] bellum, quo Carthago deleta est: quanquam Catone anno sequente[f] rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenii,[g] an occasionem fortuitam, celeritatemque cursus, an vehementiam viri? Super omnia est,[5] quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem, et de terrarum orbe per CXX. annos æmulam,[6] unius pomi argumento eversam: quod non Trebia,[h] aut Trasymenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis perficere potuere: non castra Punica[i] ad tertium lapidem vallata, portæque Collinæ adequitans ipse Annibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato admovit.[7]

Colitur ficus[j] arbor in foro ipso ac comitio[k] Romæ nata,

Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' *Brotier.* Ita quoque codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Super omnia quiddam est* Gronov. et vett. *Super omnia quidem est* al. ap. Dalec. *Super omnia*, omissis ceteris, cod. Dalec.—6 Vet. Dalec. *urbis æmulam.*—7 'Ita optime cod. Reg. 2. In cod. Reg. 1. et Editione principe, *admonuit.* Male Cl. Rezzonicus, *adiri monuit.*' Brotier. *adiri* cod. Dalec. *adiit* Dalec. *adiri monuit* Vet. Dalec. 'Hic locus, *Cato admovit*, non est solicitandus.' *Nic. Heinsius Adv.* I. 14. p. 146.—

NOTÆ

[e] *Punicum tertium*] Epitome Livii lib. XLIX. Obsideri, oppugnarique cœpta est Carthago, L. Marcio, M.' Manilio Coss. hoc est, anno Urbis DCV.

[f] *Anno sequente*] Hoc est, anno post hanc concionem sequente jam exacto. Nam, ut Velleius ait lib. I. p. 5. 'Ante triennium, quam Carthago deleretur, M. Cato, perpetuus diruendæ ejus auctor, L. Censorino, M.' Manilio Coss. mortem obiit.'

[g] *Curam ingenii*] Quæsitane ea ficus fuerit meditatione ingenii, an oblata fortuito.

[h] *Trebia*] De clade Romanorum ad Trebiam, Trasymenum, et Cannas, vide Florum II. 6. p. 60. et seq.

[i] *Non castra Punica*] Livius l. XXVI. p. 282. 'Inter hæc Hannibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab Urbe, castra admovit. Ibi, stativis positis, ipse cum duobus millibus equitum ad portam Collinam usque ad Herculis templum est progressus: atque unde proxime poterat mœnia situmque Urbis obequitans contemplabatur.' Nomen habet porta Collina a collibus Quirinali et Viminali, æquata ibi planitie, conjunctis.

[j] *Colitur ficus*] De ea Varro de Re Rust. II. 11. p. 93. Cave porro vel Scaligero credas, hunc locum ita corrumpenti: *Colitur ficus arbor in foro Romina, jam sacra fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam ejus ...... quam tanquam in comitium sponte transerisset, ab Accio Navio. Illico arescit, &c.* Aut alteri scriptori novitio, sic refingenti: *Colitur ficus arbor in foro ipso Romina, tam sacra quam fulguribus ibi conditis.* Neuter enim ut eum locum integritati suæ restitueret, mentemque scriptoris assequeretur, codices conditivos consuluit, sed ingenii conjecturæ emendandique libidini plus æquo indulsit.

[k] *Ac comitio*] Victor, in Regione Urbis octava, 'Ficus Ruminalis in Comitio, ubi et Lupercal.'

sacro[1] fulguribus ibi conditis:[b] magisque ob memoriam ejus,[m] quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris, ruminalis appellata:[8] quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen,[n] (ita vocabant mammam,) miraculo ex

[b] *Et sacrum idcirco Comitium est, quod ibi condita sunt fulgura.*

8 Gronov. et al. ante Harduin. *sacra*. Mox, Vet. Dalec. *Rom. cond. ac Ruminalis appellata;* Gronov. Harduin. et recentt. *R. ac R. conditoris appellata.* 'Abest a codd. et editis libris vox *ruminalis*. At supplenda certe est; et

NOTÆ

[1] *Sacro*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. &c. non *sacra*. Subintellige, comitio, foroque. Seneca Natur. Quæst. lib. II. scribit Romanos olim cum crederent nisi fato fulmina non decidere, cæsis hostiis, exstructisque aris, adhibito sacerdote, velut in procurationem malorum, condere ea solitos, ubi decidissent. Condi enim dicebantur, cum Sacerdos dispersos ignes in unum redigeret, et quadam tacita prece conderet, et consecraret. Hunc morem Lucanus insinuat I. 606. 'Aruns dispersos fulminis ignes Colligit, et terræ mœsto cum murmure condit.' Loco sacro, fulguribus ibi conditis, Puteal imponebatur, hoc est, sacellum, et ara. Sacer autem ac religiosus fieri statim putabatur locus, qui fulgure ictus esset, quod eum sibi Deus dicasse videretur, inquit Festus, verbo 'Fulguritum.' Nisi tamen Mss. exemplaria, quæ proxime laudavimus, et alia quæ Salmasius vidit, ipso prodente in Solin. p. 1136. *sacro* exhiberent, *sacra* legi hoc loco, vel ex ipsa orationis structura ac serie, præstabilius videretur: cum et ipsa ficus, juxta quam et fulgura condita fuere, et ara imposita, perinde sacra idcirco, ac forum ipsum, existimari merito possit.

[m] *Ob memoriam ejus*] Alterius ficus, quæ vere ac proprie Ruminalis fuit, quod rumim, hoc est, mammam, Romulo Remoque præbuit: non in Comitio sata, ut illa prior: sed ad Tiberis ripam, in Cermalo sive Germalo, quo aqua hyberna Tiberis infantes detulerat, in alveolo expositos, inquit Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 16. Et ob hujus memoriam, altera illa, quæ in Comitio fuit, Ruminalis quoque est appellata, cum ab aliis Navia diceretur, quod esset ibi ab Atto Navio Augure sata, ut Festus refert. Hanc ficum sacram pro Curia positam vocat Dionys. Halic. lib. III. p. 204. Prioris, quæ vere Ruminalis fuit, meminit Aurel. Victor in Origin. Gentis Rom. p. 40. Remus porro, perinde ac Romulus, Urbis conditor appellatur: quod et Livius facit, mox laudandus. Fuerit hæc sane vulgi opinio, quam Plinius, veritatis sedulus investigator, osorque fabularum, haud obscure sugillat, cum ait, juxta ficum Naviam miraculum lupæ pueros lactantis ex ære dicatum, tanquam in comitium, ubi Navia ficus fuit, Ruminalis a Cermalo sponte transisset.

[n] *Rumen*] Ita Colb. 1. At *rumin* Reg. Th. &c. Festus, verbo 'Ruminalis:' 'Mamma autem rumis dicitur.' Nonius c. 2. p. 756. 'Rumam veteres mammam dixerunt.' Hinc jocus Pomponii apud eundem Nonium, 'Ego rumorem parvifacio, dum sit rumen qui impleat.' Plutarch. in Romulo p.

ære[o] juxta dicato, tanquam in comitium sponte transisset,[p] Atto Navio[q] augure. Illic arescit:[r] rursusque cura[9] sa-

suppletam reperi in Editione principe antiqua manu.' *Brotier.*—9 Ita Turneb. cum edd. Harduin. et recentt. *transevisset, ab Accio Navio. Illico arescit, rursus cura, &c.* Scaliger. *transisset. Adacto navigio illico arescit: rursusque cura, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *illa cum arescit, rursus cura* margo edd.

NOTÆ

19. et in Quæst. Rom. p. 278. Τὴν θηλὴν ροῦμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοί.

[o] *Ex ære*] Et cancellis æneis Curiæ circumdatam hanc in foro Comitioque ficum, scribit Dionys. Halic. ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς . . . . τοῦ βουλευτηρίου κιγκλίσι χαλκαῖς περιειργομένη. Livius lib. x. p. 178. 'Ad Ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum Urbis sub uberibus lupæ posuerunt.'

[p] *Sponte transisset*] A Cermalo ut dictum est, et Tiberina ripa. Cui prodigio aliud plane par narratur a Plinio Neronis principatu accidisse, xvii. 38. Vectii Marcelli oliveto universo viam publicam transgresso, arvisque inde e contrario in locum oliveti profectis. Id sane Tacitus existimasse videri possit Annal. lib. xiii. p. 217. qui Nerone tertium, Valerio Messala Coss. scribit Ruminalem arborem, in Comitio, mortuis ramalibus, et arescente trunco deminutam esse, idque prodigii loco habitum, donec in novos fœtus revivisceret: eamque ipsam esse 'quæ super dcccxxx. annos Remi Romulique infantiam texerat,' quam a Comitio procul positam fuisse vidimus.

[q] *Atto Navio*] De hoc augure, vide Festum, verbo 'Navia:' 'Ficus quoque in Comitio appellatur Navia ab Attio augure. Nam cum Tarquinius Priscus institutas tribus a Romulo mutare vellet, deterreretur que ab Attio per augurium, ut elluderet ejus prudentiam, interrogavit eum, an fieri posset id quod animo proposuisset suo: cui ille, permittente augurio, cum respondisset effici posse, jussit rex cotem ac novaculam,' &c. Et Tullium de Divin. i. p. 170. Hunc locum prior Turnebus emendavit Advers. xxvii. 17. p. 961. cum prius *adacto navigio* legeretur. In Reg. 2. cod. tum hoc loco *Atto navio*, tum xxxiv. 11. *Atti Navii*, scriptum reperimus. Est qui locum integrumita concinnet, *Atti Navii augurio. Si quando arescit, rursus cura sacerdotum seritur, &c.* Sed recedere is longius videtur a vestigiis veteris scripturæ. Navii cotem novacula præcidentis effigiem exhibet nummus antiquus, Antonino Pio principe cusus, in Cimelio Christianissimi Regis.—'Est ex ære maximæ molis nummus antiquus, Antonino Pio principe cusus, in cimelio Christianissimi Regis, cum isto lemmate in imo margine, NAVIVS. Cave porro ad hunc Navium augurem referas. Stat imperator inter duos montes, qui sunt ad pedes positi, et situm urbis indicant; laureato capite, togatus, brachio sinistro extento pacifici more; dextero autem, digitoque indice præcipientis more extento, ad virum, qui pæne nudo corpore, palliatus tamen, pronus procumbit in genua, læva tenens lituum auguralem, dextra cultellum haruspicum. Sententia est, 'Narbonenses AVgures Imperatorem Venerantes Salutarunt.' *Ed. sec.*

[r] *Illic arescit*] In Comitio sinitur ea arescere, nec ante succiditur. Aruisse Neronis principatu, ex Tacito ante didicimus.

cerdotum seritur. Fuit et ante Saturni ædem,[s] Urbis anno CCLX. sublata, sacro a Vestalibus facto, cum Sylvani simulacrum subverteret.[t] Eadem fortuito satu vivit[10] in medio foro, qua sidentia imperii fundamenta ostento fatali Curtius[u] maximis bonis, hoc est, virtute ac pietate, ac morte præclara, expleverat. Æque fortuita eodem loco est vitis atque olea, umbræ gratia, sedulitate[11] plebeia satæ. Ara inde[v] sublata[12] gladiatorio munere Divi Julii, quod novissime[w] pugnavit[13] in foro.

XXI. (XIX.) Admirabilis est pomi hujusce festinatio, unius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ. Caprificus[a] vocatur[1] e sylvestri genere ficus nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet, aliis tribuens: quoniam est naturalis causarum transitus, atque e putrescentibus identidem generatur aliquid.[a] Ergo culices[b] parit: hi

[a] *Sponte sua causæ, quibus aliquid gignitur, eo transeunt, quo vocat natura.*

Dalec. et Gronov.—10 'Ms. *Silvani et Isidis simulacrum subverterent. Eadem autem fortuitu vivit;* Vet. *sata advivit.* Lego, *sata adhuc vivit.*' Dalec. Parm. habet, *sata advivit in m. f. quasi s. i. f. o. fatali, quæ Curtius, &c. explevit.*—11 Cod. Dalec. *sed utilitate.*—12 '*Ira inde sublata* Chiffl. ab irato nimirum populo post necem Julii Cæsaris. Non placet.' *Dalec.*—13 Dalec. *quo novissime pugnatum.*

CAP. XXI. 1 Verbum *vocatur* deest in Vet. Dalec. Paulo post, Chiffl.

NOTÆ

[s] *Saturni ædem*] Fuit in imo clivo Capitolino, ubi nunc ædes est S. Hadriani.

[t] *Sylvani simulacrum subverteret*] Radicum rigore, et crassitudine, vel ramorum proceritate; vel denique, quod in simulacrum ipsum incumberet.

[u] *Curtius*] Quem se devovisse, concitatoque equo immisisse sese in vastam specum, medio ferme foro, cum ingenti hiatu ibi terra discessisset, narrant Romani scriptores, Livius inprimis lib. VII. p. 122. Festus: 'Curtius lacus appellatur a Curtio, qui ex eo loco in profundissimum se ob salutem populi Romani projecit hiatum.'

[v] *Ara inde*] Ita Reg. et Colb. In Chiffl. *ira* male. Puteal intelligit, de quo supra diximus, nota *l.*

[w] *Quod novissime*] Paulo ante necem. De hoc gladiatorio munere Tranquillus in Julio c. 10.

[a] *Caprificus*] Arbori Græce nomen ἐρινὸς, *Figuier sauvage:* ἐρινὸν pomo: Athen. lib. III. p. 76.

[b] *Ergo culices*] Rem totam uberrime Theophrastus explanat de Causis Plant. II. 12. p. 246. unde hæc manarunt. Aristot. quoque Histor. Anim. V. 27. pag. 633. Culices hi Græco scriptori ψῆνες.

fraudati[2] alimento in matre,[c] putri ejus tabe,[b] ad cognatam[d] volant: morsuque ficorum[3] crebro, hoc est, avidiore pastu aperientes ora earum,[e] atque ita penetrantes, intus Solem primo secum inducunt, cerealesque[f] auras immittunt foribus adapertis.[4] Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit et sponte.[g] Ideoque[h] ficetis caprificus præmittitur[5] ad rationem venti, ut flatus evolantes in ficos[6] ferat.[c] Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, et inter se colligatæ injicerentur fico: quod in macro[i] solo et aquilonio non desideratur: quoniam sponte arescunt loci situ, rimisque[7] eadem, quæ culicum opera, causa perficit:[8]

[b] *Quoniam tota intus tabe putruerit.*
[c] *Ut ventus culices evolantes in ficus ferat.*

alii tribuens.—2 Parm. *parti frudati;* Cod. Dalec. *parvi fraudati.* Mox, Parm. *hoc est putri ejus tabe, ex qua nati ad cognatum;* cod. Dalec. *et cognati.*—3 Dalec. *ficuum.* Mox, *coria earum* Dalec. Vox *atque* deest in codd. Dalec. et Chiffl.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *foribus apertis* Gronovius et al. ante Harduin.—5 Dalec. *permiscetur.*—6 Ita codd. Regg. Brotier. et Editio princeps. Gronovius, Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in ficus.*—7 Vet. Dalec. *rimasque.* Mox, *culicum opere* cod. Dalec.—8 'Hic mihi videtur vox una excidisse, et legendum; *causa perficit maturitatem.* Nempe his rimis, ut culicum morsibus, cerealis aura seu Solis vapor immittitur; ac proinde rimis eadem, quæ culicum opera, causa perficit maturitatem. Sic quoque locum hunc emendatum volebat eruditus Petavius.'

NOTÆ

[c] *In matre*] In caprifico.

[d] *Ad cognatam*] Ad ficum sativam.

[e] *Ora earum*] Ficuum cacumina morsu vellicant, adaperiuntque: τὰς κορυφάς. Theophrast. Hist. Plant. II. 9.

[f] *Cerealesque*] Aditum auris frugiferis ac vitalibus præbent, interiusque inclusus spiritus libere permeat. Τῷ ἔξωθεν ἀέρι δίοδον διδόασι, καὶ τὸ ὅλον εὐπνούστερα ποιοῦσι. Theophrast. de Causis, II. 12. Cereales auræ dicuntur quæ Cereri ac frugibus sunt admodum salutares. Ita Mss. omnes. Risum movent, qui *aërialesque* reponunt.

[g] *Quod fit et sponte*] Absumitur, inquit, et sponte hic lacteus humor, sine caprifici ope, solo loci macri situ, ut mox dicetur.

[h] *Ideoque*] In summo, inquit, ficeti limite conserunt caprificos, in quibus culices gignuntur: unde in ficos proximas deferri vento secundo possint. Theophr. loc. cit.

[i] *Quod in macro*] In macro solo, inquit, et Aquiloni ostento, caprificatio non desideratur: quia propter alimenti exiguitatem, ipsa loci siccitate sponte arescunt, ac dehiscunt poma: rimarumque eadem opera est, quæ culicum foret. Theophr. iisdem verbis, de Causis Plant. II. 12. pag. 246.

(necnon ubi multus pulvis:[j] quod evenit maxime frequenti via apposita:[k] namque et pulveri vis siccandi, succumque lactis absorbendi:) quæ ratio[l] pulvere et caprificatione hoc quoque præstat, ne decidant, absumto humore tenero, et cum quadam fragilitate ponderoso.

Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta[m] intus: succus maturescentibus lactis, percoctis mellis. Senescunt in arbore, anusque distillant gummium lacryma.[n] Siccas honos[o] laudatas servat in capsis,[9] Ebuso[p] insula[10] præstantissimas, amplissimasque, mox in Marrucinis. At ubi copia abundat, implentur orcæ[11][q] in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe: panisque[r] simul et obsonii vicem siccatæ implent: utpote cum Cato,[s] cibaria ruris operariis justa ceu lege[12] sanciens, minui jubeat per fici maturita-

Brotier.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *distillant gummi modo lacrymam, siccanturque. Honos laudatus servat in capsis* Gronov. et edd. vett.—10 Vox *insula* deest in cod. Dalec.—11 Vet. Dalec. *arcæ.*—12 Gronov. *seu*

NOTÆ

[j] *Multus pulvis*] Quoniam pulvis excitatus a transeuntibus via publica ac frequenti desiccat maturatque ficos: neque ibi caprifico opus. Theophr. loc. cit.

[k] *Apposita*] Subintellige, fico.

[l] *Quæ ratio*] Hæc, inquit, ratio, quæ macro solo aquilonioque constat, supra eam quæ fit pulvere seu caprifico admota, habet hanc etiam utilitatem adjunctam, &c.

[m] *Frumenta*] Sic vocat grana fici interiora, tum hoc loco, tum XVII. 44.

[n] *Gummium lacryma*] Simili gummium lacryma stillant. Ita Mss. Thuanus, Paris. et alii. Veteres hæc gummis, hujus gummis dixere.

[o] *Siccas honos*] Quæ laudantur e siccis, eæ honoris causa servantur in capsis. Ἰσχάδας Græci vocant.

[p] *Ebuso*] De Ebuso III. 11. De Marrucinis eodem libro, cap. 17. Canas seu albas ficos ex Ebuso laudat Statius in Saturnal. Sylv. lib. I. Sic enim legendum, non *cannas*, vel *caunas*.

[q] *Orcæ*] Sic appellabant vas lata alvo, in quo ficus asservarentur. Colum. XII. 15. ‘In orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere, et calcare diligenter oportebit.’

[r] *Panisque*] Eleganter Seneca Ep. 87. p. 378. ‘De prandio ... nusquam sine caricis ... Illæ, si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane.’

[s] *Utpote cum Cato*] De Re Rust. cap. 56. p. 43. ‘Familiæ cibaria ... Ubi vineam fodere cœperint, panis pondo V. usque adeo dum ficus esse cœperint, deinde ad pondo IV. redito.’

tatem.[d] [13] Cum recenti fico salitis [e] vice casei vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc genere sunt, ut diximus,[t] cottana,[14] et caricæ, quæque conscendenti navim adversus Parthos omen fecere M. Crasso,[u] venales prædicantis voce, caunææ.[15] Omnia hæc in Albense [v] rus e Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor [w] fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus.[16]

XXII. (XX.) Malorum pirorumque generi annumerentur [1] jure mespila atque sorba. Mespilis [a] tria genera, anthedon, setania: [b] tertium degenerat, anthedoni tamen simi-

[d] *Eo tempore quo ficus sunt maturæ, minui, tum rusticis cibaria Cato jubet.*
[e] *Carnibus sale maceratis.*

lege.—13 'Verba illa, *per fici maturitatem*, glossema esse opinabatur eruditus Petavius, et ad superiora pertinere. Quod tamen minime crediderim.' *Brotier.* 'Vet. *maturitatem, cum et obsonii vicem habeant recentes ficus. Sale siccatis et casei loco vesci nuper;* alii vett. *maturitatem. Recenti fico salito vice, &c.* Ms. *maturitatem, cum obsonii vice recenti ficu* (alias, *vice casei*) *vesci nuper excog. sit.*' Dalec.—14 Chiffl. *castaneæ.*—15 Gronov. *cauneæ.*—16 Cod. Dalec. *novissimis Titi C. temp.* Chiffl. *novissimis Cæsaris temp.*

CAP. XXII. 1 Chiffl. *adnumerantur.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et

NOTÆ

[t] *Ut diximus*] Lib. XIII. c. 10.

[u] *M. Crasso*] Refert hoc Cicero de Divin. lib. II. p. 245. 'Cum M. Crassus,' inquit, 'exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Caunæas clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caveret ne iret: non fuisse periturum, si omini paruisset.' Omen ex illis verbis ducit 'Cave ne eas' in 'Caunæas' contractis: omen autem non fuisset, nisi penultima producta vocem hanc ille pronuntiasset, 'Caunæas.' A Cauno certe ficus advectæ Cauniæ dicebantur, vel Caunææ. Sic enim Stephanus: Καῦνος ... τὸ ἐθνικὸν, Καύνιος, καὶ Καυναῖος. Sic a Κύρνος Κυρναῖος, ab Ἐχῖνος, Ἐχιναῖος, &c. Tamen et 'cauneæ' scriptum reperias passim. Petron. in Sat. pag. 160. 'Non habemus ædilem trium caunearum: qui sibi mavult assem, quam vitam nostram.'

[v] *Albense*] De quo III. 9.

[w] *Qui postea Censor*] Claudii Cæsaris principatu, cujus collega in Censura fuit, anno Urbis DCCCI. quo lustrum fecisse LXXIV. in Fastis dicuntur, A. Vitellio, (hujus Lucii F.) qui postea gessit imperium cum Nerone, L. Vipsanio Poplicola, Coss.—'Fuit is patruus A. Vitellii Imp. Nummus argenteus: A. VITELLIVS GERM. IMP. In aversa nummi area, L. VITELLIVS COS. III. CENSOR.' *Ed. sec.*

[a] *Mespilis*] Theophr. Hist. III. 12. Μεσπίλης δ' ἐστὶ τρία γένη· ἀνθηδὼν, σητάνειος, ἀνθηδωνοειδὴς, ὡς οἱ περὶ τὴν Ἴδην διαίρουσι, *ut quidem solent Idæi dividere.* Arbori μεσπίλη nomen est, *un néflier:* μέσπιλον pomo, *une néfle.*

[b] *Setania*] Hæc Theophr. loc. cit.

lius, quod Gallicum[2] vocant. Setaniæ majus[3] pomum candidiusque, acini molliore[c] ligno: ceteris minus[d] pomum, sed odore præstantius, et quod diutius servetur. Arbor ipsa[e] de amplissimis. Folia,[f] antequam decidant, rubescunt: radices multæ atque altæ, et ideo inextirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis ævo.

XXIII. (XXI.) Sorbis[g] quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species, ceu malorum[1] aliquibus: hæc obnoxia[h] acori. Odore[i] et suavitate rotunda præcellunt: ceteris[j] vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos tenera[2] folia. Quartum genus torminale[k] appellant, remedio tantum pro-



Chiffl. *tametsi anthedoni similius est, quod* Gronov. et al. ante Harduin.—3 *Setaniæ tamen majus* Vet. Dalec.

Cap. XXIII. 1 Gronov. *seu malorum.* Mox, cod. Dalec. *obnoxia acri odore, et suavitate jocunda præcellunt;* Vet. ejusdem, *nec suavit. jocunda. Ceteris, &c.*—2 Vox *tenera* deest in cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum

NOTÆ

Galenus tom. II. in Explic. Vocum Hippocr. p. 90. Σιτάνιον vocat id genus, ex Dioscoride. Setanium Plautus in Trucul. v. 15. 'Non enim possunt militares pueri setanio educier.' Nostra ea est mespilus vulgaris. Anthedon Italis est *Pomo imperiale:* Gallis, *Azarolier.*

[c] *Acini molliore*] Hoc est, molliore nucleo, πυρῆνας ἔχοντα μαλακωτέρους, Theophr. loc. cit.

[d] *Ceteris minus*] Iisdem verbis hæc Theophr. loc. cit.

[e] *Arbor ipsa*] Theophr. Μεγέθει μέγα τὸ δένδρον, καὶ περίκομον. De amplissimis dicitur, quoniam est περίκομος, *in orbem ramosa,* late ramis in orbem expansis.

[f] *Folia*] Theophr. loc. cit. Πρὸ τοῦ φυλλοῤῥοεῖν, ἐρυθραίνεται σφόδρα· πολύῤῥιζον δὲ τὸ δένδρον καὶ βαθύῤῥιζον, διὸ καὶ χρόνιον, καὶ δυσώλεθρον.

[g] *Sorbis*] Arboris sorbi pomis. Arborem Græci ὄαν, *un cormier:* pomum ὄον dixere, *une corme.* Arboris genus agnoscit duplex Theophr. Hist. III. 12. pomorum multiplex, fere ut Plinius.

[h] *Hæc obnoxia*] *Ovata,* inquit, *sæpenumero acida, minusque odorata:* Τὰ ᾠοειδῆ πολλάκις ὀξεῖα, καὶ ἧττον εὐώδη, Theophr. De potionis genere et succo ex iis expresso Virgilius Georg. III. 379. 'Hic noctem ludo ducunt, et pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.'

[i] *Odore*] Theophr. loc. cit.

[j] *Ceteris*] Ovatis scilicet, ac turbinatis.

[k] *Torminale*] Hæc sylvestris sorbus est, torminalis dicta, quod dysenteriæ, ventrisque inde enatis torminibus, medetur. Ad ventris fluxum sedandum sorba torminalia commendat inprimis Celsus IV. 19. Sunt qui velint sorbum torminalem esse cratægum Theophrasti Hist. III. 15. ab Italis olim aquifoliam appellatam, ut di-

babile, assiduum proventu, minimumque pomo, arbore dissimile, foliis pæne[3] platani. Non ferunt[l] ante trimatum ex ullo genere. Cato[m] et sorba condi sapa tradit.[4]

XXIV. (XXII.) Ab his locum amplitudine vindicaverunt, quæ cessere auctoritati,[1] nuces juglandes:[a] quanquam et ipsæ nuptialium Fescenninorum[b] comites, multum pineis minores universitate,[c] eædemque portione ampliores nucleo. Necnon et honor his naturæ[2] peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati[d] primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa[e] eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonivium[3] [f] faciant. Et has e Perside a

edd. recentt. *dissimili foliis plane* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *sapa condiri jubet* Dalec. *sapa condi jubet* Gronov. et al. ante Harduin.

Cap. xxiv. 1 Chiffl. *vindicaverint, quæ cess. auctoritate.*—2 Cod. Dalec. *honoris naturæ.* Mox, in eodem, *protectæ operimento.*—3 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. ita quoque e Festo Turneb. et Scalig. *tripudium sonumve*

NOTÆ

cetur xxvii. 40. quibus haud ægre assentimur.

[l] *Non ferunt*] Theophr. Hist. iii. 12.

[m] *Cato*] De Re Rust. cap. 7. p. 13. 'Sorba in sapa cum vis condere, belle sicca et arida facias.' Item c. 145. pag. 75. 'Sorba in sapa, et pira, et uvas in doliis.' Palladius quoque lib. ii. in Januar. tit. 15. p. 45. 'Alii sorba,' inquit, 'in sapa asserunt diu posse servari.'

[a] *Nuces juglandes*] Arbor ἡ καρύα, *le noyer:* nux, seu fructus, vel, ut Plinius loquitur, pomum, τὸ κάρυον, *la noix.*

[b] *Fescenninorum*] Carminum id genus fuit, inter nuptiales jocos cantari solitum. Festus: 'Fescennini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennina (Etruriæ) dicuntur allati: sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.'

[c] *Universitate*] Totius corporis mole nux juglans multo minor quam pinea est: nucleo haud paulo major.

[d] *Pulvinati*] Ad pulvini similitudinem mollis, atque convexi.

[e] *Quæ causa*] Tot operimentis nucleo, qui intra nucem est, munito, voluere veteres id argumento esse, quanta sit cautio adhibenda, ut illibatus sit conjugum torus.

[f] *Tripudium sonivium*] Habet hanc vocem Festus, pro sono quo terra pavitur, hoc est, pulsatur: unde terripavium, mox terripudium, tripudiumque demum olim dixere. In Mss. Reg. Colb. &c. *Somnium* pro *sonivium.* In Chiffl. *sonivium.* In editis male *sonumve.* De hoc nucum in cadendo strepitu vide Servium in illud Poëtæ, 'Sparge, marite, nuces.' Et hanc nucum sparsionem in aliis quoque epulis de more receptam vetus lapis indicat apud Gruterum, p. 461.

regibus[4] translatas, indicio sunt Græca nomina. Optimum quippe earum Persicum[5] [g] atque Basilicon vocant. Et hæc fuere prima nomina. Caryon a capitis[h] gravedine, propter odoris gravitatem, convenit dictum. Tinguntur cortice earum lanæ, et rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis: id compertum[i] infectis tractatu manibus. Pinguescunt vetustate.

Sola differentia generum in putamine duro fragilive, et tenui ac crasso, loculoso,[j] et simplici. Solum hoc pomum[k] natura compactili[l] operimento clausit. Namque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque[m] alia quadripartita[6] distinctio, lignea intercursante membrana. Ceteris[n] quicquid est, solidum est, ut in avellanis,[7] [o] et ipso[p] nu-

Gronov. et al. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *e Persidis regionibus;* Chiffl. *e Persidis regibus.*—5 Ita Reg. Brot. 1. *Persicon* edd. ante Brotier.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *alia quadripertita* Chiffl. *nucleorumque illis quadripartita* Gronov. et al. vett.—7 Chiffl. *abellanis.* Mox, *ex ipso* Dalec.—8 Ita

NOTÆ

SI. PVER. PLEBEIS. SINE. DISTINCTIONE. LIBERTATIS. NVCVM. SPARSION. MOD. XXX. *Nucum sparsioni modios XXX.*

[g] *Persicum*] Diosc. I. 178. Κάρυα βασιλικὰ, ἃ ἔνιοι Περσικὰ καλοῦσιν, κ. τ. λ.

[h] *Caryon a capitis*] Κάρος Græcis *soporem, veternumque* significat: κάρη, *caput.* Hinc fortassis etiam nux Latinis a nocendo dicta, quod capiti noceat. Diphilus apud Athen. lib. II. p. 54. τὰ κάρυα τὰ βασιλικὰ κεφαλαλγῆ ἐστιν, καὶ ἐπιπολαστικὰ, κ. τ. λ.

[i] *Id compertum*] Quod querula Nux Ovidii testatur, 'Nostra notat fusco digitos injuria succo, Cortice contactas inficiente manus.'

[j] *Loculoso*] Loculis intus pleno. Sex nucum juglandium genera carptim attingit: durum, fragile, tenue, crassum, loculosum, simplex.

[k] *Solum hoc pomum*] Et pomum etiam de nuce dici alias monuimus. Nunc quoque suffragatur Ovidius, carmine de Nuce, quam ait 'Annua cultori poma referre suo.' Nec minus late patet apud Græcos vox μῆλον pro fructu omni accepta, qui sit edulis. Hesychius, Μῆλον, πᾶς καρπός.

[l] *Compactili*] Testa seu putamine gemino coëunte, atque connexo. Sic trabes compactiles, postesque, Vitruvius dixit lib. IV. et X.

[m] *Nucleorumque*] Rursumque nuclei, inquit, intus inclusi, qui sunt edules, et ipsi quoque lignea intercursante membrana quatuor veluti in partes dividuntur.

[n] *Ceteris*] In avellanis, inquit, et putamini et nucleo intus incluso solida rotunditas est: non, uti juglandibus, bifidus cortex, quadripartitusve nucleus.

[o] *In avellanis*] Mss. omnes, *abella-*

cum genere, quas antea Abellinas patrio[q] nomine appellabant.[8] In Asiam Græciamque e Ponto venere, et ideo Ponticæ nuces[r] vocantur. Has quoque mollis protegit barba. Sed putamini nucleisque solida rotunditas inest. Eæ et torrentur. Umbilicus illis intus in ventre medio.[s] Tertia ab his natura amygdalis,[t] tenuiore, sed simili juglandium summo operimento:[u] item secundo[v] putaminis. Nucleus dissimilis latitudine, et acriore callo.[w] Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur: quoniam Græcas[x] nominat, quas quidam et in juglandium genere servant. Adjicit præterea avellanas, et galbas,[y] Prænestinas, quas maxime laudat, et conditas ollis[z] in terra servari



codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *vocabant* Gronov. et

NOTÆ

nis. Gallis *Avelines, ou grosses noisettes.* Cave cum corylo avellanam misceas, ut plerique faciunt: est enim avellanæ, quam coryli, specialius nomen: etsi Macrobius Saturn. II. 14. p. 371. nucem avellanam ex ea arbore esse ait, quæ dicitur corylos, de qua Virgilius dixit, 'corylum sere.'

p *Et ipso*] Quod ipsum quoque, ait, nucum genus est aliquod.

q *Abellinas patrio*] Servius ad Georg. II. 'Avellanæ,' inquit, 'ab Avellano Campaniæ oppido, ubi abundant, nominatæ sunt.' Malim ego ab Abellino ejusdem Campaniæ oppido, de quo III. 9. traxisse nomen abellinas.

r *Ponticæ nuces*] Κάρυα Ποντικὰ, et λεπτόκαρυα, Diosc. I. 179. Philoxenus in Glossis, Ποντικὸν, *nux avellana.* Cave tamen cum Heracleotica nuce confundas, quæ castanea est, ut recte Opilius animadvertit, de sylvestr. arboribus, apud Macrob. loc. cit. pag. 373. quanquam ei ab oppido Ponti Heraclea nomen.

s *In ventre medio*] In medio nucleo germen ceu umbilicus inest.

t *Amygdalis*] *Des amandes.*

u *Summo operimento*] Extimo, pulvinato, ut dictum est antea de juglande, calyce.

v *Item secundo*] Interiore ligneo putamine.

w *Acriore callo*] Carne, seu corpore ad morsum duriore.

x *Quoniam Græcas*] Incertum ait, an, Græcas nuces appellando, amygdalas intellexerit. Macrobius affirmat mox a nobis laudandus. Catonis locus est de Re Rust. c. 8. p. 14. 'Nuces calvas, avellanas, Prænestinas, et Græcas, hæc facito uti serantur.'

y *Et galbas*] Ita Mss. omnes. Cato, *calvas.*—'De Prænestinis nucibus, egregius est hic Festi et Pauli locus: 'Nuculas Prænestinas appellabant: quod inclusi a Pœnis Casilini famem nucibus sustentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur.' De Prænestinis, qui cum paucis Romanorum obsessi ab Hannibale in Campania Casilini fuere, famemque sustentavere nucibus, vide Livium lib. XXIII.' *Ed. sec.*

z *Et conditas ollis*] Cato c. 145. p. 75. 'Et nuces Prænestinas recentes

virides tradit. Nunc Thasiæ,[a] et Albenses celebrantur, et Tarentinarum duo genera: fragili putamine:[b] ac duro, quæ sunt et amplissimæ, et minime[9] rotundæ. Præterea molluscæ[c] putamen rumpentes. Sunt qui[d] honoris nomen interpretantur, et Jovis glandem esse dicunt.[10] Nuper consularem virum audivi biferas et juglandes nuces habere se profitentem. De pistaciis[e] et ipsi retulimus. Et hæc autem idem Vitellius[f] in Italiam primus intulit eodem tempore: simulque in Hispaniam Flaccus Pompeius, eques Romanus, qui cum eo militabat.

XXV. (XXIII.) Nuces vocamus[g] et castaneas, quanquam

vulgg.—9 Chiffl. *ac minime.*—10 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *interpretentur et J. g. esse dicant* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

in urceo in terra obrutas habeat.'

[a] *Nunc Thasiæ*] Nempe nuces, quas laudat et Gellius VII. 16. p. 435. Et amygdalas quoque Thasias commendat Florentinus in Geopon. x. 57. p. 282. Θασίας τὰς ἀμυγδαλὰς, κ. τ. λ. Macrobius Saturn. II. 14. pag. 373. Thasiam, Græcamque nucem, amygdalam esse censet. 'Nunc dicendum est,' inquit, 'quæ sit Græca nux: ac simul hoc dicens, amygdalam de lance tulit, et ostendit: Nux Græca hæc est, quæ et amygdale dicitur: sed et Thasia eadem nux vocatur. Testis est Cloatius in ordinatorum Græcorum libro quarto, cum sic ait, Nux Græca amygdale.' Genus Albense ab Alba nomen traxit, de qua III. 9.

[b] *Fragili putamine*] De hoc Tarentino genere Palladius lib. II. in Januar. tit. 16. p. 48.

[c] *Molluscæ*] Quæ sine strepitu franguntur, quia fragile putamen est. Harum maximus in Italia proventus esse dicitur. Molluscam nucem Suevius in Moreto Persicum interpretatus olim est, *une Pesche*, teste Macrobio Saturn. II. 14. p. 373. Verum, ut idem recte animadvertit, c. 15. p. 375. cum omnes 'de agricultura scriptores nuces et mala sic dividant, ut nuces dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, et intus habeat quod esui est: malum vero quod foris habeat quod esui, et durum intus includat: secundum hanc definitionem, Persicum, quod Suevius poëta superius inter nuces numerat, est inter mala numerandum.' Verissime id sane.

[d] *Sunt qui*] Sunt qui honoris causa juglandem appellatam velint. Varro de Ling. Lat. l. IV. p. 26. 'Nux juglans, quod hæc nux, antequam purgetur, similis glandi. Hæc glans optima et maxima ab Jove et glande juglans est appellata.' Hæc multo uberius a Macrobio disputantur, Saturn. II. 14. p. 371. Cloatius apud eundem *juglans*, *di* prætermisso, quasi *dijuglans*, Διὸς βάλανος, dici arbitratur.

[e] *De pistaciis*] Lib. XIII. 10.

[f] *Idem Vitellius*] De quo libri hujus c. 21.

[g] *Nuces vocamus*] Virgilius sane, Ecl. II. 52. 'Castaneas nuces' appellat.

accommodatiores [a] glandium generi. Armatum iis echinato [h] calyce vallum, quod inchoatum glandibus. Mirumque, vilissima esse quæ tanta occultaverit cura naturæ.[1] Trini quibusdam partus ex uno calyce, cortexque lentus. Proxima vero corpori membrana, et in his, et in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. Torrere has in cibis gratius.[2] Moluntur etiam,[i] et præstant jejunio [j] fœminarum quandam imaginem panis. Sardibus eæ provenere primum. Ideo apud Græcos Sardianos [3] balanos [k] appellant: nam Dios balanum [l] postea imposuere [4] excellentioribus satu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles, nec operosæ cibo,[b] [5] planæ figura. Rotundior, quæ balanitis [m] vocatur, purgabilis [n] maxime, et sponte prosiliens. Pura et plana [o] est ex eis et Salariana: Tarentina minus tractabilis: lau-

[a] *Propiores, similiores, magis affines.*

[b] *Nec difficilis ad conquendum cibi.*

Cap. xxv. 1 Dalec. *quæ natura tanta occultaverit cura.*—2 Vet. Dalec. *gratius etiam.*—3 Turneb. *Sardinianos.*—4 *Nam Διὸς βάλανα postea nomen inposuere* Dalec. *Διὸς βάλανον* Salmas. *divus balanum postea imposuere* Chiffl. *Nam Divus Tiberius postea balanum nomen imposuit* Gronov. et al. ante Harduinum.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *nec operoso sunt cibo* Gronov. et vett. Mox, Chiffl. *planæ figura rotundior. Quæ, &c.*

NOTÆ

[h] *Echinato*] Echinorum more tegmine spinoso, et aculeato.

[i] *Moluntur etiam*] Vide Notas et Emend. num. 12.

[j] *Jejunio*] Has, inquit, in jejunio fœminæ religiosiores vice panis adhibent. Ita Mss. omnes. Nugantur qui *ingenio fœminarum* legunt.

[k] *Sardianos balanos*] Sic Diphilus apud Athen. l. II. p. 54. τὰ κάστανα Σαρδιανοὺς βαλάνους appellat. Diosc. I. 145. Σαρδιανὰς βαλάνους, fœmineo genere, et Διὸς βαλάνους.

[l] *Nam Dios balanum*] Διὸς βάλανον. Ejusmodi sativas castaneas *Marrons* vulgo vocamus: vulgaribus reliquis castanearum nomen mansit. Vide Notas et Emend. num. 13.

[m] *Balanitis*] A figura *glandis* nomen traxit, quæ βάλανος Græcis. Hanc omnium deterrimam, et suum potius, quam hominum escæ natam, scribit Galenus de cibis boni et mali succi, c. 4. p. 426. ubi προμήκη oblongam vocat.

[n] *Purgabilis*] Quæ purgari facile, et exui echino suo seu calyce potest. Hunc locum præpostere Salmasius interpungit, in Solin. p. 603.

[o] *Pura et plana*] E castanearum genere, inquit, pura, seu maxime purgabilis, est Salariana, æque ac Tarentina: quare geminam utriusque dotem una colligit. An a Salaria porro via, quæ Romæ fuit, id nomen ei generi inditum sit, adhuc obscurum est.

datior Corelliana,[6] et ex ea facta,[p] quo dicemus in insitis modo, Etereiana,[7] quam rubens[q] cortex præfert triangulis, et popularibus nigris, quæ coctivæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentum, et in Campania Neapolis.[r] Ceteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosa[s] corticis intra nucleos quoque ruminatione.

XXVI. (XXIV.) Haud procul abesse videantur et prædulces siliquæ,[a] nisi quod in iis cortex ipse manditur. Digitorum omnis longitudo[1] illis, et interim[a] falcata, pollicari latitudine. Glandes[b] inter poma numerari non possunt: quamobrem in sua natura dicentur.[b]

XXVII. Reliqua carnosi sunt generis: eaque baccis[1] [c]

[a] *Interdum.* [b] *Ubi de natura glandiferarum arborum dicetur.*

—6 *Corellina* Chiffl.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Meteranæ* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Dalec. *rubenti cortice, quam vulgus præfert*, vel, *quam præferunt.*

Cap. XXVI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *digitorum hominis longitudo* edd. vett. et Gronov. Mox, *illis interim falcatis* margo edd. Dalec. et Gronov.

Cap. XXVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin.

NOTÆ

[p] *Et ex ea facta*] Et altera, inquit, Corellianæ insita, ut dicetur XVII. 26. ubi et de *Etereiana* (sic enim legendum, non *Meterana*, ut hactenus,) dicturi sumus.

[q] *Quam rubens*] Quæ ob rubentem corticem ceteris anteponitur. Coctivæ a coctura nomen habent.

[r] *Neapolis*] Martialis v. 79. 'Et quas docta Neapolis creavit, Lento castaneæ vapore tostæ.'

[s] *Scrupulosa*] Scrupuloso, inquit, scabroque cortice intra nucleos quoque ipsos se insinuante, atque intercursante. Ita Mss. omnes, ut plane nugas agere videantur, qui pro *ruminatione* hoc loco *ferruminatione* scribunt. Ruminatio Plinio replicatio esse videtur, et quasi iteratio. Sic XVII. 35. 'Ruminatio quædam hyemis.'

[a] *Siliquæ*] Κεράτια, *carobes*, vel *carouges*, ut diximus XIII. 16. ubi de arbore, quæ ficus Ægyptia, diximus. Hesychius, Κερατωνία, συκῆ Αἰγύπτου, id est, κερωνία, vel κερατία. Nam alibi idem p. 873. Συκῆ Αἰγυπτία, ἡ λεγομένη κερατία τὸ δένδρον. Cave enimvero putes leguminum siliquas hic describi (Gallis, *des gousses*) quales habent pisa, fabæ, lupini, phaseoli: nam hæ leguminum siliquæ non sunt Græcis κεράτια, sed λοβοί. Glossæ, *Siliqua*, κεράτιον, et ξυλόγλυκον, a suavitate fructus. Columella v. 10. pag. 202. 'Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον vocant,' &c. Hæ sunt siliquæ, quibus prodigus adolescens repleri cupiebat, Luc. XV. 16. ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι.

[b] *Glandes*] De his dicetur XVI. 6.

[c] *Eaque baccis*] Baccæ sunt minu-

atque carnibus distant. Alia acinis [d] caro, alia moris, alia unedonibus:[e] et alia acinis inter cutem succumque,[2] alia myxis, alia baccis, ut olivis. Moris succus,[f] in carne vinosus: trini colores,[g] candidus primo, mox rubens, maturis niger. In novissimis [h] florent, inter prima maturescunt. Tingunt manus succo matura, eluunt acerba. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec insitis,[3] nec alio modo, quam pomi magnitudine. Differunt mora Ostensia, et Tusculana Romæ. Nascuntur[4] [i] et in rubis, multum differente callo.[j]

XXVIII. Aliud corpus est terrestribus fragis,[k] aliud congeneri eorum unedoni:[l] quod solum pomum simile frutici,[m] terræque [n] gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno [o] maturescit: pariterque floret subnascens, et prior coquitur.[1] [p] Mas sit, an fœmina sterilis, inter auctores non con-

et recentt. *ea baccis* Gronov.—2 Dalec. *acinorum cuti succoque.*—3 Dalec. *insitu.*—4 *Tusculana mora nascuntur* Philander.

CAP. XXVIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *simile fructui, terræ gignitur. Arbor, &c. et prior cogitur* edd. vett. et Gronov. 'Lege cum Chiffletiano, *et prior coquitur:* hoc est, maturescit; sed et pro *anno* corrigendum forte, *maturescit;* nisi mavis, *autumno.* De ceteris non video cur homines

NOTÆ

tiores quivis arborum fructus, ut lauri, olivæ, &c.

d *Alia acinis*] Uvarum granis, hederæ, sambuci, Punici mali, aliorumque.

e *Unedonibus*] De his cap. seq. De myxis dictum est c. 12.

f *Moris succus*] Theophr. Hist. I. 19. Τῶν δὲ χυλῶν, οἱ μέν εἰσιν οἰνώδεις, ὥσπερ συκαμίνου, κ. τ. λ. *Des mûres:* Morus arbos, *le mûrier.*

g *Trini colores*] Præter viridem, qui primo advenit: sed is negligitur, quoniam cum aliis omnibus communis est moro.

h *In novissimis*] Ob id dicta sapientissima arborum, ut Plinius ait XVI. 41.

i *Nascuntur*] Ovid. Met. I. 105. 'Et in duris hærentia mora rubetis.'

j *Differente callo*] Carne, corpore: quæ vox alibi haud semel usurpata. De his rubis, morisque, dicetur XXIV. 73. Describit ea eleganter Phanias apud Athen. l. II. p. 51.

k *Fragis*] *Des fraizes.* Ad unedonis sive arbuti affinitatem cum fragis allusisse Naso videtur, cum ea copulat, Met. I. 104. 'Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.'

l *Unedoni*] *L'Arbousier.* Pingitur a Dalec. Hist. Plant. II. 36. p. 195.

m *Simile frutici*] Vide Notas et Emend. num. 14.

n *Terræque*] Humique, ceu fraga, fusum nascitur.

o *Fructus anno*] Sic Theophr. Hist. III. 16.

p *Et prior coquitur*] Hoc est, simul

stat. Pomum inhonorum, ut cui nomen [q] ex argumento fit,[2] unum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron [r] et memecylon: quo apparet totidem esse genera. Et apud nos alio nomine arbutus vocatur.[3] Juba auctor est, quinquagenum cubitorum altitudine in Arabia esse eas.

XXIX. Acinorum quoque magna est differentia. Primum inter uvas ipsas callo, teneritate, crassitudine, interiore ligno, aliis parvo, et aliis etiam gemino, qui minime feraces musti. Plurimum vero differunt hederæ sambucique acini: et figura etiam Punici,[a] angulosi quippe soli. Nec cutis [b] ulla singulis, præter communem, quæ est candida. Totisque [1 c] succus et caro est, iis præcipue, quibus parvulum inest ligni.

Magna et baccis differentia. Aliæ namque sunt olivis, lauris: et alio modo loto, cornis: alio myrtis, lentisco.



eruditi tanta mole hunc locum invadant. Arbutus inter arbores habetur, quæ una fructum fert persimilem iis quæ nascuntur in plantis ac herbis. Si quid mutandum, legam, *fructui terreo ;* vel, *terreno.*' Nic. Heins. Adv. II. 6. p. 147. Vet. Dalec. *et prius colligitur ;* Gronov. et al. ante Harduin. *et prius cogitur.*—2 'Ita codd. Regg. Ambrosian. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' *Brotier. ex argumento sit* edd. ante Brotier.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *totidem esse genera et apud nos. Alio nomine, &c.* Gronov. et edd. ante Harduin.

CAP. XXIX. 1 *Totusque* cod. Dalec. et Vet. ejusdem, sub. 'acinus.' Mox,

NOTÆ

et floret fructus subnascens, et prior maturescit. Theophr. loc. cit. Ὁ δὲ καρπὸς ἐνιαυτῷ πεπαίνεται· ὥσθ' ἅμα συμβαίνει τοῦτόν τ' ἔχειν, καὶ τὸν ἕτερον ἀνθεῖν.

[q] *Ut cui nomen*] Unedonis inditum ei pomo nomen affirmat, quod cum unum esitaveris, edere præ fastidio plura nolis: et idcirco minime sit in honore mensarum.

[r] *Comaron*] Scriptores alii a Plinio dissident. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 193. arborem κόμαρον, fructum μημέκυλον vocat. Theophrastus quoque μιμαίκυλον fructum appellat. Hesychius, Μιμάκυλον, ὁ καρπὸς τοῦ κομάρου. Tamen Glossaria et pro ipso pomo κόμαρον accipiunt.

[a] *Punici*] Punicorum malorum acini, sive grana, ea re a ceteris distant, quod soli omnium plurimos habent angulos.

[b] *Nec cutis*] Sic tenuem vocat, qua vestiuntur grana, membranam.

[c] *Totisque*] Succo, inquit, et carne acini toti constant: in iis præcipue quæ lignum, hoc est, nucleum, aut nullum omnino, aut exiguum, aut tenerum habent: ut sunt hederæ, et uvarum acini.

Aquifolio enim ac spinæ sine succo: medioque etiamnum genere inter baccas acinosque cerasis: pomum his primo candidum, et fere[2] omnibus baccis. Mox aliis virescit, ut olivis,[3] lauris: rubet vero moris, cerasis, cornis. Deinde nigrescit moris, cerasis, olivis.

XXX. (XXV.) Cerasi ante[d] victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia, ad Urbis annum[1] DCLXXX.[e] Is primum vexit e ponto: annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam usque pervenere. Eadem, ut diximus,[2] [f] in Ægypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum[g] Aproniana maxime rubent:[h] nigerrima[i] sunt Lutatia: Cæciliana vero et rotunda.[3] [j] Junianis[4] [k] gratus sapor, sed pæne tantum sub arbore sua, adeo teneris, ut gestatum non tolerent.

Dalec. *parvulum inest lignum.*—2 Dalec. *ut fere.*—3 Chiffl. *ut oliva.*

CAP. XXX. 1 *At urbis anno* cod. Dalec. 'Bene codd. Regg. 1. 2. *in Italia ad U. annum.*' Brotier. Editiones ante Brotier. *in Italia. Ad, &c.*—2 'Verba, *ut diximus,* redundare mihi videntur. Frustra eruditus Harduinus indicat lib. XIII. cap. 21.' *Brotier.*—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *sunt Actia, ut et Cæciliana, rotunda* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. Hist. III. 21. *sunt, ut Actia: C. v. et rotunda* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini et recentt. *Vinianus* Chiffl. *Julianis* Gronov. et al.—

NOTÆ

[d] *Cerasi ante*] Sic Athen. lib. II. p. 51. Tertull. in Apolog. c. 11. p. 12. 'Ceterum si propterea Liber Deus, quod vitem demonstravit, male cum Lucullo actum est, qui primus cerasa ex Ponto Italiæ promulgavit, quod non est propterea consecratus, ut novæ frugis auctor, quia inventor et ostensor.'

[e] *Annum DCLXXX.*] Quo anno Mithridaticum bellum suscepit Lucullus, Mithridatemque anno post tertio fugere in Armeniam et ad Tigranem compulit. Vide Velleium II. 33.

[f] *Eadem, ut diximus*] *Eadem* vero, quasi *cerasa* ante, non *cerasi* dixisset. *Cerasi* tamen in omnibus Mss. legitur. Quem nunc locum signat, is est XIII. 21. ubi in Ægypto, seu Delta, saltem ubi Sebennyticus nomus est, nihil nasci omnino ait, præter papyrum.

[g] *Cerasorum*] Insignis in Gallia horum differentia est, quæ quotidie insitione et cultura augetur. De his Ruellium vide de Natura Stirp. lib. I. p. 138.

[h] *Maxime rubent*] Et idcirco ceteris ea anteponit Diphilus Medicus apud Athen. lib. II. p. 5. E ceraso ea sunt racemosa rubra: pendentque ex uno pediculo plura. *Cerisier à trochets.*

[i] *Nigerrima*] E sylvestri ac majore ceraso: quæ nigro succo manus et ora inficiunt Lutatia, ceteraque, ab auctoribus nomen habent. Prius, *ut Actia,* male.

[j] *Et rotunda*] Quæ proprie cerasa vocamus, *Cerises.*

[k] *Junianis*] Cerasa sunt carne tenera et aquosa: *Guignes.*

Principatus duracinis,[l] quæ Pliniana Campania appellat: in Belgica vero Lusitanis.[m] In ripis etiam Rheni, tertius[5] iis colos e nigro ac rubenti viridique, similis maturescentibus semper. Minus quinquennium est,[6] quod prodiere, quæ vocant laurea,[n] non ingratæ amaritudinis, insitæ in lauro. Sunt et Macedonica parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis: et minore etiamnum frutice, chamæcerasi.[o] Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam[p] refert. Septemtrione[q] frigidisque gaudet: siccatur etiam Sole, conditurque, ut oliva, cadis.

XXXI. (XXVI.) Quæ cura[r] et cornis,[s] atque etiam lentisco adhibetur, ne quid non hominis ventri natum esse videatur. Miscentur sapores, et alio alius placere cogitur. Miscentur vero et terræ cœlique tractus. In alio cibi genere India advocatur, in alio Ægyptus, Creta, Cyrene, singulæque terræ. Nec cessat in veneficiis[t] vita, dummodo omnia devoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

XXXII. (XXVII.) Interim, quæ sunt communia et pomis omnibusque succis, saporum genera XIII. reperiuntur: dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Præter hæc, tria sunt genera mi-



5 *Rheni rubent. Tertius* cod. Dalec. *Rheni terni. Tertius* Chiffl.—6 *Minus quinquennio est* cod. Dalec.

NOTÆ

[l] *Duracinis*] Quæ callo præstant, seu pulpa duriore: *Bigarots.*

[m] *Lusitanis*] Nunc Hispanica herbarii vocant, et ea sunt majora sativis vulgaribus: *Griottes.*

[n] *Vocant laurea*] *Amarasia* dici vulgo, quod amarorem non injucundum resipiant, Ruellius est auctor, loc. cit.

[o] *Chamæcerasi*] Cerasi pumilæ, *Cerisiers nains.* Odoratum harum fructum esse instar moschi, *εὐώδη λίαν ὥσπερ μόσχος*, ait Diosc. I. 154.

[p] *Gratiam annuam*] Laborem coloni annuo proventu compensat.

[q] *Septemtrione*] Ita Palladius lib. XI. in Octob. tit. 12. p. 152.

[r] *Quæ cura*] Adhibetur, inquit, eadem cura cornis, atque lentisco: ut nempe Sole siccentur, et condantur cadis.

[s] *Et cornis*] Arbos ἡ κρανεία, *cornus, un cornouiller:* pomum vero cornum dicitur, *une cornoille.* Lentiscus nomen etiam in Gallica lingua tenet: *Lentisque.*

[t] *In veneficiis*] Nec venenis quoque parcunt, aut abstinent homines, cujusmodi venena fungi sunt, boleti, tubera, aliaque, de quibus inferius.

rabili maxime natura. Unum, in quo plures pariter sentiuntur sapores, ut vinis. Namque in his et austerus, et acutus, et dulcis, et suavis: omnes alieni.[a] Alterum est genus, in quo sit et alienus quidem, sed et suus quidam ac peculiaris, ut in lacte. Siquidem inest ei, quod tamen jure dici dulce, et pingue, et suave non posset, obtinente[b] lenitate,[1] quæ ipsa succedit in saporis vicem. Nullus hic[c] aquis, ne succus quidem, ut tamen eo ipso fiat aliquis, ac suum genus faciat. Sentiri quidem aquæ saporem illum succumve, vitium est. Magnum his omnibus in odore momentum, et magna cognatio, qui ipse[2] nullus est aquis: aut si sentitur, omnino vitium est. Mirum, tria naturæ præcipua elementa sine sapore esse,[3] sine odore, sine succo: aquas, aëra, ignes.[d]

XXXIII. (XXVIII.) Ergo succorum[e] vinosi[1] piro, moro, myrto: minime (quod miremur)[f] uvis. At pingues[g] olivæ lauro, nuci juglandi, amygdalis: dulces[2] uvis,[h] ficis, pal-

Cap. XXXII. 1 Cod. Dalec. *quod jure dicitur dulce et pingue et suave obtinente tamen lenitate.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *qui et ipse* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Verbum *esse* non habetur in cod. Dalec. Mox, idem codex habet, *aqua, aër, ignis.*

Cap. XXXIII. 1 Ita ex codd. emendavit Harduinus, eumque secuti sunt recentt. *vinosus* Gronov. et al. Mox *non* pro *minime* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *At pinguis . . . . . dulcis* Gronov. et vulgg.—

NOTÆ

a *Omnes alieni*] Trahit ad se vinum omnes alienos odores ex rebus vicinis, ut dictum est XIV. 27.

b *Obtinente*] Vincente.

c *Nullus hic*] Nullus sapor. De hoc argumento uberius multo dicetur XXXI. 22. Tertium illud est, quod ante proposuit genus: eorum nempe, quæ per se nullum saporem, aut succum habent: etsi peculiare quoddam aquosi succi in ceteris sæpe deprehendimus, ut in prunis, ex humore sane, ut apparet, aqueo ipso natum.

d *Aquas, aëra, ignes*] Mss. omnes, *aqua, aër, ignis.*

e *Ergo succorum*] Accepta hæc a Theophr. Hist. I. 19. Τῶν δὲ χυλῶν, οἱ μέν εἰσιν οἰνώδεις· ὥσπερ ἀμπέλου, συκαμίνου, μύρτου.

f *Quod miremur*] Cum ex iis vinum ipsum exprimatur. Habent tamen vinoso succum affinem uvæ, ut Theophrastus vidit, loc. cit.

g *At pingues*] Ἐλαιώδεις, *oleosi*, Theophr. loc. cit. Λιπαροὶ, *pingues*, auctori operis De Plantis lib. I. c. 5. Τῶν χυλῶν οἱ μέν εἰσι λιπαροὶ, ὡς οἱ τῆς ἐλαίας, τῆς πεύκης, καὶ τῆς καρύας.

h *Dulces uvis*] Rectius quam μελιτώδεις, *mellei*, ut Theophr. dixit.

mis: aquosus prunis. Magna differentia et in colore succi. Sanguineus [i] moris, cerasis, cornis, uvis nigris. Idem albis candidus. Lacteus [3] in capite ficis, in corpore non item: spumeus malis: nullus Persicis, cum præsertim duracina succo abundent: sed quis ejus ullum dixerit colorem? Sua et in odore miracula. Malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus: nam et vinum tale sine odore: tenue odoratius: multoque celerius talia ad usum [4] [j] veniunt, quam pinguia. Quæ odorata, non eadem in gustu tenera: quia non sunt pariter [k] odor et sapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, sapor asperrimus: quadamtenus [5] et cotoneis: nullusque odor ficis.

XXXIV. Et hactenus sint species ac genera pomorum, naturas arctius colligi par est. Alia siliquis [l] gignuntur, ipsis dulcibus, semenque complexis amarum: cum in pluribus semina placeant, in siliqua [1] damnentur. Alia baccis, quarum intus lignum, et extra caro, ut olivis, cerasis. Aliquorum intus baccæ, foris lignum, ut his quæ [2] in Ægypto diximus [m] gigni. Quæ baccis natura, eadem et pomis. Aliorum intus corpus, et foris lignum, ut nucum. Aliis foris corpus, intus lignum, ut Persicis et prunis: vitiumque [n] cinctum fructu, cum fructus alibi muniatur vitio. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. Detrahitur hoc

3 *Lactens* cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *ad nasum* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Cod. Dalec. *asperrimus quidam, tenuis.*

CAP. XXXIV. 1 Dalec. *et siliquæ.*—2 'Vet. *Aliquorum intus lignum, foris bucca, ut Persicis, quæ;* Ms. *Alia baccis, quarum intus lignum, &c.* Alii nihil

NOTÆ

[i] *Sanguineus*] Unde αἱμόῤῥοα μόρα Athenæus vocat lib. II. p. 51.

[j] *Talia ad usum*] Tenuia vina scilicet, in usu frequentiora, quam pinguia.

[k] *Non sunt pariter*] Non sunt pari modo: odor et sapor in eodem fructu non eundem modum habent.

[l] *Alia siliquis*] Λοβοῖς, des gousses. Hæc Plinius multo explanatius, quam Theophrastus, qui in eodem habitat argumento Hist. Plant. I. 18.

[m] *In Ægypto diximus*] Lib. XIII. c. 17. Baccam vocat edulem Persici Ægyptii nucleum.

[n] *Vitiumque*] Id quod projici necesse est, quod mandi non potest.

iis: at in mespilis manditur. Crusta teguntur glandes: cute uvæ, corio et membrana Punica. Carne et succo mora constant, cute et succo cerasi. Quædam statim a ligno recedunt, ut nuces, et palmæ. Quædam adhærent, ut olivæ, laurique. Quorundam generi utraque est natura, ut Persicis. Etenim duracinis [o] adhæret corpus, e lignoque avelli nequit: [3] cum in ceteris facile separetur. Quibusdam nec intus, nec extra lignum, ut in palmarum genere.[p] Aliquorum lignum ipsum in usu [4] et pomi vice, ut generi amygdalæ, quam in Ægypto gigni diximus.[q] Quorundam extra gemina geminantur vitia,[r] ut in castaneis, amygdalis, nucibusque juglandibus. Quorundam natura trigemina est: corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, ut Persicis. Quædam inter se densa, ut uvæ, sorba: quæ ramos circumdata ex omni parte uvarum modo degravant. Alia rara, ut in Persicis. Quædam alvo continentur, ut granata. Dependent alia pediculis, ut pira. Alia racemis, ut uvæ, palmæ. Alia et pediculis et racemis, ut hederæ, sambuci. Alia ramo adhærent, ut in lauro. Quædam utroque modo, ut olivæ. Nam et breves pediculi et longi. Quædam vasculis [s] constant, ut Punica et mespila, lotosque in Ægypto et Euphrate.

Jam vero diversa gratia et commendatio. Carne palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ, et caryotæ: callo pira ac mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei



mutant, Ægyptiam myrobalanum intelligentes.' *Dalec.*—3 Chiffl. *avelli non quit.*—4 Idem codex, *in usum.*—5 *Quædam in Ægypto cute caricæ* Vet. Dalec.

NOTÆ

[o] *Etenim duracinis*] *Les presses*, de quibus dictum est c. 11.

[p] *In palmarum genere*] Quas spadones idcirco nuncupavit, XIII. c. 8.

[q] *Gigni diximus*] Lib. XIII. c. 17.

[r] *Geminantur vitia*] Crustæ, seu cortices, quæ detrahi oportet ac projici, in quibusdam geminæ sunt: quibus nucleus seu bacca obvolvitur.

[s] *Quædam vasculis*] Vasculum hoc loco Plinius vocat, quod in summo fructu cavum, et quasi umbilicatum est. Flosculum nominat Columella XII. 45. 'Deinde,' inquit, 'poma sic componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent.'

grano. Quædam in Ægypto cute, ut caricæ.[5] Detrahitur hæc ficis virentibus, ut putamen: eadem in siccis[6] maxime placet. In papyris et ferulis, spinaque alba, caulis ipse pomum est.[7] [t] Sunt et ficulni caules.[8] In fruticoso genere, cum caule capparis: in siliquis[u] vero quod manditur, quid nisi lignum est? non omittenda seminis earum proprietate: nam neque corpus, nec lignum, nec cartilago dici potest, neque aliud nomen inveniet.[9]

XXXV. (XXIX.) Succorum natura præcipuam admirationem in myrto habet, quando ex una omnium olei vinique bina genera[v] fiunt. Item myrtidanum, ut diximus. Et alius usus baccæ[w] fuit apud antiquos, antequam piper[x] reperiretur, illius obtinens vicem: quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum[1] vocatur.[y] Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus[z] additis myrtis.



—6 Chiffl. *eisdemque in siccis.*—7 'Chiffl. *spinaque alba, caulis ipse ceu pomum estur.* Sic infra XXV. 13. 14. Al. *spinaque Cacto, caulis, &c.* e Theophr. VI. 4.' *Dalec.*—8 'Vet. *eduntur et ficulnei caules.* Lego, *Sunt et in usu medicinæ ficulnei caules;* ut infra XXVI. 4.' *Idem.*—9 Ita codd. Harduini Dalec. *inveniat* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. XXXV. 1 Alii ap. Dalec. *murtatum.*

NOTÆ

[t] *Pomum est*] Hoc est, pomi instar manditur, ut dictum est XIII. 22. Sic et teneri ficuum caules.

[u] *In siliquis*] Κερατίοις, de quibus c. 26. diximus.

[v] *Bina genera*] De utroque vini genere, quod e myrto sativa fit, tertioque, quod e sylvestris myrti baccis myrtidanum appellarunt, diximus XIV. 19. De oleo utroque c. 7. libri hujus. Sed illud iterum in memoriam revocandum, quod ante monuimus: aliam esse apud scriptores Græcos, quos quidem nunc terimus, acceptionem hujus vocis Μυρτίδανον, de qua vide Glossas, et Galenum tom. II. in Explic. Vocum Hippocr. p. 92. et 97. ex Dioscoride Anazarbeo, et altero cognomine Lexicographo juniore: ipsumque Hippocr. de Morbis Mulier. II. 84. p. 608.

[w] *Usus baccæ*] Pomi seu fructus myrtei

[x] *Antequam piper*] Abhorruisse veteres a pipere in obsoniis adhibendo auctor est Plutarch. Symp. IX. 9. p. 733. Dryophoni, seu myrti nemoralis, baccæ hodieque piperis loco condiunt rusticorum cibos, ut dicemus XXVII. 49.

[y] *Myrtatum vocatur*] Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 28. 'Myrtatum,' inquit, 'a myrto,' (vel, ut alii legunt, eadem plane sententia, 'Murtatum a murta,') quod eo large fartum intestinum crassum.'

XXXVI. Arbor ipsa [a] in Europæ citeriore [1] cœlo, quod a Cerauniis montibus incipit, primum Circeiis in Elpenoris [b] tumulo visa traditur: Græcumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet. Fuit ubi nunc Roma est, jam tum cum conderetur: quippe ita traditur, myrtea verbena [c] Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines [d] dimi-



CAP. XXXVI. 1 Chiffl. *tetritiore.* Mox, *solo* pro *cœlo*, Dalec.—2 Lil. Gy-

NOTÆ

[z] *Ad intinctus*] Hic intinctus ἔμβαμμα est, quod vel ex aceto, oleove, aut alio liquore, vel liquamine fit, quo panem carnemve intingimus, ad saporis gratiam: Galli dicunt, *la sausse.*

[a] *Arbor ipsa*] *Le mirte.* Ceraunios montes dici hoc loco palam est, pro Acroceranniis, de quibus statim initio egimus, lib. III.

[b] *In Elpenoris*] Unius ex Ulyssis sociis, quos in porcorum faciem a Circe mutatos finxit Homerus. De Circeiis III. 9. Accepta hæc a Theophr. Hist. v. 9.

[c] *Myrtea verbena*] 'Verbena proprie,' (inquit Servius ad illud Æneid. XII. 'Verbena tempora vincti,') 'est herba sacra, ros marinus, ut multi volunt, id est, λιβανωτὶς, sumta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur Feciales, et Pater patratus, fœdera facturi, vel bella indicturi. Abusive tamen verbenas jam vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, vel myrtus. Terentius, 'Ex ara sume hinc verbenas:' nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit.' Unde intelligis frustra esse eos, qui *myrto et verbena* hic malunt, invitis omnibus libris.

[d] *Raptas virgines*] Vide Livium, lib. I.—'Est in Cimelio Serenissimi Ducis Parmensis nummus Neronis inscriptus: NERO. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. caput laureatum .)(. SABINAE. 'Raptus Sabinarum pulcherrimus, apud Albertum Principem,' inquit Occo p. 134. 'Figuræ pulcherrimæ, in quarum medio tres obelisci.' Depictus etiam hic nummus est ab Oyselio, Tab. XCVII. n. 9. sed prius ab Erizzo, p. 109. ubi negat hunc nummum Romæ cusum fuisse; et recte negat. Cusus est Arelate. Et literis illis septem hæc subest sententia: 'Scenicis Arelate Basilicam Imperator Nero Augustus Exstruxit.' Nam alioquin quid ad Neronem pertinent raptæ quondam Sabinæ virgines? Scenicas mulieres a militibus coactas esse, non in civitate vagari per diversas ædes, sed intra unam se basilicam, a Nerone eo fine ædificatam, continere, pictura cum titulo eo declarat. Est et alius in Gaza Medicea nummus ex ære maximo: D. N. CONSTANTIVS. P. F. AVG. nempe qui Flavii Julii Constantis frater. Caput cinctum gemmis .)(. Infra SABINAE, ut in nummo Neronis: et raptum Sabinarum similiter pingi hic aiunt, cum obelisco uno tantum. Sed quid, amabo, ad Principem Christianum raptus pertinet Sabinarum? Nihil cum imagine talis ac tanti Principis jungi posset ineptius. Contraria sub his literis subest

micare voluissent, depositis armis purgatos [2] in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ [e] habet. Cluere enim [f] antiqui purgare dicebant. Et in ea quoque arbore suffimenti [g] genus habetur. Ideo tum electa, quoniam conjunctioni,[h] et huic arbori Venus præest. Haud scio, an prima omnium [3] [i] in locis publicis Romæ sata,[4] fatidico quidem et memorabili augurio. Inter antiquissima namque delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli: in eo sacræ fuere myrti duæ ante ædem ipsam per longum tempus, altera patricia appellata, altera plebeia. Patricia multis annis prævaluit, exuberans [5] ac læta, quamdiu senatus quoque floruit, illa ingens: [j] plebeia retorrida [6] ac squalida. Quæ posteaquam evaluit, flavescente [k] patricia,[7] Marsico [l] bello,



rald. *armis pacificatos;* et mox *pugnare* pro *purgare.*—3 Cod. Dalec. *an primæva omnium;* Gronov. et al. ante Harduin. *an prima etiam omnium.*—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sata sit* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *prævaluit flaccescente plebeia, exuberans* Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. *torrida.*—7 Ita

NOTÆ

sententia, quam in priore numismate; hæc nimirum, 'Scenicas Arelate Bono Imperii Natus Augustus Ejecit:' id quod pictura quoque loquitur. Ita literis iisdem geminum facinus, alterum Nerone, alterum Christiano Principe dignum exprimitur.' *Ed. sec.*

[e] *Cluacinæ*] Vel, ut in nummis legitur Mussidiæ gentis apud Patin. p. 182. Cloacin.—'Sed cave huc referas. Sententia enim est primis singularum vocum literis expressa, quæ nihil huc attinet. 'Cymbam Lubentes Obtulerunt Augusto Cæsari Imperatori Narbonenses.' In altera nummi parte caput est Solis juvenis radiatum, symbolum Orientis ab Augusto pacati sine inscriptione.' *Ed. sec.*—Lactantius I. 20. a cloaca maxima, ubi id simulacrum repertum est, appellatum putat. Plinio Cluacina Venus quasi purgatrix dicta, et expiatrix.—'Cluacinæ sacrum Romæ fuisse Plautus commemorat Curcul. IV. 1. 10.' *Ed. sec.*—De purgationibus veterum, suffitibusque, XXV. 59.

[f] *Cluere enim*] Quasi contractum ex verbo 'colluere.' Sed et alios præterea significatus habet: de quibus Lexica consulenda.

[g] *Suffimenti*] In suffitus ipsa quoque assumitur.

[h] *Conjunctioni*] Fœderi, et conjugiis. Supra XII. 2. 'Veneri dicata myrtus.' Et Nasoni Fast. IV. 15. 'Cytherea myrtus.'

[i] *An prima* [*etiam*] *omnium*] Mss. omnes, *an primæva omnium.*

[j] *Illa ingens*] Sic Mss. Reg. &c. In editis, *vigens.*

[k] *Flavescente*] Sic Mss. non *flaccescente.* Sic XVI. 7. de fagi foliis, et aliarum glandiferarum, 'celerrime flavescentibus.' Et XIX. 47. de menta: 'Æstate viret, hyeme flavescit.'

languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murciam [8] [m] vocant.

XXXVII. Cato tria [a] genera myrti prodidit, nigram, candidam, conjugulam, fortassis [b] a conjugiis, et illo [1] Cluacinæ genere. Nunc et alia distinctio, sativæ, aut sylvestris: et in utraque latifoliæ.[c] In sylvestri,[d] propria oxymyrsine. Sativarum genera topiarii [e] faciunt: Tarentinam,[f]

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *flaccescente patricia* Gronov. et al. ante Harduin.—8 *Murtiam* Franz. *Myrciam* Chiffl.

Cap. XXXVII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex illo* Gronov.—2 Ita codd. Harduini, Turneb. et Pintian. cum edd. Harduin. et recentt. *exoticam*

NOTÆ

Et ejusdem libri c. 47. de morbis hortensium, 'Omnia accessu mulieris menstrualis flavescunt.' Supraque XIII. 16. 'Et ideo superficie flavescens,' &c.

[l] *Marsico*] Sive sociali, de quo diximus II. 85.

[m] *Murciam*] In Mss. *Murciam*, et *Murtiam* legas. Plutarch. in Quæst. Rom. p. 268. Καὶ γὰρ ἣν νῦν Μουρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσιν, μυρτίον τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. Varro de Ling. Lat. lib. IV. 'Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos. Alii esse dicunt a Murteto declinatum, quod ibi id fuerit: cujus vestigium manet, quod ibi sacellum etiamnunc Murtiæ Veneris.' Fuit ædes Murciæ, teste P. Victore, in undecima regione Urbis: Romuli, in octava.

[a] *Cato tria*] De Re Rust. c. 8. pag. 14. 'Sub urbe hortum omne genus .... myrtum conjugulum, et album, et nigrum,' &c. Idem repetit cap. 133. pag. 69. 'Myrtum conjugulum, et myrtum album, et nigrum,' &c.

[b] *Fortassis*] Haud sane videtur generis id nomen esse, sed consilii institutique hominum, nempe a conjugiis quibus Venus præest, et expiationibus, purgationibusve, quibus olim myrtus adhibita in eo loco, qui deinde factus ex ea re Veneri Cluacinæ sacer. Sunt tamen qui conjugulam dictam malint, quod opere topiario cum pergulis parietibusque hortorum eleganti spectaculo apte conjugatur.

[c] *Et in utraque latifoliæ*] In utroque, inquit, genere latifolia myrtus est, in sylvestri scilicet, et sativo. Sic quadruplex jam myrti genus: sativum angustifolium, latifoliumque: sylvestre item geminum.

[d] *In sylvestri*] In sylvestri genere, peculiaris differentia ac ratio est oxymyrsines, inquit. Nos de ea dicemus XXIII. 83.

[e] *Topiarii*] Qui topiaria faciunt: sicut coronarii, qui coronas. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 602. LVCRIO. AVG. TOPIARIO. EX. HORTIS. 'Lucrio Augusti Topiario, ex hortis.'

[f] *Tarentinam*] Quæ myrtus minor vulgaris. A Clusio pingitur, Hist. lib. I. pag. 67

folio minuto: nostratem,[g] patulo: hexasticham[2] [h] densissimo, senis foliorum versibus. Hæc non est in usu: ramosa utraque alia. Conjugulam[3] existimo[i] nunc nostratem dici. Myrtus odoratissima in Ægypto.[4] [j] Cato docuit[k] vinum fieri e nigra, siccata usque in ariditatem in umbra, atque ita musto[l] indita.[5] Si non siccentur baccæ, oleum gigni. Postea compertum,[m] et ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusæ, in vini tribus heminis[n] maceratæ, expressæque. Folia et per se siccantur in farinam, ad ulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere, ac refrigerandis sudoribus. Quinimmo oleo quoque (mirum dictu) inest quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigenda vina, saccis ante[o] perfusis. Retinet quippe fæcem, nec præter purum liquorem transire patitur, datque se comitem præcipua commendatione liquato.[p] Virgæ quoque ejus gestatæ modo[6] [q]

Gronov. et vulgg.—3 *Conjugalem* Chiffl.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *odoratissima est in Ægypto* edd. vett.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atque ita mulso indita* Gronov. et al.—6 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. In recentioribus editionibus frustra emendatum, *gestatæ manu.*' Brotier. *gestatæ modo* habet etiam Chiffl.

NOTÆ

[g] *Nostratem*] Hæc myrtus Romana, cujus iconem Matthiolus exhibet in Diosc. lib. I. pag. 228.

[h] *Hexasticham*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. et ii quos Turnebus et Pintianus videre: non *exoticam.* A senis, ut statim subditur, foliorum ordinibus, id ei nomen: ut et hordeo hexasticho, apud Colum. II. 9. Omnino est myrtus latifolia Bætica, quam et exoticam Clusius vocat Hist. Plant. I. 43. p. 65. nos in horto Regio vidimus. Vulgaris in hortis est obvia, quæ tetrasticha est: eadem Tarentina superius nominata.

[i] *Conjugulam existimo*] Et nos assentimur.

[j] *In Ægypto*] Ubi ceteri flores sine odore. Causam hujus rei Theophrastus aperit de Causis Plant. VI. 27. p. 385.

[k] *Cato docuit*] De Re Rust. cap. 125. pag. 66.

[l] *Atque ita musto*] Vide Notas et Emend. num. 15.

[m] *Postea compertum*] Hæc fuse tractata a Columella de Re Rust. XII. 38.

[n] *Tribus heminis*] Hemina quid sit dicemus XXI. 109. De sextario diximus XIV. 6.

[o] *Saccis ante*] Myrteo oleo ante perfusis. Quid saccus sit, et quis sacci usus, diximus XIV. 28.

[p] *Liquato*] Vino percolato.

[q] *Gestatæ modo* [*manu*] Mss. omnes, *gestatæ modo.*

viatori prosunt in longo itinere pediti. Quin et virgei annuli [r] expertes ferri inguinum tumori medentur.

XXXVIII. Bellicis quoque se rebus inseruit: triumphansque de Sabinis Postumius Tubertus, in consulatu,[a] (qui primus omnium ovans [b] ingressus Urbem est,) quoniam rem [c] leviter sine cruore gesserat, myrto Veneris Victricis coronatus incessit, optabilemque arborem etiam hostibus [d] fecit. Hæc postea ovantium [e] fuit corona, excepto M. Crasso,[f] qui de fugitivis et Spartaco laurea coronatus incessit. Masurius [1] auctor est, curru quoque triumphantes



CAP. XXXVIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Massurius* Gronov. et

NOTÆ

[r] *Virgei annuli*] Virgæ, seu ramuli, in annuli modum circum inguina ligati. Vide Notas et Emend. num. 16.

[a] *In consulatu*] Non illo priore, quem cum M. Valerio Publicolæ fratre gessit: sed altero, in quo post biennium a priore collegam habuit Agrippam Menenium Lanatum, anno Urbis CCLI. Vide Livium lib. II. pag. 27. et Dionys. Halic. Antiq. lib. IV. pag. 314.—'Unico fuisse functum Consulatu Postumium, videtur hic Plinius affirmare: tametsi aliter Livius lib. II. p. 27. et Dion. Halic. A. R. lib. IV. p. 314.' *Ed. sec.*

[b] *Ovans*] Ovatio, minor triumphus. Qua re distet a triumpho, mox dicemus e Gellio.

[c] *Quoniam rem*] Aliam causam affert Dionysius, loc. cit. quod cladem ante probrosam acceperat: etsi in hac expeditione adversus Sabinos, præclaram navarit operam, cum Agrippa collega, cui decretus a Senatu eam ob rem triumphus.

[d] *Optabilemque .... hostibus*] Sic enim agi de se triumphum potius, quam alio quovis modo, hostis quilibet velit.

[e] *Hæc postea ovantium*] Gellius v. 6. pag. 327. 'Ovalis corona myrtea est: ea utebantur Imperatores, qui ovantes introibant urbem. Ovandi autem, ac non triumphandi, causa est, cum aut bella non rite indicta, neque cum justo hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile et non idoneum est, ut servorum piratarumque, aut, deditione repente facta, impulverea, ut dici solet, incruentaque victoria obvenit: cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt: quod non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret.' Et olea tamen etiam coronatos esse ovantes Plinius noster admonet libri hujus cap. 5. Myrto et milites redimitos, scripsit Claudius Saturninus de Coronis, apud Tertull. de Corona cap. 12.

[f] *M. Crasso*] Gellius, loc. cit. 'Myrteam coronam M. Crassus, cum bello fugitivorum confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est: Senatusque consultum faciendum per gratiam curavit, ut lauro, non myrto, coronaretur.'

myrtea corona usos. L. Piso tradit, Papirium Masonem,[2] [g] qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis, myrto coronatum ludos Circenses spectare solitum. Avus maternus Africani sequentis [h] hic fuit. Marcus Valerius [i] duabus coronis utebatur, laurea, et myrtea, qui et hoc voverat.

XXXIX. (XXX.) Laurus [j] triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum [k] pontificumque: sola et domos exornat,[1] et ante limina excubat. Duo ejus genera [l] tradit Cato:[2] Delphicam et Cypriam. Pompeius Lenæus adjecit quam mustacem appellavit, quoniam mustaceis [m] subjiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccido-



al. ante Harduinum.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque Val. Max. III. 6. 5. ubi codd. Leidd. 2. 7. habent *Marcus Papirius Masso.* Vet. Dalec. *Papyrium Nasonem;* Gronov. et al. ante Harduin. *Papyrium Massonem.*

Cap. XXXIX. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *quæ sola et domos exornat* Gronov. et vulgg. non vero, *quæ solæ domos, &c.* ut citatur a Franzio.—2 Chiffl. *tradidit Cato.*—3 *Hac acutiores* Chiffl.—4 Cod. Da-

NOTÆ

[g] *Masonem*] Recitat hæc totidem verbis Valerius Max. III. 5. pag. 173. Unde vero Festus Paulusve id hauserit quod refert, *Myrtea corona Papirius usus est, quod Sardos in campis myrteis superasset,* quive illi campi sint myrtei, non liquet. Consul Maso fuit anno DXXIII.

[h] *Africani sequentis*] Hoc est, Africani minoris, ejus qui Carthaginem Numantiamque delevit.

[i] *M. Valerius*] Publicolæ frater, ejus qui post exactos reges primum Consul fuit.

[j] *Laurus*] Lauri fere dotes universas, quas oratione prosa Plinius expressit, carmine haud invenusto reddidit Joan. Passeratius, Kalendis Januar. anni MDXCIV. Et Græcos solitos esse pro foribus laurum statuere, auctor est Hesychius, in voce *Κώμυνθα.* Κώμυνθα, δάφνην, ἣν ἱστῶσι πρὸ τῶν πυλῶν.

[k] *Janitrix Cæsarum*] Ovid. Met. I. 562. 'Postibus Augustis laurus fidissima custos: Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.' Et Trist. III. 1. 39. de Augusti Palatio: 'Cur tandem apposita velatur janua lauro, Cingit et Augustas arbor opaca fores? Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos?' &c. Hinc illud Tertulliani in Apologet. 'Qui sunt qui Imperatores inter duas lauros obsident?'

[l] *Duo ejus genera*] Cato cap. 133. pag. 69. Idem tamen cap. 8. pag. 14. tertium genus addit, sylvaticum.

[m] *Quoniam mustaceis*] Mustacea sunt levia cibaria, iis præberi solita, qui stomachi imbecillioris forent. De his Cato cap. 121. pag. 65. 'Musta-

que et albicante: Delphicam æquali colore, viridiorem, maximis baccis atque e viridi rubentibus. Hac victores[3] Delphis coronari, et triumphantes Romæ. Cypriam esse folio brevi, nigro, per margines imbricato, crispam. Postea[4] accessere genera. Tinus:[n] hanc sylvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt color:[o] est enim ei cœrulea bacca.[5] Accessit et regia,[p] quæ cœpit Augusta appellari, amplissima et arbore et folio, baccis gustatu quoque non asperis.[6] Aliqui negant eandem[q] esse, et suum genus regiæ faciunt, longioribus foliis latioribusque. Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc quæ vulgatissima[r] est, baccarumque fertilissima. Sterilem vero earum (quod maxime miror)[s] triumphalem, eaque dicunt triumphantes uti: nisi id a Divo Augusto cœpit,[7] ut docebimus,[t] ex ea lauru, quæ ei missa e cœlo est, minima altitudine,[8] folio crispo ac brevi, inventu rara. Accedit in topiario opere taxa,[u] excrescente in medio folio



lec. *crispam et postea.*—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *color: est enim cœrula bacca* Chiffl. *colore: est enim, &c.* Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. *aspero.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *cœperit* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *missa e cœlo, minima est altitudine* Gro-

NOTÆ

ceos sic facito: Farinæ siligineæ modium unum musto conspargito: Anisum, cuminum, adipis P. II. casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri folia subtus addito cum coques.' Liba universa, bellariaque lauri foliis veteres involvebant, teste Athen. lib. IV. pag. 140. In Notis quæ Tironi falso ascribuntur apud Gruter. pag. 176. 'Mustacium. Crustulum. Edubium,' pro 'Edulium.' Et paulo ante 'Placenta. Scerbilita,' pro 'Scriblita.'

[n] *Tinus*] *Laurier-tin.* Pingitur a Dalecampio Hist. Plant. II. 43. Vidimus in horto Regio.

[o] *Differt color*] Nempe a ceteris lauri generibus.

[p] *Et regia*] *Laurier Royal,* cujus iconem Lobelius exhibet in Advers. pag. 424.

[q] *Aliqui negant eandem*] Negant regiam eandem cum Augusta esse.

[r] *Quæ vulgatissima*] Laurus vulgaris baccifera, *Laurier.* Baccalis dicitur XVII. 11. Sed nimirum eadem est baccalis et baccalia: ut hortensia et hortensis.

[s] *Quod maxime miror*] Miratur triumphis eam esse destinatam, quæ sit sterilis.

[t] *Ut docebimus*] Cap. 40.

[u] *Taxa*] Sive Laurotaxa. A Dalecampio pingitur Hist. Plant. II. 44. pag. 205. Sed accuratius multo a

parvulo, veluti lacinia folii. Et sine ea [v] spadonia,[9] mira opacitatis patientia: [w] itaque quantalibet sub umbra solum implet.

Est et chamædaphne [x] sylvestris frutex. Est et Alexandrina,[y] quam aliqui Idæam, alii hypoglottion, alii Danaën,[10] [z] alii carpophyllon,[a] alii hypelaten vocant. Ramos spargit a radice dodrantales, coronarii [b] operis, folio acutiore [c] quam myrti, molliore et candidiore, et majore: [d] semine inter folia rubro.[11] Plurima in Ida, et circa Heracleam

nov. et al. vett.—9 Chiffl. *spadonina.*—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *daphnitin* Gronov. et edd. vett.—11 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *dodrantales, topiarii ac coronarii operis, folio acutiore quam myrti, molliore et candidiore, majore semine inter folia rubro* edd. vett. et Gronov. Ita quoque cod. Dalec. sed omissis vocibus, *topiarii*

NOTÆ

Clusio Hist. Plant. II. 64. pag. 278.

[v] *Et sine ea*] Sine ea lacinia, hoc est, sine eo folio parvo exeunte de foliis, spadonia est: quæ lacinia spadoniam laurum a taxa secernit, alioqui plane pares.

[w] *Mira.... patientia*] Cui nihil officit opacitas loci: quæ nihilo minus est in opaco, quam in aprico loco, exuberans ac læta, ac solum semper implens.

[x] *Chamædaphne*] Non lauri proprie sunt eæ, quæ deinceps appellantur: sed ob foliorum quandam cum lauro similitudinem id nomen ipsæ quoque sortiuntur. De hoc triplici genere, hoc est, de chamædaphne, Alexandrina daphne, et de ea quæ δαφνοειδὲς vocatur, Galenus egit de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 169. De chamædaphne dicemus XXIV. 81.

[y] *Alexandrina*] Ab Alexandria Troadis, in qua et Ida mons. Theophr. Histor. III. 17. et Diosc. IV. 147. Δάφνη Ἀλεξάνδρεια, οἱ δὲ Ἰδαίαν, οἱ δὲ Δανάην, οἱ δὲ ὑπόγλωττον, κ. τ. λ. Et in Nothis, pag. 473. οἱ δὲ δάφνος, οἱ δὲ ὑπογλώττιον, κ. τ. λ. nempe a similitudine quadam foliorum cum altera hypoglosso, de qua XXVII. 67. Hæc a Dalecampio recte delineatur Hist. II. 46. pag. 208.

[z] *Alii Danaën*] Sic Mss. Reg. 1. 2. Colb. &c. non *daphnitin.* Sic etiam Diosc. mox citatus, et Stephanus, ut dicemus statim.

[a] *Carpophyllon*] Quod folii dorso fructus insidet, vel dorsi, ut ita dicam, spinæ. Stephanus: Ἔστι δὲ Ἀλεξάνδρεια .... τινὲς δὲ Δανάην αὐτὴν καλοῦσι, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον. Diosc. loc. cit. καρπὸν δὲ ἐν μέσοις, *fructum* fert *in mediis* foliis: hoc est, in medio folii dorso. Eadem ὑπελάτη, a similitudine quadam cum abiete, quæ Græcis ἐλάτη.

[b] *Coronarii*] Coronis apta nectendis.

[c] *Folio acutiore*] Diosc. IV. 147. hæc totidem fere verbis, eadem certe sententia.

[d] *Et majore*] Vide Notas et Emend. num. 17.

Ponti, nec nisi in montuosis.[12] Id quoque, quod daphnoides[e] vocatur, genus, in nominum ambitu est. Alii enim Pelasgum,[f] alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, crassiore[13] ac molliore,[g] quam laurus, folio: cujus gustatu accenditur os atque guttur, baccis e nigro[h] rufis.[14] Notatum antiquis, nullum genus laurus[15] in Corsica fuisse: quod nunc satum et ibi provenit.

XL. Ipsa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuntia additur literis,[1] [i] et militum lanceis,[j] pilisque. Fasces imperatorum decorat. Ex his[2] in gremio Jovis[k] optimi maximique[3] deponitur, quoties lætitiam



ac.—12 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *nisi montosis* Gronov. et al. ante Harduinum.—13 Dalec. *graciliore.* 'Plinius pro *ἰσχνότερα* legit *ἰσχυρότερα.*' *Dalec.*—14 Vet. Dalec. *baccis nigris vel rufis.*—15 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *nullum genus lauri* edd. vett. et Gronov.

CAP. XL. 1 Vet. Dalec. *additur lituis.*—2 *Ex hac corona* Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. *Optimi Maximi* Gronov. et al. ante Harduin. Mox,

NOTÆ

[e] *Daphnoides*] Diosc. IV. 148. *Δαφνοειδὲς, οἱ δὲ εὐπέταλον.* De eo genere magna lis inter herbarios.

[f] *Pelasgum*] *Πέλασγον*, quod ea Græci coronarentur, cum ad Trojam essent. *Εὐπέταλον*, quod foliis sit eximiis. *Στέφανον Ἀλεξάνδρου*, quod, ut Stephanus scribit, ea in certaminibus coronaretur Alexander, qui Paris est appellatus.

[g] *Crassiore ac molliore*] Dioscor. loc. cit. *Φύλλα δάφνῃ ἐοικότα, μαλακώτερα δὲ καὶ ἰσχνότερα*, quæ Oribasii interpres recte *graciliora, mollioraque* reddit, loc. cit. At *ἰσχυρότερα* legisse Plinius in iis auctoribus videtur, quos secutus est: Serapion quoque in ipso Diosc. cum ejus interpres *tenaciora* verterit.

[h] *Baccis e nigro*] Oribasius, Dioscoridem secutus, 'bacca nigra, ubi matura est,' loc. cit.

[i] *Additur literis*] Romani Imperatores, reportata de hostibus victoria, literas Romam ad Senatum mittebant, lauri ramo involutas. Vide Notas et Emend. num. 18.

[j] *Militum lanceis*] Cum lætæ res essent ac prosperæ: quod factitatum a Pompeii militibus refert Plutarchus in Pomp. p. 640. Martialis de utroque more VII. 5. p. 358. 'Publica victrices testantur gaudia chartæ, Martia laurigera cuspide pila virent.'

[k] *In gremio Jovis*] Quem ad morem respexit Silius Ital. l. XV. 'Sed dabo, qui vestrum sævo nunc Marte fatigat Imperium, superare manu, laurumque superbam In gremio Jovis

nova victoria attulit. Idque non quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, (præferenda ei utroque [1] olea,) [4] sed quia spectatissima in monte Parnasso: ideoque etiam [5] grata Apollini, assuetis eo dona mittere jam et regibus Romanis, teste L. Bruto.[m] Fortassis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem [6] publicam is meruisset, lauriferam [n] tellurem illam osculatus ex responso. Et quia manu satarum receptarumque in domos, fulmine sola non icitur.[o] Ob has causas equidem crediderim, honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia suffimentum sit cædis hostium et purgatio, ut tradit Masurius.[7] Adeoque in profanis usibus pollui laurum et oleam fas non est, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria [p] aræve debeant. Laurus quidem manifesto [8] abdicat ignes crepitu, et quadam detestatione: interaneorum [q] etiam vitia et nervorum ligno torquente. Tiberium [9] [r] principem tonante cœlo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus.



lætitiam novam victoria, &c. cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *utique myrto et olea.*—5 Vet. Dalec. *Parnasso. Ideoque etiam.*—6 Cod. Dalec. *ibi in libertatem.*—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Massurius* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Cod. Dalec. *manifeste.*—9 Dalec. e Diosc. *etiam vitiis (vulvæ, vesicæ) et nervo-*

NOTÆ

excisis deponere Pœnis.' Item Julius Obsequens de Prodig. c. 123. Plinius in Paneg. num. 8. Statius Syl. l. IV. 'Restat Bactra novis, restat Babylona tributis Frænari: nondum gremio Jovis indita laurus.'

[l] *Utroque*] Cum gemina ea dote lauro olea antecellat.

[m] *L. Bruto*] Nota ex Livio historia, lib. I. ubi de Tarquinio Superbo: 'Domestico exterritus visu, Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere statuit. Neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria, in Græciam misit. Titus et Aruns profecti. Comes his additus L. Junius Brutus, Tarquinia sorore regis natus, juvenis longe alius ingenio, quam cujus simulationem induerat,' &c.

[n] *Lauriferam*] Atqui non Delphicam, sed Italam tellurem osculatum esse refert Dionys. Halic. Antiq. lib. IV. p. 265. Atque id forsan oraculo congruentius fuit, imperium portendenti ei viro, qui matrem prior oscularetur. Sed Plinio Livius suffragatur, l. I. p. 20.

[o] *Sola non icitur*] Id veteribus quidem creditum: negat recentiorum experientia.

[p] *Accendi ex his altaria*] Vide Notas et Emend. num. 19.

[q] *Interaneorum*] Ligno, seu cortice, si devoretur, interaneis nervisque utili: nam calculos rumpit, aliaque præstat, quæ dicentur XXIII. 80.

Sunt et circa[10] Divum Augustum eventa ejus digna memoratu. Namque Liviæ Drusillæ, quæ postea Augusta[s] matrimonii nomen accepit, cum pacta[11] esset illa Cæsari, gallinam[t] conspicui candoris sedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæsam: intrepideque miranti accessit[12] miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conservari alitem et sobolem jussere auspices, ramumque eum seri ac rite custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluvio Tiberi imposita juxta nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id vocatur Ad gallinas:[u] mireque sylva provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit: ac deinde imperatores Cæsares cuncti. Traditusque mos est ramos, quos tenuerunt, serendi, et durant sylvæ nominibus suis discretæ, fortassis ideo mutatis triumphalibus.[13][v] Unius arborum Latina lingua nomen imponitur[w] viris. Unius folia[x] distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Durat et in Urbe impositum loco, quando Loretum[y]



rum lassitudini medentur. Tiberium, &c.—10 *Sed et circa* cod. Dalec.—11 Cod. Dalec. *nupta.*—12 Hæc verba, *in gremium illæsam: intrepideque miranti accessit,* non leguntur in cod. Dalec.—13 Vet. Dalec. *nominatis triumphalibus.*—

NOTÆ

[r] *Tiberium*] Suetonius in Tiberio c. 66. Vide quæ diximus II. 56.

[s] *Augusta*] Nam, ut Tacitus ait Annal. I. p. 7. et in familiam Juliam, et in Augustæ nomen, Augusti testamento, assumta est.—' Jure matrimonii cum Augusto in Augustæ nomen assumta est.' *Ed. sec.*—Vide Notas et Emend. num. 20.

[t] *Gallinam*] Hoc prodigium verbis totidem fere narrat Dio l. XLVIII. p. 389. Etiam paulo dilucidius Tranquillus in Galba c. 1.

[u] *Ad Gallinas*] Suetonius loc. cit. 'Tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur: tale vero lauretum, ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent,' &c.

[v] *Mutatis triumph.*] Abjecto eo genere laurus sterili, quo dictum est olim triumphantes uti c. 39. laureisque ex hac potius sylva petitis.

[w] *Nomen imponitur*] Ut Tullio Ciceronis liberto, Laureæ cognominato, de quo XXXI. 3.

[x] *Unius folia*] In hoc uno genere, aliud arbori, aliud folio nomen.

[y] *Quando loretum*] In regione Urbis XIII. teste P. Victore, et Aventinus mons fuit, et vici duo Loreti majoris ac minoris. Vide et Tabulam Regionum ac Vicorum Urbis Romæ apud Grut. p. 250.

in Aventino vocatur, ubi sylva lauri fuit.[14] Eadem[z] purificationibus adhibetur: testatumque sit obiter et ramo[15][a] eam seri, quoniam dubitavere Democritus atque Theophrastus.[b] Nunc dicemus sylvestrium naturas.

14 Chiffl. *laurus fuit.*—15 Idem codex, *atque ramo.*

NOTÆ

[z] *Eadem*] De purificationibus veterum dicemus xxv. 59.

[a] *Et ramo*] Uti dicemus xvii. 11.

[b] *Theophrastus*] Hist. Plant. ii. 1.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XV.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. Cap. i. *Tarquinio Prisco regnante, ab annis Populi Romani CLXXIII.*] Ita hunc annorum numerum restituimus, tum ope Reg. cod. 2. tum ipsa temporum ratione ita exposcente: etsi libri vulgati omnes, plurimique Mss. denarii notam adjiciant, *CLXXXIII.* Nam anno Urbis Varroniano clxxvii. Servius Tullius Prisco successit.—' *Tarquinio Prisco regnante, ab annis Populi Romani CLXXXIII.*] Ita libri omnes editi, probatissimique et omnes fere codd. in quibus est et Par. noster: in quo sine notarum compendio scriptum est, *centum octoginta tribus.* Non igitur ante annum Urbis conditæ clxxxiv. successit Tarquinio Prisco Servius Tullius.' *Ed. sec.*

2. Cap. iii. *Ad Arcturi exortum, a. d. XVI. Kalendas*] Prius legebatur, *ab Arcturi exortu ad XVI.* Errorem triplici ex fonte correximus: Primum, ex Mss. Reg. Th. Colb. in quibus *ad Arcturi exortum ad XVI.* scriptum reperimus. Deinde ex Theophrasto de Causis Plant. vi. 11. pag. 363. *Λέγουσι γὰρ ὡς οὐδὲν πλέον ἴσχει τοῦ ἐλαίου μετ' Ἀρκτουρον, κ. τ. λ.* Et ejusdem operis i. 23. p. 226. *Μέχρι γὰρ Ἀρκτούρου τὸ ἔλαιον ἐγγίνεσθαι δοκεῖ· κατὰ δὲ τοῦτο τῆς σαρκὸς ἡ αὔξησις, κ. τ. λ.* *Ad Arcturum usque oleum augescere creditur: postea caro increscit.* Denique ex ipso Plinio, qui exortum Arcturi medium hoc fere ipso die statuit xviii. 74.

3. Cap. iv. *Muriæ innatant colymbades*] Hujus loci sic emendandi nobis auctor extitit Columella, ubi de olivis colymbadibus parandis agens, xii. 47. p. 454. ' Quidam,' inquit, ' unam partem muriæ et duas aceti miscent, eoque jure olivas pauseas colymbades faciunt: quibus si per se quis uti velit, satis jucundas experietur: quamvis et hæ, cum exeunt de muria, condituram qualemcumque recipere possunt.' Palladius item, lib. xii. in Novemb. toto tit. 22. quem consule, et Athenæus l. iv. p. 133. quem in Notis ante laudavimus. In libris hactenus editis *puræ*, non *muriæ*, legebatur: et vitiosa præter id interpunctione locus laborabat; sic nempe: *nec non aliquæ oleo suo sine*

accersita commendatione puræ innatant colymbades.

4. Cap. vi. *Musco præterea rubro infestari*] In Chiffl. cod. *Musco præterea et robo.* In aliis, *et robore.* Æque inepte; nam verba Catonis hæc sunt, e cap. 6. 'Et ferundo arbor peribit, et muscus ruber molestus erit.' Quin Plinius ipse rursum alibi de morbis oleæ disputans, xvii. 37. 'Nocere tradit Cato,' inquit, 'et muscum rubrum.' Adde et Colum. v. 9. p. 198.

5. Ibid. *Ob id crebrius vasa mutanda, fiscinas spongia tergendas*] Prius *vasa mundanda*, in editis: in plerisque autem manu exaratis, tum nostris, tum quos Pintianus vidit, *mutanda*: quæ vox sincerior visa est, quod Catonem auctorem habet, a quo hæc Plinius excipere se ipse profitetur; nam c. 67. 'Capulator concha oleum quam diligentissime poterit tollat, nec cesset: amurcam caveat ne tollat. Oleum in labrum primum indito: inde in alterum dolium indito: de iis labris fraces amurcamque semper subtrahito.' Et cap. seq. 'Quotidie lacum oleo commutet, donec in dolium pervenerit.'

6. Cap. vii. *Sicut in Italia Iguvini*] Prius legebatur, *sicut in Italia e gummi.* In Mss. *Eguvini*, qui scilicet et Iguvini appellati, ut monuimus iii. 19. Ita porro scripsisse Plinium, uti emendavimus, ipse fidem facit xxiii. 49. ubi hæc eadem enumerans olei genera, 'Selgiticum,' inquit, 'nervis utile esse diximus: sicut herbaceum quoque, quod Iguvini circa Flaminiam viam vendunt.' Ex certo herbarum igitur ac peculiari genere quodam oleum id, non e gummi, exprimitur.

7. Cap. xiv. *A colore syricum*] Non, ut in libris hactenus editis, *sericum*: neque enim id coloris nomen. Et in vetere Lexico Iatrico, Σίζυφα τὰ συρικὰ, legimus.

8. Cap. xvi. *A corio laneo, bruta. Gentilitatis, cucurbitina*] Prius legebatur, *A collo ampullacea, et Coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina.* A collo Coriolana quemadmodum dici possint, aut quæ sit bruta gentilitas, ne Pythia, credo, ipsa dixerit. Tamen in Mss. *et coriolana bruta:* qua lectione potior multo visa est nobis conjectura nostra. Nam et a corio duro ficus appellatas olim Plinius ipse prodit, libri hujus cap. 19. et a laneo quidem pira bruta cognominari non temere suspicamur, translata ab animalibus videlicet ea nomenclatione, quorum lanata quam stultissima, ut dictum est viii. 75.

9. Cap. xvii. *Quippe cum Virgilius insitam . . . cerasis ulmum dicat*] Virgil. Georg. ii. 69. de insitione loquens: 'Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, Et steriles platani malos gessere valentes, Castaneæ fagos, ornusque incanuit albo Flore piri, glandemque sues fregere sub ulmis.' Plinius non *glandemque*, sed *cerasumque* potius legisse mihi in iis versibus videtur. Nec glandis porro, nec cerasi Servius meminit. An Maronis carmen vitiatum dicemus? An cespitasse Plinium memoriæ lapsu? At minore profecto sunt in honore glandes, quam cerasa: nec repertam insitionem facile crediderim, ut suibus saginandis glandes, quæ sunt ubique obviæ, potius quam ut pascendis hominibus cerasa quærerentur, quæ tum erant rariora. Verum cum sues nominat, glandem dixisse potius Maro videri jure possit, quam cerasum, quod ea libentius vescantur sues. Quod tamen 'fregere' dixit idem, utrique lectioni congruit: nam et glandes, et verius cerasorum franguntur ossicula. Itaque quam lectionem potius in Marone agnoscas, arbitrii tui, lector, judiciique esto.

10. Cap. xviii. *Cotoneis in concluso*] Libri hactenus editi, *Cotoneis interclusis.* Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. Paris. *inconclusos spiramentum, &c.* Scripsi, *in concluso*, loco nimirum:

uti prius poma vulgaria in loco frigido siccoque contabulari dixit oportere, et septemtrioni sereno patere, nunc contra concludi cotonea jubet. Locum conclusum dixit Lucretius IV. 460.

11. Ibid. *In floccis, capsisque*] Dalecampius *fossis* pro *floccis* reponit. Male. Nam ut floccos Plinius, sic tomenta pura ac nitida, quod idem ferme est, Apuleius ad hunc usum requirit, in Geopon. X. 21. pag. 263. et 264. Καὶ εἰς καμπτρία δὲ, inquit, συντίθενται μετὰ γναφάλων καθαρῶν, καὶ φυλάττεται. *Quin et in sinuosas capsas cum floccis, sive tomentis puris, componuntur, et conservantur.* Et Varro ipse de Re Rust. I. 59. pag. 71. 'Mala manere putant satis commode, alii substrata palea, vel etiam floccis,' &c.

12. CAP. XXV. *Torrere has in cibis gratius. Moluntur etiam, et præstant jejunio fœminarum quandam imaginem panis*] Pro his vocibus, *Moluntur etiam,* in Ms. Reg. 1. legitur *modolatum.* In Regio 2. *modulantum.* In editionibus vetustis, Parm. Venet. Brix. quam Hermolaus accuravit, ceterisque, *modulantum laturas.* Frobenius primum *Molitura etiam* edidit: mox alii, *moluntur etiam.* Pellicerius in Notis Mss. sic augurabatur legi commode posse, *Modo flatum ne ciat:* quod sane nobis haud admodum placet. Magis enim istud arriserit, quod ad veteris scripturæ vestigia accedit quam proxime: *Torrere has in cibis gratius modulantum: et præstant, &c.* Ut sit sententia, prodesse sic inprimis ad vocem canoram: quod eo similius veri videtur, quod et fabarum naturæ affines castaneæ jure merito existimari possint, quas voci prodesse M. Varro prodidit, Plinio teste XXII. 69. nec pani sicco esse absimiles, quem vocis studiosis utilissimum esse Plinius ipse asseverat, ejusdem libri c. 68. Hanc tamen conjecturam nostram inserere textui religio est, ante quam eruditis viris probari eam intelligamus.

13. Ibid. *Nam Dios balanum postea imposuere*] Sic Mss. Reg. Colb. Chiffl. Thuan. id quod ante Turnebus in suis vidit, Advers. XXVII. 17. pag. 961. In libris vulgatis inepte ab interpolatoribus insertum Tiberii nomen, et vox ipsa *nomen,* nullo suffragante codice, hoc modo: *Nam Divus Tiberius postea balanum nomen imposuit.* At multis ante Tiberium sæculis castaneam Theophrastus Διὸς βάλανον appellavit: ex quo Hesychius, Διὸς βάλανοι . . . τὰ καστάνια.

14. CAP. XXVIII. *Quod solum pomum simile frutici, terræque gignitur*] Ita reposuimus, tum Mss. codicum, quos proxime laudavimus, tum Parm. ceterarumque vetustiorum admonitu, quas Barbarus neglexit, ut sic reponeret, *simile fructui terræ gignitur,* fructumque terræ fraga interpretaretur.

15. CAP. XXXVII. *Atque ita musto indita*] Prius *mulso* legebatur. Nos *musto* rescripsimus, tum ex fide codicum Reg. 1. 2. Colb. et Tolet. teste Pintiano, tum, quod multo est certius, ex Catone ipso, quem Plinius laudat, cap. 125. pag. 66. 'Vinum murteum,' inquit, 'sic facito: Murtam nigram arefacito in umbra: ubi jam passa erit, servato ad vindemiam: in urnam musti contundito murtæ semodium: id oblinito: ubi desiverit fervere mustum, murtam eximito.' Adde Columellam ea multo uberius explanantem XII. 38.

16. Ibid. *Quin et virgei annuli*] Sic Parmensis editio, ceteræque omnes, et Reg. 2. cod. Paris. aliique: etsi in Reg. 1. legatur, *virgæ jaculi:* quæ scriptura Turnebo scrupulum injecit, num de hastilibus jaculisque e myrto hic sermo foret: hæretque plurimum in ea conjectura. Verum ea quæ vulgatis libris continetur lectio, non ope tantum Mss. codicum, sed indubitato Plinii alterius Medici,

quem Valerianum vulgo dicunt, testimonio constabilitur: is enim, opus suum de Re Medica ex ipsis Plinii nostri verbis concinnans, locum hunc sic expressit, II. 43. 'Myrtea virga, quæ ferro tacta non fuit, in dolore inguini circumligatur.'

17. CAP. XXXIX. *Folio ... molliore, et candidiore, et majore: semine inter folia rubro*] Prius legebatur: *molliore, et candidiore: majore semine inter folia rubro.* Emendandi auctor Dioscorides fuit, cujus hæc verba IV. 147. Δάφνη Ἀλεξάνδρεια . . . φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει, μείζονα δὲ, καὶ μαλακώτερα, καὶ λευκότερα, καρπὸν δὲ ἐν μέσοις ἐρυθρὸν, ἐρεβίνθου τὸ μέγεθος. Et Oribasii quoque interpres lib. XI. pag. 195. *Daphne, hoc est, laurus Alexandrina, folia rusco similia, sed majora, et molliora, et candidiora habet: fructum in mediis fert rubrum, ciceris magnitudine, &c.*

18. CAP. XL. *Additur literis*] Ita libri omnes, tum editi, tum manu exarati: quorum fide neglecta *lituis* Hermolaus rescripsit. At morem veterum a nobis laudatum, literas laureo ramulo obvolvendi, plane edocent testimonia haud obscura scriptorum utriusque sermonis. Appianus in Mithrid. pag. 223. Καὶ Λούκουλλος περὶ τῶνδε Ῥωμαίοις ἐπέστειλε τὰ γράμματα δάφνῃ περιβαλὼν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις. *Quibus de rebus Lucullus literas Romam misit, lauro involutas, ut mos est in victoriis.* Livius lib. V. pag. 97. 'Literæ a Postumio laureatæ sequuntur: victoriam Populi Rom. esse: Æquorum exercitum deletum.' Ad eum morem allusere Poëtæ: Naso Amor. lib. I. 'Non ego victrices lauro redimire tabellas,' &c. Et Martial. IX. 36. pag. 488. 'Victricem laurum, quam venit ante, vides.' Ammianus quoque lib. XVI. de Juliano Imp. 'Et si, verbi gratia, eo agente tunc in Italia, dux quidam egisset fortiter contra Persas .... laureatas literas ad Provinciarum damna mittebat,' &c. Atque idcirco sane laurus a Plinio 'lætitiæ victoriarumque nuntia' appellatur, quod adderetur literis, quibus felices de victoria nuntii continerentur.

19. Ibid. *Ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræve debeant*] Gemino lapsum esse errore hoc loco Plinium nonnemo arbitratus est, et sermonis vitio, qui *accendi altaria* dixerit, et ταυτολογίᾳ pariter reprehendenda, qui *altaria et aras* copularit, cum ejusdem significatus esse vox utraque videatur. Sed falsa utroque eo nomine hæc criminatio est. Nam et Maro ipse sic locutus Æneid. VIII. 285. 'Incensa altaria circum:' et valet hic potissimum Servii animadversio in illud ejusdem vatis Ecl. VIII. 'Corripuit tremulis altaria flammis:' 'Altaria dicuntur et quæ continent, et quæ continentur ab eis: nunc vero ipsa quæ ponuntur.' Ad alterum vero criminationis caput, quod de ταυτολογίᾳ est, adeo non eo nomine culpandus auctor videtur, ut insignis potius eruditionis specimen eo ipso dederit. Nam ut apposite idem Maronis interpres in illud poëtæ Ecl. V. 'En quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo:' 'Feci, inquit, aras quatuor: tibi, o Daphni, duas: et duas aras Apollini, quæ sint altaria. Novimus enim aras Diis esse superis et inferis consecratas: altaria vero esse superorum tantum Deorum, quæ ab altitudine constat esse nominata, quæ nunc dat Apollini quasi Deo. Daphnidi vero aras ponit: nam licet eum dixerit Deum, tamen mortalem fuisse manifestum est.'

20. Ibid. *Quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit*] Id Augustæ nomen Liviæ, seu Juliæ, passim Plinius noster attribuit: nunc etiam a viva usurpatum testatur. Unde Tranquilli locum vitiatum obiter emendamus, in Claudio c. 11. 'Aviæ Liviæ divinos honores ... matri carpentum,

et cognomen Augustæ ab avia recusatum.' Lege, *ab viva*, ne ab avia, quæ Livia Augusti fuit, recusatum id cognomen putes :—' aut Tranquillum bis hallucinatum confitere: primum quod Augustæ nomen Liviam habuisse negat, dum viveret: nam id nomen ei adhuc viventi nummi antiqui tribuunt, tum Græci, tum Latini: deinde cum a Claudio Imp. datum matri Augustæ nomen comminiscitur : nam illud ANTONIA AVGVSTA Claudii mater natalium jure gesserat: 'Antonia' a M. Antonio patre dicta: 'Augusta' a matre, Augusti sorore. Fœminæ deinceps ceteræ ab Augustis, seu viris seu fœminis, vel a Cæsaribus natæ, siquidem nummi earum honori cuderentur, Augustæ appellabantur.' *Ed. sec.*—Spectat ad illam inscriptio vetus apud Reinesium, p. 334. I. AV. D. AV. V. TI. IMP. M. 'Julia Augusta, Divi Augusti uxor, Tiberii Imperatoris mater.' Hunc vero ipsum Plinii locum forte rectius ita legas, *quæ postea Augustæ matrimonio nomen accepit.* Ut ut est, sententia est, matrimonii quasi dotem fuisse Augustæ cognomen : quod et Marcelli Empirici locus haud obscure innuit, in quo et matrimonii vocem accipi pro uxore dignum notatu est: 'Augustam,' inquit cap. 13. 'constat hoc usam Messalinam, deinde aliorum Cæsarum matrimonia hoc dentifricio usa sunt.' Uti nempe 'servitia' pro 'servis,' pro 'ministris' 'ministeria' Latini dixere.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XVI.

Sylvestrium arborum naturæ.

I. Pomiferæ Arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, et necessario alimento delicias miscere [1] docuerunt, sive illæ ultro, sive ab homine didicere blandos sapores adoptione [a] et connubio, idque munus [b] etiam feris volucribusque dedimus,[2] intra prædictas constant. Proximum erat narrare glandiferas quoque, quæ primæ victum mortalium aluerunt, nutrices inopis [3] ac feræ sortis, ni præverti cogeret admiratio usu comperta, quænam qualisque esset vita, sine arbore ulla, sine frutice viventium.

(I.) Diximus et in Oriente [c] quidem juxta Oceanum com-

Cap. I. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *immiscere* Gronov. et al. vett.—2 Codd. Dalec. et Chiffl. *didicimus.*—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. ita quoque Chiffl. *quoque, quæ primo, &c.* Gronov. et al. *quoque, primo victu mortalium alvorum nutrices inopis* cod. Dalec.

NOTÆ

[a] *Adoptione*] Insitione.

[b] *Idque munus*] Ut jucundioribus nempe jam fructibus, mitioribusque, opera nostra, vescantur.

[c] *Diximus et in Oriente*] Lib. XIII. cap. 50. 'At in oriente mirum est, statim a Copto per solitudines nihil gigni, præter spinam, quæ sitiens vocatur, et hanc raram admodum.'

plures ea in necessitate gentes. Sunt vero in Septemtrione visæ nobis Chaucorum,[4] [d] qui majores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu,[e] bis dierum [5] noctiumque singularum intervallis, effusus in immensum agitur oceanus, æternam [f] operiens rerum naturæ controversiam: [6] dubiumque terræ sit, an pars maris. Illic misera gens tumulos [g] obtinet altos, aut tribunalia [7] [h] structa manibus ad experimenta altissimi æstus, casis ita [8] impositis: navigantibus similes, cum integant aquæ circumdata: [a] [9] naufragis [i] vero, cum recesserint: fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis,[10] ne cum feris quidem dimicare contingit,[11] omni procul abacto frutice. Ulva et palustri junco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: captumque manibus lutum ventis [k] magis quam Sole siccan-

[a] *Cum integant aquæ circumjectam planitiem.*

—4 Chiffl. *et in S. v. n. Caucorum;* Gronov. *in S. v. n. Cauchorum.*—5 Cod. Dalec. *meatu perpetuis bis dierum.*—6 ‘Lego, *externam operiens r. n. faciem controversam.*’ Dalec. Mox, pro, *dubiumque t. sit, an pars maris*, quod exhibent cod. Dalec. et Editio princeps, *dubiumque t. sit, an parte in maris* legitur in edd. Gronov. Elz. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *dubiumve t. sit, an pars maris* in aliis ap. Dalec. *an partus maris* ed. Brotier. lapsu typothetarum.—7 Dalec. *ut tribunalia.*—8 Vox *ita* deest in cod. Dalec.—9 ‘Vet. *circumdantes;* lege, *circumdatæ.*’ Dalec.—10 Parm. *pecudes hos hab. non lacte*

NOTÆ

[d] *Chaucorum*] De his dictum est IV. 29.

[e] *Vasto ibi meatu*] Cursu, fluctuque late discurrentis aquæ: diei unius noctisque spatio bis ibi maris æstu ex alto sese incitante ad ingentem altitudinem eodemque impetu, quo effusum est, relabente.

[f] *Æternam*] Tractum ingentem obtegit oceanus, de quo lis esse æterna possit, terræne an maris pars sit appellanda.

[g] *Tumulos*] Terrenæ molis aggeres.

[h] *Aut tribunalia*] Tuguriola, et casas, quæ aggerum parti imponuntur, quo altissimum maris æstum minime pertingere sæpe experti sunt, sive εἰρωνικῶς, sive μεταφορικῶς, quod sint in loco sublimi posita, tribunalia vocat.

[i] *Naufragis*] In vado hærentibus.

[k] *Lutum ventis*] Bituminosas nigrasque glebas intelligit, cespitesque utiles, quos Belgæ *Turfas* vocant, nostri *des Tourbes.* Hæ, in segmenta quadrata sectæ, sic apte disponuntur, ut vento perflante magis quam Sole siccentur. Harum usus in Belgio et Picardia frequens: nec iis aliter in

tes, terra cibos, et rigentia septemtrione viscera sua urunt. Potus non nisi[12] ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus. Et hæ gentes,[13] si vincantur hodie a populo Romano, servire se dicunt! Ita est profecto: multis fortuna parcit in pœnam.[14] [f]

II. Aliud e sylvis miraculum: totam reliquam Germaniam replent,[1] adduntque frigori umbras: altissimæ tamen haud procul supra dictis Chaucis,[2] circa duos præcipue lacus.[g] Littora ipsa obtinent quercus, maxima[3] aviditate nascendi: suffossæque fluctibus, aut propulsæ flatibus, vastas complexu radicum insulas secum auferunt: atque ita libratæ stantes navigant, ingentium ramorum armamentis,[h] sæpe territis classibus nostris, cum velut industria fluctibus agerentur in proras[4] stantium noctu,[b] inopesque remedii illæ, prælium navale adversus arbores inirent.

(II.) In eadem septemtrionali plaga Hercyniæ sylvæ roborum vastitas intacta ævis,[5] et congenita mundo, prope immortali sorte miracula excedit. Ut alia omittantur fide caritura, constat attolli colles[i] occursantium inter se ra-

[b] *In proras navium, quæ noctu stabant immotæ.*

ali, ut finitimos.—11 Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *contigit;* codd. Regg. Brot. Editio princeps, aliæ vett. et Gronov. *contingit.*—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *potus iis nonnisi* Gronov. et vulgg.—13 *Et hæ terræ* cod. Dalec.—14 'Ms. *pactior in pœna.* Lege, *pacatior,*' &c. Dalec.

CAP. II. 1 'Ms. *referunt.* Lege, *replerunt.* Chiffl. *reperiunt.*' Dalec.—2 *Cauchis* Gronov.—3 Chiffl. *maxime.*—4 Idem codex, *in prospera.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *ut in prospectu stantes.*—5 Vox *ævis* non legitur in

NOTÆ

culina usuque domestico, quam ligno, aut carbone utuntur. Singularem de iis diatribam Lud. Guicciardinus subjunxit Hollandiæ delineationi Geographicæ a se institutæ. Scripsere de hoc argumento et alii, quos laudat V. Cl. Du-Cangius in Glossario, verbo 'Turba.'

[f] *Parcit in pœnam*] Mss. *parcior.*

[g] *Circa duos p. lacus*] Ubi nunc mare, quod appellant *Zuyderzée*, ut diximus IV. 29.

[h] *Armamentis*] Ut ingentibus ramis, ceu velis navium, et armamentis, classes, quæ his occurrerent, terrerentur.

[i] *Attolli colles*] Ob radicum molem et occursum, in colles solum intumescere.

dicum repercussu, aut, ubi secuta tellus non sit, arcus[j] ad ramos usque, et ipsos inter se rixantes,[k] curvari portarum patentium modo, ut turmas equitum transmittant.

(III.) Glandiferi maxime generis omnes,[6] quibus honos apud Romanos perpetuus.

III. (IV.) Hinc civicæ coronæ,[a] militum[b] virtutis insigne clarissimum: jam pridem vero et clementiæ[c] imperatorum, postquam, civilium bellorum profano,[1][d] meritum[e] cœpit videri, civem non occidere. Cedunt his murales, vallaresque, et aureæ,[2][f] quanquam pretio antecedentes.

cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—6 Ita codd. Regg. Brot. Editio princeps, aliæ vett. et Gronov. item Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *omnes* deest in ed. Harduin. 1. 'Hic versus cum sequenti capite continuatur in Chifll.' *Dalec.*

CAP. III. 1 Cod. Dalec. *profanatio;* Vet. Dalec. *profanatione.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *murales, vallaresque aureæ,* e Gellio v. 6.—3 Parm.

NOTÆ

[j] *Arcus*] Ubi terra fuerit levior, erumpentibusque radicibus cesserit, ibi arrigere sese radices in arcum, seu fornicem, ad ramos usque.

[k] *Rixantes*] Collisu veluti dimicantes.

[a] *Hinc civicæ coronæ*] Nempe e glandifero genere arborum. Huic coronæ duplex e re nomen inditum: ut a cive servato, et servatore, civica diceretur: a materia, unde plectebatur, quercea, vel querna.

[b] *Militum*] Illi uni seposita hæc olim corona fuit, qui e manibus hostium civem Romanum eripuisset. Sic olim Coriolano data, quoniam sic lege cautum erat, inquit Plutarch. in ejus vita, pag. 214. *Τοῦτον γὰρ ὁ νόμος τῷ πολίτην ὑπερασπίσαντι (τῆς δρυὸς) στέφανον ἀποδέδωκεν.*

[c] *Et clementiæ*] Cæsari Dictatori post bella civilia decretam esse coronam civicam, tanquam patriæ servatori, auctor est Appianus, Bell. Civil. lib. II. p. 494. *Καὶ στέφανος ἐκ δρυὸς . . . . ὡς σωτῆρι τῆς πατρίδος.* Ex eo deinde postes Augustæ domus sempiterna gloria quercu triumpharunt, ut verbis utar Valerii Max. II. 3. Fuit nempe in vestibulo quercea corona.

[d] *Profano*] Scelere, et calamitate. Ita Mss. omnes.

[e] *Meritum*] Hanc Imperatorum clementiam oblique perstringit, ad id mihi visus alludere, quod Tullius dixit, Philip. II. 'Quod est aliud, P. C. beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint?'

[f] *Et aureæ*] Tergeminum hic coronæ genus intellige: murale, vallare, aureum. Sic in vetustis inscriptionibus apud Gruterum distinguendæ, p. 375. CORONA. MVRALI. VALLARI. AVREA. quod Scaligero latuit, qui Gruterianum Indicem concinnavit: constatque liquido ex altera inscriptione, p. 430. CORONIS. MVRALIBVS. II. VALLARIBVS. II. CLASSICIS II. AVRATIS. II. Aureas a Plinio intelligi arbitror 'triumphales,' quas ex auro fieri solitas Gellius testatur,

Cedunt et rostratæ,[g] quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres: M. Varrone[h] e piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemque M. Agrippa,[i] tribuente Cæsare e Siculis, quæ et ipsa piratica fuere. Antea rostra navium tribunali prætixa fori[3] decus erant, veluti populo Rom. ipsi corona imposita: postquam vero tribuniciis seditionibus calcari ac pollui cœpere, postquam vires ex publico in privatum agi, singulisque civium quæri, sacrosancta omnia profana facere,[4] tum a pedibus eorum subiere in capita

foro. Mox, in eadem, *ipsa corona imposita.*—4 Ita ex codd. Regg. Chiffl. Editione principe, et Rezzon. edidit Brotier. *in privatum magis, singulisque civium quæri, et sacrosancta omnia profana fecere* Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ et sacrosancti* Turneb. sub. 'Tribuni;' et sic cod. Dalec. *facere* etiam cod. Dalec. sub. 'cœperunt.' '*Postquam vires ex publico in privatum agi, singulisque quæri, et sacrosancti omnia profana facere, tum a pedibus eorum, &c.*] Ita locus ille in optimis membranis legitur: ubi *vires agi*

NOTÆ

v. 6. quanquam et murales idem, castrensesque seu vallares, et classicas ex auro perinde esse factitatas ait: quod et Plinius ipse videtur innuere, c. 5. Neque tamen semper fuere: ut ex Tranquillo liquet, in Augusto c. 25. 'Dona militaria aliquanto facilius, phaleras, et torques, quicquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat: has, quam parcissime, et sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit.' Prælatam autem auro civicam præterea declarat hic Augusti jocus apud Fabium VI. 3. 'Cum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, et Dolabella per jocum, tentans tamen joci sui eventum, dixisset: Imperator, torque me dona: Malo te, inquit, civica donare.' Muralis porro corona est, inquit Gellius v. 6. p. 327. qua donatur ab Imperatore, qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim ascendit: idcirco quasi muri pinnis decorata est. Castrensis (eademque vallaris) est corona, qua donat eum Imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit. Ea corona insigne valli habet.

g *Et rostratæ*] Sive navales, eædemque classicæ: quibus donatur is, qui primus in hostium navem armatus vi transiliret: ea quasi navium rostris insignita est. Ita Gellius loc. cit.

h *M. Varrone*] De eo diximus VII. 31.

i *M. Agrippa*] Epitome Livii lib. CXXIX. 'M. Agrippa navali corona a Cæsare (Augusto) donatus est: qui honos nemini ante eum habitus est,' nempe a Cæsare. Virgilius Æneid. VIII. 682. 'Parte alia ventis et Dis Agrippa secundis Arduus agmen agens: cui, belli insigne superbum, Tempora navali fulgent rostrata corona.' Sicula bella sunt, quæ adversus Lepidum et Sextum Pompeium gessit Augustus.

civium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippæ: sed civicam [j] a genere humano accepit ipse.

IV. Antiquitus quidem nulla, nisi Deo, dabatur: ob id Homerus [k] cœlo tantum eas, et prælio universo tribuit: viritim vero ne in certamine quidem ulli. Feruntque primum omnium Liberum patrem [l] imposuisse capiti suo ex hedera. Postea Deorum honori sacrificantes [m] sumsere, victimis [n] simul coronatis. Novissime et in sacris certaminibus usurpatæ: in quibus hodieque non victori datur,[1] sed patriam [o] ab eo coronari pronuntiatur. Inde natum, ut et triumphaturis [2] conferrentur in templis dicandæ: mox ut et ludis darentur. Longum est, nec instituti operis,[3] disserere quisnam Romanorum primus acceperit: neque enim alias noverant, quam bellicas. Quod certum est, uni gentium huic plura sunt genera, quam cunctis.



notandum, tanquam privati cujusque prædam. Fors etiam scribendum, *a pedibus Deorum.* Capitolio enim subjectum forum, et in eo rostra. De 'agere' et 'ferre' vide Gronov. Obss. III. 22.' *Nic. Heinsius.* Vid. Adv. I. 12. p. 123. 124.

CAP. IV. 1 Cod. Dalec. *non victori dant.*—2 'Ita bene codd. Regg.' *Brotier. ut etiam triumphaturis* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. al. et recentt.—3 Chiffl. *nec instituti oneris;* Vet. Dalec. *nec ex institutione, &c.*

NOTÆ

[j] *Sed civicam*] Et quidem aspicientibus Augusti domum hæc corona primum sese offerebat, ut quæ esset in ejus fastigio collocata. Vide Suetonium in Augusto, Valer. Max. II. 3. aliosque. Verum non civica modo, sed et obsidionali donavit Augustum Senatus, ut dicetur XXII. 6.

[k] '*Ob id Homerus*] Quo loco Homerus cœlo coronam dederit, nunc quidem non occurrit. 'Prælio universo' tribuit Iliad. N. 736. Πάντη γάρ σε πέρι στέφανος πολέμοιο δέδηε. *Undique enim te circum corona prælii flagrat.*' Ed. sec.

[l] *Liberum patrem*] Quem idcirco Acharnenses Κισσὸν, poëta vetus κισσοστέφανον, Homerus κισσοκόμην agnominavit.

[m] *Sacrificantes*] Lauro, olea, auro. Vide Paschal. IV. 13. p. 244.

[n] *Victimis*] Cupressu, pinu, floribus, denique fronde illius numinis propria, cui immolarentur. Paschal. IV. 17. p. 256.

[o] *Sed patriam*] Non soli victori, sed ejusdem patriæ decus id parari dicebatur. Quod de Pompeio ante dixit, VII. 27. 'Hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus vincentium.' Præconium, quo Nero renuntiatus est victor, fuit ejuscemodi: *Nero Cæsar certamen vincit, et populum Romanum coronat, et proprium imperium.* Τὸ δὲ κήρυγμα ἦν· Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόν τε τὸν

v. Romulus frondea coronavit Hostum Hostilium,[a] quod Fidenam primus irrupisset. Avus hic Tulli Hostilii regis[1] fuit. P. Decium[b] patrem, tribunum militum, frondea donavit exercitus ab eo servatus, imperatore Cornelio Cosso[c] consule, Samnitium bello. Civica iligna[d] primo fuit, postea magis placuit ex æsculo Jovi sacra.[e] Variatumque et cum quercu est, ac data ubique,[f] quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Additæ leges arctæ,[g] et ideo superbæ, quasque conferre libeat cum illa Græcorum summa,[h] quæ sub ipso Jove[i] datur, cuique muros[j] patria



CAP. V. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita Gronov. al. vett. et Franz. *Tulli Hostilii,* omisso τῷ *regis,* Harduin. 1. 2. 3. Miller. et

NOTÆ

Ῥωμαίων δῆμον, καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. Xiphilin. in Nerone, p. 721. Vide quæ diximus VII. 27.

[a] *Hostum Hostilium*] Meminit hujus Hostilii Plutarchus in Romulo, p. 29. eumque Hostilii, qui post Numam regnavit, pariter avum facit. Hunc eodem, quo nepotem, nomine, Tullum Hostilium appellat Dionys. Halic. Antiq. l. III. statim initio, p. 136. Hostium Hostilium Livius l. I. p. 6. Ex lapide Capitolino *Hostum* legi debere Sigonius in notis ad Livium asseverat.

[b] *P. Decium*] Hæc Livius lib. VII. pag. 133.

[c] *Cornelio Cosso*] Anno Urbis CCCCXI. M. Valerio Corvino tertium, collega. Cornelio decretum bellum Samniticum est. Livius lib. VII. p. 130. et 131.

[d] *Civica iligna*] De ilice hæc Gellius v. 6. p. 326. 'Quod genus superiori,' nempe quercui, 'proximum est, sicuti scriptum est in quadam comœdia Cæcilii: 'Advehuntur, inquit, cum iliginea corona, et chlamyde.''

[e] *Jovi sacra*] Urbium præsidi, ac civium: maxime vero rei Romanæ, et Capitolii: unde ipse Capitolinus dictus est: quamobrem ex arbore ei sacra dari coronam cive servato justum esse veteres fortassis censuerunt, inquit Plutarch. in Coriolano, p. 214. Διὸς Πολιέως ἱερὸν ὄντα τὸν τῆς δρυὸς στέφανον οἰόμενοι ἐπὶ σωτηρίᾳ πολίτου δίδοσθαι πρεπόντως. Hæc 'Sacra Jovi quercus, de semine Dodonæo,' ut canit Ovid. Met. VII.

[f] *Ac data ubique*] Mos, inquit, demum invaluit, dandi civicam e qualibet quercu: hoc tantum e prisca institutione religiose servato, ut glans in ea eligeretur optima, et grandissima.

[g] *Leges arctæ*] Arduæ ac difficiles.

[h] *Græcorum summa*] Præcipua, atque adeo unica lege.

[i] *Sub ipso Jove*] Jove ipso Olympico teste advocato, cujus ante statuam a Phidia elaboratam ea lex recitabatur. Nugantur, qui *sub Jove,* hoc loco, sub dio, vel in arena media, interpretantur.

[j] *Cuique muros*] Disjicere mœnia certo quodam loco veteres solebant, qua transvectio Olympionicæ, et tri-

gaudens rumpit: 'Civem servare, hostem occidere: utque eum locum,[k] in quo sit actum, hostis obtineat eo die, ut servatus[2] fateatur: alias testes nil prosunt. Ut civis fuerit:[l] auxilia,[3] [m] quamvis rege servato, decus id non dant. Nec crescit honos idem imperatore conservato: quoniam conditores[n] in quocumque cive summum[4] esse voluere. Accepta licet uti perpetuo. Ludos[5] ineunti semper assurgi, etiam ab senatu, in more est. Sedendi jus in proximo senatui. Vacatio munerum omnium ipsi, patrique, et avo paterno.' Quatuordecim eas accepit Siccius



Bipont.—2 Harduinus et recentt. ex codd. *obtineret hostis eo die. Ut servatus;* Gronov. et vulgg. *hostis obtineat eo die: Utque servatus.* Vet. Dalec. habet etiam *obtineret;* Chiffl. *ut servatus.*—3 Parm. *auxiliis.*—4 Codd. Dalec. et Chiffl. *civem summum.*—5 *Ludis* Vet. Dalec.—6 *Sicinius Dentatus*

NOTÆ

umphalis in urbem curru super mœnia disjecta ingressus foret: quod Plutarchus aperte docet Sympos. II. 5. p. 639. causamque subdit eam fuisse, quod significare eo ritu voluerint, non magnam in ea civitate utilitatem murorum esse, in qua viri essent, qui pugnare possent, et vincere. Xiphilinus de Reditu Neronis in Urbem: 'Quiddam,' inquit, 'murorum disjectum est, ac portarum: quibusdam asseverantibus ita sancitum esse, ut ita fieret iis qui e certaminibus coronati revertuntur.' Νενομίσθαι τινῶν λεγόντων ἑκάτερον τοῖς ἐκ τῶν ἀγώνων στεφανηφόροις γίνεσθαι. In Nerone, p. 723. In patriam suam quadrigis sic invehi solenni pompa, Græci εἰσελαύνειν dicebant. Hinc in nummis antiquis, CERT. ISEL. hoc est, 'Certamina Iselastica.' Et Plinius alter ad Trajanum, εἰσελαστικὸν, *Iselasticum.*

[k] *Utque eum locum*] Has leges luculenter Gellius his verbis exponit, v. 6. p. 326. 'Masurius Sabinus,' inquit, 'civicam coronam tum dari solitam dicit, cum is, qui civem servaverat, eodem tempore etiam hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat: aliter jus civicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in prælio servasset, et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset, eoque loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit, eum quoque civica dignum videri: quod appareret tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit.'

[l] *Ut civis fuerit*] Qui servatus fuerit, qui coronam dederit. Gellius loc. cit. 'Civica corona appellatur, quam civis civi, a quo servatus est, in prælio testem vitæ salutisque perceptæ dat.'

[m] *Auxilia*] Prærogativa hæc est civitatis Romanæ. Miles auxiliaris, aut mercenarius, nullam partem habet hujusce laudis et gloriæ.

[n] *Conditores*] Legis auctores, de corona civica danda.

Dentatus,[6] ut retulimus[o] suo loco: sex Capitolinus.[p] Is quidem et de duce Servilio. Africanus[q] de patre accipere noluit apud Trebiam.[r] O mores æternos, qui tanta opera honore solo donaverint:[7] et cum reliquas coronas auro commendarent, salutem civis in pretio[8] esse noluerint: clare professi, ne servari quidem hominem fas esse lucri causa![9]

VI. (V.) Glandes opes esse nunc quoque[1] multarum gentium, etiam pace gaudentium, constat. Necnon et inopia frugum arefactis molitur farina,[2] spissaturque in panis usum. Quin et hodieque[3] per Hispanias[s] secundis mensis glans inseritur. Dulcior eadem in cinere tosta. Cautum est præterea lege XII. tabularum, 'ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.' Genera earum multa. Distant fructu,[t] situ, sexu, sapore. Namque alia fageæ glandi figura, alia quernæ, et alia ilignæ: atque inter se quoque generum singulorum differentiæ. Præterea sunt aliquæ sylvestres, aliæ placidiores, quæ culta obtinent.

cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. et Parm. *donaverunt.*—8 Cod. Dalec. *civis iis in pretio.*—9 Ita codd. Harduini, Turneb. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *clara professione, servari quidem hominem nefas esse, &c.* Gronov. et vulgg.

CAP. VI. 1 Hæc verba, *nunc quoque,* desunt in cod. Dalec.—2 Dalec. *Glans et nunc in inopia frugum arefacta molitur in farinam.*—3 *Quin et hodie* Da-

NOTÆ

[o] *Ut retulimus*] Lib. VII. c. 29.

[p] *Capitolinus*] M. Manlius, servati Capitolii decore inclytus, et ob id Capitolini cognomen sortitus: ex illo ipso, quod tutatus erat, Tarpeio saxo dejectus, anno U. C. CCCLXX. Livius l. VI. p. 112. civicas octo hunc retulisse ait, servatos ex hostibus cives produxisse, inter quos Servilium Magistrum Equitum absentem nominatum. Vide quæ diximus VII. 29.

[q] *Africanus*] Scipio Africanus minor, qui Carthaginem postea Numantiamque delevit. Vide Florum II. 6. p. 60.

[r] *Apud Trebiam*] Id facinus ad Trebiam quoque Polybius contigisse refert, l. XV. Florus, 'inter Padum et Ticinum.' Item Valerius Max. V. 4. p. 267. et Seneca de Benef. III. 33. p. 49.

[s] *Per Hispanias*] Hodieque venales Salmanticæ, alibique, Octobri mense proponuntur, teste Car. Clusio.

[t] *Distant fructu*] Fructu: sylvestres enim aliæ sunt, aliæ placidæ, et mitiores: et omnium inter se figura dispar. Situ: nam aliæ montuosis locis, aliæ planis gaudent. Sexu: mares et fœminæ.

Jam etiam in montuosis,[4] planisque distant: sicut et sexu mares ac fœminæ: item sapore. Dulcissima omnium fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander. Genera distinguere [u] non datur nominibus, quæ sunt alia alibi. Quippe cum robur quercumque vulgo nasci videamus, æsculum non ubique. Quartam vero generis ejusdem, quæ cerrus vocatur, ne Italiæ quidem majore ex parte notam esse. Distinguemus ergo proprietate, naturaque: et, ubi res coget, etiam Græcis nominibus.[5]

VII. (VI.) Fagi glans,[a] nucleis similis, triangula cute includitur. Folium tenue, atque e levissimis,[1] populo simile, celerrime flavescens:[b] et media parte plerumque gignens superne parvulam baccam [c] viridem, cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratissima est, et ideo animalis ejus una proventus: glires quoque [d] saginat: expetitur [2] et turdis. Arborum fertilitas omnium fere alternat,[c] sed maxime fagi.

lec.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *montosis* Gronov. et vulgg.—5 'Ms. *nominibus utendum:* lege, *utendo.*' Dalec.

Cap. VII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *tenue ac levissimum* Gronov. et edd. vett.—2 Cod. Dalec. *expedit.*

NOTÆ

[u] *Genera distinguere*] Hodieque disceptant inter se eruditi de variis quercuum generibus nominibusque. Nos, quid sentiamus, breviter interim aperimus. Robur Theophrasto δρῦς ἀγρία est, nec habet in Gallica lingua nomen: nec receptum usu est, quod quidam inculcant, *le Roure.* Quercus, ἡ φηγὸς Theophrasto, *le grand chêne,* Fagus Latinorum, Theophrasto αἰγίλωψ, *le Hêtre, ou le Fouteau.* Æsculus, Theophrasto ἡμερὶς, *le petit Chêne,* ut dicemus c. 8. Cerrus, ὀξύη: nec ortum in Gallia, nec nomen habet. Ilex, Theophrasto πρῖνος, *l'Yeuse, ou chêne verd.* Hæc iis nomina idoneis argumentis suo quæque loco vindicabimus.

[a] *Fagi glans*] Galli has nuces faginas *Faines* vocant. Arboris et glandis iconem accuratam exhibet Dodonæus Pemptad. IV. 6. 11. p. 820.

[b] *Flavescens*] De hac voce diximus superiore libro c. 36.

[c] *Baccam*] Tuberculum duriusculum baccæ simile, quod in medio fere folio superne enascitur.

[d] *Glires quoque*] Refert Matthiolus in Diosc. lib. I. p. 206. cum fagi maturitas appetit, innumeros capi glires in Carniola, Carinthia, Stiriaque: mures ea esca illectos e longinquo sylvas petere gregatim: sciuris, turdis, merulis, esse pariter in cibatu gratam.

VIII. Glandem, quæ proprie intelligitur, ferunt robur, quercus, æsculus, cerrus, ilex, suber.[f] Continetur[1] hispido calyce, per genera[g] plus minus cutem complectente. Folia, præter ilicem, gravia,[2] carnosa, procera, sinuosa lateribus, nec, cum cadunt,[3] flavescentia, ut fagi: pro differentia generum breviora, vel longiora. Ilicis duo genera. Ex iis in Italia folio non multum[h] ab oleis distant, smilaces a quibusdam[i] Græcis dictæ. In provinciis sunt aquifoliæ.[j] Ilicis glans[4] utriusque[k] brevior et gracilior, quam Homerus acylon[l] appellat, eoque nomine a glande[m] distinguit. Masculas ilices negant ferre.

Glans optima in quercu, atque grandissima: mox æscu-



CAP. VIII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Continentur* edd. vett. et Gronov.—2 Dalec. *grandia.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *dum cadunt* Gronov. et vulgg.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dictæ, in provinciis aquifoliæ. Ilicis glans, &c.* Gronov. et vulgg. *dictæ in provinciis aquifoliæ sunt ilices. Glans, &c.* Chiffl. Mox, quidam ap.

NOTÆ

[e] *Alternat*] Alternis tantum annis maximo ferunt proventu glandem.

[f] *Suber*] Φελλὸς, *du Liege.* Recte delineatur a Dodonæo Pemptad. IV. 6. 6. p. 818.

[g] *Per genera*] Pro differentia generum: qua loquendi forma mox ipse abutitur. Itaque, pro arborum diversitate, major minorve calycis amplitudo est, majorem calyx vel minorem cutis glandisve partem amplectitur.

[h] *Folio non multum*] Non igitur aculeato: et hoc primum ilicis genus est, quod in Italia provenit. Alterius generis in provinciis reperiuntur, quæ proprie ilices, πρῖνοι, eædemque aquifoliæ, aculeatis nimirum foliis, appellentur. In Provincia frequentes: *Yeuses*, ut diximus, et *Eouses.*

[i] *Smilaces a quibusdam*] Nempe ab Arcadibus, auctore Theophr. Hist. III. 16. Οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν δένδρον τι σμίλακα καλοῦσιν, ὃ ἐστιν ὅμοιον τῷ πρίνῳ. *Smilacem Arcades vocant arborem ilici similem, folio tamen non aculeato,* τὰ δὲ φύλλα οὐκ ἀκανθώδη ἔχει. Vox est σμίλαξ πολύσημος, multa significans. Hesychius: Σμῖλος, δένδρον, οἱ δὲ πρῖνον· ἄλλοι σμίλακα, ᾗ στεφανοῦνται.

[j] *Sunt aquifoliæ*] Alterum scilicet ilicis genus. Vide Notas et Emend. num. 1.

[k] *Ilicis glans utriusque*] Tam smilacis, quam aquifoliæ. Theophr. loc. cit.

[l] *Homerus acylon*] Odyss. K. 242. Theocritus quoque Idyll. E. Et Galenus tom. VI. de Alim. Boni et Mali Succi, pag. 427. Τὰς δὲ τῶν πρίνων βαλάνους, ἃς ἀκύλους ὀνομάζουσιν Ἕλληνες.

[m] *A glande*] Quæ proprie *glans* appelletur, βάλανος. Homericum versum Plinius recte sic distinxit: Πὰρ δ' ἄκυλον, βάλανόν τ' ἔβαλε. Etsi in editis aliter.

lo: nam roboris parva: cerro tristis,[n] horrida, echinato calyce, ceu castaneæ. Sed et in querna, alia dulcior, molliorque fœminæ: mari [5] spissior. Maxime autem probantur latifoliæ [o] ex argumento dictæ. Distant inter se [6] [p] magnitudine, et cutis tenuitate. Item quod aliis subest tunica rubigine scabra, aliis protinus candidum corpus. Probatur et ea, cujus in balano, utrimque ex longitudine [q] extrema [7] lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quam cui in corpore: utrumque non nisi mari. Præterea aliis ovata, aliis rotunda,[r] aliis acutior figura. Sicut et colos nigrior, candidiorve, qui præfertur. Amaritudo in extremitatibus, mediæ dulces. Quin et pediculi [s] brevitas proceritasque differentiam habet.

In ipsis vero arboribus, quæ maximam fert, hemeris vocatur,[t] brevior, et in orbem comosa, alasque [u] ramorum crebro [8] cavata. Fortius lignum quercus habet [v] et incorruptius: ramosa et ipsa: procerior tamen,[w] et crassior

Dalec. *utique brevior.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *maris* Gronov. et al. ante Harduinum.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Distant autem inter se* Gronov. et edd. vett.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. *longitudinis extremo.*—8 Vet. Dalec. *alisque ramorum crebris.*—9 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

[n] *Cerro tristis*] Quercus est procera, glande majore, calyce echinato. A Dodonæo recte depingitur, pag. 819. qualem in Horto Regio vidimus: sed is ægilopem perperam vocat.

[o] *Latifoliæ*] Πλατυφύλλου Theophrasto appellatæ, Hist. III. 9. e quercuum genere. In Andegavorum agro perpetuo viret.

[p] *Distant inter se*] Nempe glandes generatim, et universe.

[q] *Ex longitudine*] Ima summaque parte glans durescit in lapidem: Παραλιθάζουσιν ἐν τοῖς ἄῤῥεσιν καλουμένοις ἐξ ἄκρων τῶν βαλάνων ἑκατέρωθεν· αἱ μὲν πρὸς τῷ κελύφει, αἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ σαρκί. Theophr. loc. cit.

[r] *Aliis rotunda*] Ut quercui: φηγὸς τὰς στρογγύλας. Theophr. Hist. III. 10.

[s] *Quin et pediculi*] Quo glans arbori adhærescit.

[t] *Hemeris vocatur*] Ἡμερὶς, Latinis *æsculus* appellata, a suavitate glandis, ut diximus cap. 6. quam breviorem quercu cum Plinius asseverat, omnino docet hemerim eam esse quam nos dicimus *Petit chêne.* Iconem vide apud Dodon. p. 811.

[u] *Alasque*] Alis ramorum cavatis, κοιλομάσχαλον. De his dicemus XXV. 18.

[v] *Fortius ... quercus habet*] Et Theophr. de sua φηγῷ, Hist. III. 9. Τοῦτο γὰρ ἰσχυρότατον, καὶ ἀσαπέστατον. Nec Glossis credo, quæ *æsculum* φηγὸν vocant.

[w] *Procerior tamen*] Quam hemeris:

caudice. Excelsissima[x] autem ægilops, incultis amica. Ab hac[y] proxima latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificiis, atque carboni:[z] dolata vitiis obnoxia est:[9] quamobrem solida utuntur: carbo in ærariorum tantum officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus emoriens sæpius recoquitur: cetero[10] plurimis scintillis. Idem[11] e novellis[a] melior. Acervi confertis[12] taleis[c] recentibus luto caminantur:[b] accensaque strue contis pungitur durescens calyx,[d] atque ita sudorem emittit.

Pessima et carboni et materiæ[a] haliphlœos[13 e] dicta, cui crassissimus cortex atque caudex, et plerumque cavus[14]

[a] *Tum ad faciendum carbonem parum apta, tum ad materiam ædificiorum.*



Dalec. cum edd. recentt. *atque carbone dotata, vitiis obnoxia est* Gronov. et vulgg. Mox, Chiffl. Gronov. et al. ante Harduin. *carboni ærariorum;* Vet. Dalec. *carbonis ærariis.*—10 Cod. Dalec. *ceterum.*—11 *Item* Gronov. et al. ante Harduin.—12 Cod. Dalec. *consertis.*—13 Gronov. *haliphleos.*—14 Cod.

NOTÆ

sed ægilope minor, inquit Theophr. *Le grand chêne.*

[x] *Excelsissima*] Theophr. loc. cit. Ἡ δὲ αἰγίλωψ ὀρθοφυέστατον, καὶ ὑψηλότατον . . . φύεται δὲ ἐν τοῖς ἐργασίμοις σπανίως. Est autem ægilops, ut diximus cap. 6. Latinorum fagus. Eadem ramosa, ut Plinius notat: unde Maro cecinit, 'patulæ sub tegmine fagi.'

[y] *Ab hac*] Theophr. loc. cit.

[z] *Atque carboni*] Ad carbonem faciendum. Vide Notas et Emend. num. 2.

[a] *Idem e novellis*] Nempe carbo. Ita Mss. Reg. &c. non *item.* Theophrast. Hist. v. 10. Χείρους δὲ καὶ οἱ τῶν πρεσβυτέρων τῶν νέων, καὶ μάλιστα οἱ τῶν γερανδρύων, κ. τ. λ. 'Vetustioris arboris, et potissimum annosæ, deterior est, quam novellæ, carbo: summa enim siccitate constat, ideoque, cum ardet, dissilit,' &c.

[b] *Acervi . . . luto caminantur*] In camini formam oblinuntur. 'Cædunt componuntque, inquit Theophr. loc. cit. 'ad carbonem conficiendum taleas recentes et rectas: has autem quam densissime componi ad concremationem oportet. Cum vero fornacem luto oblinierint, accendunt, et contis pungunt a latere.' Τέμνουσι δὲ καὶ ἐκζητοῦσιν εἰς τὰς ἀνθρακίας τὰ εὐθέα, καὶ τὰ νέα. δεῖ γὰρ ὡς πυκνότατα θεῖναι πρὸς τὴν κατάπρηξιν· ὅταν δὲ περιαλείψωσι τὴν κάμινον, ἐξάπτουσι, παρακεντοῦντες ὀβελίσκοις.

[c] *Taleis*] Frustis ligni ex utraque parte præcisis.

[d] *Durescens calyx*] Lutosa crusta, quæ carbonis struem integit.

[e] *Haliphlœos*] Ἁλίφλοιος Theophr. Hist. III. 9. hoc est, crassicortex: ἡ γὰρ ἁλίφλοιος παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος, χαῦνον δὲ καὶ κοῖλον, κ. τ. λ. Gallis incognita, nec in ullius Latini nominis possessionem venit.

fungosusque. Nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. Quin et fulmine[f] sæpissime[15] icitur, quamvis altitudine non excellat: ideo ligno ejus nec ad sacrificia uti fas habetur. Eidem raro[16][g] glans, et, cum tulit, amara, quam præter sues[h] nullum attingat animal: ac ne hæ[17] quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoque[i] inter reliqua neglectæ religionis est, quod emortuo[18] carbone sacrificatur.

Glans fagea suem hilarem facit, carnem coquibilem,[19] ac levem et utilem stomacho: iligna, suem angustam,[j] nitidam, strigosam, ponderosam: querna, diffusam:[k] gravissima et ipsa glandium, atque dulcissima.[20][l] Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem[m] carnem,[21] sed duram. Iligna tentari sues, nisi paulatim detur. Hanc novissimam cadere. Fungosam carnem fieri æsculo,[n] robore, subere.

IX. Quæ glandem[o] ferunt, omnes et gallam, alternisque

Dalec. *canus.*—15 Vox *sæpissime* deest in cod. Dalec.—16 Codd. Dalec. et Chiffl. *rare.*—17 Gronov. *ac ne eæ.*—18 Vet. Dalec. *cum emortuo.*—19 Cod. Dalec. *carnem coctibilem.*—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et ipsarum glandium quæ est dulcissima* Dalec. nempe 'fagi Græcorum.' Gronov. et vulgg. *diffusam et gravissimam, et ipsa glandium æque dulcissima.*—21 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *sordidiorem carnem* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

[f] *Quin et fulmine*] Theophr. loc. cit. qui Æoles negat eam ob causam ad sacrificia lignum id adhibere.

[g] *Eidem raro*] Mss. omnes, *rare.*

[h] *Præter sues*] Hoc pariter Theophrastus Hist. III. 10. de ea arbore narrat, quam ἄσπριν Macedones vocant.

[i] *Hoc quoque*] Hanc etiam ob causam, inquit, præter ceteras causas, in religionibus non adhibetur, quod facile carbo emoriatur, dum res sacra peragitur.

[j] *Suem angustam*] Macilentam: et, ut subditur, strigosam. Laudat tamen 'aprum iligna glande nutritum' Horat. II. Sat. 4. 40.

[k] *Querna, diffusam*] Pinguem, ac probe saginatam.

[l] *Atque dulcissima*] Querna, inquit, glandium dulcissima est: quod de sua φηγῷ tradit Theophrastus Hist. III. 9. γλυκύτατα δὲ τὰ τῆς φηγοῦ.

[m] *Solidiorem*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. &c. non, ut in editis hactenus libris legitur, *sordidiorem.*

[n] *Esculo*] Glande esculea, &c.

[o] *Quæ glandem*] Sic Theophr. loc. cit. Κηκίδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη. Verum ex eo numero eximenda ilex, quippe quæ nec glandem proprie appellatam, sed ἄκυλον, quam recte Homerus, ut dictum est sup. cap. a glande distinxit, nec proinde gallam ferat. Hic Plinium immerito coarguunt Pintianus, et Sepulveda Epist.

annis glandem. Sed gallam [p] hemeris optimam, et coriis perficiendis aptissimam. Similem huic latifolia, sed læviorem,[q] multoque minus probatam. Fert et nigram. Duo enim genera sunt. Hæc tinguendis [r] utilior.

(VII.) Nascitur autem [s] galla Sole [1] de Geminis [t] exeunte, erumpens noctu semper universa. Crescit [u] uno die candidior.[2] Et si æstu [v] excepta est,[3] arescit protinus, neque ad justum incrementum pervenit: hoc est, ut nucleum [w] fabæ magnitudine habeat. Nigra diutius viret: crescitque, ut interdum mali compleat magnitudinem. Optima Commagena, deterrima ex robore. Signum ejus,[x] quod cavernæ translucent.

X. Robur,[1] [a] præter fructum, plurima et alia gignit. Namque fert et gallæ utrumque genus,[b] et quædam veluti mora,[c] ni distarent arida duritie: plerumque tauri [d] caput [2]



CAP. IX. 1 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *Nascitur autem sole* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 ' Alii, *candida*. Theophr. *candida præter nigram*.' Dalec.—3 Alii ap. Dalec. *recepta est*.
CAP. X. 1 *Quercus* Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *duritie, pe*-

NOTÆ

III. 45. ad Pintian. pag. 180. Galla, *noix de galle*.

[p] *Sed gallam*] Hæc pariter ex Theophr. loc. cit.

[q] *Sed læviorem*] Theophr. πλὴν λειοτέρα.

[r] *Hæc tinguendis* [*tingendis*] Mss. *tinguendis*, nempe lanis, vel coriis. Theophr. Φέρει δὲ καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν, ᾗ τὰ ἔρια βάπτουσιν.

[s] *Nascitur autem*] Hæc totidem fere verbis Theophrast. Hist. III. 6.

[t] *Sole de Geminis*] Theophr. Circa desinentem Junium, περὶ Σκιῤῥοφοριῶνα λήγοντα.

[u] *Crescit*] Quæ candida est, crescit die uno.

[v] *Et si æstu*] Theophr. loc. cit.

[w] *Ut nucleum*] Nuclei voce abutitur, ut gallam significet: quod iterum facit XXIV. 5.

[x] *Signum ejus*] Deterrima, inquit, ex eo se signo prodit, quod sit multis foraminibus pervia, τετρυπημένη, inquit Diosc. I. 146.

[a] *Robur*] Theophr. Hist. III. 8. Πλεῖστα δὲ πάντων ἡ δρῦς φέρει παρὰ τὸν καρπὸν, κ. τ. λ. Et Græcorum δρῦν Maro quoque *robur* interpretatur, cum, ad hunc Homeri versum alludens, Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐστι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης, ita in Æneide cecinit: 'Gensque virum truncis et duro robore nata..'

[b] *Utrumque genus*] Album ac nigrum. Theophr. loc. cit.

[c] *Veluti mora*] Quiddam quod speciem mori refert, συκαμινῶδες ἄλλο· sed durum illud oppido, fractuque difficile.

[d] *Plerumque tauri*] 'Ad hæc aliud quoque gignit, quod, cum plane cre-

imitantia, quibus fructus inest nucleis olivæ similis. Nascuntur[e] in eo et pilulæ, nucibus non absimiles, intus habentes floccos[3] molles, lucernarum[f] luminibus aptos. Nam et sine oleo[4][g] flagrant, sicuti galla nigra. Fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni[5] succi.[h] Gignunt et alæ ramorum ejus pilulas, corpore,[i] non pediculo, adhærentes: candicantes umbilicis: cetera nigra varietate dispersa. Media[j] cocci colorem habent. Apertis[k] amara inanitas est. Aliquando et pumices[l] gignit: necnon et e foliis[6][m] convolutas pilulas: et in folio[n] rubente aquosos[o] nucleos, candicantes ac transluci-

nemque et tauri caput, e Theophr. *duritie: tum pleraque tauri caput* alii ap. Dalec.—3 Gronov. *floccos.*—4 *Nam sane in oleo* Dalec.—5 Vet. Dalec. *mellei.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *melleo succo et gustum inficientem, et tactum*, e Theophr.—6 Chiffl. *nec non et foliis.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum

NOTÆ

vit, tauri caput quodammodo imitatur.' *Καὶ ἕτερον . . . προσεμφερὲς τρόπον τινὰ τοῦτ' ἔστι καὶ ταύρου κεφαλῇ, περικαταγνύμενον δὲ ἔνδοθεν ἔχει πυρῆνα ἐλαίᾳ ὁμοφυῆ.* Theophr. loc. cit.

[e] *Nascuntur*] Theophr. loc. cit.

[f] *Lucernarum*] Vicem ellychnii in lucernis præbentes.

[g] *Et sine oleo*] Theophr. *Καίεται γὰρ καλῶς ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς.*

[h] *Melligeni succi*] Quæ melleum succum tactu gustatuque referat. Theophrast. *Φύει καὶ ἕτερον σφαιρίον κόμην ἔχον, τὰ μὲν ἄλλα ἀχρεῖον, κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἐπιβάπτον χυλῷ μελιτηρίῳ καὶ κατὰ τὴν ἀφὴν, καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν.*

[i] *Corpore*] In ramorum alis, inquit, pilulas gignit alias, quæ per se ipsæ, suo corpore, ac sine pediculo, ramis adhærescant: quæ umbilicos candicantes habeant, reliquum corpus variegatum e nigro. Ita Theophr. loc. cit. *Φύει δ' ἐνδοτέρω τῆς τῶν ῥαβδῶν μασχαλίδος ἕτερον σφαιρίον ἄμισχον . . . . τοὺς μὲν γὰρ ἐπανεστηκότας ὀμφαλοὺς ἐπιλεύκους, ἢ ἐπεστιγμένους ἔχει μέλανας.* Sic enim admonitus a Plinio medicus Constantinus vitiato huic alioqui Græci scriptoris loco medicinam fecit.

[j] *Media*] Theophr. *Τὸ δὲ ἀναμέσον κοκκοβαφὲς καὶ λαμπρόν.* Cocci colorem, miniatum intellige: uti de psittaci torque in cervice Plinius ait x. 58.

[k] *Apertis*] Apertam pilulam nigram videri et subputridam dixit Theophrastus loc. cit. *Ἀνοιγόμενον δέ ἐστι μέλαν, καὶ ἐπίσαπρον.* Fungosam raramque lanuginem, quæ intus est, 'inanitatem' vocat.

[l] *Et pumices*] Pumiceum lapillum, *σπάνιον δὲ παραφύει καὶ λιθάριον κισσηρῶδες ἐπὶ πλεῖον.* Theophr.

[m] *Et e foliis*] Sic Theophr. *φυλλικὸν σφαιρίον συμπεπιλημένον.*

[n] *Et in folio*] In ipsa folii spina, quæ per medium tergum recta discurrit, *ἐπὶ τοῦ φύλλου κατὰ τὴν ῥάχιν*, inquit Theophrastus.

[o] *Aquosos*] Pilulas aquosas, albas, pellucidas, quamdiu molles sunt,

dos,[7] quamdiu molles sint, in quibus et culices[p] nascuntur: maturescunt in modum gallæ.

XI. (VIII.) Ferunt robora et cachryn:[a] (ita vocatur[b] pilula in medicina urendi vim habens:) gignitur[c] et in abiete, larice, picea, tilia nuce, platano, postquam folia cecidere, hyeme durans. Continet nucleum[d] pineis similem: is crescit hyeme, aperitur vere pilula tota: cadit, cum folia cœpere[1] crescere. Tam multifera sunt, tot res[2] præter glandem pariunt robora. Sed et boletos,[e] suillosque,[f] gulæ novissima irritamenta, quæ circa[3] radices gignuntur: quercus probatissimos: robur autem,[g] et cupressus, et pinus[h]



edd. recentt. *et translucidos* Gronov. et al. Mox, pro *culices*, margo edd. Dalec. et Gronov. *muscæ*, e Theophr. ubi legitur *μυῖαι*.

CAP. XI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *cœperint* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *et tot res*.—3 Chiffl. *qui circa*.

NOTÆ

σφαιρίον λευκὸν, διαυγὲς, ὑδατῶδες, ὅταν ἁπαλὸν ᾖ. Theophr. Vulgo pilulas asininas vocant.

[p] *Et culices*] Μυίας, Theophrastus dixit, hoc est, *muscas*.

[a] *Cachryn*] Habet hæc vox Κάχρυς, apud Hesych. aliosque, multos significatus. Est autem hæc Pliniana κάχρυς ab ea, quam Theophrastus affert, et forma et nascendi modo dispar. Huic pilulæ instar est, cui nihil simile Theophrastea habet: hæc, postquam folia cecidere, hyeme durat, autumno nata: illa primo vere gignitur. Adjicit tamen statim idem Theophr. Hist. III. 7. quiddam in robore peculiare autumno nasci, quod per hyemem duret: eamque facile adducor ut credam κάχρυν Plinianam esse. Sed nihil est eo Theophrasti loco corruptius. Τῇ δ' ἰδιότητι τοῦ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν, κ. τ. λ.

[b] *Ita vocatur*] Eo quoque nomine, inquit, appellatur pilula quædam in medicinæ usu: quam scilicet κάχρυν, vel potius κάγχρυν vocat Dioscor. III. 88. qui proprie fœcundi rosmarini fructus: nec pilula, sed semen est: pariter *urendi vim* habens, καυστικῆς δυνάμεως.

[c] *Gignitur*] Dissimile est, quod in iisdem fere arboribus gigni Theophrastus prodit Hist. III. 7.

[d] *Continet nucleum*] Iisdem plane verbis nucis avellanæ iulum Theophr. describit loc. cit.

[e] *Sed et boletos*] Theophr. Hist. III. 9. Οἱ γὰρ μύκητες πρὸ τῶν ῥιζῶν, καὶ παρὰ τὰς ῥίζας φυόμενοι, κ. τ. λ.

[f] *Suillosque*] Id fungorum tertium genus nomen habet, venenis accommodatissimum, ut dicetur XXII. 47.

[g] *Robur autem*] Δρῦς Græcis, ut diximus. Subscribit in Georgicis Nicander his versibus, apud Athen. lib. II. p. 60. Ἐχθρὰ δ' ἐλαίης, Ῥοιῆς τε, πρίνου τε, δρυός τ' ἀπὸ πήματα κεῖται, Οἰδαλέα, σύγκολλα, βάρη, πνιγόεντα μυκήτων. *Noxia oleæ, Punicæ, ilicis, roborisque purgamenta jacent, tumidi, glutinosi, malefici, strangulantes fun-*

noxios. Robora[i] ferunt et viscum, et mella, ut auctor est Hesiodus. Constatque rores melleos, e cœlo, ut diximus,[j] cadentes, non aliis magis insidere frondibus. Cremati[k] quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est.

XII. Omnes tamen has ejus dotes ilex solo provocat cocco.[l] Granum hoc, primoque[1] ceu scabies[m] fruticis,[2] parvæ aquifoliæ[n] ilicis: cusculium[o] vocant: pensionem

CAP. XII. 1 *Cocci grano. Hic primo* cod. Dalec.—2 '*Seu scapo fruticis*] Male emendat *scabies* Turneb. Adv. IV. 16. *seu scaptes fruticis* Chiffl.' *Dalec. seu scapus, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. Vide Not. et Emend. n. 3.

NOTÆ

gi. De his dicetur opportunius XXII. 47.

[h] *Et pinus*] Athenæus lib. II. p. 61. ex Diphilo, pineos inter edules accenset, et ulmeos: *οἱ ἐπὶ πτελέαις καὶ πεύκαις γιγνόμενοι.*

[i] *Robora*] Theophrast. loc. cit. *ὡσαύτως καὶ ἡ ἰξία . . . εἰ δέ γε δὴ καθ' Ἡσίοδον φέρει μέλι καὶ μελίττας, κ. τ. λ.* Hesiodi versus hi sunt, in Ἔργοις, vs. 230. *Οὔρεσι δὲ δρῦς Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.*

[j] *Ut diximus*] Lib. XI. c. 12. Huc pertinet quod Maro cecinit, 'Et duræ quercus sudabunt roscida mella.' Et quod Naso Met. I. 112. 'Flavaque de viridi stillabant ilice mella.'

[k] *Cremati*] Theophr. loc. cit. *Φασὶ δὲ καὶ, ὅταν κατακαυθῇ, γίνεσθαι λίτρον ἐξ αὐτῆς.*

[l] *Provocat cocco*] Æquat, vel etiam superat. Theophr. Hist. III. 16. *Ὁ δὲ πρῖνος . . . φέρει καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν. Ilex fert, præter glandem, granum quoddam puniceum.* In Gallia Narbonensi nunc *Vermillon* vocant, *ou graine d'écarlate.* Quoniam ea grana vermiculis scatent, quorum sanies coccino tingendo idonea est, efficitque eum colorem, quem et nos miramur, et veteres impense laudarunt. Hinc 'emblemate vermiculatum' dixere, coccineo colore tinctum.

[m] *Ceu scabies*] Ac veluti arboris excrementum, seu purgamentum quoddam. Vide Notas et Emend. num. 3.

[n] *Parvæ aquifoliæ*] Et parvam ilicem, et fruticem vocat, ut ab eo utroque genere ilicis, de quo dictum est c. 8. diversum istud esse intelligas. Et est ex illo sane id genere, quod aquifolium ipse alibi, aliique dixere, alii agrifolium: Galli, *le petit Houx:* minime, ut priora duo, glandiferum. Diosc. IV. 48. *Κόκκος βαφική· θάμνος ἐστὶ μικρὸς, φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φακοὶ, κ. τ. λ. Frutex est parvus, surculosus, cui grana, ceu lentis, adhærent.* Tamen et in ilice *πρίνῳ* gigni Theophrastus paulo ante censuit. Hæc aquifolia eidem *ἀγρία* dicitur, Hist. III. 4. unde et Latinis 'agrifolium.' In Notis, quæ falso Tironi ascribuntur, apud Gruterum, p. 170. ubi arborum genera recensentur: 'Fraxinus. Acrifolium. Ilex.'

[o] *Cusculium*] Κοσκύλια, quoniam e cortice eraduntur. Græcis *κοσκύλλειν* est *excrescentes minutias præsecare.*

alteram[p] tributi pauperibus Hispaniæ donat. Usum ejus gratiorem in conchylii mentione tradidimus.[q] Gignitur[r] et in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia : pessimum in Sardinia.

XIII. Galliarum glandiferæ[a] maxime arbores agaricum[b] ferunt. Est autem fungus candidus, odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, nocte relucens. Signum hoc ejus, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quæ vocatur ægilops[c] fert pannos[1] arentes, muscoso



Cap. xiii. 1 Ita Vet. Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin. et recentt.

NOTÆ

p *Pensionem alteram*] Alterum ex horto, ex agro alterum pauperes tributum pendebant. Nam et hortensia in macello distrahebant, coccum iidem passim nascentibus fruticibus decerpebant: atque ex gemina ea merce corradebant, unde tributum penderent. E cocco igitur pensio altera tributi peti solita a Plinio nunc dicitur: altera ex horto, xix. 19. his verbis, 'cum credatur pensio ea pauperum.' Accepit hunc locum aliter longe Salmasius in Solin. p. 175. Tributi collationem ait duplicem fuisse: aliam in capite, aliam in censu. Posteriori tributo pendendo non fuisse obnoxios eos, qui agrum aut prædia non haberent; cum pensione capitis omnes tenerentur, qua divites, qua pauperes. Sed neque hoc loco capitationis vim, quidve vox ea valeat, intellexisse Salmasium, non optimum sane Jurisconsultum, disces ex iis quæ de capitatione disputat Gothofredus in Cod. Theod. lib. xi. tit. 1. de annona et tributis, p. 27. et p. 43. item lib. xiii. tit. 10. de censu, p. 116. Capitatio enim et genus illud tributi dicebatur, quod pro possessionum quoque numero, si quæ essent, imponeretur. Salvianus de Gubern. Dei lib. v. 'Cum possessio ab his recesserit capitatio non recedit: proprietatibus carent, et vectigalibus obruuntur.' Vide et Glossarium Du-Cangii, verbo 'Capitatio,' et 'Caput.' Neque vero de tributo gemino nunc sermonem esse Plinius ipse haud obscure indicat, cum 'pensionem tributi alteram' hunc cocci proventum, non 'tributi alterius pensionem' vocat: hoc est, in cocco alterum esse solvendo tributo subsidium, non tributo alteri.

q *Tradidimus*] Lib. ix. c. 65.

r *Gignitur*] Diosc. iv. 48.

a *Glandiferæ*] Præcipue larices, oculato teste Nic. Chorier, Hist. Delphin. lib. i. p. 58. Sunt enim ea regione plurimæ.

b *Agaricum*] Ἀγαρικὸν, et apud Gallos retinet nomen *Agaric*, fungi genus. A Dodonæo pingitur, v. 3. 24. p. 477. De eo rursum Plinius xxv. 57. quem locum vide.

c *Vocatur ægilops*] Fagus hæc est Latinorum, ut diximus c. 6. Hæc porro accepta a Theophr. iii. 9. Ὃ δὲ καλοῦσί τινες φάσκον, ὁμοίως τοῖς ῥακίοις ἡ αἰγίλωψ μόνη φέρει, πολιὸν καὶ βρύϊνον· καὶ γὰρ πηχυαῖον κατακρεμάν-

villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus[d] inter unguenta.

Suberi minima[2] arbor,[e] glans pessima, rara: cortex tantum in[3] fructu,[f] præcrassus[g] ac renascens,[h] atque etiam in denos pedes undique explanatus. Usus ejus ancoralibus maxime navium, piscantiumque tragulis,[i] et cadorum[j] obturamentis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacete Græci[k] corticis arborem appellant. Sunt et qui[l] fœminam ilicem vocent; atque, ubi non

phascon Theophr. *panos* Gronov. et vulgg.—2 Dalec. *non minima.*—3 Dalec.

NOTÆ

νυται, καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. Φύεται δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τῆς κορύνης ὅθεν ἡ βάλανος, κ. τ. λ. Quod autem φάσκον quidam vocant, pannis simile, ægilops sola fert, canum et muscosum, cubitali longitudine pendens, uti vestis lacerus longusque pannus: nascitur e cortice, non e surculorum cacumine, unde glans: neque ex gemma, sed ex latere ramorum anni exacti, &c.

[d] *Ut diximus*] Lib. XII. c. 50.

[e] *Minima arbor*] Nempe e glandiferis.

[f] *Cortex tantum in fructu*] In usu: quod ex ea arbore nihil ad vitam utile colligas, præter corticem.

[g] *Præcrassus*] Theophr. Hist. III. 16. *φλοιὸν ἔχει παχὺν σφόδρα.*

[h] *Renascens*] Intra annos tres, *ἐν τρισὶν ἔτεσιν*, Theophr. loc. cit.

[i] *Tragulis*] Piscatorum verricula tragulas vocat, sine controversia a trahendo nomen adeptas, ut vidit jamdudum Turnebus Advers. XXII. 14. p. 721. Et Glossæ Isidori, 'Tragum, genus piscatoriæ.' Glossar. Lat. Gallic. 'Tragum, *Rets à pêcher.*' Catholicon Armoricum, '*Traimaill, c'est une rets à pêcher.* Latine, hoc tragum, verriculum.' Gallis, *Tremail.* Italis, *Tramaglio:* quod tribus maculis, vel triplici macularum ordine constat, quas *Mailles* nostri appellitant.

[j] *Et cadorum*] Nunc quoque subere lagenis amphorisque obturandis utimur: et a calceariis suberem expeti ad conficiendas crepidas, nemo nescit. Hæc obturamenta Galli vocant, *bondons:* obturare cadum, *bondonner un muid.*

[k] *Non infacete Græci*] Videtur *φελλὸν*, quasi *φλοιὸν*, dici a Græcis velle. *Φελλὸς* certe Hesychio *φλοιὸς δένδρον, καὶ ξύλον ἐλαφρὸν, arboris cortex, et lignum leve.* Suberem etiam simpliciter corticem Latini dixere. Horat. III. Od. 9. 22. 'Tu levior cortice.' Et I. Sat. 4. 119. 'Simul ac duraverit ætas Membra animumque tuum, nabis sine cortice.'

[l] *Sunt et qui*] Hæc Theophrastus iisdem plane verbis, Hist. III. 16. de arbore quam *Φέλλοδρυν* Arcades vocabant: eandem esse cum *φελλῷ*, seu *subere*, ex aliis auctoribus Plinium didicisse credimus.

nascitur ilex, pro ea subere[4] utantur, in carpentariis præcipue fabricis, ut circa Elin[5] et Lacedæmonem. Nec in Italia tota[m] nascitur, aut in Gallia[n] omnino.

XIV. (IX.) Cortex et fagis, tiliæ, abieti, piceæ, in magno usu agrestium. Vasa, corbesque, ac patentiora quædam messibus convehendis vindemiisque faciunt, atque prætexta[1] tuguriorum.[o] Scribit in recenti ad duces explorator, incidens literas[p] a succo.[2] Necnon in quodam usu sacrorum religiosus est fagi cortex. Sed non durat arbor ipsa.

XV. (X.) Scandulæ[1][q] e robore aptissimæ, mox e glandiferis aliis, fagoque: facillimæ ex omnibus quæ resinam ferunt: sed minime durant, præterquam e pino. Scandula[r]

tantum non in.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *phellodry,* e Theophr.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Elæan,* e Theophr.

Cap. XIV. 1 Chiffl. *protecta.*—2 Dalec. *incisus literas tegente succo.*

Cap. XV. 1 *Scindulæ* Turneb. ex Isidor. *Scandula, &c. aptissima, facilima,*

NOTÆ

[m] *Nec in Italia tota*] Sed in Etruria tantum. Theophr. loc. cit.

[n] *Aut in Gallia*] Galliæ nomine Narbonensis provincia minime comprehenditur. Nam, ut ait IV. 31. 'Gallia omnis, Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur,' Belgas nimirum, Celtas, et Aquitanos. In Provincia certe, quæ pars est provinciæ Narbonensis, indigenam esse suberem, nec ascititiam aliunde, argumento est, quod dumosis et squalentibus locis ibi luxuriose prosilit, ut prodidere Petr. Quiqueranus lib. II. fol. 50. Honor. Bouche I. 8. p. 49. ipsaque experientia comprobat.

[o] *Prætexta tuguriorum*] Tecti tuguriorum marginem seu oram extimam, quæ eo corticis genere prætexitur. Ducta metaphora videtur a prætexta veste nobilium, quæ purpura circumtexta erat. Forte *projecta* rectius, quod in Mss. *protecta* legitur. 'Prominentiæ' tectorum Vitruvio IV. 2. et II. 8. 'projecturæ:' *Saillies, égouts.* Vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. ad lib. XVII. num. 18.

[p] *Incidens literas*] Succi madidi beneficio literas incidit, inscribitque cortice, minime conspicuas: easdem, siccato cortice, apparentes.

[q] *Scandulæ*] Asseres, seu tabellæ parvæ, hoc est, in exiguas laminas fissæ. Columella VIII. 3. fenestellis scandulas jungi præcipit, quibus ab corte irrepant aves ad requiem nocturnam. *Scandulas,* non *Scindulas,* habent Mss. omnes. Adde his ea quæ V. Cl. Du-Cangius habet in Gloss. verbo 'Scindula.'

[r] *Scandula*] Ligneis assulis, sectilibusque asserculis. Mirum est *ardesias* nostras incognitas veteribus fuisse, quæ hodie passim habentur. 'Nostri,' inquit Philander ad Vitruv.

contectam fuisse Romam,[2] ad Pyrrhi usque bellum,[s] annis CCCCLXX. Cornelius Nepos auctor est. Sylvarum[t] certe distinguebatur insignibus. Fagutali Jovi[3] etiam nunc, ubi lucus fageus fuit: porta Querquetulana:[4][u] colle in quem vimina petebantur, totque lucis, quibusdam et geminis. Q. Hortensius dictator, cum plebs[v] secessisset in Janiculum, legem in Æsculeto[w] tulit, ut, 'quod ea jussisset, omnes Quirites teneret.'[5][x]

XVI. Peregrinæ tum[1] videbantur, quoniam non erant

---

durans Chiffl.—2 *Scindulam non conspectam fuisse Romæ* cod. Dalec.—3 *Fagutalis Jovis* Dalec.—4 *Querculana* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *tenerent;* Vet. Dalec. *tenerentur.*

CAP. XVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et re-

NOTÆ

I. 1. 'utuntur cœrulei in nigro sectilibus laminis crustisve. Is lapis serra dentata, ut lignum, secatur, assulatimque frangitur. Ardesiam vocamus, credo ab ardendo, quod e tectis ad solis radios veluti flammas jaculetur.'

[s] *Ad Pyrrhi . . . bellum*] Quod cœptum esse anno Urbis 472. diximus VIII. 6.

[t] *Sylvarum*] Erant in Urbe sylvæ insignes, quibus regiones quam plurimæ distingui solerent. Nam vel in una Regione Urbis quinta Lucus Fagutalis fuit, de quo Festus, 'Fagutal, sacellum Jovis, in quo fuit fagus arbor, quæ Jovi sacra habebatur.' Fuit et collis campusque Viminalis, a viminum sylva cognominatus, et Ara Viminei Jovis. Fuit et Lucus Petelinus.

[u] *Querquetulana*] Ubi et Querquetulanum sacellum, de quo Varro de Ling. Lat. lib. IV. pag. 15. Festus: 'Querquetulana porta Romæ dicta quod querquetum (quercetum) intra muros Urbis juxta se habuerit.'

[v] *Cum plebs*] Tres plebis secessiones factæ memorantur. Prima, in montem sacrum, trans Anienem amnem, tria ab Urbe millia passuum, æris alieni causa, anno Urbis CCLXI. de qua Livius lib. II. p. 32. Secunda secessio facta est anno CCCV. ob Decemvirorum insolentiam, et Appii Claudii Decemviri scelus, auctore L. Virginio. De ea Livius lib. III. pag. 60. Tertia, de qua nunc sermo, rursus æris alieni causa, facta in Janiculum, anno CCCLXVII. De hac Epitome Livii lib. XI. 'Plebs propter æs alienum, et graves, et longas seditiones, ad ultimum secessit in Janiculum, unde a Q. Hortensio Dictatore deducta est, isque in ipso magistratu decessit.'

[w] *In Æsculeto*] Locus fuit æsculis consitus.

[x] *Quirites teneret*] Similem legem primum L. Valerio, M. Horatio Coss. latam legimus apud Liv. lib. III. pag. 60. secessione secunda: 'Cum veluti in controverso jure esset, tenerenturne patres plebiscitis, legem centuriatis Comitiis tulere, ut quod tributim plebs jussisset, populum teneret.' Repetita igitur ab Hortensio est. Gellius XV. 27. p. 848. 'Q. Hortensius Dictator eam legem tulit, ut

suburbanæ, pinus[a] atque abies, omnesque quæ picem gignunt, de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo cognoscatur. Quædam ferunt in Asia, aut Oriente, e prædictis picem. In Europa sex genera cognatarum[2] arborum ferunt. Ex iis pinus atque pinaster[3] folium habent capillamenti modo prætenue, longumque, et mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum et nucibus[b] ipsis, de quibus dictum est, vixque ut[4] ascribatur generi.

XVII. Pinaster[c] nihil aliud est, quam pinus sylvestris, mira altitudine, et a medio ramosa, sicut pinus in vertice. Copiosiorem dat hæc[d] resinam, quo[1] dicemus modo.[e] Gignitur et in planis. Easdem arbores alio nomine[2] esse per oram Italiæ, quos tibulos[3][f] vocant, plerique arbitrantur, sed graciles succinctioresque, et enodes, liburnicarum[g] ad usus, pæne sine resina.[4]

XVIII. Picea[h] montes amat, atque frigora: feralis arbor,[i]



centt. *tum* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *cognitarum.*—3 Chiffl. *pinastri.* —4 Ita Harduin. l. 2. 3. et recentt. *vix ut* Gronov. et al. vett.

CAP. XVII. 1 Cod. Dalec. *de qua.*—2 Dalec. *sed alio nomine.*—3 Dalec. *quas tibulos;* cod. Dalec. *quos stubulos;* Hermol. *quos strubulos.*—4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *pæne resina* Gronov. et al. ante Harduinum.

NOTÆ

eo jure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur.'

[a] *Pinus*] Quæ Græcis fere πίτυς, nostris *un Pin.* Archiæ Epigramma, a nobis relatum XV. 5. ubi inter Olympionicarum coronas πίτυς numeratur, Ausonius ita reddidit in Eclogario: 'Quatuor antiquos celebravit Achaia ludos: Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.'

[b] *Et nucibus*] Interdum, inquit, fert resinam in ipsis nucibus pineis, de quibus dictum est XV. 9. sed eam quidem adeo exiguam, ut resiniferarum arborum generi vix pinus ascribatur.

[c] *Pinaster*] Πίτυς ἀγρία, *pin sauvage.* Pingitur a Dodonæo pag. 848.

[d] *Copiosiorem dat hæc*] Nempe pinus sylvestris.

[e] *Quo dicemus modo*] Cap. 23.

[f] *Quos tibulos*] Harum iconem Dalecampius exhibet lib. I. p. 47. Mox *succinctiores*, magis compactas, interpretor.

[g] *Liburnicarum*] Genus est bellicæ navis velocissimæ, a Liburnis Illyrici populis conditoribus nuncupata. His struendis pinaster arbos idonea.

[h] *Picea*] Hæc Theophrasto πίτυς, aliis πεύκη, *Pesse* Gallis. Hinc pityocampas (erucæ genus est) in picea Plinius XXIX. 30. in pinu alii nasci produnt. Pingitur a Dodonæo pag. 851. accuratius a Matthiolo in Diosc. lib. I. p. 97.

[i] *Feralis arbor*] Quæ funeribus adhibetur. Unde illud Maronis Miseni

et funebri indicio ad fores posita, ac rogis virens: jam tamen et in domos[j] recepta, tonsili facilitate. Hæc plurimam resinam fundit, interveniente[1] [k] candida gemma, tam simili thuris, ut mixta visu discerni non queat: unde fraus Seplasiæ.[l]

Omnibus his generibus[2] folia brevi seta[m] et crassiore, duraque, ceu cupressis. Piceæ rami pæne statim ab radice modici, velut brachia, lateribus inhærent. Similiter abieti,[n] expetitæ navigiis.[o] Situs in excelso[p] montium, ceu maria[3] fugeret: nec forma alia.[q] Materies vero præcipua trabibus,[4] et plurimis vitæ operibus. Resina ei[r] vitium, unde fructus unus piceæ:[5] exiguumque sudat aliquando contactu Solis. E diverso materies, quæ abieti pulcherrima, piceæ ad[s] fissiles scandulas, cupasque, et pauca alia secamenta.



Cap. xviii. 1 Dalec. *intermicante.* Mox, cod. Dalec. *tam similem thuri;* et paulo post in eodem, *non queat: et inde fraus, &c.*—2 *Omnino huic generi* Dalec. Mox, *seu cupressis* Gronov.—3 Gronov. *seu maria.*—4 Chiffl. *est trabibus.*—5 *Resinæ vitium unde fructus piceæ* Chiffl.

NOTÆ

funus describentis, Æn. vi. 180. 'Procumbunt piceæ,' &c.

j *In domos*] Etiam, si Maroni credimus, Ecl. vii. 65. 'Pulcherrima pinus in hortis.'

k *Interveniente*] Quæ sponte manat resina, inquit, e picea, in gemmam interdum candidam coit, quæ est micæ thuris simillima.

l *Fraus Seplasiæ*] Hoc est, Seplasiariorum. Festus: 'Seplasia, forum Capuæ, in quo plurimi unguentarii erant.' Ascon. Pedian. in Orat. Cic. contra Pison. 'Dictum est in dissuasione legis Agrariæ apud populum, plateam esse Capuæ, quæ Seplasia appellatur, in qua unguentarii negotiari sunt soliti.'

m *Brevi seta*] Instar setæ brevia, exiliaque, et gracilia.

n *Similiter abieti*] *Le sapin.* Theophr. Hist. iii. 10. *ἐλάτη θήλεια, abies fœmina.* A Clusio recte pingitur, Hist. Plant. lib. i. p. 34. et a Matthiolo in Diosc. lib. i. p. 107.

o *Navigiis*] Virgil. Georg. ii. 68. 'Casus abies visura marinos.'

p *Situs in excelso*] Idem Ecl. vii. 66. 'Abies in montibus altis.'

q *Nec forma alia*] Quam picea. Adeo sane inter se affines ambæ, ut observat Matthiolus pag. 106. ut fabros lignarios similitudine sæpe fallant: etiam peritos, inquit Plinius cap. seq.

r *Resina ei*] Resinæ fluxus ex abiete arbori exitiosus est: e picea ad vitæ usum perutilis, nec matri noxius.

s *Piceæ ad*] Piceæ materies, inquit, idonea tantum parandis scandulis fissilibus, cupisque, hoc est, vasis vinariis, aliisque sectilibus operibus paucis.

XIX. Quinto generi situs idem, eadem facies: larix vocatur.[a] Materies præstantior longe, incorrupta vis,[1] mori[2] contumax: rubens præterea, et odore acrior. Plusculum huic erumpit liquoris,[b] melleo colore, atque lentiore,[3] nunquam durescentis.

Sextum genus est tæda[c] proprie dicta, abundantior succo quam reliqua, parciore liquidioreque[4] quam in picea: flammis ac lumini sacrorum[d] etiam grata. Hæ, mares[5][e] duntaxat, ferunt et eam, quam Græci sycen vocant, odoris gravissimi. Laricis[6] morbus est, ut tæda fiat.[f]

Omnia autem hæc genera accensa fuligine immodica carbonem repente exspuunt cum eruptionis crepitu, ejaculanturque longe: excepta larice,[g] quæ nec ardet, nec car-



CAP. XIX. 1 Cod. Dalec. *incorrupta usu.*—2 Ita codd. Harduini et recentt. *emori* cod. Dalec. edd. vett. et Gronov. *humori* Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *recentiore ;* Dalec. *lentioris.*—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *parcior liquidiorque* Gronov. et al. ante Harduin.—5 *Pini mares* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—6 *Pini* ibid. ex

NOTÆ

[a] *Larix vocatur*] Iisdem fere verbis a Vitruvio describitur II. 9. p. 35. Theophrasto πεύκη. Sed nondum hæc arbos in certi alicujus nominis Gallici possessionem venit: etsi eruditi viri eam esse existimant, quam *Meléze* vulgus appellat: res nihilominus habet dubitationem, ut pluribus argumentis inferius demonstrabimus. Melesia ea porro in Delphinatu, et Alpibus frequens. Vide Nic. Chorier Hist. lib. I. p. 57. A Dodonæo pingitur, p. 856.

[b] *Plusculum .... liquoris*] Resinæ. Eam quæ ex *Meleziis* manat, officinæ pro terebinthina venditant: interdum etiam pro benjoino.

[c] *Est tæda*] Ignota hæc Theophrasto arbos, in Allobrogum et Italorum agro frequens. Pingitur a Dalecampio lib. I. pag. 47. 'Pinus sylvestris, Cembro,' a Matthiolo appellatur, qui eam et ipse accurate delineat in Diosc. lib. I. p. 106.


[d] *Lumini sacrorum*] Ad faces, quæ in sacris ritibus accenduntur. Unde et tædas faces ipsas vocamus. Apuleius Asin. Aur. lib. XI. ubi de expiata nave: 'Sacerdos,' inquit, 'tæda lucida, et ovo, solennissimas preces de casto præfatus ore,' &c.

[e] *Hæ, mares*] E tædarum genere, mares duntaxat. Sed et ταῖς πεύκαις id quoque subnascitur, quod συκῆν Græci, hoc est, *ficum* vocant, si Theophrasto credimus, Hist. III. 10.

[f] *Ut tæda fiat*] Ut, instar tædæ, abundantiorem succum, resinamque fundat: est enim ea copia exitiosa arbori. Hæc de larice, quam πεύκην vocat, etiam prodidit Theophrastus Hist. III. 10.

[g] *Excepta larice*] Vitruvium præeuntem conceptis verbis nunc reddit. 'Larix vero,' inquit ille, II. 9. p. 35. 'qui non est notus, nisi his munici-

bonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quam lapides. Omnia ea perpetuo virent,[h] nec facile discernuntur in fronde, etiam a peritis: tanta natalium mixtura est. Sed picea minus alta quam larix. Illa crassior,[i] leviorque[7] cortice, folio villosior, pinguior, et densior, molliorque flexu. At piceæ[j] rariora siccioraque folia, et tenuiora, ac magis algentia: totaque horridior est, et perfusa resina.[8] Lignum abieti[k] similius. Larix ustis[l] radicibus non repullulat,[9] ut in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrhæo.[10]



eodem.—7 '*Larix: hæc crassiori leviorique;* vel, quod magis probo, *larix, crassiori,*' &c. Dalec.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *totaque jucundi odoris resina perfusa est,* e Theophr. *rotaque* Hermol.—9 Ita tacite Harduinus, eumque secuti sunt Bipont. et Miller. *Larix u. r. n. repullulat, picea repullulat* edd. vett. Gronov. et Franz. ita quoque Theophr. Pro *picea,* margo edd. Dalec. et Gronov. *pinus,* e Theophr.—10 Ibid. ex eodem, *Pyrrhæorum.*—

NOTÆ

pibus qui sunt circa ripam fluminis Padi, et littora maris Adriatici, non solum ab carie aut a tinea non nocetur, sed etiam flammam ex igni non recipit, nec ipse potest per se ardere, nisi uti saxum in fornace ad calcem coquendam, aliis lignis uratur: nec tamen tum flammam recipit, sed longo spatio tarde comburitur.' Eadem de larice Palladius lib. XII. in Novemb. tit. 13. Quæ tamen valde vereor ut vere dicta, nec temere credita sint a summis viris: nihil enim resiniferis arboribus, cujusmodi inprimis larix est, quæ liquida resina turget, concipiendo igni aptius videtur. Abest ea sane dos a melesiis arboribus quas veterum larices esse eruditi volunt. Harum enimvero carbo, præsertim in ærariorum officinis, mire expetitur.

[h] *Omnia . . . virent*] At larici nostræ, si quidem Melezia ea sit, folia hyeme decidunt: etsi coniferæ arbores ceteræ perpetuo virent.

[i] *Illa crassior*] Nempe, larix, quæ Theophrasto πεύκη, ut diximus. Nam quæ de larice Plinius, ea de πεύκῃ totidem verbis Theophr. III. 10. Καὶ τὰ φύλλα τὴν μὲν πεύκην ἔχειν πολλὰ, καὶ λιπαρὰ, καὶ δασέα, καὶ κεκλιμένα, *inflexa.*

[j] *At piceæ*] Quæ Theophrasto, loc. cit. πίτυς. Τὴν δὲ πίτυν, inquit, ὀλίγα τε, καὶ αὐχμωδέστερα, καὶ πεφρικότα μᾶλλον, *pauciora, squalidiora, horridiora.*

[k] *Lignum abieti*] Piceæ lignum similius: nec totius arboris formam fere aliam esse dixit cap. sup. Theophr. loc. cit. Καὶ πίτυος τὰ ξύλα λευκότερα, καὶ ὁμοιότερα τῇ ἐλάτῃ.

[l] *Larix ustis*] Laricem iterum vocat, quæ Theophrasto πεύκη est: quæ πίτυς, iterum piceam. Sic enim ille, loc. cit. Πεύκην μὲν γὰρ ἐπικαυθεισῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνειν· τὴν πίτυν δέ φασί τινες ἀναβλαστάνειν· ὥσπερ καὶ εἰς Λέσβον ἐμπρησθέντος τοῦ Πυῤῥαίων ὄρους τοῦ πιτυώδους. Eam ob causam XXIV. 86. chamæpeucen sic appellatam tradit a similitudine foliorum cum larice.

Alia etiamnum generibus ipsis[m] in sexu differentia. Mas brevior et durior: fœmina procerior, pinguioribus foliis, et simplicibus,[11] [n] atque non rigentibus.[o] Lignum maribus[p] durum, et in fabrili opere contortum: fœminæ mollius, publico discrimine in securibus. Hæ in quocumque genere deprehendunt marem:[a] quippe respuuntur, et fragosius[q] sidunt, ægrius revelluntur. Ipsa materies retorrida, et nigrior maribus radix.[r] Circa Idam[s] in Troade et alia differentia est, montanæ, maritimæque. Nam in Macedonia[t] et Arcadia, circaque Elin, permutant nomina, nec constat auctoribus, quod cuique generi attribuant: nos ista Romano discernimus judicio. Abies e cunctis amplissima est, et fœmina etiam prolixior: materie mollior utiliorque, arbore rotundior,[12] folio pinnato[u] densa, ut imbres non transmittat, atque hilarior in totum.[13] E ramis generum horum panicu-

[a] *Secures in omni arborum genere deprehendunt quæ arbos mascula, quæ fœmina sit.*

11 Ibid. ex eodem, *mollibus*, ubi ἁπαλοῖς.—12 ‘ *Utiliorque. Arbos rotundior* Ms. θηλοειδὴς, camerata, in testudinem fornicata.’ *Dalec.*—13 Vet. Dalec.

NOTÆ

[m] *Generibus ipsis*] In sex commemoratis resiniferarum arborum generibus sexus quædam differentia est.

[n] *Simplicibus*] Apud Theophr. loc. cit. ἁπαλὰ, *mollia*: ἁπλῆ, *simplicia*, legisse Plinius videtur.

[o] *Non rigentibus*] Non subrectis, sed languidis.

[p] *Lignum maribus*] Hæc iisdem verbis Theophr. loc. cit. Ἔστι δὲ τὰ ξύλα τοῦ μὲν ἄῤῥενος περιμήτρια καὶ σκληρὰ, ἐν ταῖς ἐργασίαις στρεφόμενα· τῆς δὲ θηλείας εὐεργὰ, καὶ εὐστραβῆ, καὶ μαλακώτερα· Σχεδὸν δὲ κοινή τις ἡ διαφορὰ πάντων τῶν ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν, ὡς οἱ ὑλοτόμοι φασίν· ἅπαν γὰρ τὸ ἄῤῥεν τῇ πελεκήσει τραχύτερον καὶ ἐπεστραμμένον μᾶλλον, καὶ δυσεργότερον, καὶ τῷ χρώματι μελάντερον, κ. τ. λ.

[q] *Fragosius*] Major, cum finditur, fit fragor: et in ictu hæret securis.

[r] *Nigrior . . . radix*] Tota materies, non radicis modo, sed corporis ac ligni, nigrior in maribus esse a Theophr. dicitur: καὶ τῷ χρώματι μελάντερον.

[s] *Circa Idam*] Theophr. loc. cit.

[t] *Nam in Maced.*] Theophr. loc. cit.

[u] *Folio pinnato*] Folia pinnas avium referunt: tam densa, ut neque nivem, neque imbrem transmittat, inquit Theophr. loc. cit. Ἔχει δὲ ὥσπερ πτέρυγας τὸ φύλλον . . . πυκνὸν δὲ οὕτως, ὥστε μήτε χιόνα διϊέναι, μήθ' ὑετόν. Hic vero recte Constantinus observat, φύλλον vocari, non singula folia abietis, veluti capillamenta: sed eorum in singulis ramulis, surculisque, totam seriem pectinatim dispositam. Itaque hic φύλλον collective dicitur.

larum[v] modo nucamenta[w] squamatim compacta dependent, præterquam larici.[14] [x] Hæc abietis[y] masculæ primori parte nucleos habent: non item fœminæ. Piceæ vero totis paniculis, minoribus gracilioribusque, minimos ac nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida.

XX. Similis his[a] etiamnum aspectu est, ne quid prætereatur, taxus, minime virens,[1] [b] gracilisque et tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus[c] sola baccifera. Mas noxio[d] fructu. Letale quippe baccis, in Hispania[e] præcipue, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta mortifera fuisse compertum est. Hanc Sextius[2] smilacem[f]



hilarior intuitu.—14 Dalec. *præterquam laricis.*

CAP. XX. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *minus virens* Gronov. et al. vett. *minus* deest in Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *Sestius* Gronov. et al. ante

NOTÆ

[v] *Panicularum*] Panicula in arundinibus, milio, juglandibus, aliisque, ea coma dicitur, in qua pendent semina. *L'épy du millet, les chatons des noyers, &c.*

[w] *Nucamenta*] Coni, nuces, κύτταροι. Nucamenta pinea dicimus, *Pommes de pin.*

[x] *Præterquam larici*] Unde intelligas haud certam satis conjecturam esse eorum, qui laricem esse meleziam arbitrantur: sunt enim huic, ut pino, coni, etsi minores, cupressinisque similes.

[y] *Hæc abietis*] Hæc nucamenta, inquit, in mascula abiete nucleos anteriore parte gerunt, qua sunt acuminata: in picea toto nucamenti corpore nuclei sparguntur, sed minimi, quos Græci φθεῖρας vocant: unde arbori nomen φθειροφόρος· neque enim, ut visum est Dalecampio, ea vox φθεὶρ tantum *pediculum* sonat, sed et *piceæ nucleum:* Hesychius, Φθεὶρ, ὁ τῆς πίτυος καρπός. Eustathius, in Iliad. B. Φθεῖρες, τὰ μικρὰ στρόβυλα.

[a] *Similis his*] Nempe resiniferis arboribus: maxime vero abieti: sed aspectu tantum similis, non resina, nec squamato fructu. Taxus, *l'If.*

[b] *Minime virens*] At nostra taxus perpetuo viret, in Gallico cœlo.

[c] *Ex omnibus*] Nempe e resiniferis proxime memoratis.

[d] *Mas noxio*] Apparet hæc Plinium a Theophrasto non hausisse: is enim Hist. III. 10. taxi baccas edules esse et innoxias homini scribit: et sane sunt ejuscemodi in Anglia, teste Pena in Adversar. pag. 450.

[e] *In Hispania*] Etiam in Italia baccas venenatas esse Diosc. prodidit: sed falso. Honor. Bouche Hist. I. 8. pag. 49. experimento se comprobasse ait, largiorem taxi esum equis esse letalem: bubus certe esse, rustici nobis liquido affirmarunt.

[f] *Smilacem*] Diosc. IV. 80. Σμίλαξ

a Græcis vocari dixit: et esse in Arcadia[3] [g] tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui et taxica [h] hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tinguantur. Repertum, innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus æreus adigatur.

XXI. (XI.) Pix liquida in Europa e tæda [i] coquitur, navalibus[1] [j] muniendis, multosque alios ad usus.[k] Lignum ejus [l] concisum, furnis undique igni extra circumdato, fervet.[2] Primus sudor aquæ modo fluit canali: hoc in Syria [m] cedrium [n] vocatur: cui tanta vis est, ut in Ægypto [o] corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur.

Harduin. Mox, pro *smilacem*, margo edd. Dalec. et Gronov. *milon*, e Theophr.—3 *Narbonensi Gallia* ibid. e Diosc. Mox, Vet. Dalec. *ut si qui dormiant.*

Cap. XXI. 1 Vet. Dalec. *navibus.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *undique terra circumdata igni ferret*, e Theophr. Mox, Vet. Dalec. *ut prim. sud. aquæ mo. fluat canali. Hoc e cedro in Syria cedrium.*

NOTÆ

.... Ῥωμαῖοι δὲ τάξον καλοῦσιν. A Sextii fonte Dioscorides, ut Plinius, hausit. Et smilacem de ilice dici superius vidimus, cap. 8.

g *In Arcadia*] Etiam in Narbonensi Gallia, si Dioscoridi fides, loc. cit. ἐν τῇ Ναρβωνίᾳ. Apud nos umbra taxi minus aliquanto exitiosa est: dolorem modo capitis facit iis qui diutius sub ea hærent.

h *Sunt qui et taxica*] Quod ex arbore taxo sagittæ fierent, quæ venenis tingebantur, quibus inde toxicorum, sive taxicorum est appellatio indita. Liber Mirac. S. Martini, laudatus a Du-Cangio in Glossar. verbo, 'Ivus:' 'Est autem id genus arboris aptum spiculis et arcubalistis: vulgo enim dicitur Ivus.' Alii ἀπὸ τῶν τόξων toxica credunt appellata, quod iis venenis sagittas barbari tingebant: Diosc. in Alexiph. cap. 20. Τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὠνομάσθαι, ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτοῦ χρίεσθαι.

i *E tæda*] Sexto illo resiniferarum arborum genere, de quo cap. 19. Ex eo ignis vi pix elicitur.

j *Navalibus*] Ita Mss. hoc est, omni navigiorum generi et instrumento picando.

k *Alios ad usus*] Quos ipse proferet XXIV. 23.

l *Lignum ejus*] Hunc picis conficiendæ modum Plinius a Theophrasto hausit Hist. IX. 3. ubi multo prolixius tractatur.

m *Hoc in Syria*] Nempe hic primus sudor, *Poix vierge:* quod enim primum in omni liquore manat, id præstantissimum. Sic in oleo prima unda preli ceteris anteponitur, XV. 2.

n *Cedrium*] Quoniam Syri ex cedro tantum et terebintho picem urunt; pino, picea, ceterisque resiniferis arboribus carent; teste Theophr. Hist. IX. 3.

o *Ut in Ægypto*] Hæc Plinius ex Herodoto II. 87. p. 121. adhiberi ad

XXII. Sequens liquor, crassior jam, picem fundit.[a] Hæc rursus in cortinas[1] æreas conjecta, aceto spissatur: et coagulata[2] Brutiæ cognomen accepit,[3] doliis duntaxat[b] vasisque ceteris utilis, lentore[c] ab alia pice differens: item colore rutilante,[4][d] et quod pinguior est reliqua. Omnia illa[e] fiunt e picea, resina ferventibus[f] cocta lapidibus,[5] in alveis validi roboris: aut, si alvei non sint, struis congerie,[g] velut in carbonis usu. Hæc in vinum[h] additur, farinæ modo tusa, nigrior colore. Eadem resina, si cum aqua le-

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. *curtinas.*—2 Chiffl. *et coagulo.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *accipit.*—4 Ibid. e Diosc. *colore subruffo.*—5 Ita Harduin. et recentt. '*Reliqua illa omni fit e picea, &c.* Chiffl. *Reliqua omnia illa e picea resina fervent coacta, &c.* Ms. Lego: *E teda pinus et piceæ illa fit. Resina ferventibus coquitur,* e Diosc.' *Dalec, et quod pinguior est. E tæda omnia illa fiunt. E picea resina, &c.* Gronov. et vulgg. *coacta lapidibus* Chiffl. Mox,

NOTÆ

hos usus prodente, τὸ ἐκ τοῦ κέδρου ἄλειφαρ, quam τὴν κεδρὶν vocat. Vide et Diod. Sic. Bibl. lib. I. pag. 74. et ante ceteros Galenum de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 187. Mortuorum ita condita cadavera, 'Mumias' et 'Gabbaras' vocant. Et prior illa quidem appellatio vulgaris est, de qua alii satis multa. Posterioris meminit Augustinus Serm. 120. de diversis, cap. 12. 'Ægyptii soli credunt resurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum: morem enim habent siccare corpora, et quasi ænea reddere: Gabbaras ea vocant.'

[a] *Picem fundit*] Quæ proprie pix appelletur. Nam primus sudor id nomen vix obtinet, liquidior. Hæc pix sicca, quæ e liquida pice decoquitur: Ξηρὰ πίσσα Græcis, *Poix seche.* Nonnullis παλίμπισσα, quasi pix iterum cocta, teste Diosc. I. 97. In Indice libri hujus locus iste ita signatur, 'Quibus modis spissa pix fiat.'

[b] *Doliis duntaxat*] Non item navalibus, ut liquida. Nam alioqui multos habet in medicina usus, uti dicetur XXIV. 23.

[c] *Lentore*] Hæc enim visci modo lentescit: qua dote alia pix caret, quæ sicca omnino est. Nam Brutia picis ac resinæ dotes in se colligit. Diosc. loc. cit.

[d] *Rutilante*] Diosc. ὑπόκιῤῥος καὶ ῥητινώδης, *subrutila et resinosa.*

[e] *Omnia illa*] Nempe pix liquida, et geminum siccæ genus. Vide Notas et Emend. num. 4.

[f] *Ferventibus*] Unde hæc frixa resina vocatur, φρυκτὴ ῥητίνη, quam esse eandem cum Colophonia quidam putant.

[g] *Struis congerie*] Confertis congestisque lignis, iisdemque luto caminatis, quo plane modo fieri carbonem antea dictum est cap. 8. Multo hæc fusius Theophrastus Hist. IX. 3. unde ea manarunt, quæ Plinius levi modo manu strictimque perstringit.

[h] *Hæc in vinum*] Hac resina frixa vina condiuntur. Plinius XIV. 24. 'Resina condire musta vulgare est Italiæ provinciisque finitimis.'

vius decoquatur coleturque, rufo colore lentescit, ac stillatitia vocatur. Seponuntur[i] autem ad id[6] fere vitia resinæ cortexque. Alia temperies ad crapulam.[j] Namque flos crudus resinæ, cum multa astula[7] tenui brevique avulsus, conciditur ad cribri minuta,[k] deinde ferventi aqua, donec coquatur, perfunditur. Hujus expressum[l] pingue præcipua resina fit, atque rara, nec nisi paucis in locis Subalpinæ Italiæ, conveniens medicis. Resinæ albæ[m] congium in duobus aquæ pluviæ coquunt. Alii utilius putant sine aqua coquere lento igne tota die, utique[8] vase æris albi. Item terebinthinam in sartagine cinere ferventi,[9] hanc ceteris præferentes.[n] Proxima ex lentisco.

XXIII. (XII.) Non omittendum, apud eosdem zopissam[a]



margo edd. Dalec. et Gronov. *congerie, vel carbonis. Usu hæc, &c.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in id* Gronov. et al. ante Harduin.—7 'Ita codd. Regg. 1. 2.' *Brotier. assula* edd. vett. et Gronov. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Codd. Dalec. et Chiffl. *hastula.* Mox, cod. Dalec. *ad cribrum. Minuta dein, &c.* Turneb. *ad cribrum in minuta.* 'Lego, *ad cribrum minutum: deinde, &c.* Vet. *ad cribrum deinde minuta;* quidam, *coquitur ad cibi minuta.*' Dalec.—8 Vet. Dalec. *utrique.*—9 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps. In cod. Reg. 1. et recentioribus editionibus, *in sartagine referventi.*' Brotier.

NOTÆ

[i] *Seponuntur*] Ad picandum, inquit, condiendumque vinum, eligitur vetustior, ac minus laudata, quæ instar corticis et crustæ dura est. Vide Notas et Emend. num. 5.

[j] *Ad crapulam*] Ad id faciendum quod crapulam vocant ii qui vina condiunt. Est porro flos crudus resinæ, ut diximus XIV. 25. resina ipsa, nuper avulsa arbori, necdum passa cocturam: eadem percocta, quo nunc dicitur modo, crapula nuncupatur. Hæc porro totidem verbis refert Diosc. I. 93. Pro assula, de qua XIII. 49. Mss. *astula* legunt: qua de voce dicemus iterum cap. seq.

[k] *Ad cribri minuta*] Ita minutatim conciditur, ut cribro excerni, sive, ut passim loquitur Theod. Priscianus, 'cribellari' possit.

[l] *Hujus expressum*] Nempe cum coquitur, ut Plinius ait XV. 7. velleribus supra halitum ejus expansis, atque ita expressis. In pice quod est ita expressum, florem picis Scribonius Largus appellat, Compos. 40.

[m] *Resinæ albæ*] Quæ ad crapulam parandam inprimis expetitur. Quid congius sit vide XIV. 19. Quid æs album XXXIV. 20.

[n] *Hanc ceteris præferentes*] Plinius supra XIV. 25. de pice ac resina: 'In Oriente optimam tenuissimamque terebinthi fundunt: deinde lentisci.' Vide et XXIV. 22.

[a] *Zopissam*] Diosc. I. 98. iisdem verbis: Ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ

vocari derasam navibus maritimis picem cum cera, nihil non experiente vita, multo efficaciorem ad omnia, quibus pices resinæque prosunt, videlicet adjecto salis callo.[b]

Aperitur picea[1] [c] e parte[a] solari, non plaga,[d] sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum absit.[e] Nec corpori[f] ipsi parcitur, ut in ceteris,[g] quoniam astula[h] in fructu est.[b] [2] Verum hæc[i] terræ proxima laudatur: altior amaritudinem affert.[c] Postea humor[j] omnis e tota confluit in ulcus: item in tæda.[k] Cum

[a] *Qua solem aspicit.* [b] *Utilitatem habet.* [c] *Resinam amariorem facit.*

CAP. XXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. πεύκη, e Theophr.—2 Da-

NOTÆ

κηροῦ, κ. τ. λ. Hanc in liniendis navibus cum cera miscebant: unde 'ceratæ puppes,' apud Ovid. aliosque.

[b] *Salis callo*] Duritie quadam a sale sive marina aqua accepta, et astringendi, siccandique vi.

[c] *Aperitur picea*] Ad eliciendam resinam. Hæc fere sectio integra a Theophrasto accepta, Hist. IX. 2.

[d] *Non plaga*] Aliud plaga, aliud vulnus est. *Plaga*, ἐντομή, ubi cutis laxatur, et scinditur. *Vulnus*, τὸ ἕλκος, quando avellitur, distrahiturque a corpore: est enim ἕλκος ab ἕλκω, *traho*. Hic ergo vulnus est, cum cortex detrahitur, nec tantum incisione dividitur.

[e] *Absit*] Subintellige, vulnus, et hiatus. Theophr. Hist. IX. 2. Λεπίζουσι δὲ τὸ πρὸς ἥλιον μέρος ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς πήχεις ἀπὸ τῆς γῆς.

[f] *Nec corpori*] Nec corticem, inquit, solum vellunt, sed in corpus ipsum, seu caudicem arboris securim impingunt: quoniam quæ inde assula effringitur, eximiturque cum cortice, habet magnos usus.

[g] *Ut in ceteris*] In abiete, pinu, larice, quarum corpori parcitur, ne securis ictu violetur. Theophr. ἐν τῇ ἐλάτῃ, καὶ τῇ πίτυϊ, ubi sui oblitus πίτυος et πεύκης vices dotesque permutat.

[h] *Astula*] Ita Mss. omnes, pro *assula*. Astulas quoque dixit Plinius Valer. I. 36. 'Tædas pingues,' inquit, 'in astulas concides.' Hastulam filicis Celsus pariter dixit, V. 26. tit. 'Curatio gangrænæ.' Σχίδακας, Diosc. II. 83. Festus, 'assulas.' 'Fomites,' inquit, 'sunt assulæ ex arboribus, dum cæduntur, excussæ.' Nostris, *éclat.* Hinc 'assulatim' Plautus in Captivis, IV. 2. 51. 'Aperite hasce ambas fores, Priusquam pultando vel assulatim foribus exitium affero.' In Mercat. I. 2. 20. 'At etiam asto? at etiam cesso foribus facere hisce assulas? Aperite aliquis.'

[i] *Verum hæc*] Astula, sive assula.

[j] *Postea humor*] Resina, quæ e tota manat arbore, vulnus explet.

[k] *Item in tæda*] Ut e picea, inquit, sic etiam e tæda, sexto nempe illo resiniferarum arborum genere, de quo cap. 19. resina exprimitur: ac simili ratione vulnus coit.

id[3] [l] manare desiit, simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Postea tota arbor succiditur, et medulla ejus [m] uritur. Sic et in Syria [n] terebintho detrahunt cortices, ibi quidem et e ramis, ac radicibus, cum resina [o] damnetur ex his partibus. In Macedonia [p] laricem masculam urunt, fœminæ radices tantum. Theopompus scripsit, in Apolloniatarum agro picem fossilem,[q] non deteriorem Macedonica, inveniri. Pix optima [r] ubique ex apricis Aquilonis [4] situ. Ex opacis horridior, virusque præferens. Frigida hyeme,[s] deterior, ac minus copiosa, et decolor. Quidam [t] arbitrantur in montuosis [5] copia præstantiorem ac colore, et dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem, dum resina sit: [6] [u] decoctam [v] autem minus picis reddere, quoniam in



lec. *corpori ipsi parc. non ut ceteris quoniam assula earum in fructu est.*—3 *Cum is* alii ap. Dalec.—4 Dalec. *et Aquilonis.*—5 Ita codd. Harduini, et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *montosis* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *præstantiorem ac coloratiorem.* Paulo post, Dalec. *odore quoque gratiore.*—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dum*

NOTÆ

l *Cum id*] Ita libri omnes: subintellige, vulnus, seu ulcus.

m *Medulla ejus*] Quam arboris cor vocant. Hæc pars faciendis tædis ob pinguitudinem aptissima: ideoque tum uritur. Theophr. loc. cit.

n *Sic et in Syria*] Theophr. loc. cit.

o *Cum resina*] Cum in Europæ tractu, inquit, resina omnis damnetur, quæ ex piceæ, laricis, abietisque ramis ac radicibus elicitur, in Syria contra laudatur, quæ ex iisdem terebinthi partibus manat. Hic Dalecampius, ut sæpe alias, cespitavit.

p *In Macedonia*] Macedones, inquit, ad exprimendam picem e larice, masculam quidem urunt totam: fœminæ radices tantum: hac enim maxime parte resinosa est. Theophr. Οἵ γε περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ τὴν πεύκην πιττοκαυτοῦσιν, πλὴν ἄλλα ἢ τὴν ἄῤῥενα· τῆς δὲ θηλείας ἐάν τινας τῶν ῥιζῶν λάβωσιν· ἅπασα γὰρ ἔνδαδος πεύκη ταῖς ῥίζαις.

q *Picem fossilem*] Πισσάσφαλτον intellexit, cui nomen ex cognatione picis ac bituminis, ut dicemus XXXV. 51. de eo prolixius ibi disputaturi. Picis fodinæ *picariæ* appellatæ, de quibus Cicero in Bruto, num. 85. 'Liberi societatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio et L. Mummio Censoribus redemisset.' Et Ulpianus, l. L. Dig. tit. de Verb. Signific. l. Inter publica: 'Vectigal salinarum, metallorum, et picariarum.'

r *Pix optima*] Optima, inquit, quam aprica loca, et Aquiloni ostenta præbent. Hæc iisdem verbis Theophr. loc. cit.

s *Frigida hyeme*] Ὅταν ἰσχυρὸς χειμών. Theophrast.

t *Quidam*] Theophr. loc. cit.

u *Dum resina sit*] Ante nimirum quam in picem coquatur, eo quo dictum est modo, cap. 22. his verbis:

serum[w] abeat: tenuioresque[x] esse ipsas arbores, quam in planis: sed has et illas serenitate steriliores. Fructum[y] quædam proximo anno ab incisu largiuntur, aliæ secundo, quædam tertio. Expletur autem plaga resina, non cortice, nec cicatrice, quæ in hac arbore non coit.

Inter hæc genera proprium[7] quidam fecere sappium,[z] quoniam ex cognatione[a] earum seritur, qualis dicta est in nucleis:[b] ejusque[8] arboris imas partes tædas vocant, cum sit illa arbor nil aliud, quam picea, feritatis paulum mitigatæ satu; sapinus autem[c] materies cæsarum e genere sit,[9] sicuti docebimus.

XXIV. (XIII.) Materiæ enim causa reliquas arbores natura genuit, copiosissimamque fraxinum. Procera hæc ac teres: pinnata et ipsa[d] folio:[1] multumque Homeri præconio, et Achillis hasta[e] nobilitata. Materies est ad



resina sit Gronov. et al. vett.—7 Cod. Dalec. *propriam.* Mox, pro *sappium,* Turneb. *sapinum;* Gronov. et al. ante Harduin. *sapium.*—8 Codd. Dalec. et Chiffl. *est nucleis. Ejusdemque.*—9 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Ms. *piceæ feritatis paulum mitigatæ satu: sapii autem materies cæsa regenerata fit.* Lego, *e genere sit.*' Dalec. *picea, feritate paulum mitigata satu: s. a. m. c. e genere fiat* Gronov. et vulgg.

CAP. XXIV. 1 Cod. Dalec. *et ipso folio.*—2 Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

'Omnia illa fiunt e picea, resina cocta.' Hunc locum Dalecampius ut intelligeret, corrupit.

[v] *Decoctam*] Seu frixam, ut diximus c. 22. Hæc Theophrast. totidem verbis, tum Hist. III. 10. tum IX. 2.

[w] *In serum*] Ut lac, serescit.

[x] *Tenuioresque*] Aliunde hæc Plinius, quam ex Theophrasto, qui tenuiorem resinam fore, non arborem, dixit. Nec tamen abludit a veritate, quod de ipsis nunc arboribus proditur.

[y] *Fructum*] Hoc est, resinam. Theophr. Hist. IX. 2.

[z] *Sappium*] Ita Mss. Reg. Colb. Thuan. Glossæ: *Sappinus,* πεύκη. Et *Supinus,* πίτυς.

[a] *Ex cognatione*] Ex cognatarum arborum semine, ut piceæ, pinus, laricisque.

[b] *In nucleis*] Lib. XV. c. 9. ubi de nucibus pineis, nucleisque dictum est: ubi sappiniæ nucis mentio, nempe e sappio arbore, et e sativa picea.

[c] *Sapinus autem*] Sapinus, inquit, non arboris nomen est, sed materiei: e parte nimirum inferiore cæsæ jam abietis, et decorticatæ: sicuti docebimus c. 76. libri hujus. Vide Notas et Emend. num. 6.

[d] *Pinnata et ipsa*] Sicuti de abiete diximus c. 19. Fraxinus, *le Frêne.* Pingitur a Dodonæo p. 821.

[e] *Achillis hasta*] Apud Homer. Iliad. Υ. 277. Πηλιὰς ἤϊξεν μελίη. Hinc

plurima utilis. Ea quidem, quæ fit in Ida Troadis, in tantum cedro similis,[2] [f] ut ementes fallat, cortice ablato. Græci duo [g] genera ejus fecere: longam, enodem: alteram brevem, duriorem, fuscioremque,[3] [h] laureis foliis. Bumeliam [i] vocant in Macedonia amplissimam, lentissimamque.[4] [j] Alii situ divisere. Campestrem [k] enim esse crispam, montanam spissam.[5] Folia earum jumentis mortifera, ceteris ruminantium innocua, Græci prodidere.[l] In Italia,[m] nec jumentis nocent.[6] Contra serpentes [n] vero succo expresso ad potum, et imposita ulceribus, opifera, ac nihil æque, reperiuntur. Tantaque [o] est vis, ut ne matutinas quidem, occidentesve umbras, cum sunt longissimæ, serpens arbo-

citro similis.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flavioremque*, e Theophrast.—4 'Theophr. *lentam*: lego, *latissimam*.' Dalec.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *levem, montanam, scabram*, e Theophr.—6 Cod. Dalec. *nocet*.—7 Vet.

NOTÆ

apud Ovid. Met. x. 93. 'Et fraxinus utilis hastis.' Hodieque oblongiores hastæ, *les Piques*, ex majore fraxino, βουμελίᾳ, et ex corno fiunt.

[f] *Cedro similis*] Id vero Theophrastus, non de *fraxino*, seu μελίᾳ, sed de *taxo*, quæ μίλος, refert. Vide Notas et Emend. num. 7.

[g] *Græci duo*] Theophr. totidem verbis Hist. III. 11.

[h] *Fuscioremque*] Ita libri omnes: at Theophr. *flaviorem*: ξανθοτέρα. Forte Itali cœli solive natura mutatus colos.

[i] *Bumeliam*] Βουμελίαν, quam *fraxinum bubulam* vertit Gaza. Forte, quod fraxini folia ad boum pabulum reponuntur, ita prodente Colum. VI. 3. Ego vero *fraxinum magnam* libentius dixerim: quod in compositionibus, præfixa nomini ea vocula βου, significatum ejus vocis auget, ut in βουσέλινον.

[j] *Lentissimamque*] Teneram, ac flexibilem. Ut 'lenta salix' Maroni dicitur.

[k] *Campestrem*] Theophr. loc. cit.

[l] *Græci prodidere*] Quorum in libris vereor ne μελίαν iterum pro μίλῳ, hoc est, pro *taxo*, *fraxinum* legerit. De vi taxi venenata diximus c. 20.

[m] *In Italia*] Etiam boum pabulo, ut diximus, fraxineæ frondes, cum ulmeis populeisque, autumno reponuntur.

[n] *Contra serpentes*] Diosc. I. 108. περὶ μελίας, *de fraxino*. Τῶν φύλλων ὁ χυλὸς, καὶ αὐτὰ σὺν οἴνῳ πινόμενα, καὶ καταπλασσόμενα, ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ. *Foliorum succus, et folia ipsa e vino pota, atque etiam imposita, viperarum morsibus opitulantur.* Theod. Priscianus I. 22. 'de apum percussibus, vel scorpionum, ceterorumque serpentum:' 'Et fraxini folia cum vino trita bibenti dantur.'

[o] *Tantaque*] Simile est quod de σμίλῳ Callimachus affert apud Ælian. Hist. Anim. IX. 27. ut μίλον rursum pro μελίᾳ accepisse Plinius videri possit, hoc est, *taxum* cum *fraxino* confudisse.

ris ejus attingat, adeo ipsam procul fugiat.[7] Experti prodimus:[p] si fronde ea gyroque claudatur ignis et serpens, in ignes potius,[8] quam in fraxinum fugere serpentem. Mira naturæ benignitas, prius quam hæ prodeant, florere fraxinum, nec ante conditas folia dimittere.

XXV. (XIV.) In tilia[q] mas et fœmina differunt omni modo. Namque et materies mari[1] dura, rufiorque,[2] [r] ac nodosa, et odoratior. Cortex[s] quoque crassior, ac detractus inflexibilis. Nec semen fert, aut florem, ut fœmina,[t] quæ crassior arbore, materie candida præcellensque est. Mirum[u] in hac arbore, fructum a nullo animalium attingi: foliorum[v] corticisque succum esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues tunicæ[3] multiplici membrana, e quibus vincula, tiliæ vocantur: tenuissimæ earum[4] philyræ,[w] coronarum lemniscis[x] celebres, antiquorum honore.[5] Materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis.



Dalec. *fuget.*—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *gyro claudatur, &c. in ignem potius* Gronov. et vulgg.

Cap. xxv. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *maris* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flava*, e Theophr.—3 Ita ex codd. Harduinus, Dalec. et recentt. *tenues tunicas* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *tenuissimum corium.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *antiquorumque honore* Gronov. et vulgg. *antiquorum hoc honore* cod. Dalec.

NOTÆ

[p] *Experti prodimus*] Plane aliter se rem habere, experiundo sibi compertum Charasius contestatur de Viperis, pag. 115. viperam a se nimirum fronde fraxinea circumclusam, statutamque in medio, statim ad eam frondium struem insiluisse, ac sub eas abdidisse se. Alia forte vis est fraxineæ frondi ingenita in Italo solo, cœloque, quam sit in nostro. De Vettonica Plinius idem tradit xxv. 55.

[q] *In tilia*] Ex Theophrast. Hist. iii. 10. Nostris *Tilleul*, et *tillau*. Græcis φίλυρα. Pingitur a Lobelio recte in Observ. p. 606.

[r] *Rufiorque*] Theophr. ξανθὴ, quæ vox interdum *rubrum ex flavo* sonat. Et mox, ἔτι δὲ εὐωδέστερον τοῦ τῆς θηλείας τὸ ξύλον τοῦ ἄῤῥενος.

[s] *Cortex*] Theophr. loc. cit.

[t] *Ut fœmina*] Quæ florem et fructum edit. Theophr.

[u] *Mirum*] Theophr. Hist. Plant. i. 20. Ὁ δὲ καρπὸς οὐδενὶ βρωτός.

[v] *Foliorum*] Theophr. Hist. iii. 10. Τὸ δὲ φύλλον, καὶ ὁ φλοιὸς, ἡδέα, καὶ γλυκέα.

[w] *Philyræ*] Vetus Horatii interpres, in Oden ult. l. i. 'Philyra est cortex, nempe tenuissimus, tiliæ arboris.'

[x] *Lemniscis*] Vide Turneb. Advers. xviii. 3. pag. 536. et quæ dicturi sumus xxi. 4.

XXVI. (XV.) Acer[a] ejusdem fere amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate citro[1] secundum.[b] Plura ejus genera. Album,[c] quod præcipui candoris, vocatur Gallicum in Transpadana Italia, transque Alpes nascens. Alterum[d] genus crispo macularum discursu, qui cum excellentior fuit,[2] a similitudine caudæ pavonum[e] nomen accepit, in Istria Rætiaque præcipuum. E viliore[3] genere crassivenium[f] vocatur. Græci situ discernunt. Campestre enim candidum esse, nec crispum, quod glinon[g] vocant:[4] montanum vero crispius, duriusque: etiamnum e mascula[h] crispius ad latiora opera. Tertium genus zygiam,[i] ruben-

CAP. XXVI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiffl. Turneb. et Cujac. cum edd. Harduin. et recentt. *cedro* Gronov. et al.—2 Chiffl. *quod quum excellentius fuit.*—3 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *E viliori* Gronov. et vulgg. *E molliore* cod. Dalec.—4 Chiffl. *quod alinon vocant.*

NOTÆ

[a] *Acer*] In Indice, 'aceris genera decem' spondet auctor: nunc fidem datam præstat. Primum enim est, Album seu Gallicum. 2. Pavonaceum. 3. Crassivenium. Deinde genera bina, ex Græcorum campestri, et montano. Quæ genera quinque, si in marem ac fœminam singula dividas, decem omnino efficient. De acere mare Plinius cap. seq. De campestri sexus utriusque, Theophr. Hist. III. 11. De montano item duplice, Plinius ipse plane modo. Græcis *σφένδαμνος* dicitur: nostris *Erable.*

[b] *Citro secundum*] Atlanticæ arbori, de qua diximus XIII. 29. Vide Notas et Emend. num. 8.

[c] *Album*] Est acer majus Valerii Cordi de Hist. Plant. III. 5. Nostris *Sycomore*, et quibusdam *Plane*, a similitudine platani: et *Bois blanc.*

[d] *Alterum*] *Erable madré.* Dalecampio Hist. Plant. I. 28. opulus montana dicitur. Vidimus in horto Regio. Ovid. Met. X. 95. 'Acerque coloribus impar.'

[e] *Pavonum*] Ut acer pavonaceum nuncuparetur. Sic et de citri maculis, XIII. 19. 'Sunt,' inquit, 'et undatim crispæ: majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur.'

[f] *Crassivenium*] Ob crassiorem ac rudiorem venarum macularumque discursum. Idem a Theophr. loc. cit. *κλινότροχον* vocatur, seu quod lecti ex eo fierent torno currente, seu quod rotulæ ex eo tornarentur, subjectæ pedibus lectorum.

[g] *Quod glinon*] Γλῖνον Theophrasto Hist. III. 11. *γλεῖνον* eidem, c. 4. Forte vilius acer vox ea sonat; nam Suidæ *γλίνη, ῥύπος, sordes.*

[h] *E mascula*] Hodie quoque lignatores Sequani, inquit Dalec. loc. cit. acer montanum mare fœminaque distinguunt: colore magis flavo in mare, pallidiore in fœmina: ligno in mare duriore, venosiore, magisque crispo: in fœmina laxiore, molliore, solutioreque, ac minus crispo. Et mas quidem prius floret, quod Plinius quoque agnovit cap. seq. fœmina tardius.

tem, fissili ligno, cortice livido, et scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt, et Latine carpinum appellant.

XXVII. (XVI.) Pulcherrimum vero est bruscum, multoque excellentius etiamnum molluscum. Tuber utrumque arboris ejus :[j] bruscum intortius crispum : molluscum simplicius[k] sparsum. Et si[l] magnitudinem mensarum caperet, haud dubie præferretur citro.[1] Nunc intra pugillares, lectorumque silicios,[2] [m] aut laminas raro usu spectatur. E brusco fiunt et mensæ nigrescentes. Reperitur et in alno[n] tuber: tanto[3] deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent. Etiamnum in siccis natæ præferuntur aquaticis, sicut et fraxini. Est et trans Alpes arbor, simillima aceri albo materia,[4] quæ vocatur staphylodendron.[o] Fert siliquas, et in iis nucleos, sapore nucis avellanæ.[5]

XXVIII. Inprimis vero materies honorata buxo est, raro



Cap. xxvii. 1 Ita Chiffl. et Cujac. item edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. al. et recentt. *cedro* Turneb.—2 Chiffl. *solicios.*—3 Cod. Dalec. *et tanto.*—4 Chiffl. *materie.*—5 Idem codex, *abellanæ.*

NOTÆ

[i] *Zygiam*] Ζυγία Theophr. Hist. III. 11. Carpinum recte Gaza vertit. Vitruvius II. 9. p. 34. 'Item carpinus . . . habet utilissimam tractabilitatem. Itaque Græci, quod ex ea materia juga jumentis comparant, quod apud eos *juga*, ζυγὰ, vocitentur, item et eam ζυγίαν appellant.' Gallis, *Charme.* A Matthiolo pingitur in Diosc. lib. I. pag. 145. Gallia Vulcano potius quam lautis operibus dicat.

[j] *Arboris ejus*] Nempe aceris.

[k] *Simplicius*] Recto ac simplice, non crispo aut contorto, venarum macularumque discursu, nec nodis interrupto.

[l] *Et si*] Si mensarum ex eo tubere tanti orbes, quanti ex citro, forent, haud dubie citro præferretur id aceris tuber. De magnitudine mensarum citrearum dictum est XIII. 29. De acerna mensa Martialis XIV. 90. Utræque ex arboris suæ tubere factæ.

[m] *Silicios*] Ita libri omnes, etiam scripti, et quos terimus, et quos Salmasius vidit, ipso prodente, in Solin. p. 416. Sed latet adhuc ejus vocis significatus, nisi forte pro operimento laminæ, lectis mensisve addito, accipi quis velit. Quod indicare Plinius videtur, cum subjicit statim, *aut laminas.* Sunt qui *silaceas laminas* hic legant, hoc est, silis colore tinctas, qua voce Plinius iterum abutitur, XXXV. 32.

[n] *Et in alno*] *Alnus*, κλήθρα, *l'Aune.*

[o] *Staphylodendron*] Pistaciam sylvestrem alii vocant : Galli, *Nez coupés.* Pingitur a Dodonæo, pag. 806. Vidimus in horto Regio.

crispanti, nec nisi radice: cetero lenis quies[p] materiæ, silentio quodam, et duritie,[1] ac pallore commendabilis: in ipsa vero[q] arbore[2] topiario opere. Tria ejus genera: Gallicum, quod in metas[r] emittitur, amplitudinemque prociorem.[3] Oleastrum,[4] [s] in omni usu damnatum, gravem præfert[5] odorem. Tertium genus nostrate vocant: sylvestre,[6] ut credo, mitigatum satu: diffusius, et densitate[7] parietum virens semper, ac tonsile.[t] Buxus Pyrenæis,[u] ac Cytoriis montibus plurima, et Berecyntio tractu: crassissima in Corsica, flore non spernendo:[8] [v] quæ causa[w] amaritudinis mellis. Semen illius cunctis animantibus invisum. Hæc in Olympo[x] Macedoniæ gracilior, sed brevis. Amat[y] fri-



Cap. xxviii. 1 Cod. Dalec. *crispanti, nec nisi radice. De cetero lenis quoque est materia silenti, et quadam duritia.* Gronov. et al. ante Harduin. *crispicanti, &c.*—2 Vet. Dalec. *ipsa vero arbor*—3 Cod. Dalec. *amplitudine procerius est.*—4 ‘ Recte observavit Dalecampius aut Plinium, aut ejus librarium errasse, et legisse ἀγριέλαιον, *oleastrum*, ubi Theophrastus scripsit ἄγριον ὅλον, *totum sylvestre.*’ Brotier.—5 ‘ Quidam, *profert;* alii, *procul fert;* Vet. *fert.*’ Dalec.—6 Cod. Dalec. *nostrates vocant sylvestre.*—7 ‘ *Densitati;* id est, tegendis densa coma parietibus.’ *Dalec.*—8 ‘ Vet. *florem non ferendo.* Lego, *in*

NOTÆ

p *Lenis quies*] Materiei perpetuus lævor, qui et sit enodis, et crispo venarum discursu careat. Et quietem et silentium dici μεταφορικῶς hoc loco palam est. Buxus, *du Bouis.* Græci πύξον vocant.

q *In ipsa vero*] In arbore, inquit, ipsa, commendabilis maxime quies et patientia topiarii operis exhibendi, natura buxi tonsili.

r *In metas*] In conum, et acuminatam arborem crescens. Herbarii buxum arborescentem vocant.

s *Oleastrum*] Genus id est, nomenque buxi humilis, quale a Dodonæo pingitur, Pempt. vi. lib. ii. cap. 22. p. 770. Nisi forte festinatio in legendo nimia Plinium transversum egit, effecitque, ut cum ἄγριον ὅλον totum id sylvestre buxi genus esse apud scriptorem Græcum invenisset, vidisse se ἀγριέλαιαν putarit.

t *Ac tonsile*] Et ‘ tonsile buxetum Martiali est, iii. 58. Tam densum illud, ut in hortis parietum vicem obtineat.

u *Buxus Pyrenæis*] Et Cyrene quoque, ἐν Κυρήνῃ, inquit Theophr. Hist. iii. 15. quam vocem cum Πυρήνῃ permutasse incaute Plinium, quidam falso putant. De Cytoro Virgil. Georg. ii. 437. ‘ Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.’ Nos de Berecyntio tractu, v. 29.

v *Non spernendo*] Ob elegantem speciem, et jucundum colorem, ab apibus adeo non spernitur, ut ultro etiam appetatur.

w *Quæ causa*] Theophrast. Hist. iii. 15. Διὸ καὶ τὸ μέλι οὐχ ἡδὺ, ὄζον τῆς πύξου.

x *Hæc in Olympo*] Theophr. loc. cit.

y *Amat*] Theophrast. loc. cit. Φύε-

gida, aprica. In igni quoque duritia, quæ ferro: nec flamma, nec carbone utili.[9]

XXIX. (XVII.) Inter has[a] atque frugiferas, materie vitiumque amicitia, accipitur ulmus. Græci duo[b] ejus genera novere: montuosam,[1][c] quæ sit amplior: campestrem, quæ fruticosa.[d] Italia Atinias vocat excelsissimas,[e] et ex iis siccanas præfert, quæ non sint riguæ.[2] Alterum[f] genus Gallicas. Tertium nostrates, densiore folio, et ab eodem pediculo[3] numerosiore. Quartum sylvestre. Atiniæ non ferunt samaram:[4][g] ita vocatur ulmi semen: omnesque radicum plantis[5][h] proveniunt: reliquæ semine.[i]



Corsica, apibus florem non spernentibus, quæ causa,' &c. Dalec.—9 Ita Harduin. 1. Miller. et Bipont. *In igne q. d. q. f. n. f. n. c. utilis* Harduin. 2. et Franz. *duritia ferri, nec fl. nec carb. utilis* cod. Dalec.

CAP. XXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *montosam* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *siccaneas. præfert quæ non sunt riguæ.*—3 Vet. Dalec. *surculo.*—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *samarim* Chiffl. *samara* Gronov. et vulgg.—5 Dalec. *radicibus plantarum.* Mox, cod. Dalec. *reliqua semine.*

NOTÆ

ται δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις καὶ τραχέσι. Nascitur locis frigidis, asperisque.

[a] *Inter has*] Inter sylvestres ac frugiferas. Inter sylvestres quidem, bonitate materiæ: inter frugiferas, affinitate vitium: hæ enim maritantur ulmis, quæ uvas, racemos, palmitesque sustinent, ac veluti partus suos ostentant. Ulmus, *l'Orme.*

[b] *Græci duo*] Theophr. Hist. III. 14.

[c] *Montuosam*] Theophr. Ὀρειπτελέα εὐαυξέστερος. Pingitur a Dodonæo Pemptad. VI. lib. IV. cap. 15. pag. 825.

[d] *Fruticosa*] Frutici similis, θαμνωδέστερος. Iconem habet Lobelius in Observ. pag. 607.

[e] *Italia . . . excelsissimas*] Nempe montuosas, quæ sunt, uti dictum est, ampliores. Siccanæ sunt, in siccis natæ. Sic Colum. II. 17. 'prati duo genera: alterum siccaneum: alterum riguum.'

[f] *Alterum*] Gallicum genus ab Atinia Columella non secernit. 'Ulmorum,' inquit, 'duo esse genera convenit: Gallicum, et vernaculum. Illud Atinia, hoc nostras dicitur.' Lib. V. 6. pag. 183.

[g] *Samaram*] Quos Plinius hic auctores sequatur, Columella indicat loc. cit. pag. 184. 'Atiniam ulmum,' inquit, 'Tremellius Scrofa non ferre sameram, quod est semen ejus arboris, falso est opinatus: nam rariorem sine dubio creat, et idcirco plerisque sterilis videtur, seminibus inter frondem, quam prima germinatione edit, latentibus.' At enimvero samaram Plinius vocat, non minutum illud semen quod sub foliis latitat, sed majores baccas, quales in ulmo campestri Lobelii delineatæ apparent: quod hæ solæ in satione utiles.

[h] *Radicum plantis*] Hoc est, plan-

XXX. (XVIII.) Nunc celeberrimis arborum dictis, quædam in universum de cunctis indicanda sunt. Montes amant[j] cedrus, larix, tæda, et ceteræ, e quibus resina gignitur. Item aquifolia,[k] buxus, ilex, juniperus, terebinthus, populus,[l] ornus,[m] cornus, carpinus. Est et in Apennino frutex, qui vocatur cotinus,[n] ad linamenta [1] [o] modo conchylii colore insignis. Montes et valles diligit abies,[p] robur, castaneæ, tilia, ilex, cornus. Aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus.[q] Non temere in montibus visæ sunt prunus, Punicæ, oleastri, juglans, morus,[2] sambuci. Descendunt[r] et in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeunt et in montuosa [3] ulmus, malus, pirus, laurus, myrtus,[s] sanguinei



CAP. XXX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ad lineamenta* vett. edd. et Gronov. *ad lignamenta* Chiffl.—2 Chiffl. *mori.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl.

NOTÆ

tis cum radice ex ulmario vulsis: ut dicemus XVII. 9. et 15. Columella loc. cit. 'Nemo jam serit ex samera, sed ex sobolibus.'

[i] *Reliquæ semine*] Sive samara, quam reliqua, præter Atiniam, genera creant. De his enim Plinius XVII. 15. 'Ulmorum, priusquam folio vestiantur, samara colligenda est, circa Martias Kalendas, cum flavescere incipit.'

[j] *Montes amant*] Accepta hæc a Theophrasto Hist. III. 4.

[k] *Item aquifolia*] Parva nempe ilex, de qua c. 12. Ἀγρία hoc loco a Theophrasto nuncupatur.

[l] *Populus*] At Theophr. Hist. III. 1. populum utramque, albam et nigram, lucos et aquas desiderare ait. Notum quoque Maronis carmen, Ecl. VII. 65. 'Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis, Populus in fluviis, abies in montibus altis.'

[m] *Ornus*] Virgil. Georg. II. 111. 'Steriles saxosis montibus orni.' Ornus ea esse arbos existimatur, quæ sylvestris fraxinus Columellæ. *Frêne sauvage.* Sed a βουμελίᾳ Macedonica discrepat.

[n] *Cotinus*] Est ea coriaria cotinus, quam Dodonæus describit ac delineat, Pempt. VI. lib. II. c. 19. p. 767. et 768. atque in Galliæ plerisque Italiæque montibus reperiri ait. Sabaudi vocant, *du fustet.* Anguillara part. IV. p. 85. *Scotano* ab Italis appellari, radicem tingendis lanis pannisque purpureo colore utilem, tradit. Est et κότινος Græcis, nempe *olea sylvestris*, quæ ab hoc frutice multum discrepat.

[o] *Linamenta*] Ad fila tantum vestesque lineas conchylii colore tingendas idoneus. In editis hactenus libris perperam legebatur *lineamenta.* In Mss. *lignamenta.*

[p] *Diligit abies*] Sic Theophr. Hist. IV. 1.

[q] *Cerasus*] Sic Palladius lib. XI. in Octob. tit. XI. pag. 152.

[r] *Descendunt*] Theophr. Hist. III. 4.

[s] *Myrtus*] Myrtum montanam Diosc.

frutices,[t] ilex, tinguendisque[u] vestibus nascentes genistæ. Gaudet frigidis sorbus,[v] et magis[4] etiam betulla.[w] Gallica hæc arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magistratuum[x] virgis. Eadem circulis flexilis,[5] item corbium costis.[6][y] Bitumen[z] ex ea Galliæ excoquunt. In eosdem situs comitatur et spina,[7][a] nuptiarum facibus auspicatissi-



cum edd. Harduin. et recentt. *montosa* Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *sed magis.*—5 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *flexibilis* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. Turneb. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *sportis* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. *et pinus.*

NOTÆ

I. 133. reliquis generibus anteponit: etsi Maro canit Georg. IV. 124. esse 'amantes littora myrtos.' Et II. 112. 'Littora myrtetis lætissima.'

[t] *Sanguinei frutices*] A colore corticis sanguineo nomen ei frutici inditum: hodieque vulgus *Sanguin* vocat. Joan. de Janua, in Cathol. 'Sanguinus quædam parva arbor, quod cortex et fructus ejus sit sanguinei coloris: unde sanguinetum, locus ubi abundant sanguini.' Virgam sanguineam Plinius appellat XXIV. 43. Hæc Theophrasto loc. cit. quem Plinius nunc sequitur, θηλυκρανεία est, hoc est, cornus fœmina. A Dodonæo delineatur, pag. 770.

[u] *Tinguendisque*] Non genista quælibet, sed quæ a re ipsa 'genista tinctoria' nominatur. Describit eam, delineatque Dodonæus, pag. 751. Galli vocant, *Fleur à teindre*, vel *Herbe à jaunir.*

[v] *Gaudet . . . sorbus*] Pallad. lib. II. in Januar. tit. 15. p. 44. 'Amat loca humida, montana, et frigidis proxima, et solum pinguissimum.'

[w] *Betulla*] *Du bouleau.*

[x] *Magistratuum*] Nunc quoque pueros virgis e betulla pædagogi terrent. His Consulares olim fasces plerumque constabant. Consulares, inquam: nam, ut recte Plinius, libro superiore, c. 40. fasces Imperatorum laurus decorabat. Nunc betulla baculis præterea scopisque nascitur.

[y] *Corbium costis*] Sic Mss. omnes, et quos habemus præ manibus, et quos Turnebus laudat, Advers. IV. 16. p. 118. non *sportis.* Corbium costæ veluti statumina sunt, crassioraque et firmiora vimina, quibus reliqua, quæ tenuiora subtilioraque, firmantur atque nectuntur. Vide inferius c. 68. Sic 'navium costas' Plinius ipse superius dixit, XIII. 19.

[z] *Bitumen*] Sane bitumine scatet: et in facibus resinosum quiddam emittit, picis instar nigræ. Matthiol. in Diosc. I. 93.

[a] *Et spina*] Non quælibet, sed ea modo, ex qua fieri in nuptiis solitæ faces, hoc est, spina alba: ut Varro testatur de Vita populi Rom. lib. II. apud Non. c. 2. num. 340. Et Festus, verbo 'Patrimi.' 'Patrimi et matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt: unus, qui facem præfert ex spina alba, quia noctu nubebant: duo qui tenent nubentem.' Ideo autem spina alba adhibita, quod pollere ea plurimum in avertendis malis noxis crederetur, teste Nasone Fast. VI. 'Sic fatus, spinam, qua

ma, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius. Nunc facibus carpinus et corylus [b] familiarissimæ.

XXXI. Aquas odere cupressi, juglandes, castaneæ, laburnum.[c] Alpina et hæc arbor, nec vulgo nota, dura ac candida materie, cujus florem cubitalem longitudine [1] apes non attingunt. Odit et quæ appellatur Jovis barba,[d] in opere topiario tonsilis, et in rotunditatem [2] spissa, argenteo folio. Non nisi in aquosis proveniunt salices,[e] alni, populi, siler,[f] ligustra [g] tesseris [h] utilissima. Item vaccinia, Italiæ mancupiis [3] [i] sata: Galliæ vero etiam purpuræ tinguendæ [j] cau-

CAP. XXXI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *floris cubitalem longitudinem.*—2 Dalec. *rotunditate.*—3 Ita Turneb. Harduin. et recentt. *in aucupiis* Gronov. et al. ante Harduin. ita quoque codd. incuria librariorum. Literæ *m* et

NOTÆ

tristes pellere posset A foribus noxas, (hæc erat alba,) dedit.' Et mox: 'Virgaque Janalis de spina sumitur alba,' &c. Varro denique, in Ætiis, apud Charisium lib. I. p. 117. 'Fax ex spina alba præfertur, quod purgationis causa adhibetur.'

[b] *Corylus*] De corylo diximus XV. 24. E coryli genere avellana est.

[c] *Laburnum*] Est hoc Dalecampii Laburnum alterum, ab eo pictum Hist. Plant. I. 36. p. 104. De eo plura dicemus XVII. 35.

[d] *Jovis barba*] Hic frutex recte a Dalec. pingitur Hist. Plantar. II. 35. p. 194. Nondum in certi nominis Gallica lingua possessionem venit. In Bæterrensi Galliæ agro frequens, ipso teste: et in Italia juxta Livornam, ita prodente Anguillara.

[e] *Salices*] *Les saules.* Cato de Re Rust. c. 9. p. 14. 'Salicta locis aquosis, humectis, umbrosis, propter amnes ibi seri oportet.' Virgil. Georg. II. 110. 'Fluminibus salices, crassisque paludibus alni Nascuntur.'

[f] *Siler*] Fruticem vocat XXIV. 44. ex quo baculos rustici conficiant, ad serpentes fugandos. Anguillara latifoliam esse salicem putat, cujus e cinere, sulfure, et aphronitro mixtis, pulvis efficitur excutiendis tormentis bellicis. Sed verius fruticem ignotum remur.

[g] *Ligustra*] Gallis, *Troëne.* Pingitur a Matthiolo in Diosc. lib. I. p. 170.

[h] *Tesseris*] Nempe vel militaribus, vel iis quas Imperatores in publicis largitionibus viritim dabant. His enim frustis ligni quadratis, certa insignitis notatisque forma, qui a principe donati erant, jus eis deinde fuit petendi frumenti publici.

[i] *Italiæ mancupiis*] Mss. editique libri, *in aucupiis* præferunt, manifesto errore, quem Turnebus ante nos vidit, Advers. IV. 6. p. 118. Emendationis causam repetit ex Plinii verbis, XXI. 97. quam et nos probamus. Geminum itaque distingui vaccinium a Plinio scito: Italicum alterum, quod mancupiis seratur: alterum Gallicum, sive hyacinthum, qui et

sa[4] ad servitiorum vestes. Quæcumque[k] communia sunt montibus planisque, majora fiunt, aspectuque pulchriora[5] in campestribus: meliora materie, crispioraque in montibus: exceptis malis, pirisque.

XXXII. (XIX.) Præterea arborum aliis decidunt folia: aliæ sempiterna coma virent. Quam differentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim arborum quædam urbaniores,[1] quas his placet nominibus distinguere. Hæ mites,[2] quæ fructu, aut aliqua dote, umbrarumve officio humanius[3] juvant, non improbe dicantur urbanæ.

XXXIII. (XX.) Harum generi[a] non decidunt:[1] oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso,[2] pinis, hederæ, rhododendro, et (quamvis herba[b] dicatur) sabinæ. Rhododendron,[3][c] ut nomine apparet, a Græcis venit. Alii nerion

in, *n* et *u* non raro confunduntur in vett. membranis.—4 Ita Harduinus et recentt. ex codd. *purpureæ tingendi causa* cod. Dalec. *purpuram purpuræ tingendæ causa* Chiffl. ita quoque Dalecampius, et Turneb. Advers. IV. 16. *purpurea, tingendi causa* Gronov. et vulgg.—5 Chiffl. *aspectu pulcrioraque.*

CAP. XXXII. 1 Ita Harduin. et recentt. *arborum quædam omnino sylvestres, quædam urbaniores* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Eæ mites* cod. Dalec. *Ergo mites* Gronov. et al. vett.—3 Dalec. *humanos.* Mox, cod. Dalec. *vivunt, non impr. dicuntur.*

CAP. XXXIII. 1 Dalec. *folia non decidunt.*—2 Chiffl. *cupressis.*—3 Ita Mercerus, codd. Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

gladiolus vocetur, de quo dicemus XXI. 97.

[j] *Purpuræ tinguendæ*] Sic Mss. omnes. Vitruvius lib. VII. c. ult. p. 148. 'Vaccinium temperantes, et lac miscentes, purpuram faciunt elegantem.'

[k] *Quæcumque*] Ex Theophr. Hist. III. 4. Ἅπαντα δὲ ὅσα κοινὰ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πεδίων, μείζω μὲν καὶ καλλίω τῇ ὄψει τὰ ἐν τοῖς πεδίοις γίνεται, κρείττω δὲ τῇ χρήσει τῶν ξύλων καὶ τῶν καρπῶν τὰ ὀρεινὰ, πλὴν ἀχράδος, καὶ ἀπίου, καὶ μηλέας· αὗται δ' ἐν τοῖς πεδινοῖς κρείττους, οὐ μόνον τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξύλοις.

[a] *Harum generi*] Hoc est, mitiorum e genere, et urbaniorum. Accepta hæc a Theophr. Hist. I. 19. Eadem habet auctor Geopon. XI. 1. pag. 305.

[b] *Quamvis herba*] Herba, inquit, vocatur, inter frutices tamen numeranda. Virgilius in Culice: 'Herbaque thuris opes priscis imitata Sabinis.' Arborem tamen δένδρον Diosc. vocat I. 104. Sed quoniam pumila est, et coactæ brevitatis, herbam Romani appellavere. Dicemus de ea uberius XXIV. 61.

[c] *Rhododendron*] Lauream rosam Apuleius vocat. Ῥοδωνιὰν Theophr.

vocarunt, alii rhododaphnen, sempiternum[4] fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosum. Jumentis[d] caprisque et ovibus venenum est. Idem homini[e] contra serpentium venena remedio.

(XXI.) Sylvestrium[f] generis folia non decidunt abieti, larici,[g] pinastro, junipero, cedro, terebintho, buxo,[h] ilici,[i] aquifolio,[j] suberi, taxo, tamarici.[k] Inter utraque[l] genera sunt adrachne in Græcia, et ubique unedo. Reliqua enim folia decidunt his, præterquam in cacuminibus. Non decidunt autem et in fruticum genere cuidam rubo,[5] et calamo.[m] In Thurino[n] agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatem germinans. Idque mirum est, Græcis auctoribus proditum, apud nos postea sileri.[o] Nam

Franz. *rhododendro. Et quamvis herba dicatur Sabina rhododendron* Gronov. et al. vett. Alii ap. Dalec. *rhododendro. Et quamvis herba, durant Sabinæ. Rhododendron.*—4 Vet. Dalec. *sempiterna.*—5 Cod. Dalec. *quibusdam rubo.* Et sic Theophr. Hist. I. 15.

NOTÆ

Hist. I. 15. Diosc. IV. 82. Νήριον, *οἱ δὲ ῥοδοδάφνη, οἱ δὲ ῥοδόδενδρον θάμνος, κ. τ. λ.* Pingitur a Matthiolo in Diosc. lib. IV. p. 1103. Gallis, *Laurier rose.* Italis *oleandro,* teste Anguillara de Simp. Par. IV. p. 82.

[d] *Jumentis*] Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Med. pag. 215. Prudentius in Hamartigenia vs. 232. 'Noxius in teneris sapor æstuat ecce frutetis, Cum prius innocuas tulerit natura cicutas, Roscidus et viridem qui vestit flos rhododaphnen Pabula lascivis dederit sincera capellis.'

[e] *Idem homini*] Diosc. loc. cit.

[f] *Sylvestrium*] Accepta hæc a Theophrast. Hist. I. 15. et III. 4.

[g] *Larici*] Meleziæ arbori, quam esse laricem quidam volunt, decidunt hyeme folia: et quidem soli, e coniferis arboribus.

[h] *Buxo*] 'Perpetuoque virens buxus.' Ovid. Met. X. 97.

[i] *Ilici*] Πρίνῳ, Theophr. locis cit.

[j] *Aquifolio*] 'Αγρίᾳ, Theophr. Hist. I. 15. De ea diximus c. 12.

[k] *Tamarici*] Folia tamarici omnia in hortis nostris hyeme delabuntur. De eo diximus XIII. 37.

[l] *Inter utraque*] Inter ἀείφυλλα videlicet, et φυλλοβόλα, ea quæ perpetuo virent, et quibus folia decidunt. Sic Theophr. Hist. I. 15. *Δοκεῖ δὲ ἡ ἀδράχνη καὶ ὁ οἴναρος* (forte rectius, *ὁ κόμαρος*) *τὰ μὲν κάτω φυλλοβολεῖν, τὰ δ' ἔσχατα τῶν ἀκρεμόνων ἀείφυλλα ἔχειν. Folia infima demittunt, cacuminibus perpetuo virent.* De adrachne et unedone diximus XIII. 40.

[m] *Et calamo*] Hoc est, arundini. Theophr. loc. cit. *τῶν δὲ θαμνωδῶν, βάτος, ῥάμνος, κάλαμος.*

[n] *In Thurino*] Hæc a Theophr. loc. cit.

[o] *Apud nos . . . sileri*] Recitat tamen Varro de Re Rust. I. 7. pag. 51.

locorum [p] tanta vis est, ut circa Memphim Ægypti, et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.

XXXIV. (XXII.) Ceteræ omnes, extra prædictas, (etenim enumerare longum,) [1] folia deperdunt: observatumque non arescere, nisi tenuia, et lata, et mollia. Quæ vero non decidant,[2] callo crassa,[a] et angusta esse. Falsa [b] definitio est, non decidere his, quarum succus pinguior sit. Quis enim potest in ilice intelligere? Decidere Timæus mathematicus Sole Scorpionem transeunte, sideris vi, et quodam veneno [3] aëris, putat. Cur ergo non eadem causa adversum [4] omnes polleat, jure miremur. Cadunt plurimis autumno. Quædam tardius [c] amittunt, atque in hyemes [5] prorogant moras. Neque interest [6] [d] maturius germinasse: utpote cum quædam primæ germinent, et inter novissimas nudentur: ut amygdalæ, fraxini, sambuci. Morus autem [e] novissima germinat, cum [7] primis folia dimittit. Magna et in hoc vis soli.[f] Prius decidunt in siccis macrisque: et vetustæ [8] prius arbori: multis etiam, antequam matures-



CAP. XXXIV. 1 Gronov. et al. vett. *longum est.*—2 Cod. Dalec. *decidunt.* —3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *sideris vi, quodam veneno* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Chiffl. *adversus.*—5 Dalec. *hyemem.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Nec interest* Gronov. et vulgg.—7 *Morus item novissime germinat, et cum* Dalec. *novissima* cod. Dalec. *novissime* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Chiffl. *vetustate.*—

NOTÆ

sed ex Theophrasti libris.

[p] *Nam locorum*] Theophr. et Varro locis cit.

[a] *Callo crassa*] Corpore, carne, et quadam veluti pulpa.

[b] *Falsa*] Theophrastum jure carpit, qui Hist. I. 15. ea perpetuo virere ait, quæ et angustiore folio et pinguitudine quadam prædita essent, et odore jucundo: cum absint hæ dotes ab ilice. Πάντα δὲ καὶ τῶν ἄλλων τὰ ἀείφυλλα, στενοφυλλότερα· καὶ ἔχοντά τινα λιπαρότητα καὶ εὐωδίαν.

[c] *Quædam tardius*] Ex Theophr. Hist. I. 15.

[d] *Neque interest*] Hæc verbis totidem Theophr. loc. cit.

[e] *Morus autem*] Theophr. loc. cit.

[f] *Vis soli*] Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ χώρα συμβάλλεσθαι καὶ ὁ τόπος ὁ ἔνικμος πρὸς τὸ διαμένειν, κ. τ. λ. Theophr. loc. cit. In libris quibusdam, *vis Solis*, male: cum sequatur proxime causa ejusce placiti: 'Prius decidunt in siccis macrisque,' &c.

cat fructus. In serotina ficu,[9] et hyberna piro, et malo granato est pomum tantum[g] aspici in matre. Neque his autem,[h] quæ semper retinent comas, eadem folia durant: sed subnascentibus aliis, tum arescunt vetera: quod evenit circa solstitia maxime.[10] [i]

XXXV. Foliorum unitas[j] in suo cuique genere permanet, præterquam populo, hederæ, crotoni, quam et cici[1] diximus[k] vocari.

(XXIII.) Populi tria[l] genera: alba, ac nigra,[2] [m] et quæ Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungisque enascentibus[n] laudatissima. Alba[3] folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi. Huic,[o] nigræque, et crotoni,[4] folia in juventa circinatæ rotunditatis sunt: vetus-

9 Idem codex, *fico*. Mox, pro *hyberna piro*, margo edd. Dalec. et Gronov. *pyrastro Achrade*, e Theophr.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1.2.3. et recentt. *quod evenit circa solstitium. Maxime foliorum, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.

Cap. XXXV. 1 Vet. Dalec. *ricinum*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *alba et nigra* alii ap. Dalec. *alba, nigra* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *evanescentibus*. *Laudatissima alba*.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *nigræque et cocam* Chiffl. *nigræ*

NOTÆ

[g] *Pomum tantum*] Decussis hyeme foliis universis, arbori adhuc pomum adhærescit.

[h] *Neque his autem*] Theophr. loc. cit.

[i] *Circa solstitia maxime*] Ita Mss. omnes. Apud Latinos, qui caste integreque in eloquendo versati sunt, non dicitur solstitium fere, nisi de æstivo. Nam tametsi motus eadem proportio cum hyberno, tamen id Romani nunquam dixere, sed brumam. Theophr. loc. cit. τοῦτο δὲ περὶ τροπὰς μάλιστα γίνεται θερινάς.

[j] *Foliorum unitas*] Idem color, inquit, foliis in suo cuique genere, eadem forma, in juventa, et cum senescunt. At in populo, hedera, et crotone, sunt diversa. Theophr. Hist. I. 16.

[k] *Cici diximus*] Lib. XV. c. 7.

[l] *Populi tria*] Ab his verbis ductum hactenus capitis primordium est: quam inepte, ex totius orationis serie liquet.

[m] *Alba, ac nigra*] *Peuplier blanc, et noir*. Libycam vulgo Tremulam vocant, a tremulorum foliorum crepitu strepituque assiduo, *Tremble*. Triplex id populi genus a Dodonæo accurate delineatur, Pempt. VI. lib. IV. c. 14. p. 823. et 824.

[n] *Enascentibus*] Ramo, vel caudici adnascentibus.

[o] *Huic*] Hoc est, populo albæ. Theophr. loc. cit. Τῆς δὲ λεύκης, τοῦ κιττοῦ, καὶ τοῦ καλουμένου κρότωνος .... τὰ νέα (φύλλα) περιφερῆ· τὰ δὲ παλαιότερα, γωνοειδῆ.

tiora in angulos exeunt. E contrario hederæ angulosa rotundantur. Populorum foliis grandissima lanugo [p] evolat: candidæ, traditæ [q] folio numerosiore, candida, et ut villi.[5] [r] Folia granatis et amygdalis rubentia.

XXXVI. Mirum inprimis id, quod [1] ulmo, tiliæque, et oleæ, et populo albæ, et salici evenit. Circumaguntur [a] enim folia earum post solstitium: [2] nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.[b]

(XXIV.) Est et publica omnium foliorum in ipsis [c] differentia.[3] Namque pars [d] inferior a terra herbido viret colore. Ab eadem [e] læviora nervos, callumque, et articulos in superiore habent parte: incisuras vero subter, ut manus humana.[4] Oleæ [f] superne candidiora, et minus lævia: item



ut crotani Gronov. et vulgg.—5 Ita Harduin. et recentt. ' Ms. *lanugo evolat. Candida, &c. est ut iulus.* Alii, *evolat, &c. candida, et ut villi. Folia, &c.* Lego, *evolant candidæ, et ut villi. Tradita numerosiora folio candida. Folia,' &c.* Dalec. *lanugo. Evolat candidæ (tradita folio numerosiore candida) ut iulus. Folia, &c.* Gronov. et al. vett. *et ut villæ folia. Granatis, &c.* Chiffl.

CAP. XXXVI. 1 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *inprimis quod* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Ita Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. Bipont. et Miller. *per solstitium* Harduin. 2. 3. et Franz.—3 Vet.

NOTÆ

[p] *Lanugo*] Seu *βρύον*, ut diximus, lib. XII. sect. 62.

[q] *Candidæ, traditæ*] Hoc est, quæ traditur esse folio numerosiore. Ita Mss. Reg. Colb. Th.

[r] *Et ut villi*] In Mss. proxime laudatis, *et ut villæ*. Forte, *et ut uvæ*. Nam ut XII. 62. bryon uva populi albæ dicitur.

[a] *Circumaguntur*] Vertunt partes supinas statim post æstivum solstitium: eoque argumento solstitium exactum rustici intelligunt. Theophr. Hist. I. 16. Tractat hoc argumentum uberrime et eleganter Plinius, XVIII. 68.

[b] *Sidus confectum*] Solstitium peractum. Auctor Geopon. IX. 2. p. 219. Προσημαίνει δὲ καὶ τὰς τροπὰς θερινὰς στραφέντα τὰ φύλλα τῆς ἐλαίας, ὥσπερ ἡ φιλύρα, καὶ ἡ πτελέα, καὶ ἡ λεύκη. Causam ejus rei aperit Theophr. de Caus. lib. II. 26. p. 262.

[c] *In ipsis*] In ulmo scilicet, tilia, olea, populoque alba, de quibus dictum est proxime. Sic Theophr. Hist. I. 16.

[d] *Namque pars*] Hæc a Plinio verissime pronuntiata: etsi nonnihil is discedere a Theophrasto videatur, Hist. I. 16.

[e] *Ab eadem*] Cum ab inferiore parte læviora sint folia, in superiore nervos habent et callum, et articulos; tenuiores fibras, atque incisuras, seu veluti venas in inferiore: Theophr. loc. cit. Ἶνας καὶ φλέβας, ἐν τοῖς πρανέσιν, ὥσπερ ἡ χείρ. Quæ venæ Græco auctori, et ἶνες, Latino *incisuræ* appellantur.

[f] *Oleæ*] Theophr. loc. cit. τῆς ἐλαίας δὲ λευκότερα, καὶ ἧττον λεῖα.

hederæ. Sed omnium folia quotidie ad Solem oscitant,[g] interiores[h] partes tepefieri volentia. Superior pars omnium lanuginem quantulamcumque habet, quæ in aliis gentium[i] lana est.

XXXVII. In Oriente funes validos e palmæ foliis fieri dictum est,[j] eosque in humore utiliores esse. Et apud nos fere palmis a messe decerpuntur. Ex his meliora, quæ sese non diviserint. Siccantur sub tecto quaternis diebus: mox in Sole expanduntur, et noctibus relicta, donec candore[1][k] inarescant, postea in opera finduntur.[l]

XXXVIII. Latissima fico,[m] viti, platano: angusta myrto, Punicæ, oleæ: capillata[n] pino, cedro: aculeata aquifolio, et ilicum generi:[o] nam junipero[1] spina pro folio est: carnosa cupresso, tamarici: crassissima alno:[p] longa arundini, salici: palmæ etiam duplicia:[q] circinata piro, mucronata malo, angulosa hederæ, divisa platano: insecta[r] pectinum modo piceæ, abieti: sinuosa toto ambitu robori: spinosa

Dalec. *est et publica foliorum in omnibus ipsis differentia.*—4 *Ab eadem leviora. Fibras enim ac venas habent in prona, veluti manus, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. ‘Negligenter hæc Plinius.’ *Dalec.*

CAP. XXXVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *donec sub dio cum candore.*

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. *juniperi;* Chiffl. *juniperis.*—2 Dalec. *et ex*

NOTÆ

[g] *Oscitant*] Superne convertuntur. Theophr. Πάντα δὴ, ἢ τά γε πλεῖστα, ἐκφανῆ ἔχει τὰ ὕπτια, καὶ ταῦτα γίνεται τῷ ἡλίῳ φανερά.

[h] *Interiores*] Eædem et inferiores, terramque spectant.

[i] *In aliis gentium*] Apud Seras, aliosque, ut dictum est VI. 20.

[j] *In Oriente .... dictum est*] Lib. XIII. 7.

[k] *Donec candore*] Donec se arida probent candore.

[l] *In opera finduntur*] In funes, vitiliumque nexus, et capitum levia umbracula, uti dictum est loco proxime appellato, XIII. 7.

[m] *Latissima fico*] Hæc maximam partem a Theophr. accepta, Hist. I. 16.

[n] *Capillata*] Vel, ut alibi, capillacea, τριχόφυλλα.

[o] *Ilicum generi*] Hoc est, ilici geminæ, de qua c. 8. diximus.

[p] *Crassissima alno*] Theophr. nervosa dixit, ἰνώδη, Hist. III. 14.

[q] *Palmæ ... duplicia*] Quamobrem bifidata foliorum palmæ latera vocat, XIII. 7.

[r] *Insecta*] Theophr. Hist. I. 16. εὔσχιστα, καθάπερ τὰ τῆς ἐλάτης, κ. τ. λ. Probe secta, fissaque. Sic. IX. 56. ‘pectini insecto’ dixit.

cute rubo. Mordacia sunt quibusdam, ut urticis. Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifoliis.[s] Pediculo brevi oleæ, et ilici: longo vitibus: tremulo populis, et iisdem solis inter se crepitantia. Jam et in pomo ipso, mali quodam in genere,[t] parva mediis emicant folia, interim et gemina. Præterea aliis[u] circa ramos, aliis et in cacumine ramorum: robori, et in caudice ipso.[2] Jam densa, ac rara, semperque lata rariora. Disposita myrto,[v] concava buxo, inordinata pomis. Plura eodem pediculo[w] exeuntia malis pirisque. Ramulosa[x] ulmo, et cytiso. Quibus adjicit Cato decidua,[y] populea,[3] quernaque, animalibus jubens dari non perarida: bubus quidem et ficulnea, ilignaque, et hederacea. Dantur et ex arundine, ac lauro. Decidunt sorbo universa, ceteris paulatim. Et de foliis hactenus.

XXXIX. (XXV.) Ordo autem naturæ annuus ita se habet. Primus est conceptus, flare incipiente vento Favonio, circiter fere sextum[a] Idus Februarii. Hoc maritantur[b] vi-

caudice ipso.—3 Cod. Dalec. *a populo.*

NOTÆ

[s] *Aquifoliis*] Hoc est, et aquifolio simul, et aquifoliæ ilici. De utroque genere diximus, c. 8. et 12.

Mali quodam in genere] Quod melofolium ex ea re appellatum vidimus, xv. 15.

[u] *Præterea aliis*] Hæc etiam Theophr. loc. proxime citato.

[v] *Disposita myrto*] Ei præsertim, quam hexasticham vocant, ut diximus xv. 37. a senis foliorum versibus.

[w] *Eodem pediculo*] Eodem potius petiolo: unde cum suis pediculis folia plura pendent.

[x] *Ramulosa*] Venosa, ut quidem reor: sic enim cytisum Diosc. iv. 113. ait ῥάχιν ἔχειν μείζονα, spina dorsi prominentiore esse.

[y] *Cato decidua*] Decidua pro *cædua* dixit paulo licentius. Sic enim Mss. omnes. Catonis verba sunt ea, e c. 5. pag. 11. 'Frondem populneam, ulmeam, querneam cædito: per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ovibus.' Et c. 30. p. 28. 'Bubus frondem ulmeam, populneam, querneam, ficulneam, usque dum habebis, dato.' Denique c. 45. p. 42. 'Bubus ... si fœnum non erit, frondem iligneam et hederaceam dato.' Vide etiam Colum. vi. 3.

[a] *Circiter fere sextum*] Ut dictum est ii. 47.

[b] *Hoc maritantur*] Hoc vento fœcundantur, stimulantur, illiciuntur, invitantur ad conceptum. Sic palmæ mares 'afflatu visuque' dicuntur fœminas 'maritare,' xiii. 7.

vescentia e terra: quippe cum etiam equæ [1] in Hispania, ut diximus.[c] Hic est genitalis spiritus mundi, a fovendo [2] [d] dictus, ut quidam existimavere. Flat ab occasu æquinoctiali, ver inchoans. Catulitionem [3] [e] rustici vocant, gestiente natura semina accipere, eoque animam [f] inferente[4] omnibus satis. Concipiunt variis diebus, et pro sua quæque natura. Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua, et diutius gravida partus gerunt: [5] quod germinatio ideo vocatur. Pariunt vero cum florent, flosque ille ruptis constat utriculis.[g] Educatio [6] in pomo [h] est: hoc, et germinatio, laborum.[a] [i]

XL. Flos est pleni veris indicium, et anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc se novas aliasque quam sunt ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen usque

[a] *Est et hæc educatio, et germinatio, plena laboris.*

CAP. XXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Circiter fere sexto Idus ... Hoc enim maritantur ... quo etiam equæ* Gronov. et al. ante Harduin. *viviscentia* Dalec. *quippe cum etiam equæ* codd. Dalec. et Chiffl. *quin etiam* Vet. Dalec. *quum etiam* Parm.—2 Cod. Dalec. *a favendo.*—3 Cod. Dalec. *catilitionem.*—4 Chiffl. *eaque animam ferente;* cod. Dalec. *eaque animam inferente.*—5 Cod. Dalec. *egerunt.*—6 'Ms. e *promptis constat utriculis. Sed dubitatio.* Lego, *flosque illico ruptis exstat.* ἐξίσταται.' *Dalec. Edubitatio* Chiffl. Mox, Vet. Dalec. *pomo. Est et hoc ut germinatio arborum. Flos, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *pomo est: hoc et germinatio. Arborum flos est, &c.* Lectionem nostram ex codd. Regg. Colb. et Thuan. restituit Harduinus, eumque secuti recentt.

NOTÆ

[c] *Ut diximus*] Lib. VIII. 67.

[d] *A fovendo*] Ita Mss. omnes. Græcis pariter Ζέφυρος, qui Favonius est, quasi Ζωηφόρος, *vitam afferens*, appellatur. Sic Favonius a fovendo, quoniam foveat sata, 'genitabilis aura Favoni,' ut canit Lucretius lib. III. Isidorus Orig. IX. 5. 'Favonios appellabant, quia quædam animalia Favonio spiritu hausto concipere existimantur.'

[e] *Catulitionem*] Mss. Reg. Colb. Th. *Catlitionem.* Catulire Grammatici novitii aiunt idem esse atque in Venerem incitari.

[f] *Eoque animam*] Eo vento, scilicet, Favonio.

[g] *Utriculis*] Hoc est, calyculis, unde flos erumpit. Ἔλυτρα sunt Dioscoridi, II. 114.

[h] *In pomo*] Quamdiu pendet a matre pomum, quasi quædam fœtus educatio intelligitur.

[i] *Laborum*] Est nutritio pomi, inquit, est et germinatio arbori, ut fere mulieri partus, et educatio fœtus, plena laboris: flos autem, res plena gaudii. Vide Notas et Emend. num. 9.

luxuriant. Sed hoc negatum plerisque. Non enim omnes[1] florent: et sunt tristes quædam, quæque non sentiant[2] gaudia annorum. Nam neque ilex,[j] picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur, natalesve pomorum recursus annuos versicolori nuntio promittunt: nec fici,[k] atque caprifici. Protinus enim fructum flores gignunt.[3] In ficis mirabiles sunt et abortus,[4] qui nunquam maturescunt. Nec juniperi[l] florent. Quidam earum[m] duo genera tradunt: alteram florere, nec ferre: quæ vero non floreat, ferre protinus baccis nascentibus,[5] quæ biennio hæreant. Sed id falsum: omnibusque iis dura facies semper. Sic et hominum multis fortuna sine flore est.[n]

XLI. Omnes autem germinant, etiam qui non florent, magna et locorum differentia. Quippe cum ex eodem genere quæ sunt in palustribus priora germinent, mox campestria, novissima in sylvis.[1] [a] Per se autem tardius piri sylvestres, quam cetera.[2] [b] Primo Favonio[3] [c] cornus,[4] proxime laurus, pauloque ante æquinoctium tilia, acer.

Cap. XL. 1 Cod. Dalec. *plerumque. Nam nec omnes.*—2 Cod. Dalec. *sentiunt.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *non flores gignunt.*—4 Cod. Dalec. *abortivi.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *subnascentibus* Gronov. et al. vett.

Cap. XLI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in montibus*, e Theophr.—2 Ibid. *quam piri.* ἀχράδες, ἢ ἄπιοι, Theophr.—3 *Ante Favonium* ibid. e Theophr.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *P. F. germinat*

NOTÆ

[j] *Nam neque ilex*] Ilicem tamen florere Theophrastus asseverat, Hist. III. 5. πρῖνος ἀνθεῖ.

[k] *Nec fici*] Macrob. Saturn. II. 16. p. 378. 'Nec hoc ignorandum,' inquit, 'ficum solam ex omnibus arboribus non florere.'

[l] *Nec juniperi*] Itane se res habeat, an secus, amplius considerandum Theophrastus admonet, σκεπτέον, Histor. III. 6. Juniperus, *Genévrier*, et *Geniévre.*

[m] *Quidam earum*] Sic etiam Theophrastus loc. cit. suffragante nunc quoque in Galliis experientia.

[n] *Sine flore est*] Nunquam benigna, aut blande arridens.

[a] *Novissima in sylvis*] In montibus. Theophr. Ἔσχατα δὲ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσιν, loc. cit.

[b] *Quam cetera*] Quam urbanæ, inquit Theophr. loc. cit. Ἀχρὰς δὲ μικρῷ ὕστερον τῆς ἀπίου.

[c] *Primo Favonio*] Etiam ante Favonium in Græcia, πρὸ ζεφύρου, teste Theophr. loc. cit.

Inter primas[d] vero populus, ulmus, salix, alnus, nuces. Festinat[e] et platanus. Ceteræ vere cœpturo,[5] [f] aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes.[g] Serotino[h] autem germine malus, tardissimo suber. Quibusdam geminatur[i] germinatio,[6] nimia soli ubertate, aut invitantis cœli voluptate: quod magis in herbis segetum evenit. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit.[7] [j]

Sunt aliæ naturales quibusdam, præterque vernas, quæ suis constant[k] sideribus, quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine. Hyberna Aquilæ exortu, æstiva Canis ortu, tertia Arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant: sentiri autem maxime in fico, vite, Punicis: causam afferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. Maxime tamen in Ægypto apparet hæc ratio. E reliquæ[l] quidem arbores, ut primum cœpere, continuant germinationem: robur, et abies, et larix intermittunt tripartito,[m] ac terna[8] germina edunt; ideo et ter squamas[n] corticum spargunt:[9] quod om-

cornus Gronov. et al. ante Harduin.—5 Vet. Dalec. *concepto;* al. ap. Dalec. *cœpto.*—6 'Ita bene Editio princeps. In codd. Regg. 1. 2. et recentioribus editionibus, *germinatur germinatio.*' Brotier. Mox, Chiffl. *minima soli ubertate.*—7 Vet. Dalec. *lassescit.*—8 Cod. Dalec. *intermittunt, tripartita ac terna.*

NOTÆ

[d] *Inter primas*] Theophr. loc. cit.

[e] *Festinat*] Sic tamen ut paulo serius germinet, quam proxime appellatæ. Theophr. loc. cit.

[f] *Vere cœpturo*] Sic libri omnes. Theophr. *περιεϊσταμένου τοῦ ἦρος, ineunte vere.*

[g] *Glandes*] Vel *juglandes* scribi necesse est, ex Theophr. loc. cit. qui *καρύα* dixit: vel Jovis glandes intelligendæ.

[h] *Serotino*] Theophr. loc. cit.

[i] *Quibusdam geminatur* [*germinatur*] Ita Mss. omnes: sincerior tamen lectio haud dubie, *geminatur.*

[j] *Elassescit*] Arborum fœcunditatem exhaurit, efficitque sæpenumero, ut fructus suos alternent.

[k] *Quæ suis constant*] Quæ certorum exortu occasuve siderum eveniunt: quorum ratio expedietur uberrime XVIII. 57. et sequentibus.

[l] *Et reliquæ*] Hæc totidem verbis Theophr. Hist. III. 6.

[m] *Intermittunt tripartito*] Ter intermittunt germinationem, terque turgent. *Πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ δρῦν διαλείπειν· καὶ τρεῖς ὁρμὰς εἶναι καὶ τρεῖς ἀφιέναι βλαστούς.* Theophr. loc. cit. En rursum *δρῦς* Plinio robur est, abies *ἐλάτη, πεύκη* larix, ut diximus. Sed melezia, quam laricem esse eruditi volunt, non intermittit.

[n] *Ideo et ter squamas*] Ter corticem,

nibus arboribus in germinatione evenit, quoniam prægnantium rumpitur cortex. Est autem prima[o] earum incipiente vere, circiter XV. diebus. Iterum germinant transeunte Geminos[p] Sole. Sic fit, ut prima[10][q] cacumina impelli secutis appareat, geniculato incremento. Tertia est earundem ad solstitium brevissima, nec diutius septenis diebus. Clareque et tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.[r] Vitis sola bis parturit:[s] cum primum emittit uvam: iterum cum digerit. Eorum quæ non florent partus tantum est et maturitas. Quædam statim in germinatione florent, properantque celeriter, sicuti morus,[t] quæ novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed cum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu.[11]

XLII. Ex his, quæ hyeme Aquila exoriente (ut diximus)[a]



—9 'Διὸ καὶ τρίσλιποι, *tergenitali succo turgent.* Plinius legit, τρίσλεποι.' *Dalec.*—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ut quima* Gronov. *ut summa* alii ap. Dalec.—11 Chiffl. *sterritu.*

NOTÆ

qui squamarum instar est, genitali, qui interlabitur insinuatque sese, humore respergunt: quod in unaquaque germinatione evenire vel ex eo intelligitur, quod tum facile cortex absistat, detrahaturque corpori. Hæc plane mens Theophrasti, Pliniique, quæ interpretes hactenus male vexavit. Vide Notas et Emend. num. 10.

[o] *Est autem prima*] Alia ratio est Græciæ, quam Theophr. explicat, loc. cit. alia Italiæ, quam Plinius nunc declarat.

[p] *Transeunte Geminos*] Theophr. loc. cit. περὶ τὴν Σκιῤῥοφοριῶνα λήγοντα. Vide quæ dicturi de mensibus Græcis sumus, XVII. 37. circa finem.

[q] *Sic fit, ut prima*] Priora cacumina sequentibus, quæ adnascuntur, apparet impelli: et articulis quibusdam seu nodis incrementa distinguuntur. Ruellius de Nat. Stirp. l. I. p. 29. legit ita: 'Sic fit ut, dum prima cacumina propelluntur, se cutis aperiat,' &c. Sed male.

[r] *Articulatio*] Geniculatum cacuminum incrementum, ut dictum est proxime. Fit illud, cum cacumina crescunt ramorum, medulla ante se tendente, et novam impellente materiam, ut dicetur XVII. 35.

[s] *Vitis ... bis parturit*] Bis germinat.

[t] *Sicuti morus*] Quæ propter frigiditatem soli tarde germinat, eadem propter debilitatem cito maturat. Theophr. de Caus. I. 21. Vide quæ dicturi de moro sumus, XVIII. 67.

[a] *Ut diximus*] Cap. sup.

concipiunt, floret prima omnium amygdala mense Januario: Martio vero pomum maturat.[1] Ab ea proxime florent Armeniaca,[b] dein tuberes, et præcoces:[c] illæ peregrinæ, hæ coactæ.[d] Ordine autem naturæ, sylvestrium primæ sambucus,[e] cui medulla plurima: et cui nulla, cornus mascula. Urbanarum, malus: parvoque post, ut simul videri possit, pirus, et cerasus, et prunus. Sequitur laurus, illamque cupressus: dein Punica, fici. At vites et oleæ florentibus jam iis germinant. Concipiunt Vergiliarum exortu.[f] Hoc sidus illarum est. Floret autem solstitio vitis, et, quæ paulo serius incipit, olea. Deflorescunt omnia septenis diebus, non celerius: quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis. Omnia et intra VIII. Idus Julii etesiarum præcursu.[g]

XLIII. (XXVI.) Nec statim fructus sequitur in aliquibus. Cornus enim[h] circa solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum. Ex eo genere fœmina post autumnum fert baccas acerbas, et ingustabiles cunctis animantibus: ligno quoque fungosa et inutilis,[1] cum mas e fortissimis quoque sit: tanta differentia ab eodem genere[i] fit. Sed et terebinthus[2] messibus[j] reddit semen, et acer, et fraxinus: nuces, et mala, et pira, præterquam hyberna, aut præcocia,

CAP. XLII. 1 Cod. Dalec. *pomo matura.*
CAP. XLIII. 1 'Ms. *fungoso et inutili.*' Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et

NOTÆ

[b] *Armeniaca*] Scilicet prunus, de qua XV. 12.

[c] *Præcoces*] Nempe præcocia Persica, de quibus XV. 11.

[d] *Hæ coactæ*] Ad velociorem maturitatem arte evocatæ, præter insitam a natura indolem.

[e] *Sambucus*] *Du sureau*, arbor notissima, et passim in dumetis obvia.

[f] *Vergil. exortu*] De quo, XVIII. 66.

[g] *Etesiarum præcursu*] Sic plane ut etesiarum ortum anteveniant: qui ortus incidit in VIII. Kalend. Aug. ut dicetur XVIII. 68.

[h] *Cornus enim*] Hæc mutuatus ad verbum a Theophr. Hist. III. 6. Κρανεία μὲν . . . περὶ τροπὰς θερινὰς, κ. τ. λ.

[i] *Ab eodem genere*] Tanta est, inquit, in sexu differentia, vel in arboribus etiam ejusdem generis. Theophr. Τοσαύτη δὲ ἡ διαφορὰ περὶ ἄμφω.

[j] *Sed et . . . messibus*] Theophr. περὶ πυροῦ ἀμητὸν, *circa messem tritici.*

autumno.[k] Glandiferæ[1] serius etiamnum, Vergiliarum occasu:[m] æsculus[3] tantum autumno. Incipiente autem hyeme quædam genera mali, pirique, et suber. Abies flores[n] croci[4] colore circa solstitium, semen reddit post Vergiliarum occasum. Pinus autem[o] et picea præveniunt germinatione quindecim fere diebus.[5] Semen vero[6] [p] post Vergilias et ipsæ reddunt.

XLIV. Citreæ,[q] et juniperus, et ilex, anniferæ[1] habentur:[a] novusque fructus in his cum annotino pendet.[2] In maxima tamen admiratione pinus est: habet fructum maturescentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec ulla arborum avidius se promittit. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia: et sic dispensatur, ut nullo non mense maturescant. Quæ se in arbore ipsa divisere, azaniæ vocantur:[3] [r] læduntque ceteras, nisi detrahantur.

[a] *Toto anno ferre fructum existimantur.*

Gronov. *fit. Et terebinthus.*—3 Vet. Dalec. *præcocia. Autumno glandiferæ: serius etiamnum Vergiliarum occasu. Æsculus.*—4 Vet. Dalec. *cocci.* Mox, *semen vero reddit* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *XV. diebus.*—6 *Semen vere* Chiffl.

CAP. XLIV. 1 *Cedri et juniperi, et ilex annuæ fere* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *autumno pendet.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. *zamiæ vocantur* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[k] *Et acer ... autumno*] Hæc pariter omnia Theophr. loc. cit.

[l] *Glandiferæ*] Ut robur, et castanea, *δρῦς καὶ Διὸς βάλανος*, Theophr.

[m] *Vergiliarum occasu*] De quo XVIII. 59.

[n] *Abies flores*] Theophr. loc. cit. *Καὶ τῆς γε ἐλάτης ἄνθος κρόκινον, κ. τ. λ.*

[o] *Pinus autem*] Theophr. *Πεύκη δὲ καὶ πίτυς προτεροῦσι τῇ βλαστήσει μικρὸν, κ. τ. λ.*

[p] *Semen vero*] Theophrast. loc. cit. *Μετὰ Πλειάδα*, hoc est, *μετὰ δύσιν Πλειάδος.*

[q] *Citreæ*] De citreis jam verissime superius affirmavit XII. 7. De junipero et ilice, accepit a Theophr. loc. cit.

[r] *Azaniæ vocantur*] Hoc est, exarescentes, ab *ἀζάνω, exaresco*, vel ab *ἀζαίνω, exsicco*, quod vel siccitate aëris vel longiore mora in arbore factæ aridiores dehiscant nuces eæ pineæ. Ita porro Mss. Reg. Th. Colb. Chiffl. non *Zamiæ*.

XLV. Fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem, tamarix[s] scopis tantum nascens, populus,[t] alnus,[u] ulmus Atinia,[v] alaternus,[w] cui folia inter ilicem et olivam. Infelices[x] autem existimantur, damnatæque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt. Cremutius[1] auctor est, nunquam virere arborem, ex qua Phyllis[y] se suspenderit. Quæ gummi[2] gignunt, post germinationem aperiuntur:[z] gummi vero non nisi fructu detracto spissatur.

XLVI. Novellæ arbores carent fructu quamdiu crescunt. Perdunt facillime[a] ante maturitatem palma, ficus, amygdala, malus, pirus: item Punica, quæ etiam roribus nimiis et pruinis florem amittit. Qua de causa inflectunt ramos ejus, ne subrecti[1] humorem infestum excipiant, atque con-

CAP. XLV. 1 *Cremetius* cod. Dalec.—2 Chiffl. *gummini.*
CAP. XLVI. 1 Codd. Dalec. et Chiffl. *subtecti.*—2 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

[s] *Tamarix*] Nempe sylvestris, et nostras, quæ plane est sterilis, ut dicetur XXIV. 42. non sativa, quæ in Ægypto Syriaque fert fructum.

[t] *Populus*] *Alba* nimirum, λεύκη. Nam nigræ semen in comitialibus morbis ipse commendat, XXIV. 32.

[u] *Alnus*] Alnos in Creta fructum ferre scribit auctor libri de Mirab. Auscult. p. 1155. Apud nos oblongum quiddam emittit, ex multis compactum squamulis, quod pro fructu habetur: iis dehiscentibus semen autumno excidit.

[v] *Ulmus Atinia*] Diximus de ea ulmo c. 29.

[w] *Alaternus*] Et hanc Macrobius inter infelices arbores reponit, Saturn. II. 16. p. 378. A Clusio pingitur, Hist. Plant. I. 33. p. 50. Gallis *Alaterne*. Plura ejus sunt genera in horto Regio.

[x] *Infelices*] Felices arbores vocant, quæ fructum ferunt: infelices, quæ non ferunt. Livius l. v. p. 95. 'Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.'

[y] *Ex qua Phyllis*] Fuit hæc Lycurgi Thraciæ regis filia, quæ Demophoonta Thesei regis Atheniensis ex Phædra filium amavit, excepitque e Trojano bello redeuntem. Is cum Athenas ad componenda regni negotia reversus illic longiores contra datam fidem traheret moras, Phyllis, se spretam rata, amoris impatientia vitam laqueo finivit, et in arborem amygdalum foliis carentem est mutata. Reversus deinde Demophoon, cum arborem amplexus esset, illa sponsi adventum veluti sentiens emisit folia, quæ ab ejus nomine φύλλα deinde dicta sunt, quæ prius πέταλα dicebantur. Vide Hygin. fab. 243.

[z] *Aperiuntur*] Dehiscunt, ut gummi emittant.

[a] *Perdunt facillime*] Theophr. Hist. II. 9.

tineant. Pirus et amygdala,[b] etiamsi non pluat, sed fiat Austrinum cœlum, aut nubilum, amittunt florem et primos fructus, si, cum defloruere, tales dies fuerint. Ocyssime autem salix [c] amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero [d] frugiperda: secuta ætas [2] [e] scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum [f] esse constat. Sed in hoc quoque providens natura facile nascenti, et depacto [3] surculo,[g] incuriosius semen dedit. Una tamen [5] [h] proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descensu Jovis speluncæ, torvum ligneumque, magnitudine ciceris.

XLVII. Fiunt vero quædam loci [1] vitio infructuosa, sicut in Paro sylva cædua, quæ nihil fert. Persicæ [2] arbores [i]

Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sequutaque ætas* Gronov. et al. ante Harduinum.—3 Vet. Dalec. *ex depacto.*—4 Cod. Dalec. *semen reddit.*—5 *Una tantum* Vet. Dalec.

Cap. xlvii. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque Chiffl. *ut in loci* Vet. Dalec. *quædam et loci* Gronov. et vulgg.—2 *Persææ* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.

NOTÆ

[b] *Pirus et amygdala*] Plinius ipse xvii. 2. 'Adeo ut amygdalæ et piri, etiam si omnino nubilum fuit, Austrinusve flatus, amittant fœtus.'

[c] *Ocyssime . . . salix*] Ex Theophr. Hist. iii. 2. quod Plinius ipse iterum repetit, xxiv. 38. Id porro semen, quod in araneam abit, ante quam percoquatur, etsi Theophr. καρπὸν appellat, Galenus, Ægineta, et alii, malunt florem vocare.

[d] *Homero*] Odyss. K. 510. Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Ubi Didymus Interpres: 'Ωλεσίκαρποι· ἐπειδὴ τὸ ἄνθος ἀποβάλλουσιν· ἢ ἐπεὶ οἱ πίνοντες ἄνθος ἰτέας, ἄγονοι διαμένουσι. Quoniam florem amittit: vel quod in potu sumtus sterilitatem inducit.

[e] *Secuta ætas*] Theophrastus ἐν φυτικοῖς, citante Didymo loc. cit. Democritus in Geopon. xi. 14. p. 312. ubi Homericus versus ita scribitur, Κλῆθραί τ', αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Diosc. i. 136. Ælian. Hist. Animal. iv. 23. ac Plinius ipse rursum xxiv. 38.

[f] *Medicamentum*] Φάρμακον, quod sterilitatem affert.

[g] *Et depacto surculo*] Cum vel depacto, inquit, in terram nulla fere arte, vel cultura, facile hæc nascatur arbos, indiligentius ei natura semen dedit, quod vix perfert ad maturitatem.


[h] *Una tamen*] In ejusdem speluncæ aditu fuisse et populum nigram, quæ fructum ferret, scribit Theophr. Hist. iii. 5.

[i] *Persicæ arbores*] Id jam superius memoratum xv. 13. Idem de arbore

in Rhodo florent tantum. Fit hæc differentia et ex sexu:[j] in iisque mares non ferunt. Aliqui hoc[k] permutantes, mares esse, quæ ferant, tradunt. Facit et densitas sterilitatem.

XLVIII. Gignentium[l] autem quædam et lateribus ramorum, et cacuminibus ferunt: ut pirus, Punica, ficus, myrtus: cetero[1] eadem natura,[m] quæ frugibus. Namque et in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus.[2] Palma sola (ut dictum est)[n] in spathis habet fructum, racemis propendentem.

XLIX. Reliquis sub folio pomum, ut protegatur, excepta fico, cui folium maximum umbrosissimumque, et ideo supra id pomum: ei demum serius folium[1] nascitur, quam pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciæ, Cypri, Helladis, ficos sub folio,[o] grossos vero post folium nasci.[2] Ficus et præcoces[p] habet, quas Athenis prodromos vocant. In Laconico genere maxime sunt.[q]



CAP. XLVIII. 1 Cod. Dalec. *ceteris.*—2 *Namque ut eis sp. in cac. nasc. ita legumini siliqua in lateribus* Vet. Dalec.

CAP. XLIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et demum inferius folium* cod. Dalec. *eidemque serius folium* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. *supra folium nasci.*

NOTÆ

Persea Theophrastus, Hist. III. 5. quoniam arbos utraque Ægypti indigena fuit.

[j] *Fit hæc . . . et ex sexu*] Ex Theophrast. Hist. III. 6.

[k] *Aliqui hoc*] Theophr. loc. cit.

[l] *Gignentium*] Accepta hæc a Theophrasto Hist. I. 23.

[m] *Cetero eadem natura*] Cetero constant hæ arbores eadem natura, quæ frugibus inest. Namque et in ipsis frugibus spica est in cacumine, ut in frumento; legumina sunt in lateribus, ut in faba. Hæc Plinius vere, sed alio ex fonte, quam ex Theophrasto.

[n] *Ut dictum est*] Lib. XIII. 7. ubi spathas, quæ vox Græca est, palmites transtulit. Pollux lib. I. cap. ult. ἐξ οὗ κρεμῶνται οἱ βάλανοι, σπάθη.

[o] *Ficos sub folio*] Hoc est, infra folium. Grossos vero post folium, hoc est, a tergo foliorum, et, uti nos loquimur, supra folia. Hæc quoque recitat Athenæus ex Theophrasto, lib. III. p. 77. Τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθεν φέρει τοῦ φύλλου· τὸν δὲ ὄλυνθον ἐξόπισθεν. Grossus est pomum serotinum, vel raro, vel nunquam maturescens.

[p] *Ficus et præcoces*] Theophr. de Causis V. 1. et in hoc argumento habitat, et causas ejus rei investigat.

[q] *In Laconico . . . maxime sunt*] Vide Notas et Emend. num. 11.

L. (XXVII.) Sunt et biferæ [a] in eisdem. In Cea [b] insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens evocatur, sequenti tertius: hoc fici [c] caprificantur. Et caprifici autem ab adversis foliis [d] nascuntur. Biferæ et in malis ac piris quædam, sicut et præcoces. Malus sylvestris bifera. Sequens ejus fructus post Arcturum [e] in apricis maxime. Vites quidem [f] et triferæ sunt, quas ob id insanas vocant: quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. M. Varro [g] auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud Matroum [h] biferam,[1] et malum in agro Consentino. Hoc autem evenit perpetuo in Tacapensi [2] Africæ agro, de quo plura alias: [i] ea est soli fertilitas. Trifera est et cupressus. Namque baccæ ejus colliguntur mense Januario, et Maio, et Septembri: ternasque earum [j] gerit [3] magnitudines.

Est vero et in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia. Summa sui parte [k] fertiliores, arbutus,[4] quercus: inferiore, juglandes, fici mariscæ.[l] Omnes, quo magis



CAP. L. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *apud matrem biferam* cod. Dalec. *apud Matream biferam* Vet. Dalec. *apud matream antriferam* Chiffl. *apud mare biferam* Gronov. et vulgg.—2 *Venesi* Chiffl.—3 'Vet. *gerunt;* Chiffl. *generit.* Forte, *generis.*' Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *fertilior est arbutus* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *fici, mariscæ*

NOTÆ

[a] *Sunt et biferæ*] In ficubus, ut dictum est XV. 19.

[b] *In Cea*] Ἐν Κέῳ, Theophr. de Plantis lib. II. apud Athen. lib. III. p. 77.

[c] *Hoc fici*] Hoc nempe tertio caprifici fœtu fici urbanæ caprificantur, quo dictum est modo XV. 21.

[d] *Ab adversis foliis*] Supra folia, ut fici: non sub ipsis, ut reliqua poma.

[e] *Post Arcturum*] Μετ' Ἀρκτοῦρον, Theophr. Hist. I. 23. post Arcturi exortum, de quo dicemus XVIII. 74.

[f] *Vites quidem*] Theophr. de Causis I. 11. p. 211.

[g] *M. Varro*] De Re Rust. I. 7. pag. 51.

[h] *Apud Matroum*] Matris Deum Cybeles fanum. Vide Notas et Emend. num. 12.

[i] *Plura alias*] Lib. XVIII. 51.

[j] *Ternasque earum*] Tergemina est, inquit, magnitudinis baccarum differentia.

[k] *Summa sui parte*] Vide Notas et Emend. num. 13.

[l] *Fici mariscæ*] De his egimus XV. 19.

senescunt, hoc maturius ferunt, et in apricis locis, nec pingui terra. Sylvestriora[m] omnia tardiora. Quædam ex iis omnino nec maturescunt.[5] Item quæ subarantur,[n] aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis: hæc et fertiliora.[o]

LI. Est etiamnum[1] ætatis differentia. Amygdala enim et pirus in senecta fertilissimæ: ut et glandiferæ,[2] et quoddam genus ficorum. Ceteræ in juventa, tardiusque maturantes: quod maxime notatur in vitibus. Vetustioribus enim vinum melius: novellis copiosius. Celerrime vero senescit, et in senecta deteriorem fructum gignit malus: namque et minora poma proveniunt, et vermiculis obnoxia. Quin et in ipsa arbore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur:[3] [p] jam quidem ex portentis,[q] quoniam majora sunt pretia præposteris. Omnia autem celerius senescunt præfœcunda.[r] Quin et



Gronov.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *non maturescunt* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. LI. 1 *Et etiamnum* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut glandiferæ* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Da-

NOTÆ

[m] *Sylvestriora*] Tardius ea fructus suos perficiunt. Theophr. Hist. III. 3. Πεπαίνει γὰρ ὀψιαίτερον.

[n] *Item quæ subarantur*] Subarare, est subtus arando terram movere: idem fere quod ablaqueare.

[o] *Hæc et fertiliora*] Nempe, quæ subarantur. Nam, ut paulo post ipse verissime, ‘Omnis cura fertilitatem adjicit.’

[p] *Medicatur*] Sparso ad radices hordeo milioque, terraque obruto. Qua arte ficus præsertim humiles ac pumilæ in vasis fictilibus satæ nutriuntur: et citius eæ, quam reliquæ, germinant, et fructum edunt. Neque enim de caprificatione hic sermo, ut Dalecampius est arbitratus.

[q] *Ex portentis*] Portentosæ, inquit, cujusdam luxuriæ est, majore esse in pretio eas quæ sic medicatæ coguntur ad maturitatem, ac præpostere nec legitimo tempore perficiuntur; cum sint eæ minus salubres. Plinius iterum XXIII. 63. ‘Novissimæ ficus salubriores, quam primæ: medicatæ vero, nunquam.’ Dalecampius hallucinatur, qui præposteras hoc loco novissimas putat esse.

[r] *Præfœcunda*] Quorum coacta medicamentis fœcunditas est, quæ domini aviditas ad fertilitatem celerius quam par est evocat. Simili fato, similique forte de causa, ‘senilis prudentia præmaturæ mortis signum est,’ ut ait Plinius VII. 52.

protinus moriuntur aliqua, cœlo[s] fœcunditatem omnem eblandito: quod maxime vitibus evenit.

(XXVIII.) Contra morus tardissime senescit, fructu[4] minime[t] laborans. Tarde et quorum crispa materies: ut acer, palma, populus. Et subarata ocyus senescunt.

(XXIX.) Sylvestria autem tardissime. Atque in totum, omnis cura fertilitatem adjicit, fertilitas senectam: ideo et præflorent talia,[u] et prægerminant, atque in totum[5] præcocia fiunt: quoniam omnis infirmitas cœlo magis[v] obnoxia est.[6] [w]

LII. Multæ vero plura gignunt, ut diximus[a] in glandiferis: inter quas laurus uvas suas:[b] maximeque[c] sterilis, quæ non gignit aliud: ob id a quibusdam mas existimatur. Ferunt et avellanæ iulos[d] compactili callo, ad nihil utiles.

(XXX.) Plurima vero buxus. Nam et semen suum, et granum, quod cratægum[1] [e] vocant, et a septemtrione vis-



lec. *causam meditatur.*—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *fructus* Chiffl. *fructibus* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *et quæ germinant tota.*—6 Cod. Dalec. *accidit ;* Chiffl. *occidit.*

CAP. LII. 1 'Theophrastus, Hist. Plant. III. 15. mox post buxum egit de cratægo. Inde, ut recte observat Dalecampius, error Plinii, qui buxi granum appellavit *cratægum.*' Brotier. Vet. Dalec. et Chiffl. *crategum ;* Gronov. et al. ante Harduin. *carthegon.*

NOTÆ

[s] *Cœlo*] Cœli et aëris benignitate ad fœcunditatem arbores invitante.

[t] *Fructu minime*] Ita Reg. 2. et alii. Reg. 1. Colb. Th. *fructus.* Haud multum, inquit, in edendo fructu morus laborat: ideo tardius senescit.

[u] *Præflorent talia*] Nempe sylvestria.

[v] *Cœlo magis*] Cœli vires affectionesque sentit.

[w] *Magis obnoxia est*] Mss. Reg. Th. Colb. &c. *magis oboccidit.*

[a] *Ut diximus*] A c. 9. ad c. 14.

[b] *Uvas suas*] Quiddam uvæ simile.

[c] *Maximeque*] Et sativa quidem, inquit, et sterilis: sed hæc maxime quæ fructum alium nullum gignit. Theophr. Hist. III. 8. Ἡ δὲ δάφνη τὸ βοτρύδιον· φέρει μὲν καὶ καρποφόρος, εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς· οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον ἢ ἄκαρπος, ἣν δὴ καὶ ἄῤῥενά τινες καλοῦσιν.

[d] *Iulos*] Theophr. loc. cit. Ἡρακλεωτικὴ καρύα τὸν ἴουλον. Est autem iulus, quem avellanæ florem Suidas vocat, callo seu squamula plurima, ex qua compingitur: et tamdiu quidem compactilis dicitur, donec in flosculos exiguos dehiscat. Galli vocant, *des Chatons.*

[e] *Quod cratægum*] Mss. omnes hoc

cum,[f] a meridie hyphear: de quibus plura mox paulo.[g] Interdumque pariter res quaternas habent.

LIII. Arbores quædam[h] simplices,[1] quibus a radice caudex unus: et rami frequentes, ut olivæ, fico, viti. Quædam fruticosi[i] generis, ut paliurus, myrtus: item nux avellana:[2] quin immo melior est, et copiosior fructu, in plures dispersa ramos. In quibusdam omnino nullus,[j] ut in suo genere buxo, loto transmarinæ. Quædam bifurcæ, atque etiam in quinas partes diffusæ. Quædam dividuæ,[k] nec ramosæ, ut sambuci. Quædam individuæ,[3][l] ramosæ, utpiceæ. Quibusdam ramorum ordo, sicut piceæ, abieti. Alias inconditus,[4] ut robori, malo, piro. Et abieti[m] quidem subrecta divisura, ramique in cœlum tendentes, non in latera proni.



CAP. LIII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Arbores quidem simplices*, margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. *Arborum quædam, &c.* Gronov. et vulgg.—2 Chiffl. *abellana.*—3 Vet. Dalec. *diffissæ. Quædam individuæ.* Hæc verba, *ut sambuci. Quædam individuæ, ramosæ*, desunt in ed. Brotier. oculis typothetæ scilicet deceptis voce *ramosæ* bis in eodem versu posita.—4 *Alias*

NOTÆ

loco, *gratægum.* In Indice, *gratæcum.* Nos utrobique *cratægum* rescripsimus. In editis perperam *carthegon.*

[f] *Viscum*] Viscum et hyphear ilici pariter, πρίνῳ, attribuit Theophrastus Hist. III. 16. Nec tamen illos audio, qui buxum pro ilice acceptum hoc loco a Plinio volunt: aut κράταιγον aliud nullum esse, præter arborem eam, quam Theophr. c. 15. extremo, post buxum describit.

[g] *Mox paulo*] Cap. 93. ubi et ilici viscum assignat.

[h] *Arbores quædam*] Dissimilia plane sunt quæ Theophrastus affert Histor. I. 13. et ab hoc argumento, in quo Plinius habitat, valde discrepantia: οὐδὲν πρὸς ἔπος, ut aiunt. Ut plane frustra sint Rob. Constantinus, Dalecampius, ceterique, qui Plinianam orationem ex Theophrastea metiri, falsique coarguere moliuntur.

[i] *Quædam fruticosi*] Hoc est, fruticibus annumeranda. Est autem frutex, qui ad justam arboris magnitudinem, crassitudinemve, non assurgit: lignoso tamen et ipse caudice, qui non perarescat, ut in herbis accidit, sed perennis eduret.

[j] *In quibusdam . . . nullus*] Subintellige, nullus caudex: sed statim pullulat a radice ramorum sylva, ut in buxi genere quodam, lotoque Africana, de qua diximus XIII. 32.

[k] *Quædam dividuæ*] Caudice bifurco, vel in plures partes diffisso.

[l] *Individuæ*] Simplici, nec usquam scisso vel bifurco caudice.

[m] *Et abieti*] Theophr. Hist. I. 13. Iconem vide abietis apud Matthiol. p. 107.

Mirum,[n] cacuminibus eorum decisis moritur: totis vero detruncatis durat. Et si infra,[o] quam [5] rami fuere, præcidatur, quod superest, vivit: si vero cacumen [p] tantum auferatur, tota moritur. Alia ab radice brachiata, ut ulmus. Alia in cacumine ramosa, ut pinus, lotos, sive faba [q] Græca: quam Romæ a suavitate fructus sylvestris quidem, sed cerasorum pæne natura, loton appellant. Præcipue domibus expetitur ramorum petulantia, brevi caudice latissima exspatiantium umbra, et in vicinas domos sæpe transilientium. Nulli [6] opacitas brevior: nec aufert Solem hyeme, decidentibus foliis. Nulli [7] cortex jucundior, aut oculos excipiens blandius. Nulli [8] rami longiores validioresque, aut plures, ut dixisse totidem arbores liceat. Cortice pelles tinguunt, radice lanas. Malis proprium [r] genus: ferarum enim rostra reddunt, adhærentibus uni maximo minoribus.[9]

LIV. Ramorum aliqui [a] cæci, qui non germinant: quod natura fit, si non evaluere: [b] aut pœna, cum deputatos ci-

inconditi Vet. Dalec.—5 *Et si intra quam* codd. Dalec. et Chiffl.—6 Iidem codd. *Nulla.*—7 *Nullis* Chiffl.—8 Idem codex, *Nullis.*—9 Dalec. *uni ramo pluribus.*

NOTÆ

[n] *Mirum*] Theophrast. Hist. III. 8.

[o] *Et si infra*] Theophr. loc. cit. ὅταν δὲ τὰ κατωτέρω, κ. τ. λ.

[p] *Si vero cacumen*] Theophr. *ἐὰν τὸ ἄκρον μόνον ἐπικοπῇ, vel solo deciso cacumine,* moritur.

[q] *Lotos, sive faba*] Gallis, *l'Alisier,* arbor Biturigibus Cubis valde familiaris. Recte a Dodonæo pingitur, et describitur eadem accurate, Pemptad. VI. l. IV. c. 24. p. 834.

[r] *Malis proprium*] Arbori, inquit, quæ malus vocatur, peculiaris est ramorum forma seu facies: ferarum enim rostra referunt nodis suis: unus est eorum prægrandis: complures exigui circumadhærescunt. Theophr. Hist. I. 13. *Ἰδιώτατοι δὲ οἱ τῆς μηλέας ὄζοι· ὅμοιοι γὰρ θηρίων προσώποις· εἷς μὲν ὁ μέγιστος, ἄλλοι δὲ περὶ αὐτὸν μικροὶ πλείους.*

[a] *Ramorum aliqui*] Ramorum, inquit, (*ὄζους* Theophrastus vocat, quod eodem recidit, nam *ὄζοι nodi* sunt, unde rami exeunt:) alii cæci, (sic enim vocantur infertiles, *ἄβλαστοι,*) qui non germinant: quod et natura fit, genitali ibi deficiente succo, et læsione, deputatis ramis, excisis, avulsis. Theophr. loc. cit. *Εἰσὶ δὲ τῶν ὄζων οἱ μὲν τυφλοὶ, οἱ δὲ γόνιμοι. Λέγω δὲ τυφλοὺς, ἀφ' ὧν μηδεὶς βλαστός· οὗτοι δὲ καὶ φύσει, καὶ πηρώσει γίνονται.* Index hujus loci, *De ramis.*

[b] *Si non evaluere*] Plinianum hoc

catrix hebetavit. Quæ dividuis in ramo [c] natura est, hæc viti in oculo, arundini in geniculo. Omnium terræ proxima crassiora. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, et si qua unistirpia.[d] Ramosarum cerasus etiam in XL. cubitorum [e] trabes, æquali per totam [1] duum cubitorum crassitudine reperitur.[2] Quædam statim [f] in ramos sparguntur, ut mali.

LV. (XXXI.) Cortex aliis [g] tenuis, ut lauro, tiliæ: aliis crassus, ut robori. Aliis lævis, ut malo, fico. Idem scaber robori, palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur [h] sponte, ut viti. Quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni: carnosus, suberi, populo: membranaceus,[i] ut viti, arundini: libris similis, ceraso: multiplex tunicis, ut vitibus, tiliæ, abieti. Quibusdam simplex, ut fico, arundini.

LVI. Magna et radicum [j] differentia. Copiosæ fico, robori, platano: breves et angustæ malo: singulares abieti,

CAP. LIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *totum* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Verbum *reperitur* deest in cod. Dalec.

NOTÆ

evalescere respondere Theophrasteæ voci *ἐκβιάζεσθαι*, ex loco citato, falso credidit Constantinus in Lexico: cum isti Latinæ *aut pœna, &c.* Græca æquivaleat.

[c] *Quæ dividuis in ramo*] Quod in arboribus, quarum caudex dividitur, ramus est, hoc in vite oculus, sive gemma, in arundine geniculum est: omnium natura similis, calamitas par: iisdem obnoxia cuncta casibus, sive naturæ vitio, seu læsione ea injuriaque hominum accidant. Theophr. loc. cit. *Ὡς γὰρ ὁ ὄζος ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ ὀφθαλμὸς ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλάμῳ γόνυ.*

[d] *Unistirpia*] Quæ simpliciore assurgunt caudice, *μονοστελέχη*. Theophr. Hist. I. 14.

[e] *In XL. cubitorum*] Vide Notas et Emend. num. 14.

[f] *Quædam statim*] Theophr. loc. cit. *Ἔνια δὲ εὐθὺς σχίζεται, οἷον ἡ μηλέα.*

[g] *Cortex aliis*] Quæ de corticis multiplici natura hic produntur, Theophrasto referenda, Hist. I. 8.

[h] *Quibusdam rumpitur*] *Ἔνια δὲ καὶ ῥηξίφλοια*, sic enim apud Theophr. legi oportere, non *ῥιζόφλοια*, et Plinius admonet, et experientia docet.

[i] *Membranaceus*] Nervosus gracilisque, ac minime carnosus, *ἰνώδης καὶ ἄσαρκος . . . οἷον ἀμπέλου, καλάμου, κ. τ. λ.*

[j] *Magna et radicum*] Hæc radicum differentia proditur totidem fere verbis a Theophr. Hist. I. 9.

larici.[1][k] Singulis enim innituntur,[2] quanquam minutis in latera[3] dispersis. Crassiores lauro et inæquales: item oleæ, cui et ramosæ.[l] At robori carnosæ. Robora[m] suas in profundum agunt. Si Virgilio[n] quidem credimus, æsculus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Oleæ, malisque, et cupressis,[4] per summa cespitum.[o] Aliis recto[p] meatu, ut lauro, oleæ: aliis flexuoso, ut fico. Minutis hæc capillamentis hirsuta, ut abies, multæque[5] sylvestrium: e quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, et alia vasa, nectunt. Quidam non altius[q] descendere radices, quam Solis calor tepefaciat, idque natura[r] loci tenuioris crassiorisve,[6] dixere, quod falsum arbitror. Apud auctores[s] certe invenitur, abietis planta cum transferretur, VIII. cubitorum[t] in altitudine:



CAP. LVI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pino*, e Theophr.—2 *Singulis enim innituntur* Gronov.—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *minimis in latera* Gronov. et edd. vett.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *malis et cupressis* Gronov. et al. vett.—5 Vet. Dalec. *hirsuta abieti, multisque.*—6 Vet.

NOTÆ

[k] *Abieti, larici*] Aliis una tantum radix, ut abieti et larici. Τὰ δὲ μονόῤῥιζα, καθάπερ ἐλάτη, πεύκη. En iterum πεύκη, *larix*, ut diximus c. 19.

[l] *Cui et ramosæ*] Theophr. loc. cit. ὀζώδεις, Plinius ramosas recte, Gaza *nodosas* perperam interpretatus est.

[m] *Robora*] Theophr. Ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν βαθύῤῥιζα, καθάπερ δρῦς. *Robur* Plinio δρῦς est, ut diximus sæpius.

[n] *Si Virgilio*] Georg. II. 291. 'Æsculus inprimis, quæ quantum vertice ad auras Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.'

[o] *Per summa cespitum*] In summa terra arrepunt. Theophr. Τὰ δὲ ἐπιπολαιόῤῥιζα, καθάπερ ἐλαία, ῥοὰ, μηλέα, κυπάρισσος.

[p] *Aliis recto*] Etsi aliquantum obliquæ radices lauro, oleæque sint, tamen illæ æquabiliore cursu per summa cespitum repunt: ficus flexuoso magis, et contorto. Hæc e re ipsa, non e Theophrasti fontibus, petita.

[q] *Quidam non altius*] Theophrastum dissimulato nomine reprehendit, quem in eam sententiam ivisse liquet, Hist. I. 11.

[r] *Idque natura*] Conferre ii dixere, inquit, ad βαθυῤῥιζίαν, et teporem Solis, et tenuitatem soli, ἐὰν ᾖ κούφη, καὶ μανὴ, καὶ εὐδίοδος, inquit Theophr. In Mss. Reg. &c. *idque natura loci tenuiores, gravissime dixere.* Haud recte, ut alii ante nos sensere.

[s] *Apud auctores*] Quod de abietis radice Plinius, hoc ipsum de larice Theophr. Hist. II. 7. Πεύκην δέ τις, κ. τ. λ.

[t] *VIII. cubitorum*] Subintellige, radicem fuisse.

nec totam[7] refossam, sed abruptam. Maxima spatio atque plenitudine et citri[u] est.[8] Ab ea platani,[v] roboris, et glandiferarum. Quarundam radix vivacior superficie, ut lauri. Itaque cum trunco[9] inaruit, recisa etiam lætius fruticat. Quidam brevitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices[w] longissimæ, et senectus ocyssima. Falsum arbitror et quod aliqui prodidere, radices arborum vetustate minui. Visa etenim[10] est annosa quercus eversa vi tempestatis, et jugerum soli[x] amplexa.

LVII. Prostratas[a] restitui plerumque, et quadam terræ cicatrice vivescere,[1 b] vulgare est. Et familiarissimum hoc platanis,[c] quæ plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum: quibus amputatis, levatæ[2] onere[d] in sua scrobe reponuntur. Factumque jam est hoc in juglandibus, oleisque, ac multis aliis.

(XXXII.) Est in exemplis, et sine tempestate, ullave causa alia[3] quam prodigii, cecidisse multas, ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc[e] populi Rom. Quiritibus[4 f]



Dalec. *tenuiores crassioresve.*—7 Vet. Dalec. *cubitorum altitudine radicem fuisse, nec totam.*—8 Vet. Dalec. *et cedri est.*—9 *Itaque cum truncus* Vet. Dalec.—10 *Visa enim* Chiffl.

CAP. LVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. recentt. *revivescere* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *levato.*—3 Vox *alia* deest in cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *populi Rom.*

NOTÆ

[u] *Et citri*] Uti dictum est superius, XIII. 29.

[v] *Ab ea platani*] De platani radicibus XXXIII. cubitorum dictum est XII. 5. ex Theophrasto et Varrone.

[w] *Quarum radices*] Theophr. Hist. I. 11.

[x] *Et jugerum soli*] Partim corpore et ramis, partim radicibus, jugerum amplexa.

[a] *Prostratas*] Hæc sunt accepta a Theophr. Hist. IV. 19.

[b] *Vivescere*] Sic Mss. omnes, non *reviviscere.*

[c] *Et . . . . platanis*] Theophr. loc. cit.

[d] *Levatæ onere*] Mss. omnes, *levato onere.* At XVII. 37. 'Arboribus putatione levatis onere.'

[e] *Factum hoc*] Julius Obseq. cap. 103. p. 54. 'Nuceriæ ulmus, vento eversa, sua sponte erecta in radicem coaluit.'

[f] *Populi Romani Quiritibus*] 'Populi R. Quirites' sunt e Populo R. non quilibet, (nam toto orbe Romano sparsus Populus R. fuit,) sed ii qui in ipsa Urbe regia, ἐν τῇ κυρίᾳ

ostentum Cimbricis bellis[g] Nuceriæ in luco Junonis, ulmo, postquam etiam cacumen amputatum[5] erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita ut protinus floreret: a quo deinde tempore majestas populi Romani[h] resurrexit, quæ ante vastata cladibus fuerat. Memoratur[i] hoc idem factum et in Philippis,[j] salice procidua atque detruncata: et Stagiris[k] in Museo populo alba: omnia fausti ominis. Sed maxime[l] mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis[m] lateribus restibilis[n] sponte facta,

---

Quiritibus Gronov. et vulgg.—5 Chiffl. *amputamentum.*

NOTÆ

πόλει, domicilium haberent. Auctor Virgilius, qui Georg. IV. 200. de apibus sic cecinit: 'Verum ipsæ foliis natos et suavibus herbis Ore legunt; ipsæ regem, parvosque Quirites Sufficiunt, aulasque, et cerea regna refigunt.' Ubi 'parvi Quirites' sunt apes quæ regem sui quique alvearis assidue ac proxime circumcingunt, ut regi suo olim cives urbis regiæ Romæ proxime aderant. Inde est et 'Quirinus,' qui proinde conditor regiæ civitatis est, nempe Romulus. Plinius XV. 36. 'Inter antiquissima delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli.' Est Quirini nomen etiam in nummo vetere familiæ Memmiæ, apud Patinum p. 174. capite Romuli laureato, vultu senili et barbato, cum hac epigraphe pone caput QVIRINVS: e regione, C. MEMMIVS C. F. Triumvir monetalis: qui nempe ex aliqua Romuli filia se genus trahere gloriabatur. Est ergo Quirinus, ut diximus, Urbis regiæ conditor, vel rector. Virile nomen illud etiam Cæsari Augusto tribuitur a Virgilio, Georg. III. 26. 'In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini.' Hoc est, Romani Principis, qui Romæ in urbe regia sedem habet. Denique legitur etiam in Vitellii et Galbæ nummis hæc epigraphe: VESTA P. R. QVIRITIVM. 'Vesta Populi Romani Quiritium:' hoc est, Religio Pietasque Populi Romani, nempe eorum qui in Urbe regia Roma degunt. In singulari numero dixit 'Quiritem' Horatius, I. Ep. 5. 7. 'Quid plausus, et amici dona Quiritis?' Verisimiliora certe hæc videntur, quam quæ Festus comminiscitur de voce 'Curis' et 'Curitis.' *Ed. sec.* Vide Notas et Emend. num. 15.

[g] *Cimbricis bellis*] Cimbros Marius cum Catulo vicit anno Urbis DCLIII. Vide Plutarch. in Mario.

[h] *Majestas populi Rom.*] Simile ostentum de majestate Senatus primum florente, deinde et marcescente, relatum est superiore libro, c. 36.

[i] *Memoratur*] Acceptum hoc a Theophr. Hist. IV. 19. et de Causis V. 4. p. 328.

[j] *Philippis*] Thraciæ oppido, de quo IV. 18.

[k] *Et Stagiris*] Theophr. ἐν Σταγείροις ἐν τῷ Μουσείῳ, Hist. IV. 19.

[l] *Sed maxime*] Theophr. loco proxime cit.

[m] *Circumdolatis*] Duobus lateribus

vitæque reddita longitudine quindecim cubitorum, crassitudine quatuor ulnarum.

LVIII. Arbores, quas naturæ [o] debeamus, tribus modis [p] nascuntur: sponte, aut semine, aut ab radice. Cura numerosior existit: de qua suo dicemus volumine: [q] nunc enim totus sermo de natura est, multis modis mirisque memorabili. Namque non omnia in omnibus locis nasci docuimus,[r] nec translata vivere. Hoc alias fastidio, alias contumacia, sæpius imbecillitate eorum quæ transferantur [1] evenit: alias cœlo invidente, alias solo repugnante.

LIX. Fastidit balsamum alibi nasci: nata Assyria [a] malus alibi ferre: [1] necnon et palma nasci ubique, aut nata parere: vel cum promisit [b] etiam, ostenditque ea educare,[2] quæ tanquam invita peperit. Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina perveniendi. Non ferunt amomi nardique deliciæ, ne in Arabia quidem ex India, et nave [3] [c] peregrinari. Tentavit enim Seleucus rex. Illud

CAP. LVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Hoc aliaque fastidio, &c. transferantur* Chiffl. *Hocque alias fastidio, &c. transferuntur* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. LIX. 1 Chiffl. *nasci natura. Syria malus alibi ferre;* cod. Dalec. *nasci. Natura nisi in Syria noluit: nec non et palmam nasci ubique aut natam.* Vox *nata* deest in Gronov.—2 Cod. Dalec. *promisit ostenditque etiam educare.*—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. ita quoque codd. Dalec. et Chiffl. *ex India*

NOTÆ

circumdolatis: παραπεπελεκημένη δ' ἐτύγχανεν ἐκ τῶν δύο μερῶν. Theophr. loc. cit.

[n] *Restibilis*] Regerminans, restituta fœcunditate, παλίμβλαστος.

[o] *Arbores, quas naturæ*] Non arti, non curæ, aut industriæ. Unde in Indice hujus libri locus hic notatur his verbis: 'Quot modis sponte nascuntur arbores.'

[p] *Tribus modis*] Vide Notas et Emend. num. 16.

[q] *Suo dicemus volumine*] Lib. XVII. c. 9. 'Nunc de his arboribus dicemus, quæ cura hominum atque arte proveniunt.'

[r] *Docuimus*] Lib. XII. c. 7.

[a] *Nata Assyria malus*] Voculam *nata* ex Mss. Reg. Colb. Thuanoque adjecimus. Negat alibi feracem malum eam esse, quamvis alibi natam. Sic statim de palma, 'Nec non et palma nasci ubique fastidit, aut nata parere.'

[b] *Vel cum promisit*] Alludit ad ea quæ superius ipse notavit, XIII. 6. de palmis: 'Ferunt in maritimis Hispaniæ fructum, verum immitem: dulcem in Africa, sed statim evanescentem.'

[c] *Et nave*] Etiam nave, quod transvectionis genus mollissimum est.

maxime mirum, ipsas arbores plerumque exorari ut vivant, atque transmigrent: aliquando et a solo[4] impetrari, ut alienas alat, advenasque nutriat: cœlum nullo modo flecti.[5] Vivit in Italia[d] piperis arbor: casiæ vero etiam in septemtrionali[e] plaga: vixit in Lydia[6 f] thuris. Sed unde[g] sorbentes succum omnem ex iis Soles, coquentesque lacrymam?

Illud proxime mirum, mutari naturam in iisdem,[h] atque pro indiviso[7 i] valere. Cedrum æstuosis[j] partibus dederat: et in Lyciis[8 k] Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat: sed in Olympo[l] copiosior nulla est. Circa Bosporum[m] Cimmerium, in Panticapæo urbe, omni modo laboravit Mithridates rex, et ceteri incolæ, sacrorum certe[n] causa, laurum myrtumque habere:



nave Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *transmigrans aliquorsum et a solo.*—5 Vet. Dalec. *modo quit flecti.*—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vixit et in Lydia* Gronov. et al. vett.—7 Chiffl. *in iisdem atque ex improviso;* cod. Dalec. *in iisdem locis, atque improvisa;* Vet. Dalec. *atque improviso.*—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin.

NOTÆ

[d] *Vivit in Italia*] Ut dictum est XII. 14.

[e] *In septemtrionali*] Vide XII. 43. De casia porro aromatica accipi hæc oportere, Columella testis est, cujus hæc oratio, III. 8. 'Tmolon et Corycion florere croco animadvertimus: Judæam et Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi. Sed nec nostram civitatem prædictis egere stirpibus: quippe cum pluribus locis Urbis jam casiam frondentem conspicimus, jam thuream plantam, florentesque hortos myrrha et croco.'

[f] *In Lydia*] Nempe Sardibus, ut diximus XII. 31.

[g] *Sed unde*] Sed sunt eæ arbores, inquit, in alieno cœlo soloque, sine succo, sine lacryma: absumente fortassis utrumque vi Solis, et, si superis placet, sorbente.

[h] *Mutari naturam in iisdem*] In iisdem scilicet arboribus: cum eas, quæ æstuosis fere nascuntur locis, etiam edant frigida, et versa vice. Vide Notas et Emend. num. 17.

[i] *Pro indiviso*] Perinde. Sic Reg. 2. aliique, et editi omnes. Ea voce usus idem superius IX. 64.

[j] *Cedrum æstuosis*] Syriæ. Theophr. Hist. IV. 6.

[k] *Et in Lyciis*] Theophr. loc. cit. Κέδρον δὲ καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη, καὶ τὰ Φρύγια.

[l] *Sed in Olympo*] Nempe Pierico, de quo IV. 15. Quem νιφόεντα montem nivosum Homerus vocat, hymno in Hercul. Theophr. loc. cit.

[m] *Circa Bosporum*] Theophr. loc. cit.

[n] *Sacrorum certe*] Quoniam in sacris adhiberi myrtus laurusque soleret, ad

non contigit,[o] cum teporis[9] arbores[p] abundent ibi, Punicæ,[q] ficique, jam mali et piri laudatissimæ. Frigidas[r] eodem tractu[10] non genuit arbores, pinum, abietem, piceam. Et quid attinet in Pontum abire? juxta Romam ipsam castaneæ cerasique ægre proveniunt: Persica in Tusculano, necnon nuces[11] Græcæ cum tædio inseruntur, Tarracina sylvis scatente earum.[12]

LX. (XXXIII.) Cupressus advena,[a] et difficillime nascentium fuit, ut de qua verbosius sæpiusque, quam de omnibus aliis, prodiderit Cato.[b] Natu morosa,[c] fructu supervacua,[d] baccis torva,[e] folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara,[f] ut pæne fruticosi

1. 2. 3. et recentt. *at in Lyciis* Gronov. et vulgg.—9 Vox *teporis* deest in cod. Dalec. pro qua Chiffl. habet *temporis.*—10 Vet. Dalec. *idem tractus;* alii vett. *natura eodem tractu.*—11 *Nam nuces* cod. Dalec.—12 Ita Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *scatet earum* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *inseruntur. Terracina sylvis scatet earum* cod. Dalec.

NOTÆ

purgationes, ad suffimenta, ut dictum est libro sup. c. 36. et 40. diceturque uberius, XXV. 59.

[o] *Non contigit*] Frigus perferre negat posse myrtum Maro, Ecl. VII. 6. 'dum teneras defendo a frigore myrtos.' Et Plinius Junior, V. 6. villam suam membratim describens: 'Cœlum,' inquit, 'est hyeme frigidum et gelidum: myrtos, oleas, quæque alia assiduo tepore lætantur, aspernatur ac respuit.' Apud Aremoricos, qui Britones nominantur, multa myrtus est, cœlum tamen hyeme frigidum satis, gelidumque.

[p] *Teporis arbores*] Tepido calidoque cœlo feliciter provenientes.

[q] *Punicæ*] Theophr. loc. cit.

[r] *Frigidas*] Theophr. rursum loc. cit.

[a] *Cupressus advena*] Quoniam ei patria a Creta fuit, ut mox dicetur.

[b] *Cato*] De Re Rust. c. 48. et c. 151. p. 80. et 81.

[c] *Natu morosa*] Δυσαυξὴς, Theophr. de Causis I. 9. crescens ægre admodum. Unde poëtis dicta 'lenta cupressus.' Plinius XVII. 34. de æsculo: 'Minus morosa nasci.'

[d] *Fructu supervacua*] Cessit ea res in proverbium, Κυπαρίττου καρπὸς, *Cupressi fructus*, de re pulchra quidem, et aspectu speciosa, sed prorsus inutili. Vide Cælium Rhodig. XXV. 2.

[e] *Baccis torva*] Quæ gustanti faciem torvam reddunt, cum 'ora,' ut Maro cecinit Georg. II. 247. 'Tristia tentantum sensu male torquet amaror.' Baccas ejuscemodi galbulos appellat Varro de Re Rust. cap. 40. et tanquam pilas corticias ait esse, in quibus semina natura concluserit. Pilulas Plinius XVII. 14. Theophr. de Causis I. 5. καρπὸν σφαιροειδῆ.

[f] *Materie rara*] Macilenta. Quod de cupresso fœmina verissimum, quam Dodonæus delineavit, p. 844.

generis, Diti sacra,[g] et ideo funebri signo ad domos[h] posita. Fœmina sterilis diu.[i] Metæ demum[j] aspectu non repudiata, distinguendis tantum pinorum ordinibus:[k] nunc vero tonsilis facta in densitate[l] parietum, coërcitaque gracilitate perpetuo tenera.[m] Trahitur etiam in picturas operis topiarii,[1] [n] venatus, classesve, et imagines rerum tenui folio, brevique, et virenti semper vestiens.[2] Duo genera earum. Meta in fastigium convoluta, quæ et fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos, deputaturque, et



CAP. LX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *operi historiarum* cod. Dalec. *opere historiali* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita cod. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *et virenti supervestiens* Gronov. et al. ante Harduin. *et virente semper vestiens* Chiffl. *et virenti superveniens* Vet. Dalec. Paulo post verba, *et accipit vitem*, exciderant e textu Harduini; quæ revocare neglexe-

NOTÆ

Cyprés femelle. Quid fruticosum sit, diximus c. 53.

g *Diti sacra*] Festus: 'Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia hujus generis arbor excisa non renascitur: sicut ex mortuo nihil est jam sperandum: quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur.'

h *Ad domos*] Nobilium scilicet. Lucan. III. 442. 'Et non plebeios luctus testata cupressus.' Neque ad domos tantum, sed et ad sepulcra. Horat. II. Od. 14. 'Linquenda tellus, et domus, et placens Uxor, neque harum quas colis arborum, Te, præter invisas cupressos, Ulla brevem dominum sequetur.' Et apud Virgil. Æneid. VI. 215. in Miseni funere, 'ferales' ante pyram 'cupressos' constituunt.

i *Fœmina sterilis diu*] Tarde fructum edit. Sed mas omnino non gignit, ut dicetur inferius, XVII. 14. Et Geopon. auctor diserte monet, XI. 6. p. 308. Κυπάρισσος δὲ ὁ ἄῤῥην ἄγονός ἐστιν.

j *Metæ demum*] Acuminato fastigio placuit, sive cono. Unde 'coniferæ cyparissi,' apud Virg. Æneid. III. 680. Et 'metas imitata cupressus,' apud Ovid. Metam. X. 106.

k *Pinorum ordinibus*] Sic libri omnes, etiam Mss. non *vinearum*, uti reponere ex Varronis I. 26. nititur Pintianus. Et aliud Varro voluit, de Re Rust. I. 15. de limitatione agrorum, ita scribens: 'Serunt alii circum fines prædiorum pinos, ut habet uxor in Sabinis: alii cupressos, ut ego habeo in Vesuvio.' Aliud Plinius: qui ipsos pinorum ordines claudi cupressis intersitis ac distingui monet.

l *In densitate*] Tam densum, ut in hortis parietum vicem obtineat. Simili modo et de buxo superius, cap. 28. 'Densitate parietum virens semper, ac tonsile.'

m *Perpetuo tenera*] Tonsili.

n *Operis topiarii*] Sic hodie in hortis elegantioribus cupressos tractas in acies, classes, et Centauros videmus. In Mss. *operi istoriarum.* In editis, *opere historiali*, quæ defendi utcumque scriptura potest. Pintianum secuti sumus.

accipit vitem.[o] Utraque autem[p] immittitur in perticas, asseresve, amputatione ramorum, qui XIII. anno denariis singulis[q] veneunt. Quæstuosissima[r] in satus ratione sylva: vulgoque dotem[s] filiarum antiqui plantaria appellabant. Huic patria[t] insula Creta, cum Cato[3] [u] Tarentinam eam appellet: credo, quod primum eo venerit. Et in Ænaria[v] succisa regerminat. Sed in Creta,[w] quocumque in loco[4] terram moverit quispiam, vi naturali[x] hæc gignitur,[5] protinusque emicat: illa vero etiam[y] non appellato solo, ac sponte,[z] maximeque in Idæis[a] montibus, et quos

runt Bipont. Miller. et Brotier. Ea restituit Franzius.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *quanquam Cato* Gronov. et vulgg. Paulo post, *eo evenerit* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *quocumque loco* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur* Gronov. et vulgg. Mox, Chiffl. *protinusque emigrat.* Paulo post, Dalec. *non aperto*

NOTÆ

[o] *Accipit vitem*] Maritantur et cupresso vites. Varronem vide de Re Rust. I. 26. Fiunt et e cupressu pedamina vitium teretia, teste Colum. IV. 26.

[p] *Utraque autem*] Cupressus mas fœminaque crescere sinitur in ramos longiores: quibus amputatis perticæ fiunt, asseresve.

[q] *Denariis singulis*] Monetæ Gallicæ assibus octo.

[r] *Quæstuosissima*] Inter ea quæ seruntur. Solinus c. 11. p. 30.

[s] *Dotem*] Cupressorum plantaria dotem filiarum nominabant: nam dotis usum et commoditatem præstabant, quod ex iis pecuniam ad illas maritandas conficerent. Ita Petavius noster in Miscell. Exerc.

[t] *Huic patria*] Theophr. Histor. IV. 6.

[u] *Cato*] De Re Rust. c. 151. 'Semen cupressi Tarentinæ per ver legi oportet,' &c.

[v] *Et in Ænaria*] De qua diximus III. 12. Vide Notas et Emend. num. 18.

[w] *Sed in Creta*] Vide Notas et Emend. num. 19.

[x] *Vi naturali*] Per sese, ac nullo satu, nativa quadam terræ vi cupressus erumpit. Vide Notas et Emend. num. 20.

[y] *Illa vero etiam*] In eadem insula, inquit, non solum impressa leviter tellure, nullo satu ac sponte gignitur cupressus, quod unum Theophrastus de illa scripsit, verum etiam non commota terra, hoc est, non appellato ac fossionibus solicitato solo, et quasi ad pariendum compulso, sed sponte.

[z] *Ac sponte*] Ita libri, et Mss. omnes. Etsi *ex sponso* legi Petavio τῷ μακαρίτῃ placet, in Miscell. Exercit. cap. 11. quoniam dum colitur exerceturque terra, quasi nexu quodam obligatur, ut ex sponso, vel, ut alii aiunt, ex sponsu, citari cogique possit ad reddendum mutuum. 'Spon-

Albos vocant, summisque jugis, unde nives[6] nunquam absunt, plurima, quod miremur: alibi non nisi in tepore[b] proveniens, et nutricem[c] magnopere fastidiens.

LXI. Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua cœli, verum et quædam temporaria vis imbrium.[d] Aquæ plerumque[1] semina afferunt: et certo fluunt[e] genere, aliquando etiam incognito: quod accidit[f] Cyrenaicæ regioni, cum primum ibi laserpitium natum est: ut in herbarum natura dicemus.[g] Nata est et sylva[2][h] urbi ei proxima, imbre piceo crassoque, circiter urbis Romæ annum CCCCXXX.[i]

LXII. (XXXIV.) Hedera jam dicitur in Asia nasci: negaverat Theophrastus:[j] nec in India, nisi in monte Mero. Quin et Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Medis,[1][k] frustra: Alexandrum[l] vero ob raritatem ita



solo.—6 Vet. Dalec. *ubi nives.*

CAP. LXI. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *temporaria vis: imbres aliquæ plerumque.* Cod. Dalec. *alioqui plerumque.*—2 *Nata est enim sylva* Vet. Dalec.

NOTÆ

sus' pro sponsione in Dig. tit. de verborum signif. leg. sponsio.

[a] *In Idæis*] Theophr. Hist. IV. 1. Ἐν Κρήτῃ γοῦν φασὶν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι, καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ἐπὶ τῶν ἄκρων, οὗπερ οὐδέποτε ἐπιλείπει χιὼν, κυπάριττον εἶναι. Hinc apud Maronem Georg. II. 84. 'Idææ cyparissi.'

[b] *In tepore*] Theophr. Hist. IV. cap. 6. ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς, καὶ τοῖς πρὸς μεσημβρίαν, *locis apricis, et meridiano Soli expositis.*

[c] *Et nutricem*] Et ab eo loco transferri magnopere cupiens, ubi primum alta et enutrita est.

[d] *Vis imbrium*] Theophr. de Causis I. 5. Vide Notas et Emend. num. 21.

[e] *Certo fluunt*] Nunc certa vehunt amnes, et cognita nobis semina: nunc etiam prius incognita. Theophr. Hist. III. 2. Ἐνιαχοῦ καὶ ὑδάτων ἐπιγινομένων ἰδιώτερον ἀνατεῖλαι ὕλης πλῆθος. Quare Salmasius in Solin. pag. 173. perperam *certe* reponit, vel libris invitis.

[f] *Quod accidit*] Refert hoc ipsum Theophr. loc. cit. Accidisse autem anno Urbis Romæ CXXXVI. Plinius ipse admonet XIX. 15.

[g] *Dicemus*] Lib. XIX. cap. 15.

[h] *Nata est et sylva*] Theophr. loc. cit. Refert quiddam simile in Peruvia Occidentalis Indiæ regione accidisse Jos. a Costa IV. 31.

[i] *CCCCXXX.*] Quo fere anno Aristoteles obiit, magister Theophrasti, a quo hæc traduntur, ut diximus, loc. cit.—'Anno quo Darium devicit Alexander Magnus.' *Ed. sec.*

[j] *Theophrastus*] Hist. Plant. IV. 4.

coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris: cujus Dei et nunc adornat thyrsos, galeasque etiam ac scuta, in Thraciæ populis,[2] in solennibus sacris. Inimica arbori,[m] satisque omnibus:[3] sepulcra, muros[4] rumpens: serpentium frigori[5][n] gratissima, ut mirum sit ullum honorem habitum ei.

Duo genera[o] ejus prima, ut reliquarum,[p] mas, et fœmina. Major traditur mas corpore,[6] et folio duriore etiam ac pinguiore, et flore ad purpuram accedente. Utriusque autem flos similis est rosæ sylvestri, nisi quod caret odore. Species horum[q] generum tres. Est enim candida, et nigra hedera, tertiaque quæ vocatur helix. Etiamnum[r] hæ species dividuntur in alias: quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia et folio: fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus, et grandior, racemis in or-



CAP. LXII. 1 *Mediis* Chiffl.—2 Cod. Dalec. *adornant thyrso galeas, quin etiam ac scuta Thraciæ populi.* Gronov. et vulgg. *et scuta.*—3 Cod. Dalec. *arbor satis omnibus;* Dalec. *arbori satisque.*—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sepulchraque ac muros* Gronov. et vulg. —5 Pintian. *frictui.*—6 Chiffl. *mas atque fœmina. M. t. mas et corpore.* Mox,

NOTÆ

[k] *In Medis*] Non in ipsa Media, sed Babylone, quæ Medorum ditionis fuit. Theophr. loc. cit. ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα, Ἅρπαλος φυτεύων . . . . οὐδὲν ἐποίει πλέον. De Harpalo, quem olim Alexander inter fidissimos, mox inter hostes habuit, vide Curtium x. 6. pag. 393. De monte Mero diximus vi. 23.

[l] *Alexandrum*] Theophr. loc. cit. et ex eo Arrian. vi. 23.

[m] *Inimica arbori*] Quoniam arbores necat, ut mox dicetur. Hedera, Gallis *Lierre*.

[n] *Serpentium frigori*] Quoniam hedera frigidis locis gaudet, sub ea serpentes lubenter latent, quarum est etiam natura perfrigida.

[o] *Duo genera*] Quæ κίσθῳ vel κίστῳ tribuenda erant, ea κισσῷ, *hederæ*, imprudenter assignasse quibusdam videtur, mendosis Theophrasti codicibus impulsus in fraudem: sed falso. Vide Notas et Emend. num. 22.

[p] *Ut reliquarum*] Arborum scilicet: arborum enim nomine et vites et hederæ continentur, ut dicitur in Lexico Juris civilis.

[q] *Species horum*] Tria pariter hederæ summa genera Theophrastus habet, Hist. iii. 18. ὅ τε λευκὸς, καὶ ὁ μέλας, καὶ τρίτον ἡ ἕλιξ. Helix a Dodonæo pingitur, pag. 408. Ἕλιξ ab ἑλίσσω, quod circumvoluta magis est ista: vel quod cincinnos, qui ἕλικες vocantur, magis conspicuos habet.

[r] *Etiamnum*] Theophr. loc. cit.

bem circumactis, qui vocantur corymbi.[s] Item selenitium,[t] cujus est minor acinus, sparsior racemus.[7] Simili modo in nigra.[u] Alicui[8 v] et semen nigrum, alii crocatum:[w] cujus coronis poëtæ[x] utuntur, foliis minus nigris: quam quidam Nysiam,[9 y] alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Græcos etiamnum duo genera hujus faciunt, a colore acinorum: erythranum,[10 z] et chrysocarpum.[a]

Plurimas autem habet differentias helix, quoniam folio maxime distat.[b] Parva sunt[c] et angulosa, concinnioraque, cum reliquorum generum simplicia sint.[11] Distat et lon-

etiam deest in cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. *sileniticum* (ita quoque Chiffl.) *est minus acinis, sparsius racemis.*—8 Idem codex, *nigra, alicui.*—9 *Dionysiam* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—10 Dalec. *erythrocarpon.*—11 Margo edd. Dalec. et Gronov. *generum rotundiora et simplicia sint,* e Theophr.—

NOTÆ

[s] *Corymbi*] Racemus in hedera est, ut in vite, ex quo grana plura pendent: hunc quidam corymbum vocant: ὃν δὴ καλοῦσί τινες κόρυμβον, inquit Theophr.

[t] *Item selenitium*] An ei generi a σελήνη nomen? An *selinicium*, ut in Mss. Reg. aliisque, ab aliqua acinorum sive granorum similitudine cum semine apii, quod Græci σέλινον vocant? In Anthol. III. 24. Epigr. 40. mentio est σκηνίτου κισσοῦ, hoc est, tabernacula integentis, seu topiariæ hederæ. An denique *Silenicum*, a Sileno pædagogo et comite Bacchi, quem et hedera pariter coronari Plinius asseverat, sect. 63.

[u] *Simili modo in nigra*] Ut in candida proxime dictum est, sic in nigra, aliqua fructu tantum nigra est, alia et folio: alia majore fructu, seu acino, alia minore. Theophr. loc. cit. Ἔχει δὲ ὁ μέλας διαφοράς. At mox idem subjicit, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως φανερὰς, *sed non ad eundem modum conspicuas.*

[v] *Alicui*] Nempe e genere nigrarum hederarum.

[w] *Crocatum*] Croceo colore. Diosc. II. 210. Ὁ δὲ μέλας μέλανα (καρπὸν ἔχει) ἢ κροκίζοντα.

[x] *Poëtæ*] Virgil. Ecl. VII. 25. 'Pastores, hedera nascentem ornate Poëtam.'

[y] *Nysiam*] Sic Mss. omnes. Nempe a Nysa Bacchi nutrice, de qua V. 16. vel ab urbe Nysa, in qua ipse nutritus est, de qua VI. 23. Dionysiam ab ipso Baccho vocat Diosc. loc. cit. Vide Ovid. Fast. III. 769.

[z] *Erythranum*] A *rubro* acinorum colore, qui Græcis ἐρυθρός.

[a] *Chrysocarpum*] Diosc. in Nothis, ad cap. de hedera: οἱ δὲ χρυσόκαρπος. Apuleius c. 119. 'Chrysocanthon' pro 'chrysocarpon' vocat: et sic appellari ait, quod grana aurei coloris ferat. Idem habet et Plinius Valer. de Re Med. III. 12.

[b] *Maxime distat*] Nempe ab aliis generibus, albæ, nigræque hederæ. Theophrastus Hist. III. 18.

[c] *Parva sunt*] Hæc totidem verbis Theophr. loc. cit.

gitudine[d] internodiorum: præcipue tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. Quidam[e] hoc ætatis esse, non generis, existimant: primoque helicem esse, fieri[12] hederam vetustate. Horum error manifestus intelligitur: quoniam helicis[13] plura genera reperiuntur, sed tria maxime insignia: herbacea ac virens, quæ plurima est: altera candido folio: tertia, versicolori,[14] quæ Thracia[f] vocatur. Etiamnum herbaceæ tenuiora[15] folia, et in ordinem digesta, densioraque. In alio genere[g] diversa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus foliis et similiter[16] ordinatis densioribusque est: alteri generi neglecta hæc omnia. Majora quoque aut minora sunt folia, macularumque habitu distant: et in candidis alia sunt candidiora. Adolescit in longitudinem maxime herbacea.

Arbores autem[h] necat candida: omnemque[i] succum auferendo tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Signa ejus[j] folia maxima atque latissima, mammas[17][k] erigentis,



12 Dalec. *helicem esse, deinde fieri;* cod. Dalec. *helicem putant fieri.*—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *intelligitur. At enim helicis,* e Theophr.—14 Chiffl. *versicolore.*—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. *herbaceæ cuidam tenuiora.* Mox, *folia in ordinem,* omissa conjunctione *et,* Gronov. et al. ante Harduin. *folia, et in ordinem* codd. Harduini, Chiffl. et edd. recentt.—16 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. *et* deest in edd. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—17 Margo edd. Dalec. et Gronov. *germina,* e Theophr.—18 Vox *he-*

NOTÆ

[d] *Distat et longitudine*] Theophr. loc. cit. *Διαφέρει καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων, καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι.*

[e] *Quidam*] Hæc rursum totidem verbis Theophr. loc. cit.

[f] *Quæ Thracia*] Theophr. *ἣν δὴ καλοῦσί τινες Θρακίαν.*

[g] *In alio genere*] In alio herbaceæ genere: uti mox geminum versicoloris hederæ genus distinguitur. Theophr. loc. cit. *Καὶ γὰρ τῆς χλοώδους, ἡ μὲν λεπτοτέρα, καὶ εὐρυθμοφυλλοτέρα, καὶ ἔτι πυκνοφυλλοτέρα· ἡ δ' ἧττον πάντα ταῦτ' ἔχουσα. Καὶ τῆς ποικίλης, ἡ μὲν μεῖζον, ἡ δ' ἔλαττον τὸ φύλλον, καὶ τὴν ποικιλίαν διαφέρουσα.*

[h] *Arbores autem*] Theophr. loc. cit. Eo allusit Poëta Laberius apud Macrobium Saturn. II. 7. p. 344. 'Ut hedera serpens vires arboreas necat, Ita me vetustas amplexu annorum enecat: Sepulcri similis nil nisi nomen retineo.' Hederæ nomen factum, quia id, cui adhæserit, edat, Festus innuit, verbo 'Hedera.'

[i] *Omnemque*] Theophr. loc. cit.

[j] *Signa ejus*] Candidæ nimirum hederæ, in vetustatem inclinantis.

[k] *Mammas*] Quid mamma sit, dicemus XVII. 26.

quæ sunt ceteris inflexæ: racemi stantes, ac subrecti. Et quanquam omnium hederarum[18] generi radicosa[l] brachia, huic tamen[m] maxime ramosa ac robusta: ab ea nigræ. Sed proprium[n] albæ quod inter media folia emittit brachia, utrimque[19] semper amplectens: hoc et in muris, quamvis ambire non possit. Itaque etiam[o] pluribus locis intercisa,[20] vivit tamen duratque: et totidem initia radicum habet, quot brachia,[21] quibus incolumis et solida arbores sugit ac strangulat. Est et in[22] fructu[p] differentia albæ nigræque hederæ: quoniam aliis tanta amaritudo acini, ut aves non attingant. Est et rigens hedera, quæ sine adminiculo stat, sola omnium generum ob id vocata cissos.[q] E diverso nunquam nisi humi repens chamæcissos.[r]

LXIII. (XXXV.) Similis est hederæ, e Cilicia primum quidem profecta, sed in Græcia[1] frequentior, quam vocant smilacem,[a] densis[b] geniculata caulibus, spinosis[c] frutec-

derarum deest in cod. Dalec.—19 Margo edd. Dalec. et Gronov. *brachia, arbores utrimque*, e Theophr. Vox *brachia* deest in cod. Dalec. Vet. Dalec. habet, *brachia, utrumque*. Mox, Vet. Dalec. *Hoc est et in muris*; cod. Dalec. et Chiffl. *hoc et in muros*.—20 Margo edd. Dalec. et Gronov. *inferne succisa*, e Theophr.—21 Ibid. ex eodem, *germina*.—22 Cod. Dalec. *figit, ac strangulat. Est in*. Paulo post, margo edd. Dalec. et Gronov. *quoniam aliis dulcis fructus, aliis tanta, &c.* e Theophr.

CAP. LXIII. 1 Cod. Dalec. *edera Cilicia quidem, sed profecto in Græcia*.—

NOTÆ

[l] *Radicosa*] Radicum in morem efformatæ claviculæ, et sarmenta, *κλήματα*.

[m] *Huic tamen*] Albæ.

[n] *Sed proprium*] Theophr. totidem fere verbis, loc. cit.

[o] *Itaque etiam*] Theophrast. loc. cit.

[p] *Est et in fructu*] Est, inquit, fructus alius gustu jucundus, alter peramarus, tam in candida, quam in nigra: Ὁ *μὲν γὰρ ἐπιγλυκύς ἐστιν· ὁ δὲ σφόδρα πικρὸς, καὶ τοῦ λευκοῦ, καὶ τοῦ μέλανος*. Theophrast.

[q] *Vocata cissos*] Sunt qui *ὀρθόκισσος* malint, quasi *subrecta hedera*, et assurgens. At si ea quæ humi serpit *χαμαίκισσος* recte vocatur, sane *ἐκ τῶν πρός τι*, ea quæ subrecta est et rigens erit recte *κισσός*.

[r] *Chamæcissos*] Quæ *ἐπίγειος* hedera Theophrasto, loc. cit. Est hedera terrestris, quæ in horto Regio visitur, minor et elegantior, quam vulgaris: ei fere similis quam Dodonæus delineavit, p. 390. Gallis, *Lierre terrestre, ou Terrete*.

[a] *Smilacem*] *Σμίλαξ τραχεῖα* est Diosc. IV. 144. A Clusio recte pingitur Hist. Plant. lib. I. pag. 112. qualem in

tosa [2] ramis, folio [d] hederaceo, parvo, non anguloso, a pediculo [e] emittente pampinos, flore candido, olente lilium.[f] Fert racemos [g] labruscæ modo, non hederæ, colore rubro, complexa acinis [h] majoribus nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durosque: infausta omnibus sacris et coronis: quoniam sit lugubris, virgine ejus nominis, propter amorem juvenis Croci,[i] mutata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans, plerumque festa sua polluit, hederam existimando:[j] sicut in poëtis, aut Libero patre, aut Sileno, quis [3] omnino nescit quibus coronentur? E smilace fiunt codicilli: propriumque materiæ est, ut admota auribus lenem [4] sonum reddat. Hederæ mira [k] proditur natura ad experienda vina:



2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *fruticosa* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *folio ceu edera.*—3 *Sileno, si quis* Vet. Dalec. et mox in eodem, *coronarentur.*—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et

NOTÆ

horto Regio vidimus. Gallis, *Liseron.*

[b] *Densis*] Denso geniculorum seu internodiorum numero distinctos caules habet.

[c] *Spinosis*] Rubi instar spinosa ei sarmenta sunt, inquit Diosc. loc. cit.

[d] *Folio*] Theophr. Hist. III. 18. Τὸ δὲ φύλλον κιττῶδες, μικρὸν, ἀγώνιον: ipsaque id experientia oculorum probat.

[e] *A pediculo*] Ex eodem pediculo, ex quo folia enascuntur, emicant et claviculæ, quales in hederis cernuntur. Pampinos interdum Plinius et hos et vitium capreolos vocat: quorum a similitudine et polyporum cirros seu crines, tortilem pampinum appellavit IX. 74. 'Pariunt,' inquit, 'vere ova, tortili vibrata pampino.'

[f] *Olente lilium*] Aliunde hoc quam a Theophr. qui odoratum modo florem dixit, et ἠρινὸν, verno tempore provenientem: non λειρινὸν, quod etsi Theophrastus scripsisset, non odorem lilii eo vocabulo, sed formam modo effigiemque is expressisset. Occupavit hoc fere Dalecampius, Salmasius arripuit, objecitque Plinio, in Præfat. p. 90.

[g] *Fert racemos*] Theophr. et Diosc. locis citatis.

[h] *Complexa acinis*] In singulis granis nuclei sunt bini, terni: πυρῆνας δύο ἢ τρεῖς. Theophr. loc. cit.

[i] *Juvenis Croci*] Cujus fabellam recitat Galenus ipse κατὰ τόπους, IX. 4. pag. 608. et Ovid. Met. IV. 283. 'Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores.'

[j] *Hederam existimando*] Quam in coronis Liberi Patris, et Sileni, adhiberi nemo nescit.

[k] *Hederæ mira*] Cato, de Re Rust. c. 111. p. 61. 'Si voles scire in vinum aqua addita sit, necne, vasculum facito de materia hederacea. Vinum id quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas hederaceum.'

si vas fiat e ligno[5] ejus, vina transfluere, ac remanere aquam, si fuerit mixta.

LXIV. (XXXVI.) Inter ea, quæ frigidis gaudent, et aquaticos[1] frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt arundines, belli pacisque[l] experimentis necessariæ, atque etiam deliciis[2] [m] gratæ. Tegulo[n] earum domus suas Septemtrionales populi operiunt, durantque ævis tecta alta.[3] Et in reliquo vero orbe cameras[o] levissime suspendunt. Chartisque[p] serviunt calami, Ægyptii[4] [q] maxime, cognatione[r] quadam papyri. Probatiores tamen Gnidii,[5] [s] et qui in Asia circa Anaiticum[t] lacum nascuntur. Nostratibus fungosior[u] subest natura, cartilagine bibula, quæ cavo corpore intus, superne tenui inarescit ligno: fissilis præacuta[v] semper acie: geniculata. Cetero[6] gracilitas



recentt. *levem* Gronov. et vulgg. *materiei est, ut ad. aur. lenem* margo Ed. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ex ligno* Gronov. et vulgg. Mox, *si qua fuerit* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *si quæ fuerit* Gronov. et vulgg. Pronomen tacite expunxit Brotier.

CAP. LXIV. 1 Vet. Dalec. *Interea qui frigore gaudent aquaticos.* Mox, cod. Dalec. *dicere convenit.*—2 Vet. Dalec. *etiam in deliciis.*—3 Cod. Dalec. *ejus alta tecta.* Mox, Vet. Dalec. *In reliquo vero orbe et eam in cam.*—4 Codd. Dalec. et Chiffl. *Ægypti.*—5 *Gnidi* cod. Dalec.—6 *Ceterum* cod. Dalec.

NOTÆ

[l] *Belli pacisque*] Belli quidem, ad jacula: pacis, ad calamos, quis scribimus.

[m] *Deliciis*] In tibiarum usu.

[n] *Tegulo*] Iis pro tegumento utuntur ædium suarum. Quo Plautus allusit in Rudente I. 2. 34. 'Quin tu in paludem is, exsecasque arundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est. DÆ. Tace.'

[o] *Cameras*] Fornices interiorum ædium fiunt levissimi.

[p] *Chartisque*] Calamis chartæ exarantur in scribendo. Persius Sat. III. 'Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo: Tunc querimur, crassus calamo quod pendeat humor.'

[q] *Ægyptii*] Martial. XIV. 38. pag. 741. 'Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus.'

[r] *Cognatione*] Quoniam et eodem veluti natali solo papyrus nascitur.

[s] *Gnidii*] Hinc Cnidus arundinosa dicitur, a Catullo Carm. XXXVII. p. 58. Calamus ipse scriptorius, Gnidius nodus Ausonio Epist. IV. ad Theonem Grammat. et alibi, si memini, 'Cnidiæ sulcus arundinis.'

[t] *Anaiticum*] In regione Armeniæ cognomine, de qua v. 20.

[u] *Fungosior*] Rarior, laxiorque: carne spongiosa, sub lignoso cortice, quo superne, hoc est, exterius circumvestitur. Cartilago Theophrast. Hist. IV. 12. ξύλον.

[v] *Præacuta*] Quia cum finditur, in præacutam aciem assulæ ejus desinunt.

nodis distincta, leni fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculæ [w] coma, neque hac supervacua. Aut enim pro pluma [x] strata cauponarum replet: aut ubi lignosiore callo [7] [y] induruit, sicut in Belgis, contusa, et interjecta navium commissuris, ferruminat textus,[z] glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice.

LXV. Calamis Orientis populi bella conficiunt: calamis spicula addunt irrevocabili hamo noxia. Mortem accelerant pinna [1] addita calamis. Fitque et ex ipso telum aliud fracto in vulneribus. His armis Solem ipsum obumbrant. Propter hoc maxime serenos dies optant: odere ventos et imbres, qui inter illos pacem esse cogunt. Ac si quis Æthiopas, Ægyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes et Orientis, omniaque Parthorum regna diligentius computet, æqua ferme [2] pars hominum in toto mundo calamis superata degit. Præcipuus hic usus in Creta [a] bellatores suos præcipitavit. Sed in hoc quoque,

Mox, Chiffl. *nodisque distincta leni fastigio.* Gronov. et al. ante Harduin. *levi fastigio.*—7 Ita Pintian. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *limosiore callo* Gronov. et vulgg. *limosiore cœno* Vet. Dalec.

CAP. LXV. 1 Cod. Dalec. *accelerant etiam pinna.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *æqua fere* Gronov. et al. ante Harduin. Paulo post,

NOTÆ

[w] *Paniculæ*] Sic comam eam appellat, unde semina dependent, in arundinibus, juglandibus, milio, similibusque. Nomen habet ab affinitate: est enim panus, et panicula, sive panuncula, lana bene elaborata, carpta, ac depexa, et ad nendum concinnata, cujus similitudinem hæc coma refert. Notæ quæ falso Tironi ascribuntur, apud Gruterum, p. 160. 'Licium, Panuncula, Floccus.' Festus: 'Panus facit diminutivum, panicula.'

[x] *Pro pluma*] Sic gluma, quæ hordei frumentique tunicula est, rustici, quibus res angustior, pro pluma culcitas hodieque farciunt.

[y] *Lignosiore callo*] In Mss. *limosiore.*

[z] *Ferruminat textus*] Commissuras tabularum et compages, rimasque, si quæ sint, obstruunt, obturantque iis folliculis, quos diximus, contusis: ut musco injecto alii.

[a] *In Creta*] Bello postremo Cretico, unde Cretici Metellus cognomen tulit. Vide Florum III. 7. Sagittarum usus Cretenses fecit audaciores promtioresque ad bellum cum Romanis ineundum, quod ipsis postremum fuit, et exitiosum. Prudentius, Hymn. v. 51. 'Ille volantia Præfigit calamis spicula Gnosiis.'

ut ceteris in rebus, vicit Italia: quando nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheno[b] Bononiensi amne, cui et plurima inest medulla, pondusque volucre:[c] et contra [3] flatus quoque pervicax libra. Quippe non eadem gratia Belgicis. Hæc[d] et Creticis commendatioribus: quanquam præferantur Indi, quorum alia quibusdam videtur natura, quando et hastarum vicem præbent additis cuspidibus. Arundini quidem Indicæ[e] arborea amplitudo: quales [4] vulgo in templis videmus. Differre mares ac fœminas in his quoque Indi tradunt. Spissius mari corpus, fœminæ capacius. Navigiorumque[f] etiam [5] vicem præstant (si credimus) singula internodia. Circa Acesinem[g] amnem maxime nascuntur.



visus in Creta Chiffl.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cui plurima .... volucre: contra* Gronov. et vulgg. *et contra* cod. Dalec. et Chiffl. Mox, cod. Dalec. *pervicax. Libro quip. non ead. gratia. Bellicis hæc et Cret. commendationibus.* Unde Dalecampius legit, *gratia, ut nec Creticis bello, commendationibus, quanquam.* Chiffl. etiam, *bellicis.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *et Creticis commendatior.*—4 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. *arborea ea amplitudo: qualem* cod. Dalec. *qualem* etiam Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. —5 *Navigiorum etiam* cod. Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum

NOTÆ

[b] *Quam in Rheno*] Hujus arundinis, quæ in eo amne gignitur, iconem exhibet Jac. Zanoni, Bononiensis horti præfectus, in Historia Botanica, pag. 62.

[c] *Pondusque volucre*] Adeo nihil pondus velocitati detrahit, ut libramentum quoddam potius et nisum addat contra ventorum flatus.

[d] *Hæc*] Hæc libra, hoc pondus volucre, hæc gratia.

[e] *Arundini quidem Indicæ*] Hausit hæc Plinius ex Ctesiæ libro singulari, quem de Indicis rebus conscripsit: cujus hoc fragmentum Photius recitat in Bibl. cod. LXXIII. pag. 144. Ἐν οἷς καὶ ὁ λεγόμενος Ἰνδικὸς κάλαμος φύεται, παχὺς μὲν ὅσον δύο ἄνδρε περιοργυιωμένοι περιλάβοιεν· τὸ δὲ ὕψος, ὅσον μυριοφόρου νεὼς ἱστός .... εἶναι δὲ τῶν καλάμων καὶ ἄῤῥενας καὶ θηλείας· ὁ μὲν οὖν ἄῤῥην ἐντεριώνην οὐκ ἔχει, καὶ ἔστι κάρτα ἰσχυρός· ἡ δὲ θήλεια ἔχει. *In iis locis nasci calamum, quem vocant Indicum, tantæ crassitudinis, quantam duo simul homines expansis ulnis complecti possint: altitudinis vero, quanta est mali ingentis onerariæ navis .... In his differre mares ac fœminas: mari corpus esse validum ac firmum: sine medulla: fœminæ medullam esse,' &c.*

[f] *Navigiorumque*] Theophrast. Hist. IV. 12. τῷ μεγέθει μεγάλοι καὶ εὐπαχεῖς, ὥστε ἀκατίοις χρῆσθαι. Vide quæ de his navigiis, arundinum internodio uno compactis, diximus VII. 2. Pro navigiis Mela et Solinus lembum dixere.

[g] *Circa Acesinem*] Circa hunc amnem nasci eas arundines, quæ sagit-

Arundo omnis [h] ex una stirpe numerosa, atque etiam recisa fœcundius resurgit. Radix [i] natura vivax, geniculata et ipsa. Folia Indicis tantum brevia. Omnibus vero a nodo orsa [j] complexu tenues per ambitum inducunt tunicas: atque a medio internodio cum plurimum desinunt vestire, procumbuntque. Latera arundini [k] calamoque in rotunditate [6] bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad læva per vices. Inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami [7] tenues.

LXVI. Plura autem genera.[a] Alia spissior, densiorque geniculis, brevibus internodiis. Alia rarior,[b] majoribus: tenuiorque et ipsa.[1] Calamus vero alius totus concavus, quem syringiam [c] vocant, utilissimus fistulis, quoniam ni-



edd. Harduin. et recentt. *in rotunditatem* Gronov. et al.—7 Chiffl. *quis calami.*

CAP. LXVI. 1 Cod. Dalec. *majoribusque, tenuior et ipsa.*—2 Ita codd. Har-

NOTÆ

tarum præbent usum, scribit Theophrast. loc. cit. Ibi et ceteras reperiri simile veri est.

[h] *Arundo omnis*] Theophr. Hist. IV. 12.

[i] *Radix*] Theophr. loc. cit.

[j] *A nodo orsa*] A geniculo.

[k] *Latera arundini*] Arundini vulgari, inquit, et calamo, in sua rotunditate, duo sunt latera: ex utroque latere folia uti ex inguine alterna vice exeunt: a dextro latere in inferiore nodo sive geniculo alterum, alterum a lævo latere, in superiore nodo: ac deinceps ita per vices. Theophr. Hist. VI. 2. de ferula similiter: Βλαστάνει δὲ παραλλὰξ τὰ φύλλα· λέγω δὲ παραλλὰξ, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους τῶν γονάτων, ἀλλ' ἐναλλάξ· περιειληφότα δὲ τὸν καυλὸν ἐπὶ πολὺ καθάπερ τὰ τοῦ καλάμου. *Folia alternatim erumpunt e geniculis: alternatim dico, quod non ex eodem latere geniculorum exeunt: sed permutatis vicibus: caulemque maxima parte complectuntur, ut arundinacea.*

[a] *Plura autem genera*] Hæc Theophr. totidem fere verbis, Hist. IV. 12.

[b] *Alia rarior*] Minus densa, minus numerosa ab una stirpe, sed majoribus internodiis.

[c] *Syringiam*] Hoc est, ut habetur in Indice libri hujus, *fistulatorium.* Fistulas e calamis compingi solitas docent inprimis poëtæ. Ovid. Met. I. 705. 'Panaque, cum prensam sibi jam syringa putaret, Corpore pro Nymphæ calamos tenuisse palustres. Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos Effecisse sonum tenuem, similemque querenti. Atque ita disparibus calamis compagine ceræ Inter se junctis nomen tenuisse puellæ.' Græci namque fistulam *syringa* vocant. Συριγγίαν alii calamum dictum

hil[d] est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius[e] est continuo foramine pervius, quem auleticum[f] vocant: hic tibiis utilior, fistulis ille. Est alius[g] crassiore ligno, et tenui foramine, hunc totum fungosa replet medulla. Alius brevior, alius procerior, exilior, crassiorque. Fruticosissimus, qui vocatur donax,[h] non nisi in aquaticis natus: quoniam et hæc differentia est: multum prælata[i] arundine, quæ in siccis proveniat. Suum genus sagittario calamo, ut diximus:[j] sed Cretico[k] longissimis internodiis, obsequentique,[1] quo libeat flecti, calefacto. Differentias faciunt et folia non multitudine, verum et colore.[2] [m] Varia Laconicis,[n] et ab ima parte[3] densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis, longisque vestiri tunicis,[4] [o] spatiosius[p] a nodo scandente complexu. Est et obliqua[5] [q] arundo, non in excelsitatem nascens, sed juxta



duini et Dalec. cum edd. recentt. *robore et colore* Gronov. et al. ante Harduin. —3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque Vet. Dalec. et Theophr. apud quem legitur, *ποικίλα*. Gronov. et al. ante Harduin. exhibent, *Valida Laconicis, et ab una parte.* Codd. Dalec. et Chiffl. habent, *et ab ima parte.* —4 Vet. Dalec. *vastitas tunicis;* al. ap. Dalec. *vestiri foliis.*—5 *Est et in obli-*

NOTÆ

volunt, quod, instar fistulæ, concavus sit et inanis.

[d] *Quoniam nihil*] Theophr. Οὐδὲν γὰρ ὡς εἰπεῖν ἔχει ξύλου καὶ σαρκός.

[e] *Orchomenius*] Ab Orchomeno lacu Bœotiæ, quem alio nomine Copaida appellarunt.

[f] *Auleticum*] Αὐλητικὸν, quoniam est tibiis utilis, quas *αὐλοὺς* Græci vocant.

[g] *Est alius*] Theophr. loc. cit.

[h] *Donax*] *Δόναξ*, Gallis *Canne:* ex qua mulierum colus.

[i] *Multum prælata*] Theophr. loc. cit.

[j] *Ut diximus*] Cap. sup.

[k] *Sed Cretico*] Theophr. loc. cit.

[l] *Obsequentique*] Rectius ex Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. &c. *obsequiumque.* Theophr. Μάλιστα κάμψιν δεχόμενος, καὶ ὅλως ἄγεσθαι δυνάμενος, ὡς ἂν θέλῃ τις θερμαινόμενος.

[m] *Verum et colore*] Vide Notas et Emend. num. 23.

[n] *Laconicis*] Arundo Laconica, seu variegata, *Canne Royale.*

[o] *Vestiri tunicis*] Hoc est, foliis: quæ, uti dictum est sup. cap. 'complexu arundinis tenues per ambitum inducunt tunicas,' nempe circa nodum, unde ipsa exeunt.

[p] *Spatiosius*] Folia, quæ a nodo seu geniculo exeunt, caulem alte vestiunt, tunicæ in morem, ac circumplectuntur: et prius quam pendeant ac procumbant, alte subriguntur.

[q] *Est et obliqua*] Theophr. loc. cit. Est, inquit, genus quoddam arundinis, *ἐπίγειον*, quod per humum repit, nec in aërem subrectum attollitur,

terram fruticis [6] modo se spargens, suavissima in teneritate [7] animalibus. Vocatur a quibusdam elegia.[8] [r] Est et in Italia [s] nascens adarca nomine, palustris, ex cortice [9] tantum sub ipsa coma, utilissima dentibus, quoniam vis eadem est quæ sinapi.

De Orchomenii lacus arundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian [t] vocabant crassiorem firmioremque, plotian [10] [u] vero subtiliorem: hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis expatiantis lacus. Tertia



qua Vet. Dalec.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *graminis*, e Theophr.—7 Dalec. *ejus teneritate*.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *epigeia*, e Theophr.—9 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *et cortice* Gronov. et al. vett.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *plocimon*, e Theophr.

NOTÆ

sed graminis modo per terram funditur, ἀφίησι καυλὸν ὥσπερ ἄγρωστις.

[r] *Elegia*] Sic Mss. etiam omnes. Frustra sunt qui *epigea* ex Theophr. malunt: quam vocem ne Grammaticæ quidem leges ferunt, pro ἐπίγειος. Sed ita fingunt scriptum a Plinio, ut errorem deinde summo viro exprobrent, quod Salmasius facit, in libello cui titulus, 'Præfatio ad Plinium,' p. 102. et 103.

[s] *Est et in Italia*] Et in Italia, inquit, circa palustres arundines, ex cortice tantum, et sub ipsa coma nascens adarca. Quo nomine intelligitur concreta salsilago, ut ait Diosc. v. 137. quæ locis humidis et palustribus siccitate emergit, et circa arundines concrescit: Ὁ δὲ προσαγορευόμενος ἀδάρκης . . . . ὥσπερ ἐπίπαγος ὑφαλμυρίζων, καθ' ὑγρῶν καὶ τελματωδῶν τόπων ἐν ξηρασίᾳ ἐπιγινόμενος, καὶ περιπηγνύμενος καλάμοις. Plinius ipse rursum xx. 88. 'Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur adarca. . . . in cortice calamorum sub ipsa coma nascens.' Iterumque xxxii. 52. 'Inter aquatilia dici debet et καλαμόχνους, Latine adarca appellata. Nascitur circa arundines tenues e spuma aquæ,' &c. Ex quibus intelligas calumniari Dalecampium, qui Plinium dicat adarcam inter arundinum genera inepte censere.

[t] *Characian*] Χαρακίαν Theophr. Hist. iv. 12. Non ea arundo est, quam Diosc. φραγμίτην, nos vulgarem dicimus, Galli *Roseau*. Quanquam si solam etymon spectes, eadem fere vis est utriusque vocis, χαρακίας, et φραγμίτης, ut τοῦ φραγμοῦ et χάρακος. Sepimentum enim et munimentum sonant. At φραγμίτης tenuis arundo est, ex Diosc. i. 114. et gracilis: characias Plinio ac Theophrasto crassior.

[u] *Plotian*] Ita etiam Mss. Πλωτίαν in Theophrasti codicibus Plinius aut scribi reipsa vidit, aut scribi ita censuit oportere: præsertim cum ibi legeret nasci id arundinis genus ἐπὶ τῶν πλοάδων, in fluitantibus insulis. Nunc in editis Græce libris πλόκιμον legitur: quod ex ejus foliis storeæ, tegetes, aliaque fierent.

arundo est tibialis calami, quem auleticon [v] dicebant: nono hic anno nascebatur. Nam et lacus [w] incrementa hoc temporis spatio servabat: prodigiosus, si quando amplitudinem biennio extendisset: quod notatum apud Chæroniam infausto Atheniensium,[x] et sæpe: Lebaida vocatur influente Cephisso.[11] Cum igitur anno permansit [12] inundatio, proficiunt in aucupatoriam [y] quoque amplitudinem: vocabantur [13] zeugitæ. Contra bombyciæ,[z] maturius reciproco, graciles: [a] fœminarum, [14] latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.[15] Hinc erant armamenta [b] ad inclusos cantus:



plocian Vet. Dalec. et Chiffl. Mox, *fluitantibus natare* cod. Dalec.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *infausto Atheniensium prælio et apud Lebadiam sæpe notatur influente Cephisso* Gronov. et vulgg.—12 Franzius e cod. Dalec. *permanserit.*—13 Cod. Dalec. *vocantur.*—14 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fœminarum specie,* e Theophr.—15 Dalec. *insignes.*—16 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

[v] *Auleticon*] A tibiis, ut diximus, sup. cap.

[w] *Nam et lacus*] Hæc totidem verbis Theophr. loc. cit. Toto novennio crescere lacum aiebant: calamum tibialem post id tempus exactum nasci.

[x] *Infausto Atheniensium*] Hoc est infortunio. Prælium illud significat, quo et Athenienses et Bœoti cum Philippo Macedone conflixere, a quo victi, Olymp. cx. anno 111. Vide Notas et Emend. num. 24.

[y] *In aucupatoriam*] In eam crescunt amplitudinem, propter quam mutato jam nomine *ζευγῖται*, hoc est, aucupatorii calami, appellantur. Ζεῦγοι Hesychio, *βρόχοι ὀρνίθων*, laquei captandis aviculis destinati. In eo genere aucupii, quod calamis peragebatur, arundo ad arundinem sic attexi jungique consueverat, ut sensim cumulus cresceret, donec alitis ejus quæ captabatur, alas viscum tangeret. Hinc arundo crescens dicitur Martiali, xiv. 218. cujus lemma, 'Calami aucupatorii:' 'Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales, Callida dum tacita crescit arundo manu.' Et ix. 55. 'Aut crescente levis traheretur arundine præda, Pinguis et implicitas virga teneret aves.' Petron. in Sat. p. 141. 'Parati aucupes cum arundinibus fuerunt.'

[z] *Contra bombyciæ*] Cum anno, inquit, integro non manet inundatio, sed citius aqua subsidit, quæ tum crescunt arundines, eæ bombyciæ appellantur: ei tibiarum generi utiles, quod Βόμβυκα appellat Arist. lib. *περὶ ἀκουστῶν*, p. 1202. Longæ fuere tibiæ, quæ difficilius inflarentur. Hæc Plinius a Theophr. loc. cit.

[a] *Graciles*] Sunt eæ arundines, inquit, graciles: ex his fœminæ appellatæ, quæ latiore folio, et modica lanugine: quæ nulla, spadones. Sic etiam Theophr.

[b] *Armamenta*] Ex spadonibus, inquit, tibiæ fiebant. Sunt enim tibiæ

non silendo[c] et reliquo curæ miraculo, ut venia sit, argento jam[d] potius cani. Cædi solebant[e] tempestivæ[16] usque ad Antigenidem[17] [f] tibicinem, cum adhuc simplici[g] musica uterentur, sub Arcturo:[h] sic præparatæ aliquot post annos utiles esse incipiebant. Tunc quoque multa domandæ exercitatione, et canere tibiæ ipsæ docendæ,[18] comprimentibus[i] se ligulis, quod erat illis theatrorum moribus utilius. Postquam varietas accessit, et cantus quoque luxuria,[19] cædi ante solstitia cœptæ, et fieri utiles in trimatu, apertioribus earum ligulis[20] ad flectendos sonos, quæ inde[j] sunt et hodie. Sed tum ex sua[k] quamque tantum arun-

Chiffl. cum edd. recentt. *tempestive* Gronov. et vulgg.—17 Ita codd. Harduini et Chiffl. item Theophrast. cum edd. Harduin. et recentt. *Antigenem* Gronov. et edd. vett.—18 Vet. Dalec. *et canore tibiæ ipso educandæ;* cod. Dalec. *et canere tibiæ ipsæ edocendæ.*—19 Cod. Dalec. *luxuriantes.*—20 Chiffl. *ungulis.*

NOTÆ

armamenta sive instrumenta inclusi cantus. Sunt autem cantus inclusi iidem qui tibiales, inclusi nempe tibiis: ad discrimen assæ vocis, quæ sola voce linguæ, ut Nonius interpretatur, proferri solebat, statimque in aërem effundi, nec inclusa teneri instrumentis. Theophrast. Εὐνουχίας· ἐξ ὧν ἄριστα μέν φασί τινες γενέσθαι τὰ ζεύγη. Sunt porro ζεύγη compacta simul in tibiis calamorum internodia.

[c] *Non silendo*] Neque prætereundum silentio, inquit, quantum curæ veteres in tibiis concinnandis et explorandis adhibuisse videantur.

[d] *Argento jam*] Tibiis ex argento: quibus concinnandis levior multo opera danda, quam olim e calamis.

[e] *Cædi solebant*] Hæc deinceps a Theophrasto, ut priora, Hist. IV. 12.

[f] *Antigenidem*] Sic Mss. Reg. Colbert. Th. non *Antigenem.* Ἀντιγενίδας Theophr. loc. cit. Plutarch. in Apophtheg. p. 193. et Tatianus Orat. contra Græcos, p. 177. Antigenidam tibicinem laudat et Valer. Max. III. 7. Gellius XV. 17. p. 827. et Apuleius Florid. l. I. p. 6. De eo Tullius in Bruto, pag. 569. 'Antigenidas dixit discipulo, Mihi cane et Musis.' Alexandri M. temporibus vixit.

[g] *Cum adhuc simplici*] Theophrast. ἡνίκ' ηὔλουν ἀπλάστως, sine modulorum varietate, et multiplici flexu.

[h] *Sub Arcturo*] Theophrast. ὑπ' Ἀρκτούρῳ Βοηδρομιῶνος μηνός. Sub Arcturi exortum, mense Septembri. Vide XVIII. 74.


[i] *Comprimentibus*] Erant compressiores, nec satis apertæ, ligulæ tibiarum. Vide Notas et Emend. num. 24. Postea vero cæsæ solstitio in trimatu utiles, apertioresque ad flectendos sonos: ut statim dicetur. De voce 'ligulæ' sive 'lingulæ' in tibiis, Vossium et Festum vide. Gallis, *Anche.*

[j] *Quæ inde*] Quales ab eo ævo, inquit, hodieque sunt.

[k] *Sed tum ex sua*] Persuasum erat, lingulas tibiarum ex eodem arundinis internodio eximi oportere, unde tibia ipsa constaret: alias non fore congruas: Συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώσσας,

dine[21] congruere persuasum erat: et eam, quæ radicem[l] antecesserat, lævæ tibiæ[m] convenire: quæ cacumen, dextræ: immensum quantum prælatis, quas ipse Cephissus[n] abluisset. Nunc sacrificæ[o] Tuscorum e buxo,[p] ludicræ vero loto,[q] ossibusque asininis,[r] et argento fiunt. Aucupatoria arundo a Panhormo[s] laudatissima: piscatoria Abaritana[t] ex Africa.

LXVII. Arundinis Italiæ usus ad vineas[a] maxime. Cato[b] seri eam jubet in humidis agris, bipalio subacto prius



Mox, Vet. Dalec. *quæ jam inde sunt.*—21 Cod. Dalec. *quaque tantum arundinem.*

NOTÆ

inquit Theophr. τὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεσογονατίου· τὰς δὲ ἄλλας οὐ συμφωνεῖν.

[l] *Quæ radicem*] Quæ proxima radici, inquit Theophr. læva ponitur: quæ cacumini, dextra. Hæc Plinius ad dextram lævamque tibiam perquam apte refert.

[m] *Lævæ tibiæ*] Festus: 'Dexterarum tibiarum genus est, quæ dextra tenentur:' et lævarum igitur versa vice, quæ læva. Dextera simul et sinistra impares tibiæ vocabantur, quia et impari erant foraminum numero, et soni diversi. Pares, duæ dexteræ, vel duæ sinistræ.

[n] *Quas . . . Cephissus*] Amnis, de quo supra, et in Geographicis IV. 12. qui in Copaidem paludem influebat.

[o] *Nunc sacrificæ*] In sacris adhibitæ. Seneca similiter, 'Sacrifica dulces tibia effundat modos.' De tibiarum usu in sacris dicetur XXVIII. 3.

[p] *E buxo*] Ovid. Met. XII. 157. 'Non illos carmina vocum, Longave multifori delectat tibia buxi.'

[q] *Loto*] Africana arbore, de qua XIII. 32. De hoc tibiarum genere Athenæus lib. IV. p. 182. Οἱ δὲ καλούμεναι λώτινοι αὐλοὶ, κ. τ. λ. Festus, 'Lotos, arboris genus, ex cujus materia frequenter tibiæ fiebant: cujus baccis pasti quondam Lotophagi dicti.'

[r] *Asininis*] In eam rem multa lepide Æsopus et Niloxenus, apud Plutarch. in Convivio septem Sapient. p. 150. Fuere et e cruribus hinnuli, teste Athenæo lib. IV. et e tibiis gruum.

[s] *Panhormo*] Siciliæ oppido.

[t] *Abaritana*] Oppido quondam nomen Abbir majus. Vide Geographica V. 4.

[a] *Ad vineas*] Unde *arundo vinitoria* in Indice hujus libri est nuncupata. Usus illius ad juga vinearum et pedamenta. Varro de Re Rust. I. 8.

[b] *Cato*] De Re Rust. c. 6. p. 12. 'Sicuti in his locis ripæ, aut locus humectus erit, ibi . . . serito, et arundinetum. Id hoc modo serito. Bipalio vortito: ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibi corrudam serito, unde asparagi fiant: nam convenit arundinetum cum corruda, eo quia foditur, et incenditur,' &c. Sic rursum idem c. 47. Bipalium instrumentum est ad fodiendum. *Oculi* in arundine qui dicantur, ipse aperit XVII. 33. statim initio. Colum. de Arboribus c. 29. 'Arundo optime

solo, oculis dispositis intervallo ternorum pedum. Simul et corrudam, unde asparagi fiant: concordare enim amicitiam.

(XXXVII.) Salicem vero circa:[c] qua[1] nulla aquaticarum utilior, licet populi vitibus placeant, et Cæcuba educent: licet alni sepibus muniant,[2] contraque erumpentium amnium impetus, riparum muro in tutela[3] ruris excubent in aqua satæ, cæsæque densius innumero hærede[d] prosint.

LXVIII. Salicis statim plura genera.[1][e] Namque[f] et in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum[g] perticas, pariuntque[2] baltheo corticis[h] vincula: et aliæ[i] virgas sequacis ad vincturas lentitiæ. Aliæ prætenues[j] viminibus texendis spectabili subtilitate. Rursus aliæ firmiores corbibus, ac plurimæ agricolarum supellectili: candidiores



CAP. LXVII. 1 *Cato: circa omnes qua.*—2 Cod. Dalec. *sepes muniant.*—3 Dalec. *riparum modo in tutelam.*

CAP. LXVIII. 1 *Salici sativæ plura genera* Vet. Dalec. Mox, in eodem Vet. *Nam quædam et in proceritatem.*—2 Dalec. *præbentque.*—3 Ita ex codd.

NOTÆ

seritur, quos alii bulbos, alii oculos vocant.' De corruda sive asparago in herbarum volumine dicetur.

[c] *Salicem vero circa*] Nempe circa arundinem, de qua dictum est proxime. Unde intelligas perperam a superiore sententia hanc distraxisse Plinii editores, ut inde novi capitis exordium sumerent. Nam Cato verbis modo laudatis hæc statim subnectit. 'Salicem Græcam circum arundinetum serito, uti siet qui vineam alliges.'

[d] *Hærede*] Numeroso stolone.

[e] *Salicis . . . genera*] Gallis *Saule.* Sunt in horto Regio salicis genera omnino quindecim.

[f] *Namque*] Est hæc salix alba vulgaris arborescens, ab aliis perticalis appellata: a Dodonæo pingitur, p. 831.

[g] *Jugis vinearum*] Ad vinearum juga struenda. Jugum in vinea dicitur, cum duabus pluribusve perticis fixis aliæ super eas alligantur, in quibus vites conjunguntur, et quasi jugum in summitate faciunt: ut jam alibi monuimus. Colum. IV. 12. 'Arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia: quibus annectuntur singulæ transversæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus jugi canterium vocant rustici.' Nostri *Vignes perchées.*

[h] *Baltheo corticis*] Cortex, in balthei modum a summo rami capite imum usque sectus, vinculi præbet vicem.

[i] *Et aliæ*] Ut nitelinæ, *le franc ozier*, et Amerinæ, *l'ozier.*

[j] *Aliæ prætenues*] Quæ folio sunt amygdalino, purpureæ nigræ viminales dictæ. Iconem vide apud Da-

ablato cortice, lenique tractatu,[3] vilioribus[k] vasis, quam ut e corio fiant: atque etiam supinarum[l] in delicias cathedrarum aptissimæ. Cædua salici fertilitas, densior tonsura, ex brevi pugno[4] [m] verius, quam ramo: non, ut remur, in novissimis curanda arbore. Nullius quippe tutior est reditus, minorisve impendii, aut tempestatum securior.

LXIX. Tertium locum ei in æstimatione ruris Cato[n] attribuit, prioremque quam olivetis, quamque frumento, aut pratis: nec quia desint alia vincula. Siquidem[o] et genistæ, et populi, et ulmi, et sanguinei frutices, et betullæ,[1] et arundo fissa, et arundinum folia, ut in Liguria, et vitis ipsa, recisisque aculeis rubi alligant,[p] et intorta corylus. Mirumque contuso ligno alicui majores ad vincula esse vires. Salici tamen[2] [q] præcipua dos. Finditur Græca rubens:[r] candidior Amerina,[s] sed paulo fragilior, ideo solido[t] ligat

Harduinus et recentt. *læves tractatu* Dalec. *levique tractatu* Gronov. et al. Mox *melioribus vasis* cod. Dalec. *mollioribus vasis* Chiffl. Vet. Dalec. et Ruel. *vilioribus v. q. si e corio* alii vett. ap. Dalec.—4 *Cæduæ salici fertilitas densior tonsura, et brevi ligno* Dalec. *densiorque tonsura* cod. Dalec. *cuneo* pro *pugno* margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. LXIX. 1 Gronov. *et betulæ*.—2 *Salici autem* Vet. Dalec.—3 Ita ex

NOTÆ

lec. Hist. lib. II. p. 276.

[k] *Vilioribus*] Mss. Reg. Colb. Th. *melioribus vasis, quæ ut ne corio fiant eodem: atque etiam, &c.*

[l] *Supinarum*] Supina cathedra est, quæ desidentes, ac molliter resupinos excipit: *une chaise à dos.*

[m] *Ex brevi pugno*] Cacumen tonsæ salicis, unde rami fruticant, brevi pugni verius, quam rami, nomen obtineat.

[n] *Cato*] De Re Rust. c. 6. 'De omnibus agris, optimoque loco, si emeris jugera agri centum, vinea est prima, si vino multo siet: secundo loco, hortus irriguus: tertio, salictum: quarto, oletum: quinto, pratum: sexto, campus frumentarius: septimo, sylva cædua: octavo, arbustum: nono, glandaria sylva.'

[o] *Siquidem*] Colum. IV. 13. p. 136. 'Optima est ergo ad vitem ligandam genista, vel paludibus desectus juncus, aut ulva: non pessime tamen in umbra siccata faciunt in hunc usum arundinum quoque folia.' De sanguineis fruticibus diximus c. 30. De genista dicemus XXIV. 40.

[p] *Rubi alligant*] Colum. IV. 31.

[q] *Salici tamen*] Etiam contusæ, vel contortæ.

[r] *Græca rubens*] Colum. IV. 30. p. 161. Græca flavi coloris est, haud dubie, quæ mox nitelina dicitur. *Le franc ozier.*

[s] *Amerina*] Amerina salix Columellæ loc. cit. gracilem virgam et rutilam gerit. *L'ozier.* Est salix minor viminalis a Dodonæo delineata, pag. 831.

nexu.[3] In Asia tria genera observant. Nigram,[u] utiliorem viminibus: candidam, agricolarum usibus:[v] tertiam, quæ brevissima est, helicem[w] vocant. Apud nos quoque multi totidem generibus[4] nomina imponunt: vimineam[x] vocant, eandemque purpuream.[5] Alteram nitelinam[6 y] a colore, quæ sit tenuior. Tertiam Gallicam,[z] quæ tenuissima.

LXX. Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, neque in herbarum, aut alio ullo, quam suo genere, numerentur jure scirpi[a] fragiles palustresque, ad tegulum,[b] tegetesque:[c] e quibus detracto cortice, candelæ[d] luminibus et

codd. Harduinus et recentt. *Find. Gr. rub. Amerina, ut et candida, haud paulo flexilior id. sol. ligans nexu* margo edd. Dalec. et Gronov. *Finditur G. r. candidiorque Amerina* Gronov. et al. ante Harduin. *ideoque s. ligat* Vet. Dalec. Mox, *In Arcadia tria, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—4 Vox, *generibus* deest in Vet. Dalec.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *vimalem vocant, eandemque purpuream* Chiffl. *vimineam v. eandem purpuream* Gronov. et al. vett.—6 *Alteram vitellinam* Ruel.

NOTÆ

[t] *Ideo solido*] Ideo non finditur, ut Græca: sed solido ramo seu virga nectit.

[u] *Nigram*] Quæ cortice nigro aut purpureo est, inquit Theophr. Hist. III. 13. nigra dicitur: candida, quæ candido. Virgas pulchriores, et ad texendum commodiores, nigra profert: candida spissiores. Nigræ iconem Dalecampius exhibet, ut ante monuimus, albæ Dodonæus.

[v] *Agricolarum usibus*] Corbibus, et reliquæ agricolarum supellectili.

[w] *Helicem*] 'Ελικὴν, Theophr. loc. cit. παρὰ τὸ ἑλισσεσθαι, quod εἰς τὰ πλεκτὰ ἑλίττεται, tortilis ac plectilis est, et ad viminum textus idonea. Eadem cum Amerina nobis esse ea videtur.

[x] *Vimineam*] Quæ nigra et viminalis prius a nobis est appellata.

[y] *Nitelinam*] Ita Mss. omnes. A colore flavo vel rubeo: eadem quæ Græca rubens. De nitelis vide quæ diximus VIII. 82.

[z] *Gallicam*] Columellæ, loco proxime cit. Gallica obsoleti purpurei et tenuissimi viminis dicitur.

[a] *Scirpi*] Glossæ, 'Scirpus, φλοῦς, πάπυρος.' Festus: 'Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur, læve, et procerum, unde tegetes fiunt. Inde proverbium est in eas natum res, quæ nullius impedimenti sunt, 'Inscirpo nodum quærere,'' quia nihil rectius et enodius junco.

[b] *Ad tegulum*] Ad tegumentum ædium. Qua voce jam ante usus initio c. 64.

[c] *Tegetesque*] Glossæ: 'Ψίαθοι φλόϊναι, tegetes scirpeæ,' stragula scilicet e junco, scirpoque. Sic etiam, auctore Festo, 'Tegillum, cucullunculum ex scirpo factum. Plautus: Tegillum mihi aret: id si vis, dabo.' Genus vestis nimirum a tergo pendentis, quod pluviam arcebat a capite: dictum a tegete: quod, ut tegetes, e scirpo fieret. Sunt et e lino, palma, cannabique tegetes. *Des nattes.*

[d] *Candelæ*] Addita cera, et quidem odorata. Paulinus Natali 3. 'Lumi-

funeribus [e] serviunt. Firmior quibusdam in locis eorum rigor. Namque iis velificant [f] non in Pado tantum nautici, verum et in mari piscator Africus, præpostero more vela intra [1] malos [g] suspendens. Et mapalia [h] sua Mauri tegunt: proximeque æstimanti hoc videantur esse, quo in inferiore Nili [i] parte papyrum, usu.[2]

LXXI. Sed frutectosi [1] generis sunt inter aquaticas et rubi,[j] atque sambuci fungosi generis: aliter tamen, quam ferulæ: quippe plus ligni utique [2] sambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubamque credit pastor, ibi cæsa, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt: et alio [k] genere similitudinem rosæ, qui vocatur



CAP. LXX. 1 Vet. Dalec. *inter.*—2 Cod. Dalec. *æstimati hoc interiore parte vid. esse, quo interiore, &c.* Vet. Dalec. *quod in interiore mundi parte pari sunt papyri usui;* Chiffl. *quod in interiore mundi papyrum usui;* Gronov. Harduin. et recentt. *quo inferiore Nili parte papyri sunt usu.* 'Codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps, *in inferiore Nili parte.* Bene codd. Regg. 1. 2. *papyrum.* Male Editio princeps, *papyri.* Recentiores edd. *papyri sunt.*' Brotier.

CAP. LXXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *fructectosi* cod. Dalec. *fruticosi* Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. *ligni ac*

NOTÆ

na ceratis adolentur odora papyris.' Nam et scirpos eos Latini papyrum dixere, non Ægyptiam illam quidem, de qua dictum est lib. XIII. sed Italicam, ut Glossæ mox laudatæ docent. Has scirpeas papyraceasve faces, cerea imbutas tunica, λαμπάδας κηροχίτωνας eleganter Antipater in Anthol. 'papyros cera circumdatas' vocat Isidorus Orig. XI. 2. Fortunatus Vitæ S. Hilarii, sub finem, lib. II. 'Quantum fuit cerei longitudo, cera jacens inventa est, papyro consumta,' &c. 'Fila scirpea,' 'stuppam calentem,' non invenuste vocat Prudentius Hym. V. ad incensum lucernæ, vs. 15. 'Quin et fila favis scirpea floreis Presso melle prius collita fingimus. Vivax flamma viget . . . Seu ceram teretem stuppa calens bibit.'

e *Et funeribus*] Ita libri omnes, etiam Mss. non, ut quibusdam placet, *funalibus.*

f *Velificant*] Ex his vela texunt.

g *Intra malos*] Ita ut cum venti intendunt vela, ea in malos ipsos impellant: sunt enim ad proram mali: ex his, qua parte puppim aspectant, vela pendent.

h *Mapalia*] Ædificia Numidarum agrestium, de quibus Sallust. in Bello Jugurth. Festus: 'Mapalia casæ Pœnice appellantur,' &c.

i *Inferiore Nili*] Inferiore Ægypto, quam Delta vocant. In Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. *quo in interiore mundi parte papyrum usu:* sinceriore sane scriptura. Extima mundi Romani pars Mauretania est: interior, hæc quam colimus.

j *Rubi*] Rubus vulgaris fructu nigro, *Ronce.* Iconem vide apud Dalec. Hist. Plant. II. 1. p. 119.

k *Et alio*] Et aliud, inquit, rubi ge-

cynosbatos. Tertium genus Idæum[1] vocant Græci a loco. Tenuius est[m] quam cetera, minoribusque spinis, et minus aduncis. Flos ejus[n] contra lippitudines illinitur ex melle: et igni sacro.[3] [o] Contra stomachi[p] quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci[q] acinos habent nigros atque parvos, humoris lenti, inficiendo maxime capillo: qui et[4] ipsi aqua decocti manduntur.

LXXII. (XXXVIII.) Humor et cortici[a] arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Ficis lacteus:[1] huic ad caseos figurandos[b] coaguli vis. Cerasis gumminosus,[2] [c] ulmis salivosus: lentus ac pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus. Vivaciora, quibus lentior. Atque in totum[3] [d] corpori arborum, ut reliquorum animalium,

succi utique; Chiffl. *ligni est utique.*—3 Cod. Dalec. *et ignem sacrum.*—4 Vet. Dalec. *quin et.*

Cap. LXXII. 1 *Ficus lactens* Chiffl.—2 'Ita bene codd. Regg. 1. 2.' *Brotier.* Omnes codd. Harduini et Chiffl. *cumminosus.* Edd. ante Brotier. *gummosus.* Mox, Gronov. et al. vett. *salivosus, lentus, &c.* cod. Dalec. *salivosus, lentus ac pinguis. Malis, &c.* e Theophr.—3 *Atque in toto* cod. Dalec. *Æque in toto*

NOTÆ

nus est: cynosbaton vocant. Fructum id subrutilum parit, malo Punico similem: est inter fruticem, arboremque, rosæ non absimile. Theophr. Hist. III. 18. Τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόας· ἔστι δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺ, καὶ παρόμοιον ταῖς ῥόδαις. Non est id rubi genus, in quo rosa nasci dicitur, XXIV. 73. Cynosbaton hunc, qui florem ac fruticem rosæ sylvestris promat, vidisse se Lobelius testatur in Advers. p. 446.

[1] *Idæum*] Ab Ida monte, in quo nascitur copiosius quam alibi, inquit Diosc. IV. 38. Gallis *Framboisier.* Pingitur a Dodonæo, p. 371.

[m] *Tenuius est*] Hæc pariter Diosc. loc. cit.

[n] *Flos ejus*] Diosc. loc. cit. ad oculorum inflammationem adhibet.

[o] *Et igni sacro*] Subintellige, igni sacro medendo illinitur. Erysipelata restinguere dicitur a Dioscoride, quod eodem pertinet, ut alibi dicturi sumus.

[p] *Contra stomachi*] Diosc. loc. cit. et Plinius iterum XXIV. 25.

[q] *Sambuci*] Hæc Plinius a Theophr. Hist. III. 13. Habet eadem Diosc. IV. 175.

[a] *Humor et cortici*] Ex Theophr. Hist. I. 19.

[b] *Figurandos*] Cogendos, figendos. Ita Mss. omnes. Arist. Hist. Anim. III. 16. p. 390. Πήγνυται δὲ τὸ γάλα, ὀπός τε συκῆς, καὶ πυετία. *Cogitur lac succo ficulneo, et coagulo.*

[c] *Gumminosus* [*gummosus*] Mss. omnes, *cumminosus.*

[d] *Atque in totum*] Ex Theophr. id expressum Hist. I. 4.

cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ, pro cute cortex. Mirum: is[e] in moro[4][f] medicis succum quærentibus, vere,[5][g] hora diei secunda, lapide incussus[h] manat: altius fractus siccus[6] videtur. Proximi plerisque adipes: ii vocantur a colore alburnum:[i] mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est, materiæ optimum. Alternant[j] fructus, quibus siccius lignum, ut olea: magis quam quibus carnosum, ut cerasus. Nec omnibus adipes carnesve largæ, sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum habent[7] buxus, cornus,[k] olea: nec medullam minimumque etiam sanguinis:[l] sicut ossa non habent sorba, carnem sambuci,[m] (et plurimam[8] ambæ medullam,) nec arundines majore ex parte.

LXXIII. In quarundam arborum carnibus pulpæ[a] venæ-



Vet. Dalec.—4 *Mirum hic in moro* Gronov. et al. ante Harduin. *Mirum hic in sycomoro* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *fere* Gronov. et al. *primo vere* Ruel. Mox, cod. Dalec. *lapide incisus;* Vet. Dalec. *lapide incusso.*—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fractus cortex siccus,* e Diosc.—7 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. recentt. *Neutrum habet* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *cornus: olea nec* Dalec.—8 Dalec. *sed plurimam.* Mox, cod. Dalec. *nec harundines. Majore ex parte in quarundam, &c.*

NOTÆ

[e] *Mirum: is*] Cortex videlicet: qui si leviter incidatur, succo manat: si altius frangatur, siccus manet.

[f] *In moro*] Hoc de sycomoro Dioscorides retulit, I. 181. sed de moro Marcellus Empir. c. 12. qui succum ejus ad dolorem dentium impense commendat.

[g] *Vere*] Sic Mss. non *fere.* Diosc. ἔαρος πρώτου.

[h] *Incussus*] Ita Mss. omnes: hoc est, leviter, ac superficie summa incisus.

[i] *Alburnum*] Non arboris id modo nomen est, sed vitium arborum. Lignarii fabri appellant *l'Aubour.*

[j] *Alternant*] Altero quoque anno edunt. Colum. v. 9. 'Optimum est constitutum jam et maturum olivetum in duas partes dividere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio uberat.'

[k] *Cornus*] Nempe mascula, cui medulla quoque nulla inest, ut dictum est cap. 42. De olea, num medulla careat, vide Theophrast. Hist. v. 6. De buxo c. 7.

[l] *Sanguinis*] Humoris in cortice.

[m] *Sambuci*] Theophr. Hist. I. 19. In Mss. omnibus, *sabuci:* et Q. Serenus Samonicus, c. de phrenesi, et capite curando: 'Ungitur et succis dederit quos parva sabucus.'

que sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores candidioresque pulpæ fissilibus insunt. Ideo fit,[b] ut aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphii sentiatur,[1] penetrante rectis meatibus sono. Unde deprehenditur, an torta sit materies, nodisque concisa. Quibus sunt tubera, sic sunt [2] in carne glandia.[c] In iis nec vena, nec pulpa, quodam callo carnis in se convoluto. Hoc pretiosissimum in citro,[3] et acere.[d] Cetera mensarum genera fissis arboribus[e] circinantur in pulpam: alioqui fragilis esset vena in orbem arboris cæsa.[4] Fagis pectines[f] transversi in pulpa. Apud antiquos[g] inde et vasis honos. Manius Curius[5][h] juravit se ex præda nihil



CAP. LXXIII. 1 Vet. Dalec. *vel gravis sentiatur.*—2 Ita ex codd. Harduin. cum edd. recentt. *Quibusdam sunt tubera, sicut sunt* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *cedro* Gronov. et al. vett.—4 Dalec. *arbore cæsa.*—5 *Marcus Curius* alii ap. Dalec.—6 Cod. Dalec. *fluc-*

NOTÆ

[a] *Pulpæ*] Pulpam pro nervo accipit, quem ἶνα Theophr. vocat. Similitudo ducitur ab animantium corpore, in quibus pulpa dicitur 'caro sine pinguedine, sicut est tumida et grossa caro crurium et brachiorum,' inquit Joan. de Janua in Catholico.

[b] *Ideo fit*] Id jam delibatum a nobis XI. 112. Quotidiani hujus experimenti causam Kircherus explicat in Phonurgia nova, pag. 65. Est autem graphium, ut vulgo etiam notum est, stylus ferreus, quo in tabellis ceratis, aliisve, quicquid libuerit, exarare solemus.

[c] *Glandia*] Glandulæ. Dicemus de hac voce opportunius, XXXVI. 2.

[d] *In citro, et acere*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffl. &c. non *cedro*. Et de citri quidem tubere diximus XIII. 29. de tubere aceris, libri hujus cap. 27.

[e] *Fissis arboribus*] Ad mensas struendas e reliquis arborum generibus, finduntur primum arbores in longitudinem: dein pulpa, hoc est, pars ligni fissa ad opus circinatur: nec statim in orbem, sive per latitudinem ac transversim arbos dividitur: quoniam fragilis tum vena foret, seu facile frangeretur.

[f] *Pectines*] Sic appellantur lineæ quædam ductusque per longitudinem arborum latitudinemque, amnium anguiumve more serpentes: qui ductus in polita præcipue materia, non sine quadam colorum varietate, conspicui sunt κτηδόνες. Venarum cursus appellat c. 76. Gallis, *veines*.

[g] *Apud antiquos*] Virgil. Ecl. III. 36. 'Pocula ponam Fagina.' Ovid. Met. VIII. 669. 'Cælatus eodem Sistitur argento crater, fabricataque fago Pocula.'

[h] *Manius Curius*] De quo jam diximus VII. 15. Vide Valerium Max. IV. 3. p. 208.

attigisse, præter guttum[i] faginum, quo sacrificaret. Lignum in longitudinem fluctuatur:[6] [j] ut quæ pars fuit ab radice, validius sidit.[7] Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine et tenui constat. Hæc maxime[8] fissilia. Alia frangi[k] celeriora, quam findi, quibus pulpa non est: ut oleæ, vites. At e contrario totum e carne corpus fico. Tota ossea[l] est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, ebenus, lotos, et quæ sine medulla esse diximus.[m]

Ceteris[n] nigricans color. Fulva cornus, in venabulis[o] nitet, incisuris nodata[9] [p] propter decorem. Cedrus, et larix, et juniperus rubent.

(XXXIX.) Larix fœmina[q] habet,[10] quam Græci vocant ægida, mellei coloris.[r] Inventum est pictorum[11] tabellis[s]

tuat; Vet. Dalec. *ita fluctuat;* alii vett. ap. eund. *fluctuat ea quæ.*—7 Cod. Dalec. *sidat.*—8 *Hæcque maxime* Dalec.—9 Vet. Dalec. *notata.*—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Larix fœminam habet* Gronov. et edd. vett. *Pinus fœmina, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—11 *Inventu pictorum*

NOTÆ

[i] *Guttum*] Poculi genus, quo in sacrificiis mensisque utebantur, et quo guttatim infundebatur aqua. Plautus: 'Ut guttulam hauriret ex guttulo.'

[j] *Fluctuatur*] Mari immergitur, ut veluti condiatur, ac maceretur, et firmitatem accipiat. Theophr. Hist. v. 6. Robur et laricem, inquit, cum in mari condiunt, δρῦν καὶ πεύκην ὅταν ταριχεύουσι τῇ θαλάττῃ, et quæ radici propiora sunt, citius in aqua merguntur, ac plus ceteris sidunt, τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν θᾶττον δύεται καθ' ὕδατος, καὶ ἐπινεύει μᾶλλον.

[k] *Alia frangi*] In assulas dissilire.

[l] *Tota ossea*] Os esse materiæ optimum sup. cap. interpretatus est.

[m] *Esse diximus*] Sup. cap. Buxum, cornum, oleam.

[n] *Ceteris*] E proxime appellatis: ilici, corno, robori, &c. præter cornum.

[o] *In venabulis*] Venabulum, *un épieu,* telum quondam venationi aptum: e corno ut plurimum arbore. Ovid. Epist. IV. 83. 'Sive tenes lato venabula cornea ferro.'

[p] *Incisuris nodata*] Erant aspera nodis venabula, ubi rami a caudice amputati: nam cæsuræ manebant vestigia.

[q] *Larix fœmina*] Theophr. Hist. III. 10. Καὶ τὴν αἰγίδα τὴν καλουμένην ἡ θήλεια τῆς πεύκης ἔχει. (En πεύκη rursum *larix.*) Τοῦτο δέ ἐστιν τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς. *Est autem ægis arboris veluti cor, ac medullæ interiori proximum.*

[r] *Mellei coloris*] Theophr. loc. cit. ἡ δὲ αἰγὶς εὔχρως, *coloris elegantis et boni.*

[s] *Pictorum tabellis*] Τὰ τῶν ζωγράφων πινάκια vocat Theophr. loc. cit. Galli, *Palettes,* polliculares assulas, quibus colores insident. Nisi mavis pro tabulis ligneis accipere, in quibus olim,

immortale, nullisque fissile rimis, hoc lignum. Proximum medullæ est. In abiete leuson[12][t] Græci vocant. Cedri quoque[13] durissima, quæ medullæ proxima, ut in corpore ossa, deraso modo limo.[u] Et sambuci[14][v] interiora mire firma traduntur. Namque qui venabula[w] ex ea faciunt, præferunt omnibus: constat enim ex cute et ossibus.

LXXIV. Cædi tempestivum[a] quæ decorticentur, ut teretes,[b] ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice[c] inextricabili, et carie subnascente ei, materiaque nigrescente. Tigna[d] et quibus aufert securis corticem, a bruma ad Favonium: aut, si prævenire cogamur, Arcturi occasu,[1][e] et ante eum Fidiculæ: novissima ra-



cod. Dalec. Paulo post, cod. Dalec. *rimis. Hoc lignum proximum, &c.*—12 *In abiete quod leuson* Dalec.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Græci vocavere. Cedrus quoque* Gronov. et al. vett. *Græci vocant. Cedrus quoque* Chiffl.—14 Cod. Dalec. *ossa. Deraso modo limo et sambuci.*

CAP. LXXIV. 1 ' Hic certe errat Plinius; et, ut patet ex Theophrasto,

NOTÆ

uti nunc in tela, pingebatur: unde tabula plerumque apud antiquos usurpata pro pictura est.

[t] *Leuson*] Theophr. loc. cit. Ἔχει δὲ ὥσπερ ἡ πεύκη τὴν αἰγίδα καὶ ἡ ἐλάτη τὸ λευκὸν, λοῦσσον καλούμενον, κ. τ. λ. In Sequanis fabri lignarii, inquit Rob. Constantinus, adhuc *Louchon* vocant, et ex ea materia pyxides conficiunt.

[u] *Limo*] Alburnum, credo, intelligit: de quo sup. cap.

[v] *Et sambuci*] Mss. omnes, *sabuci*, ut diximus cap. sup. Interiora porro non medullam vocat, sed ossa, hoc est, lignum ipsum, materiæque optimum, quod cortice, ceu cute, vestitur.

[w] *Qui venabula*] Baculos fieri leves e sambuco dixit Theophr. loc. cit. ἐξ οὗ τὰς βακτηρίας ποιοῦσι τὰς κούφας.

[a] *Cædi tempestivum*] Ex Theophr. Hist. v. 1. Ὡραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα, τὰ μὲν στρογγύλα, καὶ ὅσα πρὸς φλοισμὸν, ὅταν βλαστάνῃ· τότε γὰρ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός· ὃ δὴ καλοῦσι λιπᾷν, διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπογινομένην αὐτῷ· μετὰ δὲ ταῦτα δυσπερικάθαρτος, καὶ τὸ ξύλον μέλαν γίνεται καὶ δυσειδές. *Cædi tempestivum est: materiem quidem rotundam, et quæ decorticanda est, cum germinare incipit. Tunc enim cortex extricari facile potest: id quod turgere appellant, ob humorem qui sub eo cortice est, &c.*

[b] *Ut teretes*] Quæ caudice sunt terete, et procero: ut abies, pinus, picea. De abiete speciatim cap. 80. circa germinationes cædi eam tempestive, pronuntiatur.

[c] *Alias cortice*] Alias cortex, nisi ægre admodum, avelli non potest: nigrescitque materies, &c. Theophr.

[d] *Tigna*] Et alia hujusmodi, quæ quadrari debent, τετράγωνα, Theophr.

[e] *Arcturi occasu*] Theophr. μετὰ τρυγητὸν καὶ Ἀρκτοῦρον, post vinde-

tione, solstitio. Dies siderum horum reddetur[2] suo loco. Vulgo satis[f] putant observare, ne qua dedolanda arbos sternatur[3] ante editos suos fructus. Robur vere[g] cæsum, teredinem sentit: bruma autem, neque vitiatur,[4][h] neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat sese findatque: quod in subere tempestive quoque cæso evenit. Infinitum[i] refert et lunaris ratio: nec nisi a vicesima in tricesimam cædi volunt. Inter omnes vero[j] convenit, utilissime in coitu ejus sterni, quem diem alii interlunii,[5] alii



emendandum, *Arcturi ortu.* Arcturi ortus fit pridie Idus Septembris. Occasus fit pridie Idus Martii. Certe scripserat Plinius, *Arcturi ortu, et ante eum Fidiculæ occasu, novissima ratione solstitio.* Et tunc vera sunt omnia. Fidiculæ occasus est VI. Idus Augusti. Errat eruditus Harduinus, qui Arcturi occasum defendit.' *Brotier.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *reddentur* edd. vett. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ne quæ dedolandæ arbores sternantur* Gronov. et edd. vett.—4 Ita ex codd. Dalec. et Chiffl. et Editione principe edidit Brotier. Ceteræ edd. *neque viatur.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *alii interlunium* Gronov. et al. ante Har-

NOTÆ

miam et Arcturi occasum, ut recte Plinius interpretatus est: non post Arcturi ortum, ut Dalecampius.

[f] *Vulgo satis*] Theophr. loc. cit. Ὅλως δὲ πᾶν πρὸς ἴσχυν ὡραιότατον, οὐ μόνον πεπαυμένον τῆς βλαστήσεως, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐκπεπαῖνον τὸν καρπόν. *Omne quod validum esse debet, tempestivius cæditur, non solum cum germinare desierit, verum etiam cum fructum percoxerit.*

[g] *Robur vere*] Theophr. Δρῦς δὲ ὀψιαίτατα, κ. τ. λ. Robur, inquit, serissime cædendum, hyeme post autumnum: quod si cæditur, dum turgescit, (id quod fieri verno tempore Vitruvius monet, II. 9. p. 32.) citissime omnium fere *computrescit*, σήπεται. 'Vere enim,' inquit Vitruvius, 'omnes arbores fiunt prægnantes, et omnes suæ proprietatis virtutem efferunt in frondes, anniversariosque fructus. Cum ergo inanes et humidæ temporum necessitate fuerint, vanæ fiunt, et raritatibus imbecillæ. Uti etiam corpora muliebria cum conceperint, a fœtu ad partum non judicantur integra: neque in venalibus ea quæ sunt prægnantia, præstantur sana: ideo quod in corpore præseminatio crescens ex omnibus cibi potestatibus detrahit alimentum in se: et quo firmior efficitur ad maturitatem partus, eo minus patitur esse solidum id ipsum ex quo procreatur,' &c.

[h] *Neque vitiatur* [*vitiatur*] Ita Mss. Reg. In Chiffl. *vitiatur.* Neque putredinem sentire, neque vermibus erodi robur bruma cæsum dixit Theophr. loc. cit.

[i] *Infinitum*] Hæc rursum ex Theophr. Hist. V. 1. et ex Colum. XI. 2. p. 370. 'quoniam,' inquit Colum. 'omnis materia sic cæsa judicatur carie non infestari.'

[j] *Inter omnes vero*] De hoc argumento multa Furnerius Hydrogr. I. 23. p. 37. Vide et auctorem Geopon. III. 1. p. 83.

silentis lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæsar, concremato ponte naumachiario,[k] larices ad restituendum cædi[l] in Rætia[6] præfinivit. Quidam dicunt,[m] ut in coitu et sub terra sit Luna: quod fieri non potest nisi noctu. At si competant coitus in novissimum diem brumæ, illa sit[7] æterna materies: proxime,[8] cum[n] supra dictis sideribus. Quidam et Canis ortum addunt, et sic cæsas materies in forum Augustum.[9] [o] Nec novellæ autem ad materiem, nec veteres utilissimæ. Circumcisas[p] quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus defluat. Mirum apud[q] antiquos primo Punico bello classem Duillii[10] imperatoris ab arbore excisa LX. die navi-

duin.—6 Ita Chiffl. et edd. recentt. *ex Rhætia* Gronov. et al. vett.—7 Dalec. *illa fit.*—8 Vet. Dalec. *proxima.*—9 Ita Chiffl. *Augusti* Vet. Dalec.—10 Edd. vett. et Gronov. *Duellii.* Vid. Carrion. Emend. II. 11.

NOTÆ

[k] *Ponte naumachiario*] Junctæ fuere plures ponte naves: ex quo ponte naumachiarii inter se dimicabant. P. Victore teste, Naumachiæ quinque Romæ fuere, XIV. Urbis regione, in circum effossæ, quo Tiberis aqua immittebatur, ut ibi navalis pugnæ specimen ederetur.

[l] *Larices .... cædi*] Causam Palladius edocet Novemb. tit. XV. p. 173. quoniam neque flammam recipiunt, nec carbones creant, ut dictum est cap. 19.

[m] *Quidam dicunt*] Sic auctor Geopon. loc. cit.

[n] *Proxime, cum*] Ad bonitatem, perennitatemque materiæ ejus, quæ tum cæditur, cum coitus incidit in ipsum brumæ diem, accedit ea proxime, cujus cæsura fit, cum idem coitus in occasum incidit supra dictorum siderum, Fidiculæ, et Arcturi.

[o] *In forum Augustum*] Ita Mss. omnes: hoc est, ad Forum Augusti exædificandum, quod in octava Urbis regione fuit, ut P. Victor prodidit.

[p] *Circumcisas*] Ex Vitruvio II. 9. p. 33. Palladius quoque, loc. cit. p. 172. 'Materies,' inquit, 'ad fabricam cædenda est, cum Luna decrescit: sed arbores quæ cæduntur, usque ad medullam securibus recisas, aliquamdiu stare patieris, ut per eas partes humor, si quis in venis continetur, excurrat.'

[q] *Mirum apud*] Florus II. 2. p. 48. 'Duillio Cornelioque Coss. etiam mari congredi Populus Rom. ausus est. Tum quidem ipsa velocitas classis comparatæ auspicium fuit. Intra enim LX. diem quam cæsa sylva fuerat, CLX. navium classis in anchoris stetit: ut non arte factæ, sed quodam munere Deorum conversæ in naves, atque mutatæ arbores viderentur.' Fuit hic annus Urbis CCCCXCIII. belli Punici primi quartus: quinto primus idem Romanorum Duillius navalem victoriam adeptus est.

gasse. Contra vero Hieronem[r] regem CCXX. naves effectas diebus XLV. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello, Scipionis[s] classis XL. die a securi navigavit. Tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet.

LXXV. Cato hominum summus in omni usu, de materiis hæc adjicit: 'Prelum e carpino[a] atra[1] potissimum facito: ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem cum effodies, Luna decrescente eximito post meridiem, sine vento Austro. Tunc erit tempestiva, cum semen suum maturum erit. Cavetoque ne per[2] rorem trahas, aut doles.' Idemque mox:[b] 'Nisi intermestri,[c] Lunaque dimidiata,[3] ne tangas materiem. Tum effodias[4] aut præcidas abs terra. Diebus septem[5][d] proximis, quibus Luna plena fuerit, optime eximitur. Omnino caveto ne quam[e] materiam doles,[6] neve cædas, neve tangas, nisi



CAP. LXXV. 1 'Male Mss. Reg. *e sappino atra.* Sic quoque habent quidam libri Catonis, de Re Rust. cap. 31. At optimi recte habent, *e carpino atra.* Carpinus, *le Charme.* Præcipua adhuc est ea arbor ad hos usus, ut testatur ipse Cl. Pontedera.' *Brotier.* *e sapino atra* Gronov. Harduin. et recentt. *e carpino atra* alii ap. Dalec.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Caveto quoque per* alii ap. Dalec. et Chiffl. *Caveto ne per* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *intermestri luna, atque dimidiata* Gronov. et al.—4 'Male codd. Regg. 1. 2. *tam effodias.* Pessime Editio princeps aliæque, *tum ne effodias.* Emendandum est, *Tum effodias, &c.* ut patet e Catone loco cit.' *Brotier.*—5 Ita Vet. Dalec. et Cato; item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Diebus quatuor* edd. vett. et Gronov.—6 'Ita bene Cato loc. cit. Male in codd. Regg. et Editione principe, aliisque, *nigram materiam doles.*' Brotier. *nigra* Dalec. sub. 'luna.' Vox *materiam*

NOTÆ

[r] *Contra ... Hieronem*] Syracusanum Regem. Egit de hoc bello, victoriæque celeritatem commendavit Florus, loc. cit. Hiero sub initium primi Punici belli victus a Romanis, victorum in partes postea amicitiamque transiit.

[s] *Scipionis*] Africani majoris.

[a] *Prelum e carpino* [*e sapino*] Verba Catonis c. 31. p. 29. 'Prelum e sapino atra potissimum facito: aut ulmeam, aut pineam, vel nuceam: hanc atque aliam materiem omnem cum effodies,' ceteraque ut Plinius.

[b] *Idemque mox*] Cap. 37.

[c] *Intermestri*] Interlunio, et in coitu Lunæ.

[d] *Diebus septem*] Vide Notas et Emend. num. 25.

[e] *Caveto ne quam* [*nigram*] Ita Mss. Libentius tamen *caveto ne quam materiam* ex Catone agnoverim, cujus verba referemus in Notis et Emend. num. cit. Dalecampius legit *nigra,* subintelligique Lunam jubet. Quid porro sit Luna nigra, nescio.

siccam: neve gelidam, neve rorulentam.' Tiberius idem[7] [f] et in capillo tondendo servavit interlunia. M. Varro adversus defluvia præcepit observandum id[g] a pleniluniis.[8]

LXXVI. Larici[1] [h] et magis abieti succisis humor diu defluit. Hæ omnium arborum altissimæ ac rectissimæ. Navium malis[i] antennisque propter levitatem[2] præfertur abies. Communia his pinoque, ut quadripartitos[j] venarum cursus bifidosque habeant, vel omnino simplices. Ad fabrorum intestina opera[k] medulla[l] sectilis: optima[m] quadripartitis materies,[3] et mollior quam ceteræ. Intellectus[n]



deest in cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. *itidem*.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *idem a pleniluniis*.

Cap. LXXVI. 1 *Pino* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—2 Gronov. et al. vett. *lævitatem*.—3 Cod. Dalec. *materiis*.—4 Cod. Dalec. *ac diurna Idæ-*

NOTÆ

[f] *Tiberius idem*] De quo nempe proxime, cap. sup. Ita Mss.

[g] *Observandum id*] Nempe tonderi in plenilunio tempestivius esse. Verba Varronis sunt ista de Re Rust. I. 37. 'Ego ista etiam, inquit Agrasius, non solum in ovibus tondendis, sed in meo capillo a patre acceptum servo, ne decrescente Luna tondens calvefiam.' Ubi Fulvius Ursinus male emendat, '*ut* decrescente Luna.'

[h] *Larici*] Theophr. Hist. v. 2. Ὅταν δὲ τμηθῶσι, ῥεῖ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης καὶ ἐκ τῶν τῆς πεύκης ἐπὶ πολὺν χρόνον ὑγρότης· καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης. Rursum πεύκη, *larix*.

[i] *Navium malis*] Theophr. loc. cit.

[j] *Quadripartitos*] Pectines quatuor, seu venarum cursus, quos in polita maxime materia cernimus amnium instar, anguiumve, serpere. Si quaterni fuerint, quadripartitos venarum cursus materies habere dicitur, vel, ut Vitruvius ait, quadrifluviis esse disparata: si bini modo, bifido venarum cursu: si unicus, simplice.

[k] *Intestina opera*] Hoc est, opera lignariæ fabricæ subtilioris et elegantioris: *Menuiserie*. Intra domum fere tantum locum habet, et in ædium interiore parte: inde nomen. 'Intestinarii' artifices, leg. 2. Cod. Theod. de excusat. artif. qui intestinum opus faciebant.

[l] *Medulla*] Quæ Theophrasto Hist. v. 2. ἐντεριώνη, cor ligni, sive matrix, et pars interna materiei.

[m] *Optima*] Optima materies est, quæ quadripartitos habet venarum cursus. Theophr. loc. cit. ubi de quadrifluviis arboribus: Εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐργασίας αὗται κάλλισται· πυκνότατα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα. *Sunt illæ ad opera præstantes: materiem enim spississimam habent.*

[n] *Intellectus*] Discrimen, inquit Theophr. loc. cit. arbores ipsæ vel cortice ipso ostendunt. Quamobrem periti, ubi arborem videre, probe dijudicant quænam ea sit. Quibus enim venæ egregiæ sunt, his cortex levis rectusque: quibus e contrario, scaber et contortus. Διαφορὰς δὲ ἔχουσι τοῖς φλοιοῖς, καθ' ἃς γνωρίζουσιν ἰδόντες

in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars a terra[o] fuit, enodis est: hæc, qua diximus[p] ratione, fluviata decorticatur,[q] atque ita sapinus[r] vocatur: superior pars nodosa, duriorque, fusterna.[s] Et in ipsis[t] autem arboribus robustiores Aquiloniæ partes. Et in totum[u] deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis, ac diuturnæ. Ideo Romæ infernas abies[v] supernati præfertur. Est per gentium quoque regiones in iis differentia.[4] Alpibus, Apenninoque laudatissimæ: in Gallia, Jura,[w] ac monte Vogeso:[5] [x] in Corsica,[y] Bithynia, Ponto, Macedonia. Deterior[6] Æneatica,[z] et Arcadica. Pessimæ[7] Parnassia, et Euboica, quoniam ramosæ[a] ibi et contortæ, putrescentes-

orum. *Hæc inferna abies supern. præfertur. Et gentium quoque in iis differentia.*—5 *Vosego* Chiffl.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Deteriores* Gronov. et al. vett.—7 *Pessima* Chiffl.—8 Ita Harduin. 1.

NOTÆ

εὐθὺς τὸ δένδρον πεφυκὸς ποῖόν τί ἐστι· τῶν μὲν γὰρ εὐκτηδόνων καὶ ὁ φλοιὸς λεῖος καὶ ὀρθός· τῶν δ' ἐναντίον τραχύς τε καὶ διεστραμμένος.

[o] *Abietis quæ pars a terra*] Quæ terræ proxima. Vitruvius II. 9. p. 33.

[p] *Qua diximus*] Cap. 73. his verbis: 'Lignum in longitudinem fluctuatur:' ubi fluctuari, seu fluviari, diximus esse idem quod macerari aqua, et velut condiri, ταριχεύεσθαι: Gallis, *Bois flotté*. Neque enim hic sermo, ut quibusdam visum est, de multifluvio, seu multiplici venarum cursu.

[q] *Decorticatur*] Vide Notas et Emend. num. 26.

[r] *Sapinus*] Sic Vitruvio loc. cit. ima sapinea, summa pars fusterna dicitur, propter nodationis duritiem.

[s] *Fusterna*] Quia nodosa, ut solent esse fustes et baculi, crebris ut plurimum nodis asperi.

[t] *Et in ipsis*] Theophr. Hist. v. 2.

[u] *Et in totum*] Theophr. Hist. v. 3.

[v] *Infernas abies*] Tyrrhenum mare Inferum vocatur, superum vero Adriaticum, ut diximus III. 10. Quæ abietes igitur ex Apennini ea parte, quæ ad Tyrrhenum mare protenditur, advehi solent, eæ dicuntur infernates. Quæ ab ea vero quæ vergit in Adriaticum, supernates nominantur. Vitruvius, II. 10. p. 36. 'Ideo infernates, quæ ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quæ ab opacis de supernatibus advehuntur.'

[w] *In Gallia, Jura*] Mss. omnes, *Juribus*, ut III. 5.

[x] *Vogeso*] *Le Mont de Vauge*, in Lotharingiæ Alsatiæque confinio. Ex eo amnis Mosella oritur.

[y] *In Corsica*] Corsicas arbores, inprimisque abietes laudat impensius Theophr. Hist. v. 9.

[z] *Æneatica*] Theophr. Αἰανική. Forte Αἰνιανικὴ, ab Ænianibus, quorum in regione mons Œta fuit, sylvis consitus, ubi sibi rogum Hercules struxit. De his egimus IV. 3.

[a] *Ramosæ*] Theophrasto *nodosæ*, ὀζώδη.

que facile. At cedrus[b] in Creta, Africa, Syria laudatissima. Cedri oleo[c] peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit. Junipero[d] eadem virtus, quæ cedro. Vasta hæc in Hispania, maximeque Vaccæis:[8][e] medulla ejus ubicumque solidior etiam, quam cedrus. Publicum omnium vitium vocant spiras,[f] ubi convolvere se venæ atque nodi. Inveniuntur in quibusdam, sicut in marmore, centra,[g] id est, duritia clavo similis, inimica serris. Et quædam[h] forte accidunt, lapide[9] comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo.

Megaris[i] diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultaverat. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo, cum arbor arma peperisset: quod succisæ accidit,[j] ocreis



2. 3. et recentt. *maximeque baccæ ejus* Gronov. *maximæque baccæ ejus* al. Vide Not. et Emend. n. 27. Mox, *medullæ vis ubicumque* cod. Dalec. Paulo post, *quam cedris* Chiffl.—9 'Cod. *accidunt in lapide.* Lego, *ut lapide*, e Theophr.

NOTÆ

[b] *At cedrus*] Hæc Plinius a Vitruvio II. 9. p. 35.

[c] *Cedri oleo*] Vitruvius, loc. cit. p. 34. 'Quemadmodum ex cupressu et pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur: quo reliquæ res cum sunt unctæ, uti etiam libri, a tineis et a carie non læduntur.'

[d] *Junipero*] Vitruv. loc. cit. 'Cedrus et juniperus easdem habent utilitates.'

[e] *Vaccæis*] Hispaniæ gens ea est, de qua III. 4. Vide Notas et Emend. num. 27.

[f] *Spiras*] Σπείρας quoque Theophr. vocat Hist. V. 3. convolutionem eam complurium orbium, quam neque nodum, inquit, neque crispitudinem merito dixeris: fabris longe molestior ea, difficiliorque tractatu, quam nodi.

[g] *Centra*] Græcam adhibuit vocem: nam κέντρα pariter a Theophr. appellantur hi duriores nodi, clavorum instar, in intima ligni parte, aut marmoris, aut gemmæ. Sic enim XXXVII. 39. inutilis scalpturæ sapphirus dicitur, intervenientibus crystallinis centris. Et c. 10. ejusdem libri, 'prædurum ac fragile centrum' in crystalli vitiis censetur.

[h] *Et quædam*] Alia centrorum in arboribus origo. Lapide nimirum inculcato, atque amplexu incrementi circum obducti demum occultato: vel alterius arboris, quæ in proximo fuerit, ramo in alterius ramum coagmentato. Theophr. loc. cit.

[i] *Megaris*] Et hæc a Theophr. loc. cit.

[j] *Quod succisæ accidit*] Cum a Pe-

galeisque intus repertis. Ferunt lapides ita inventos, ad continendos partus esse remedio.

(XL.) Amplissima arborum ad hoc ævi existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tiberius Cæsar in eodem ponte[k] naumachiario exposuerat advectam cum reliqua materie: duravit[10] ad Neronis principis amphitheatrum. Fuit autem trabs[11] e larice, longa pedes CXX. bipedali crassitudine æqualis.[12] Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen æstimantibus. Fuit memoria nostra et in porticibus septorum[l] a M. Agrippa relicta, æque miraculi causa, quæ diribitorio[m] superfuerat, XX. pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Abies admirationis præcipuæ visa est in navi, quæ ex Ægypto, Caii principis[n] jussu, obeliscum[o] in Vaticano circo statutum, quatuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum, adduxit: qua nave nihil admirabilius visum in mari certum est: CXX.[13] M. modium lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere lævo. Ibi namque[p] demersa est a Claudio principe, cum tribus molibus turrium altitu-



Hist. v. 3. *accedunt in ea* Chiffl.' *Dalec.*—10 Gronov. et al. vett. *duravitque.*—11 Cod. Dalec. *trabes.*—12 Vet. Dalec. *æquali.*—13 Chiffl. *CXXX.*—14 'Ita

NOTÆ

ricle vastata est Megaris, bello Peloponnesiaco, ut refert Diod. Sic. lib. XII.

k *In eodem ponte*] De quo jam dictum est c. 74. De Neronis amphitheatro dicetur XIX. 6.

l *Septorum*] *Septa* dictus est locus, quo populus conveniebat ad ferenda suffragia in Comitiis: qui locus ligneis primum cancellis, post marmoreis septus est. Inde nomen.

m *Diribitorio*] Locus fuit in quo censebantur milites, et stipendiis donabantur: a diribendo, hoc est, distribuendo dictus. Magnificum inprimis ædificium ab Agrippa inchoatum perfecit post ejus obitum Augustus. Vide Dionem, ad an. DCCLVII. lib. LV.


n *Caii principis*] Caligulæ.—'Quem Caligulam alii appellant, nunquam ita Plinius.' *Ed. sec.*

o *Obeliscum*] De quo dicemus lib. XXXVII. 15.

p *Ibi namque*] Sueton. in Claudio, c. 20. 'Portum Ostiæ exstruxit .... ubi navem demersit, qua magnus obeliscus ex Ægypto fuerat advectus,' &c.

dine in ea exædificatis ob iter[q] Puteolano pulvere, advectisque.[14] Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Vulgoque auditur LXXX. M. nummum[15 r] et pluris malos venumdari ad eos usus, rates vero connecti XL. H-S.[s] plerasque. At in Ægypto[t] et Syria[16] reges inopia abietis cedro ad classes feruntur usi. Maxima ea[u] in Cypro traditur, ad undeciremem Demetrii[v] succisa, centum triginta[w] pedum, crassitudinis[17] vero ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quædam et triginta homines ferunt.

Spississima,[x] ex omni materie, ideo et gravissima,[y] judica-



Mss. Reg. 2. et Ambrosian. 1. et 2. In Ms. Reg. 1. et editione principe aliisque conjunctim, *obiter*. Cll. Vulpius et Rezzonicus emendavere, *ob id ter*. Non displicet *ob iter*. Nempe cum ea navis esset Puteolis, ob iter, id est, pro saburra et onere, in ea ex pulvere Puteolano ædificatæ sunt tres moles, turrium altitudine; navisque perducta Ostiam demersa est.' *Brotier*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *ob idque Puteolano pulvere advecto*. Vid. XXXV. 45. *obiterque Puteolano, &c.* Gronov. Harduin. et recentt.—15 Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *LXXX. nummum;* Dalec. *octingentis nummis;* Chiffl. *octog. nummum;* Gronov. et al. vett. *octoginta nummorum*. Brotierio, tacito tamen, debetur lectio nostra. Mox, cod. Dalec. *mulos ad eos venundari usus*.—16 Cod. Dalec. *ac Syria*.—17 Cod. Dalec. *pedum longitudinis*.—18 Dalec.

NOTÆ

q *Ob iter* [*obiter*] Cum Puteolis navis ea transiret, Romamque contenderet. De Puteolano pulvere dicemus XXXV. 45.

r *LXXX.M.* [*LXXX.*] *nummum*] Ita Mss. omnes. Hoc est, octoginta nummum, sive sestertiorum millibus. Gallicæ monetæ libræ sunt octingentæ.

s *XL. H-S.*] Quadraginta sestertium millibus: seu libris Gallicis omnino quadringentis. Hoc pretio ex eo abietis genere connectebantur rates, *des radeaux*.

t *At in Ægypto*] Hæc a Theophr. Hist. v. 9. Sesostris Ægypti regis navigium cedrinum laudat Diodorus Sicul. Bibl. lib. I. p. 52. Fabricasse etiam Caligula dicitur de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, &c. Sueton. in Caio, c. 37.

u *Maxima ea*] Maxima cedrus. Theophr. loc. cit.

v *Demetrii*] Ejus qui Poliorcetæ cognomen adeptus est, Antigoni F.

w *Centum triginta*] Theophr. loc. cit. τρὶς καὶ δέκα ὀργυιῶν. Ergo unaquæque ὀργυία decem metitur pedes. Nempe major ὀργυία. De minore VIII. 16.

x *Spississima*] Hæc e Theophr. Hist. v. 4.

y *Ideo et gravissima*] Etiam cum utraque aruit. Theophr. Hist. I. 8.

tur ebenus, et buxus, graciles[18] natura: neutra in aquis[z] fluitat, nec suber, si dematur cortex: nec larix.[a] Ex reliquis siccissima[b] lotos, quæ Romæ ita[19] [c] appellatur. Deinde robur exalburnatum:[d] et huic nigricans color, magisque etiam cytiso, quæ proxime accedere ebenum[20] videtur. Quanquam[e] non desunt, qui Syriacas terebinthos nigriores affirment. Celebratur et Thericles[f] nomine, calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur[g] materies. Omnium hæc sola[21] [h] ungi vult, meliorque oleo fit. Colos mire adulteratur juglande ac piro sylvestri tinctis, atque in medicamine decoctis. Omnibus, quæ diximus, spissa firmitas. Ab his proxima[i] est cornus: quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum



buxus gracilis.—19 *Celtis* margo edd. Dalec. et Gronov.—20 Dalec. *ad ebenum.*—21 Cod. Dalec. *materies omnium. Hæc sola.*—22 Vet. Dalec. *modo*

NOTÆ

[z] *Neutra in aquis*] Ebenum decorticatam in aqua sidere, buxum cum ipso cortice demergi, ait Theophr.

[a] *Nec larix*] Vitruv. II. 9.

[b] *Ex reliquis siccissima*] Ita Mss. Theophr. loc. cit. τῶν δ' ἄλλων ὁ λωτὸς πυκνότατος, *spississima.* Sed de Africana.

[c] *Quæ Romæ ita*] Plinius supra c. 53. 'Lotos, sive faba Græca: quam Romæ a suavitate fructus .... loton appellant.'

[d] *Exalburnatum*] Demto alburno, seu torulo. *L'aubour.*

[e] *Quanquam*] Theophr. loc. cit.

[f] *Thericles*] Vixit is Aristophanis ætate, Theophrasto paulo antiquior. Videtur Plinius velle Thericlem τορνευτὴν, non figulum fuisse. Sed Araros apud Athen. lib. XI. p. 471. aperte fictorem figlinorum operum facit. Ὦ γαῖα κεραμῖτι, σ' ὁ Θηρικλῆς ποτε Ἔτευξε, κ. τ. λ. Theophr. ipse Hist. v. 4. et qui eum laudat Athen. loc. cit. p. 470. Thericlea aiunt ex terebintho vasa adeo affabre elaborata fuisse, ut a fictilibus discerni ægre possent. Non igitur ipse Thericles, aut certe diversus ab eo, e terebinthino ligno vasa tornavit: sed figlina, e nigra nempe terra, egregii nitoris. Hesychius: Θηρίκλειος, κύλικος εἶδος ἀπὸ Θηρικλέους κεραμέως. Quæ porro ad pocula ea proxime accederent, sive e ligno forent, sive ex argento, vitrove, Thericlea dicebantur. Suidas, Θηρίκλειον ποτήριον, ὑαλινὸν exponit.

[g] *Per quem probatur*] Torno, inquit, materiæ bonitas firmitasque agnoscitur, et coloris nitor. Ita Mss. omnes.

[h] *Omnium hæc sola*] Terebinthus sola perungi prius quam tornetur postulat: sic enim melior, nigriorque efficitur. Juglans et pirus, si decoquantur in colore nigro, quo tinguntur, referent terebinthi similitudinem.

[i] *Ab his proxima*] Theophr. Hist. v. 8. Ἰσχυρότατον δὲ καὶ ἡ κρανία.

non alio pæne,[j] quam ad radios rotarum, utile: aut si quid cuneandum[k] sit in ligno, clavisve figendum, ceu ferreis. Ilex item,[l] et oleaster, et olea, atque castanea, carpinus, populus. Hæc et crispa[m] aceris modo, si ulla[22] materies idonea esset[n] ramis sæpe deputatis: castratio illa est, adimitque vires. De cetero[o] plerisque eorum,[23] sed utique robori, tanta duritia est, ut terebrari nisi madefactum non queat, et ne sic quidem adactus avelli clavus. E diverso clavum non tenet cedrus. Mollissima[p] tilia: eadem videtur et calidissima: argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat.[q] Calidæ et morus,[24] [r] laurus, hedera, et omnes e quibus igniaria fiunt.



utilis, si ulla. Mox, alii ap. Dalec. *esset, sed ramis sæpe deputatis castratur illa, adimunturque vires;* vel, *sed ram. s. deputatis castratio illa adimit vires.* Vet. Dalec. *castratio nempe illa, &c.*—23 Chiffl. *horum.*—24 *Calidæ morus* cod. Dalec.

NOTÆ

j *Non alio pæne*] Sed et hastilia ex corno arbore facta Festus refert, quæ colurna ex eo dicerentur. Glossæ: Κρανία, δένδρον. *Colurnum, cornus.* Virgil. Georg. II. 396. 'Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.' Quæ ex corylo arbore, perperam, ut remur, Servius, aliique, qui sunt subsecuti, facta interpretantur. Maro Æneid. IX. 698. 'Volat Itala cornus.'

k *Si quid cuneandum*] Si quid findendum cuneo: is enim e corno fieri apte et utiliter potest. Cuneare, est ea quæ natura juncta sunt, per vim distrahere, ut ait Quintil. IV. 3. Et e corno clavi fiunt, qui ferreorum duritiem repræsentent.

l *Ilex item*] Theophr. Histor. III. 12.

m *Hæc et crispa*] Supra c. 51. 'Quorum crispa materies, ut acer, palma, populus.' An utrobique *opulus* legendum, cujus arboris meminit Columella passim?

n *Idonea esset*] Operibus intestinis: si rami sæpe deputarentur in arbore: sed castratio illa est, quæ ligno firmitatem duritiemque adimit.

o *De cetero*] Ex Theophr. Hist. V. 4. Σκληρότατα δὲ τὰ δρύϊνα . . . καὶ γὰρ ἀποβρέχουσι ταῦτα πρὸς τὴν τρύπησιν μαλάξεως χάριν.

p *Mollissima*] Theophr. loc. cit. totidem verbis.

q *Ascias retundat*] Indicio est, inquit, quod ferri aciem vehementer hebetet, et calore suo obtundat. Ascia ferreum instrumentum est, quo fabricæ materiæ perdolantur. *Une doloire.*

r *Calidæ et morus*] Theophr. loc. cit. Et de lauro Porphyrius quoque apud Euseb. lib. III. Præpar. p. 112. Ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτὸν, κ. τ. λ. Sed magis hoc hausit a Seneca Plinius, e libro scilicet Natur. Quæst. II. 22. p. 852. 'Duobus modis,' inquit, 'apud nos fit ignis: uno, si excitatur, sicut ex lapide percusso: altero, si attritu invenitur, sicut cum duo

LXXVII. Exploratorum hoc usus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excudendum [1] ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo [a] lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi vel foliorum facillimo conceptu.[2] Sed nihil hedera præstantius quæ teratur, lauro quæ terat.[3] Probatur et vitis sylvestris, alia quam labrusca,[b] et ipsa hederæ modo arborem scandens. Frigidissima [c] quæcumque aquatica: lentissima [d] autem, et ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, clauditque suum vulnus, et ob id contumacius transmittit [4] ferrum: in quo sunt genere fici, salix, tilia, betulla, sambucus, populus utraque. Levissima [e] ex his ficus et salix, ideoque utilissimæ. Omnes autem ad cistas,[5] quæque flexili crate [f] constant. Habent et candorem, rigoremque,[g] et in sculpturis facilitatem. Est lentitia [h] platano, sed madida, sicut alno. Siccior eadem

CAP. LXXVII. 1 Cod. Dalec. *excutiendum;* Chiffl. *excludendum;* alii ap. Dalec. *extundendum.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *facillime conceptum* Gronov. et al. ante Harduin. *facillime concipientium* Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *teratur lauro, laurumque terat.* Vid. Theophr. Hist. Plant. v. 10.—4 Cod. Dalec. *transmittunt ferrum.* Mox, in eodem, *ut salix, tilia, &c.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Omnes autem etiam ad cistas* Gronov. et edd. vett. *ideoque utilissi-*

NOTÆ

ligna inter se diutius trita sunt. Non omnis hoc tibi materia præstabit, sed idonea eliciendis ignibus: sicut laurus, hederæ, et alia in hunc usum nota pastoribus.'

[a] *Teritur ergo*] Theophr. Hist. v. 10. Et hoc solerter faciunt hodie Canadenses.

[b] *Alia quam labrusca*] Vitis illius appellatio propria, apud Theophr. loc. cit. *ἀθραγένη. Πυρεῖον δέ φασιν,* inquit, *ἄριστον μὲν ἐκ τῆς ἀθραγένης καλουμένης ὑπό τινων. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ δένδρον ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, καὶ τῇ οἰνάνθῃ τῇ ἀγρίᾳ· ὥσπερ ἐκεῖνα γὰρ καὶ τοῦτο ἀναβαίνει πρὸς τὰ δένδρα.*

[c] *Frigidissima*] Theophr. Hist. v. 4.

[d] *Lentissima*] Theophr. loc. cit. totidem ferme verbis.

[e] *Levissima*] Theophr. *μανὰ δὲ τὰ ἄκτινα, καὶ τὰ σύκινα.*

[f] *Flexili crate*] Et ad ea quæ vimine flexili texuntur, ut crates.

[g] *Rigoremque*] Hoc est, non pandantur, non flectunt se, torquentve.

[h] *Est lentitia*] Obsequens natura quo libeat flecti. Theophr. loc. cit. *Τὸ δὲ τῆς πλατάνου γλισχρότητα μὲν ἔχει· φύσει δὲ ὑγρότερον τοῦτο καὶ τὸ τῆς πτελέας, sicut ulmo.* Quare an ita scribendum et in Pliniano quoque contextu, facili transitu characterum *a* in *u*, amplius cogitandum. Et Hist. v. 8. lentitiam cum firmitate, *γλισ-*

ulmo, fraxino, moro: ceraso, sed ponderosior. Rigorem fortissime[i] servat ulmus: ob id cardinibus, crassamentisque[6][j] portarum utilissima, quoniam minime torquetur: permutanda tantum[k] sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. Palmæ est mollis, et suberis, materies:[l] spissæ[7] et malus, pyrusque: necnon acer, sed fragile:[8] et quæcumque crispa.[m] In omnibus[n] sylvestria et

ma: omnes autem ad cistas Nic. Heins. Adv. III. 1. p. 400.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *assamentisque* Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *palmæ est mollis, et suberis: spissæ* Gronov. et al.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fragiles* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

χρότητα καὶ ἰσχὺν platano attribuit, moro, fraxino, ulmo: sed deteriore conditione platani, quod celeriter ea computrescit.

[i] *Rigorem fortissime*] Non flectit se, non cedit ponderi, non torquetur ulmus, ἔστι δὲ καὶ ἀστραβέστατον τὸ τῆς πτελέας, inquit Theophr. Hist. v. 4. Et Vitruvius II. 9. p. 34. 'Ulmus vero, et fraxinus maximos habent humores, minimumque aëris et ignis . . . Sunt in operibus, cum fabricantur, lentæ: et sub pondere, propter humoris abundantiam, non habent rigorem, sed celeriter pandant. Simul autem vetustate sunt aridæ factæ, aut in agro perfectæ, qui in eis inest liquor stantibus emoritur, fiuntque duriores: et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.'

[j] *Crassamentisque*] Hoc est, crassioribus portarum coagmentationibus. Sic porro Mss. omnes, Reg. Colbert. Th. Chiffl. Paris. &c.

[k] *Permutanda tantum*] Dum bina cardinum tigna coassantur, ita contrario sunt disponenda situ, ut arboris cacumen spectet inferius, superius vero radix: sic enim inter se coarctata, alterum alterius impetum cohibebit: alioqui totum flecteretur lignum, et contorqueretur. Ita fere Theophr. Hist. v. 4. Ποιοῦσι δὲ αὐτοὺς (τοὺς στροφεῖς τῶν θυρῶν) ἔμπαλιν τιθέντες τὰ ξύλα· τό τε ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ φύλλου ἄνω.

[l] *Palmæ est mollis, et suberis materies*] Ita Reg. 2. cod. In Reg. 2. *Palma mitis.* Theophr. loc. cit. Palma levis, tractatu facilis, mollisque est, quemadmodum suber: Ὁ δὲ φοῖνιξ κοῦφος καὶ εὔεργος, καὶ μαλακὸς, ὥσπερ ὁ φελλός.

[m] *Et quæcumque crispa*] Crispa, inquit, materie pariter spissa sunt, ut acer. Theophr. loc. cit. Πυκνὸν δὲ καὶ ἡ σφένδαμνος, καὶ ὅλως πάντα τὰ οὖλα.

[n] *In omnibus*] In omni, inquit, arborum genere et sylvestres et masculæ, dotes eas habent, quas retulimus, potiore cum laude, quam urbanæ et fœminæ. Sunt enim spissiores, duriores, robustiores. Theophr. Hist. v. 5. Ἅπαντα δὲ τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων, καὶ τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν, πυκνότερά τε καὶ σκληρότερα, καὶ βαρύτερα, καὶ τὸ ὅλον ἰσχυρότερα . . . ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πᾶν, καὶ τὰ ἀκαρπότερα τῶν καρπίμων, καὶ τὰ χείρω τῶν καλλικαρποτέρων· εἰ μὴ τοῦ καρ-

mascula differentias cujusque generis augent. Et infœcunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus, et cornus.

LXXVIII. Cariem[o] vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus, lotos, buxus,[1] taxus, juniperus, oleaster, et olea: ex reliquis tardissime larix,[2 p] robur, suber, castanea, juglans.[3 q] Rimam[r] fissuramque non[4] capit sponte cedrus, cupressus, olea, buxus.

LXXIX. Maxime æterna putant[a] ebenum, et cupressum, cedrumque, claro de omnibus materiis judicio[1] in templo Ephesiæ Dianæ: utpote cum tota Asia exstruente quadringentis[2 b] annis peractum sit. Convenit tectum[c] ejus

CAP. LXXVIII. 1 Ita cod. Dalec. et al. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *buxum* Gronov. et al.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pinus*, e Theophr. —3 'Hæc videntur jungenda. Nihil enim hic habet Theophrastus de juglande; sed de castanea. Plinius infra cap. 81. juglandem pro castanea usurpat.' *Brotier.*—4 Vox *non* deest in cod. Chiffl. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *olea.* *Buxum maxime æternam putant, ebenum et cupressum.*

CAP. LXXIX. 1 Cod. Dalec. *de omnibus indicio.*—2 Margo edd. Dalec. et

NOTÆ

πιμώτερον τὸ ἄῤῥεν, ὥσπερ ἄλλα τέ φασι, καὶ τὴν κυπάριττον, καὶ τὴν κρανίαν. Quæ Plinius summa fide reddidit.

[o] *Cariem*] Theophr. loc. cit.

[p] *Larix*] Theophrasto, πεύκη.

[q] *Castanea, juglans*] Vide Notas et Emend. num. 28.

[r] *Rimam*] In Indice, *Quæ cariem non sentiant, quæ rimam.*

[a] *Maxime æterna putant*] Vide Notas et Emend. num. 29.

[b] *Quadringentis*] Quot nimirum anni fluxere ab Alexandri principatu ad illud tempus quo Plinius hæc scriberet. Id enim templum intelligit, quod cum ea nocte conflagrasset, Herostrato subjiciente ignes, qua ipse Alexander in lucem editus est, ipsius Alexandri ætate denuo est excitatum, perfectumque annis ducentis et viginti, ut dicetur XXXVI. 21. sed aliis deinceps atque aliis per ducentos fere annos ornamentis amplificatum. Potest et altera hujus loci interpretatio subjici, et mea quidem sententia haud paulo accommodatior: judicium nempe Asiæ totius exstruentis de perennitate materiarum, quadringentorum denique annorum experimento peractum esse: ut postea de earum æternitate reliquus nullus sit disceptandi locus.—' *Quadringentis*] Quot nimirum anni fluxere ab Alexandri principatu ad illud tempus, quo Plinius hæc scriberet, hoc est, usque ad A. U. C. DCCCXXX. Ergo anno Urbis CCCCXXX. docet cœptum exstrui templum Ephesinum a tota Asia, hoc est, eo anno quo vicit Darium Alexander: perfectumque annis ducentis et viginti, ut dicetur XXXVI. 21. Judicium vero Asiæ totius exstruentis de perennitate materiarum, quadringentorum denique

esse e cedrinis[3] trabibus. De ipso simulacro Deæ ambigitur: ceteri ex ebeno[d] esse tradunt. Mucianus ter consul, ex his qui proxime viso eo scripsere, vitigineum,[e] et nunquam mutatum septies restituto templo. Hanc materiam elegisse Endyon:[4] [f] etiam nomen artificis nuncupans: quod



Gronov. *ducentis viginti.*—3 Cod. Dalec. *esse cedrinis,* omissa præpositione.—4 'Corrupte codd. Regg. *eandem con.* Sine auctoritate recentiores editiones, *Pandemion.* Artifex ille ab Athenagora in Legatione pro Christianis, p. 17. appellatur Ἐνδυὸς, *Endyus,* discipulus Dædali.' *Brotier.* *Pandemion* e conjectura Harduinus, eumque secuti recentt. *Demonicon* Salmas. in Solin. pag.

NOTÆ

annorum experimento peractum esse: ut postea de earum æternitate reliquus nullus sit disceptandi locus. Templum Dianæ a communi Asiæ fuisse exstructum testatur Domitiani Aug. nummus ex ære mediocri: ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟϹ. Capite laureato. .)(. Supra ΕΦΕϹΙΩΝ. Infra ΜΑΡΝΑϹ. Dea capite turrito decumbit, provincia scilicet, imponit templo dextram, qua tenet arundinem: retro, serpens, Asiæ symbolum; et ex urna profluens aqua, ut videtur. Cave autem hic ΜΑΡΝΑϹ vocem aliquam unam esse, aut Dei Marnæ nomen. Lege: Μεγάλης 'Αρτέμιδος Ναὸν 'Ασία Συνέκτισεν, *Magnæ Dianæ templum Asia simul condidit.* Hæc *magna Diana Ephesiorum* in Actis est, c. 19. Μεγάλη Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Similiter in nummo Hadriani ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. .)(. In templo duobus columnis ornato, stant dextrorsum Diana cum arcu, et veste succincta: sinistrorsum Apollo cum arcu similiter. Hinc ΓΑΖΑ: inde ΜΑΡΝΑ: Cave, inquam, cuiquam hic quoque credas, esse Marnam Jovem: cum id pictura neget; et ipse titulus, cujus hæc sententia est, Μεγάλη ἌΡτεμις, Νεβροχαρὴς Ἀπόλλων, *Magna Diana, hinnulis gaudens Apollo*: quæ duo sola scilicet in nummo sunt insculpta, ob venationem cervinam in eo tractu celebratissimam, cui præesse hæc duo numina veteres credidere. Propterea lib. I. Epigr. tit. 'Υμνείω Παῶνα, μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα, Νεβροχαρὴς Apollo vocatur. In imo numismate literæ sunt Ε ΕΠΙ Δ *qp*: quas alibi dudum exposuimus. Est hic nummus ex ære magno in Thesauro regio. Denique nummum affert ex ære minimo Seguinus p. 63. cum Deæ vultu, et epigraphe ΑΡΤ ΣΕΒΑ. In altera parte cervus est sine inscriptione. Legendum pronuntiat ΑΡΤεμις ΣΕΒαστή: et Dianam Augustam appellari Liviam censet. At si Livia foret, de nomine certe Livia diceretur: ut in nummo ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ, *Liviam Junonem.* Nec matronam decet jam ætate provectam venatu delectari, quam cervus hic pictus designat: nec proinde conveniens erat, Augustam Dianam appellari. Lege, 'ΑΡτεμιν Τρίμορφον ΣΕΒάζεται 'Ασία, *Dianam triformem Asia veneratur.*' Ed. sec.

c *Convenit tectum*] Vitruvius II. 9. p. 35.

d *Ceteri ex ebeno*] Vitruv. loc. cit. e cedro.

e *Vitigineum*] Ex vite. Ita libri omnes.

f *Endyon*] Vide Notas et Emend. num. 30.

equidem miror, cum antiquiorem Minerva[g] quoque, non modo Libero patre, vetustatem ei tribuat.[5] Adjicit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatque juncturas, quas et ipsas esse modico[h] admodum miror. Valvas esse[i] e cupresso, et jam quadringentis prope annis durare materiem[6] omnem novæ similem. Id quoque[7] notandum, valvas in glutinis compage[j] quadriennio fuisse. Cupressus in eas[8][k] electa, quoniam præter cetera uno in genere materiæ nitor maxime valeat æternus. Nonne simulacrum Vejovis[9][l] in arce[m] e cupresso durat, a condita Urbe DCLXI.[n] anno dicatum? Memorabile et Uticæ templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum[o] trabes du-



316. *Cometiam* codd. Dalec. et Chiffl. *elegisse eandem, Canetiam nomen, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Cod. Dalec. *vetustatem attribuat;* Vet. Dalec. *tribuant;* margo edd. Dalec. et Gronov. *cum antiquior, &c. vetustas Mentori tribuat.*—6 Chiffl. *materiam.*—7 *Idque* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—8 *Cupressus inter eas* cod. Dalec.—9 *Jovis* cod. Dalec. et Vet. ejusdem. Mox, *a condita U. sexcentesimo sexagesimo* Vet. Dalec. *a c. U. DLI.* Gronov. et al.

NOTÆ

[g] *Cum antiquiorem Minerva*] Quæ parens artium habita semper fuit: atque adeo artifice quolibet vetustior. Ἀεροβατεῖ qui cœlo lapsum hoc simulacrum innui modo a Plinio putat, ut Exercitator in Solin. p. 816.

[h] *Modico*] Cum sit modicum simulacrum, qui possunt esse in eo juncturæ, quæ vel in maximis vix ullæ sunt? Iterum hic Muciani fidem elevat.

[i] *Valvas esse*] Vide Notas et Emend. num. 31.

[j] *In glutinis compage*] Valvæ, inquit, compactæ et conglutinatæ, priusquam affixæ sunt, aptatæque foribus, quadriennio toto sub dio relictæ, ut ligni humor omnis efflueret. Et hoc Plinius a Muciano.

[k] *Cupressus in eas*] Theophr. Hist. v. 5.

Vejovis] Gellius v. 12. p. 337. 'Cum Jovem igitur et Dijovem a juvando nominassent, eum quoque contra Deum, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet, (nam Deos quosdam, ut prodessent, celebrabant, quosdam, ne obessent, placabant,) Vejovem appellaverunt, demta atque detracta juvandi facultate .... Simulacrum igitur Dei Vejovis, quod in æde est, de qua supra dixi, sagittas tenet, quæ sunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt,' &c. De Vejovis vocabulo, vide et Ovid. Fast. III. 445.

[m] *In arce*] In æde, quæ inter arcem et Capitolium. Gellius loc. cit. pag. 336. Sic P. Victor, in regione octava Urbis Romæ: 'Ædes Vejovis inter arcem et Capitolium, prope asylum.'

[n] *DCLXI.*] Ita Reg. 1. 2. Colb. aliique. In Th. *DLI.*

[o] *Numidicarum cedrorum*] Vide Notas et Emend. num. 32.

rant, ita ut positæ fuere prima urbis ejus origine, annis MCLXXXIX.[10] [p] Et in Hispania Sagunti aiunt templum Dianæ a Zacyntho advectæ cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Trojæ, ut auctor est Bocchus, infraque oppidum ipsum id haberi.[11] Cui pepercit religione inductus Hannibal, juniperi trabibus etiam nunc durantibus. Super omnia memoratur ædes in Aulide ejusdem Deæ, sæculis aliquot ante Trojanum bellum exædificata: quonam genere [q] materiæ scientia obliterata. In plenum dici potest,[r] utique quæ odore præcellant, ea [12] æternitate præstare.

A prædictis [s] morus proxime laudatur, quæ vetustate etiam nigrescit. Et quædam tamen in aliis diuturniora sunt usibus quam alia. Ulmus in perflatu [t] firma, robur [u] defossum, et in aquis quercus obruta.[13] Eadem supra terram rimosa facit opera, torquendo sese. Larix in humore [v]



vett.—10 Ita cod. Reg. 2. *annis MCLXXVIII.* omnes codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *annis mille centum octoginta octo* Gronov. et al. vett.—11 Chiffl. *infra ipsum oppidum id habente.*—12 Chiffl. *dici par est, &c. eas.*—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quercus de-*

NOTÆ

[p] *MCLXXXIX.* [*MCLXXVIII.*] Ita Mss. omnes, recte: non, ut editi, *MCLXXXVIII.* Cum porro hæc Plinius scripserit anno ab U. C. DCCCXXX. Uticam necesse est conditam fuisse ante Urbis Romæ originem annis CCCXLVIII. quo nempe anno Samuel Hebraici populi curam capessivit: quo tempore exclusi Peloponneso ab Heraclidis Orestis liberi, ut notat Velleius I. 2. 'Tyria classis .... Gades condidit. Ab iisdem post paucos annos in Africa Utica condita est. Exclusi ab Heraclidis Orestis liberi,' &c. Anno fere a Troja capta octogesimo.

[q] *Quonam genere*] Sic libri editi, et Mss. Reg. &c.

[r] *In plenum dici potest*] Sic Mss. Reg. Colb. &c. non *dici par est*, ut vult Salmas. p. 42. in Solin. Hæc vox, *in plenum*, summatim, universe, omnino, sonat.

[s] *A prædictis*] Hoc est, post prædictas: cedrum, ebenum, cupressum. Acceptum hoc a Theophr. Hist. v. 5.

[t] *Ulmus in perflatu*] Si ad ea opera adhibetur, quæ aëri pateant, eoque perflentur. Theophr. Πτελέα μὲν ἐν τῷ ἀέρι ἀσαπής.

[u] *Robur*] Δρῦς δὲ κατορυττομένῃ, καὶ ἐν ὕδατι καταβρεχομένῃ. Theophr. loc. cit. Et de quercu, Pallad. lib. XII. in Novemb. tit. 15. p. 173.

[v] *Larix in humore*] In aquis, ad palationes et fundamenta: vel ad naves.

præcipua, et alnus [14] nigra.[w] Robur marina [x] aqua corrumpitur. Non improbatur et fagus in aqua, et juglans :[y] hæ quidem in his, quæ defodiuntur, vel principales. Item juniperus : eadem et subdialibus [z] aptissima. Fagus et cerrus [a] celeriter marcescunt. Æsculus quoque humoris impatiens. Contra adacta in terram in palustribus [15] alnus æterna,[b] onerisque quantilibet patiens : cerasus firma : ulmus et fraxinus [c] lentæ, sed facile pandantur : flexiles tamen, stantesque a circumcisura [d] siccatæ fideliores. Laricem [e] in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt: omniaque, præterquam oleastrum et oleam. Quædam enim in mari, quædam in terra vitiis opportuniora.



fossa, et aquis obruta, e Theophr.—14 Vet. Dalec. *et populus.*—15 Cod. Dalec. *impatiens : contra adacta in terra. In plaustribus.*

NOTÆ

[w] *Alnus nigra*] Vitruvius de ea arbore magnifice, II. 9. p. 34. 'Alnus autem,' inquit, 'quæ proxime fluminum ripis procreatur, et minime materies utilis videtur, habet in se egregias rationes : etenim .... in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebre fixa, recipiens in se quod minus habet liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, et sustinet immania pondera structuræ, et sine vitiis conservat. Ita quæ non potest extra terram paulum tempus durare, ea in humore obruta, permanet ad diuturnitatem,' &c. Palladius, loc. cit. 'Alnus fabricæ inutilis, sed necessaria, si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus est.'

[x] *Robur marina*] Theophr. loc. cit. Δρῦς ἐν τῇ θαλάττῃ σήπεται.

[y] *Et fagus .... et juglans*] Aliunde hoc, quam a Theophr. qui nec fago nec juglandi hanc dotem adjudicat, sed ὀξύᾳ et καρύᾳ εὐβοϊκῇ, hoc est, cerro et castaneæ.

[z] *Subdialibus*] Ad ea opera, quæ sub dio sunt.

[a] *Fagus et cerrus*] Vitruvius loc. cit. p. 34. 'Cerrus, suber, fagus, quod parvam habent mixtionem humoris, et ignis et terreni aëris plurimum, pervia raritate humores penitus recipiendo, celeriter marcescunt.' Palladius, in Novembri, tit. 15. 'Fagus in sicco utilis, humore corrumpitur.'

[b] *Alnus æterna*] Vitruvius, et Palladius locis paulo ante allatis.

[c] *Ulmus et fraxinus*] Ex Vitruvio, loco a nobis sup. laudato. Pallad. loc. cit. breviter : 'Ulmus et fraxinus, si siccentur, rigescunt : ante curvabiles.'

[d] *A circumcisura*] Postquam circumsectæ sunt, eo quo dictum est modo c. 74. *Fideliores* autem firmiores in opere interpretor, hoc est, quæ haud facile pandentur : cui vitio obnoxias esse ulmum et fraxinum, dictum est proxime.

[e] *Laricem*] Πεύκην Theophrastus, quæ Plinio, ut diximus, semper est larix.

LXXX. (XLI.) Infestantium[f] quatuor genera. Teredines[g] capite ad portionem gravissimo:[1] rodunt dentibus. Hæ tantum in mari sentiuntur: nec aliam putant[h] teredinem proprie dici. Terrestres, tineas vocant: culicibus vero similes, thripas.[i] Quartum est et e vermiculorum genere:[2] et eorum alii[3][j] putrescente succo ipsa materie: alii pariuntur, sicut in arboribus, ex eo qui cerastes vocatur. Cum tantum eroserit, ut circumagat se, generat alium. Hæc[k] nasci prohibet[4] in aliis amaritudo, ut cupresso: in aliis[5] duritia, ut buxo. Tradunt[l] et abietem circa germinationes decorticatam, qua diximus[m] Luna, aquis non corrumpi. Alexandri Magni comites prodiderunt, in Tylo[n] Rubri maris insula arbores esse, ex quibus naves fierent: quas CC. annis[6][o] durantes inventas: et si mergerentur, incorruptas.

CAP. LXXX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *magno*, e Theophr. cap. 5.—2 *Quartum est et vermic. genus* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *quorum quidem alii* Gronov. et vulgg. Paulo post, cod. Dalec. *arboribus de eo, qui cerastæ vocantur, cum tantum eroserint ut circumagant se, generant alium.*—4 Cod. Dalec. *prohibent.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ut cupresso: aliis*, omissa præpositione, Gronov. et al. vett.—6 Cod. Dalec. *quasi CC. annis.*—7 Margo

NOTÆ

[f] *Infestantium*] Quæ hoc cap. continentur, ad verbum expressa fere e Theophr. Hist. v. 5.

[g] *Teredines*] Τερηδόνες Theophr. Sunt eæ capite pro portione corporis grandissimo: τῷ μὲν μεγέθει μικρὸν, κεφαλὴν δ' ἔχει μεγάλην, καὶ ὀδόντας.

[h] *Nec aliam putant*] Hæc sane Theophrasti sententia loc. cit. Plinius tamen VIII. 74. et ad terrestres id vocabulum transtulit, cum Servii Tullii prætextas dixit teredinum non sensisse injurias annis DLX. Et Apsyrto τερηδόνες sunt equorum lumbrici. Vide Constant. in Lexic.

[i] *Thripas*] Θρίπας, Theophr.

[j] *Et eorum alii*] Vermium, inquit, quibus lignum eroditur, alii ex ipsa materie fiunt, putrescente succo, ἐκ τῆς οἰκείας σήψεως, inquit Theophr. Alii a vermiculis aliis pariuntur, οἱ δ' ἐκ τικτόντων ἑτέρων. Pariunt enim vel in cæsa materie vermes, quemadmodum in ipsa arbore is qui κεράστης, hoc est, cornutus, appellatur: qui cum tantum corroserit, ut circumagere se commode possit, tum gignit alium. Sic Theophr. loc. cit. In fico præsertim nasci cerasten dicetur XVII. 37.

[k] *Hæc*] Omnia nempe hæc vermium infestantium genera.

[l] *Tradunt*] Theophr. loc. cit. Φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην φλοισθεῖσαν ὑπὸ τὴν βλάστησιν ἀσαπῆ διαμένειν ἐν τῷ ὕδατι.

[m] *Qua diximus*] Cap. 74.

[n] *In Tylo*] Ex Theophr. Hist. v. 6.

[o] *Quas CC. annis*] Quas arbores, per annos ducentos in aquis obrutas, omnis noxiæ expertes invenere, in-

In eadem [p] esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium [q] tigrium maculis, ponderosum: et cum in spissiora [r] decidat, vitri modo fragilem.[7]

LXXXI. (XLII.) Apud nos materiæ finduntur aliquæ sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari jubent,[a] ut afflatus non noceant. Pondus sustinere validæ,[1] abies, larix,[b] etiam in transversum positæ. Robur, olea, incurvantur ceduntque [2] ponderi. Illæ renituntur, nec temere rumpuntur: priusque carie quam viribus deficiunt. Et palmæ arbor valida:[c] in diversum [d] enim curvatur: et populus.[e] Cetera omnia inferiora pandantur:[f] palma e contrario fornicatim.[3] [g] Pinus et cupressus adversus cariem

edd. Dalec. et Gronov. *et cum in solidiora incutitur, fictilium modo fragilem.* Cod. Dalec. *et c. in s. decidit, &c.*

CAP. LXXXI. 1 Alii ap. Dalec. *valide.* Mox, pro *larix*, margo edd. Dalec. et Gronov. *pinus*, e Theophr.—2 Cod. Dalec. *incurvatur, ceditque;* Chiffl. *incurvant, &c.*—3 Ita Harduin. 1. et Bipont. *Et palma, &c.* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Et palmæ arbor invalida: in diversum enim curvatur. At populus contra omnia inferiora pandatur; palmæ contrario fornicatur* Gronov. et al. vett. *valida* cod. Dalec. *curvatur et populus. Contra, &c.* cod. Dalec. et Parm. '*Curvatur: et populus* libri omnes scripti et editi. Forte tamen *et populus* redundat. De populo enim nihil habet Theophrastus, Hist. Plant. v. 7. quem Plinius hic

NOTÆ

quit Theophr. loc. cit. Διαμένει γὰρ ξύλον ἔτη πλείω ἢ διακόσια καταβυθιζόμενον.

p *In eadem*] Theophrasto loc. cit.

q *Varium*] Colorum varietate tigrium maculosæ pelli assimilem.

r *Cum in spissiora*] Cum in solidiora corpora aut sponte deciderit, aut quis de industria projecerit. Theophr. Ὅταν δέ τις ῥίψῃ πρὸς στερεώτερον τόπον, κατάγνυσθαι, καθάπερ τὰ κεράμια, fictilium modo.

a *Siccari jubent*] Materias, sive arbores: ne aëre perflante findantur. Fimum bubulum adhibet Theophr. Hist. v. 7.

b *Abies, larix*] Theophr. loc. cit. Βάρος δὲ ἐνεγκεῖν ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἐλάτη, καὶ ἡ πεύκη. Plinio rursum πεύκη, larix. Porro hellenismus est, *validæ sustinere*, pro *sustinent valide.*

c *Arbor valida*] Vide Notas et Emend. num. 33.

d *In diversum*] Contra quam ceteræ arbores: nam eæ in inferiora curvantur: palma se fornicatim flectit.

e *Et populus*] Vide Notas et Emend. num. 34.

f *Pandantur*] Curvantur, ceduntque ponderi. Plinius XI. 10. de apibus: 'Totæque onustæ remeant sarcina pandatæ.'

g *Fornicatim*] Fornicis in morem sursum versus curvatur. Plinius XI. 10. 'Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a solo fornicatis.' Et 'fornicatio' Vitruvio nota et Senecæ vox est.

tineasque firmissimæ. Facile pandatur juglans:[h] fiunt enim et ex ea trabes. Frangi se[4] prænuntiat strepitu:[i] quod in Antandro[j] accidit, cum e balneis territi sono profugerunt. Pinus, piceæ, alni, ad aquarum ductus in tubos cavantur.[5] Obrutæ terra plurimis durant annis. Eædem, si non integantur, cito senescunt: mirum in modum[6] fortiores, si humor extra quoque supersit.

LXXXII. Firmissima in rectum[1][k] abies. Eadem valvarum paginis,[2][l] et ad quæcumque libeat intestina[m] opera aptissima, sive Græco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere spectabilis: ramentorum[n] crinibus, pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinæ raptus.[3] Eadem et curribus[4] maxime sociabilis glutino, in tantum, ut findatur ante,[o] qua solida est.



exscribit.' *Brotier. fornicatim* cod. Dalec. *ex contr. fornicatim* Chiffl.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *Frangique se* Gronov. et vulgg. Mox, *quod et in Andro* cod. Dalec. *quod in Andro* Chiffl.—5 Cod. Dalec. *ductus intus cavantur;* Vet. Dalec. *ductus in stubos cavantur.*—6 Cod. Dalec. *miro modo.*

Cap. LXXXII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Firmissima intra tectum* cod. Dalec. *Firmissima ad tectum* Gronov. et vulgg.—2 'Ita codd. Regg. 1. 2. In Editione principe aliisque, *repagulis.* At recte dicuntur valvarum paginæ. Alia sunt repagula, quibus valvæ clauduntur, aut obserantur.' *Brotier. paginis* etiam Chiffl. *repagulis* Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 Ita cod. Reg. 2. *runcinarum raptus* edd. ante Brotier.—4 Cod. Dalec. *currulis;* alius codex ejusdem, *currulibus.* Mox, Chiffl. *ante, quam solida est.*

NOTÆ

[h] *Juglans*] Non juglandem Theophrastus, loc. cit. sed castaneam dixit, καρύαν Εὐβοϊκήν. Verum ea vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. num. 28.

[i] *Strepitu*] *Crepitu, ψόφῳ,* Theophr. Hist. v. 7.

[j] *In Antandro*] Theophr. loc. cit. de castaneæ materie, trabibusque, ut diximus, non juglandis. In Mss. *in Andro.* At Theophr. ἐν Ἀντάνδρῳ.

[k] *Firmissima in rectum*] Si recta statuatur. Vide Notas et Emend. num. 35.

[l] *Valvarum paginis* [*repagulis*] In Mss. omnibus, *valvarum paginis:* haud pœnitenda lectione: videntur enim paginæ valvarum appellari asseres, quibus ipsæ compinguntur, coagmentanturque, ac veluti compaginantur valvæ.

[m] *Intestina*] De his c. 76.

[n] *Ramentorum*] Ramenta, inquit, abietis, dum singuli runcinæ ictus rapiunt, raduntque, ea tum convolvuntur in modum crinium, et in orbem, instar tortilis pampini, hoc est, claviculæ vitium. Runcina instrumentum est ferreum, quo ligna aspera lignarii fabri lævigant: *le Rabot.*

LXXXIII. (XLIII.) Magna autem et glutini ratio,[1] propter ea quæ sectilibus laminis,[a] ac in alio [2] genere [b] operiuntur. Stamineam in hoc usu [c] probant venam, et vocant ferulaceam,[3] [d] argumento similitudinis, quoniam lacunosa et crispa, in omni genere, glutinum abdicat. Quædam et inter se [4] et cum aliis insociabilia glutino, sicut robur: nec fere [5] cohærent, nisi similia [e] natura: ut si quis [f] lapidem

CAP. LXXXIII. 1 Chiffl. *glutinatio.*—2 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Nihil ergo mutaverim in hoc optimorum librorum consensu. Nec satis certa grammaticorum observatio, *ac* non poni ante vocalem.' *Brotier. aut in alio* Dalec.—3 'Ita appellatur hæc vena, ob quandam cum caule ferulaceo similitudinem. Male eruditus Harduinus, *feruleam.*' Brotier. Harduinum secuti sunt recentt. *fertilem* Gronov. et al. ante Harduin.—4 'Ita Ms. Reg. 1. totidem literis, vero optimoque sensu. Perperam in recentioribus editionibus emendatum: *quoniam laciniose crispa, in omni genere. Et glutinum abdicant quædam, et inter se, &c.* Nunquam dixit Plinius, *glutinum abdicant . . . insociabilia glutino.*' Brotier. *lacunose* Chiffl. *lacunosa et crispa in omni genere glutinum abdicat. Quædam inter se* etiam cod. Dalec. *lacrymose crispa. In omni genere et glutinum abdicant quædam, et inter se* Gronov. et vulgg. *laciniose crispa, in omni genere. Et glutinum abdicant quædam, et inter se* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 *Sed nec fere* Gronov. et vulgg. *Sed* deest in cod. Dalec. et edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, duo codd. Dalec. *ut sicut*

NOTÆ

Pampinum pro clavicula, capreoloque vitis accipi monuimus c. 63.

[r] *Ut findatur ante*] Ante, inquit, sociata glutino materies, ea parte findetur qua solida est, quam qua agglutinatur. Nunquam enim dissociatur, quod semel glutinatum sit: οὐδὲ γὰρ ὅλως οὐδὲ ῥήγνυσθαί φασιν, ἐὰν κολληθῇ. Theophr. Hist. v. 7.

[a] *Sectilibus laminis*] E pretiosiore maxime ligno: ut, exempli gratia, e citro. Sectiles laminæ a nostris vulgo appellantur *Pieces de rapport:* mensæ, pavimenta, ceteraque, quæ his operiuntur, *Ouvrages de marqueterie.*

[b] *In alio genere*] In alio genere ligni ac materiei: cum diversi generis ligna socianda sunt, et conglutinanda. Sed præterea et secamenta testudinum signari hoc loco a Plinio cum Dalecampio arbitramur. Vide cap. seq.

[c] *Stamineam in hoc usu*] In eo ligno quod cum altero sociandum est, stamine amaxime vena deligitur, hoc est, rectissima, longissimaque, instar staminis: *la maîtresse veine.*

[d] *Ferulaceam* [*feruleam*] Ob similitudinem cum caule ferulaceo: crispa nimirum vena, et in tenues veluti scissa lacinias, ut sunt ferulæ folia: quod in omni arborum genere evenit. Sic plantaginis 'laciniosa folia' Plinius appellat XXV. 77. Vide Notas et Emend. num. 36. Ducta translatio a laciniis vestimentorum, quæ cæsuratim sectæ et quasi divisæ sunt.

[e] *Nisi similia*] Ὁμοιοπαθῆ, inquit Theophr. Hist. III. 8. unde hæc manarunt.

[f] *Ut si quis*] Is sane frustra foret, et glutinum perderet, et operam.

lignumque conjungat. Cornum maxime odit[6] sorbus,[g] carpinus, buxus, postea tilia. Cuicumque operi[h] facilia, flexilia omnia, quæ lenta diximus:[i] præterque, morus et caprificus. Serrabilia,[7][j] ac sectilia, quæ modice humida. Arida enim[k] lentius serræ cedunt: viridia, præter robur et buxum,[8] pertinacius resistunt, serrarumque dentes replent æqualitate inerti:[l] qua de causa, alterna inclinatione[m] egerunt scobem. Obedientissima quocumque in opere fraxinus, eademque hastis[n] corylo melior, cornu levior, sorbo lentior. Gallica vero, etiam ad currus flexibilis,[o] vitem[9] æmularetur ulmus, ni pondus esset in culpa.



quis lapidem, lignumque non conjungit. Chiffl. *et conjungit.*—6 'Ita emendatum in cod. Reg. 2. quod verius puto quam quod habent ceteri libri scripti et editi, *audit.*' Brotier. *odit* habet etiam Vet. Dalec. *audit* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—7 *Fissilia* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. Hist. Plant. v. 8. ubi σχιστά. Quidam ap. Dalec. *Dolabilia;* Gronov. et al. ante Harduin. *Durabilia.*—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lætius, quam viridia, serris cedunt: præter robur et buxum* Gronov. et vulgg. 'Uterque codex, *latius* (leg. *lentius*) *ter ascendunt.* (leg. *serræ cedunt.*) *Viridia præter,' &c.* Dalec.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lentior Gallica, &c. flexibili* cod. Dalec. *lentior. Gallica vero etiam ad c. flexibilis. Vitem, &c.* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[g] *Odit* [*audit*] *sorbus*] Admittit, eique glutini ope cohæret, ac sociatur. Ita libri omnes, etiam Mss.

[h] *Cuicumque operi*] Hæc a Theophrast. Hist. v. 7. Εὔκαμπτα δὲ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα γλισχρά· διαφέρειν δὲ δοκεῖ συκάμινος καὶ ἐρινεός.

[i] *Lenta diximus*] Cap. 77.

[j] *Serrabilia*] Quæ secari serra facile possunt. Sectilia, quæ securi. Εὔπριστα καὶ εὔσχιστα. Vide Notas et Emend. num. 37.

[k] *Arida enim*] Arida, inquit, cedunt ignavius, nec appressum occursumque serræ sustinent, τὰ μὲν γὰρ παύονται. Viridia resistunt et obluctantur, τὰ δὲ ἵστανται. Theophr. Hist. v. 8. Et prius, c. 6. Σιδήρια δύνανται τέμνειν μᾶλλον τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν, κ. τ. λ.

[l] *Æqualitate inerti*] Ita replent serræ dentes, et inæquales projecturas æquant scobe impacta et adhærescente, ut serram deinde ipsam inertem reddant, neque aptam ad secandum.

[m] *Alterna inclinatione*] Serræ dentes alterna inclinatione permutant, ut scobs facilius egeratur: Διὸ καὶ παραλλάττουσιν ἀλλήλων τοὺς ὀδόντας, ἵνα ἐξάγηται τὰ πρίσματα. Theophr. Hist. v. 8.

[n] *Eademque hastis*] Vide quæ diximus cap. 24.

[o] *Ad currus flexibilis*] Facile curvatur, flectiturque in rotas, ulmus Gallica, de qua cap. 29. eaque ligni bonitate vitem æmularetur, ni ponderosior foret.

LXXXIV. Facilis et fagus, quanquam fragilis et tenera. Eadem sectilibus laminis in tenui[a] flexilis,[1] capsisque ac scriniis sola utilis. Secatur in laminas prætenues et ilex, colore quoque non ingrata: sed maxime fida iis quæ terantur, ut rotarum axibus:[b] ad quos lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex, et utroque[2c] legitur ulmus. Sunt vero et parvi usus[d] fabrilium ministeriorum insignes. Ideoque proditum terebris vaginas[e] ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino, utilissimas fieri. Ex iisdem malleos, majoresque e pinu[3] et ilice. Est his autem[f] major ad firmitatem causa tempestivæ cæsuræ, quam immaturæ: quippe cum ex olea, durissimo ligno, cardines in foribus diutius immoti, plantæ modo germinaverint.[4] Cato[g] vectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri jubet. Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea.

Quæ in laminas secantur, quorumque operimento vestiatur alia materies, præcipua sunt citrum, terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium,[h] ilex, sambuci radix, populus. Dat et alnus, ut dictum est,[i] tuber sectile,[5] sicut

CAP. LXXXIV. 1 Vet. Dalec. *tenuis et flexilis.* Dalec. *interim*, vel *in tenue*, vel *in tenuia flexilis.*—2 Cod. Dalec. *ex utroque;* Vet. ejusdem, *et ad utrumque;* alii vett. ap. eundem, *et ad utrumque legitima ulmus;* Dalec. *et utraque levior, &c.*—3 Cod. Dalec. *majores quam e pinu;* Chiffl. *majoresque e pinu.* Gronov. et al. ante Harduin. *majores quoque e pinu.*—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *causa maturæ tempestivitas cæsuræ. Aliquando ex olea, &c. germinaverunt.* Cod. Dalec. *diutius immorati.*—5 Chiffl. *suber sectile.*—6 Ita codd. Harduini et edd.

NOTÆ

[a] *In tenui*] Modo tenues eæ laminæ fuerint, erunt eædem et flexiles.

[b] *Ut rotarum axibus*] Theophr. loc. cit. Πρῖνος δὲ πρὸς ἄξονάς τε, καὶ μονοστρόφους ἁμάξας, κ. τ. λ.

[c] *Et utroque*] Et ob utramque dotem, lentitiam nimirum, duritiemque, ad rotarum axes ulmus seligitur.

[d] *Sunt vero et parvi usus*] Parva instrumenta in fabrili arte, sed ea tamen insignia.

[e] *Terebris vaginas*] Terebra, instrumentum quo ligna perforantur: *une tarière, un vilebréquin.* Vagina manubrium est, *le manche, et la poignée.*

[f] *Est his autem*] Materiæ illi firmitas major, quæ sit tempestive cæsa, quam illi quæ immature.

[g] *Cato*] De Re Rust. c. 31. p. 29. 'Vectes iligneos, aquifolios, laureos, ulmeos, facito uti sient parati.'

[h] *Aquifolium*] Aquifolia ilex, de qua c. 8.

[i] *Ut dictum est*] Cap. 27.

citrum, acerque. Nec aliarum tubera in pretio. Media pars arborum crispior,[6] et quo propior radici, minoribus magisque flexilibus[a] maculis. Hæc prima origo luxuriæ, arborem alia integi, et viliores ligno pretiosiores cortice fieri.[b] Ut una arbor sæpius veniret,[j] excogitatæ sunt[7] et ligni bracteæ. Nec satis: cœpere tingui animalium cornua, dentes secari:[k] lignumque ebore distingui, mox operiri. Placuit deinde materiam et in mari quæri. Testudo in hoc[l] secta. Nuperque portentosis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet se, plurisque veniret imitata lignum. Sic lectis[8] pretia quæruntur: sic terebinthum[m] vinci jubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modo luxuria non fuerat contenta ligno: jam lignum enim e testudine facit.[9][n]

LXXXV. (XLIV.) Vita arborum quarundam immensa credi potest, si quis profunda mundi et saltus inaccessos cogitet.[1] Verum ex his quas memoria hominum custodit, durant in Liternino Africani prioris manu satæ olivæ. Item myrtus eodem loco conspicuæ magnitudinis. Subest specus, in quo manes ejus custodire draco traditur. Romæ vero lotos in Lucinæ area, anno qui fuit sine magistratibus

[a] *Flexuosis.* [b] *Ob laminam superadditam pretiosiores haberi arbores.*

recentt. *mediaque pars arborum crispior* Gronov. et vulgg. *media pars crispior* cod. Dalec.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cortice fieri, ut u. a. s. væniret. Excogitatæ sunt* Gronov. et al. ante Harduin.—8 *Sic litis* Chiffl.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *jam lignum emi testudinem facit* Edd. vett. *jam lignum emi testudine, &c.* cod. Dalec.

CAP. LXXXV. 1 Cod. Dalec. *cogitat.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bi-

NOTÆ

[j] *Ut .... sæpius veniret*] Ut sæpius venalis esset: primum quidem, priusquam secaretur in laminas: iterumque, cum secta esset in eas laminas, bracteasve.

[k] *Dentes secari*] Ebur.

[l] *Testudo in hoc*] In hos usus.

[m] *Sic terebinthum*] Sic terebinthum, inquit, vinci volunt, picta testudine terebinthini ligni colore: testudinem instar citri pictam, citro ipso fieri pretiosiorem: denique eandem aceris colore imbutam, pro acere vero ac nativo accipi.

[n] *Jam lignum enim e testudine facit*] Testudine picta in ligni similitudinem. Vide Notas et Emend. num. 38.

CCCLXXIX.[2] [o] Urbis, æde condita, incertum ipsa quanto vetustior. Esse quidem vetustiorem non est dubium, cum ab eo luco Lucina [p] nominetur: hæc nunc [q] circiter annum CCCCL. habet. Antiquior illa [r] est, sed incerta ejus ætas, quæ Capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus [s] ad eam defertur.

LXXXVI. Verum altera lotos in Vulcanali,[a] quod Romulus constituit ex victoria de decumis,[b] æquæva Urbi intelligitur, ut auctor est Masurius. Radices ejus in forum usque Cæsaris per stationes [c] municipiorum penetrant. Fuit cum ea cupressus [d] æqualis, circa suprema Neronis principis prolapsa atque neglecta.

LXXXVII. Vetustior autem Urbe in Vaticano ilex, in

pont. et Franz. *CCCLXIX.* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[o] *Anno...CCCLXXIX.*] Vide Notas et Emend. num. 39.

[p] *Lucina*] Ovid. Fast. II. 449. 'Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principium tu Dea lucis habes.'

[q] *Hæc nunc*] Ædes Lucinæ.

[r] *Antiquior illa*] Arbor scilicet, cujuscumque illa generis fuit. Festus: 'Capillatam vel Capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonsum suspendebant.'

[s] *Vestalium .... capillus*] Tondebantur eæ, priusquam in collegium receptæ certo carmine a Pontifice Deo manciparentur et sacrarentur. Sic apud Christianos capillorum positio in viris fœminisque Deo dicatis, symbolum servitutis est, qua se numini, instar servorum, mancipant: unde 'Servi Dei' nuncupantur: quod erant olim servi tonsi. Vide Du-Cangium in Glossar. verbo 'Capilli.' Tonsos deinde crines prisci illi vel Apollini Delio, vel alteri Numini consecrabant: vel suspendebant ex arbore.

[a] *In Vulcanali*] P. Victor in descriptione Urbis Romæ, regione quarta: 'Area Vulcani, cum Vulcanali, ubi lotos a Romulo sata, in qua area sanguine per biduum pluit.' Vulcanal ædicula fuit Vulcano sacra.

[b] *De decumis*] De parte spoliorum et prædæ decima.

[c] *Per stationes*] Stationes Municipiorum inter Forum Cæsaris et Forum Augusti, a P. Victore statuuntur, in descript. Urbis Romæ, regione octava. Locus videtur fuisse publicus, in quo post negotia cives convenirent, confabulandi gratia. Juvenal. Sat. XI. 4. 'Omnis Conventus, thermæ, stationes, omne theatrum,' &c. Plinius Junior Epist. I. 13. 'Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendis fabulis conterunt,' &c.

[d] *Fuit cum ea cupressus*] Eane quam Vespasiani ævo resurrexisse sponte auctor est Tacitus Hist. II. p. 53.

qua titulus æreis literis Etruscis religione arborem jam tum[1] dignam fuisse significat. Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiam Tiburto[2] conditore[e] eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eum tradunt filium Amphïarai, qui apud Thebas obierit una ætate[f] ante Iliacum bellum.

LXXXVIII. Sunt auctores[g] et Delphicam platanum Agamemnonis manu satam: et alteram in Caphyis[1] Arcadiæ luco. Sunt hodie ex adverso Iliensium urbis, juxta Hellespontum, in Protesilai sepulcro[2][h] arbores, quæ omnibus ævis[i] cum in tantum accrevere, ut Ilium aspiciant, inarescunt, rursusque adolescunt. Juxta urbem autem quercus in Ili tumulo[j] tunc satæ dicuntur, cum cœpit Ilium vocari.

LXXXIX. Argis olea etiamnum[1] durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligaverit. In Ponto circa

CAP. LXXXVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *jam tunc* Gronov. et vulgg. Mox, *signant* pro *significat*, Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *etiam Tiburte.*

CAP. LXXXVIII. 1 *Caphiar* Chiffl.—2 'Uterque codex, *in Protesilia ipsa pulchræ.* Strabo lib. XIII. juxta Sigeum promontorium Protesileum esse tradit, et Eleusam.' *Dalec.* Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *omnibus ephebiis ejus cum, &c.* Vide Nott. Var.

CAP. LXXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. et re-

NOTÆ

[e] *Tiburto conditore*] Maro Æneid. VII. 'Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt, Fratris Tiburti dictam cognomine gentem.'

[f] *Una ætate*] Annis XXXVII. Vide Clem. Alex. lib. I. Strom. Ætas et de annis triginta dicitur, auctore Servio, in Georg. III. et sæculum Druidis olim, teste Plinio inferius c. 95.

[g] *Sunt auctores*] Theophr. Hist. IV. 14. Τινὲς δέ φασι καὶ τὴν ἐν Δέλφοις πλάτανον Ἀγαμέμνονα φυτεῦσαι, καὶ τὴν ἐν Καφύαις τῆς Ἀρκαδίας.

[h] *In Protesilai sepulcro*] De hujus delubro diximus IV. 18. Harum arborum meminit Philostratus, in Heroic. p. 644.

[i] *Quæ omnibus ævis*] Ita rescripsimus ex Colb. 3. Ita Vossius in suis libris scribi asseverat, Observ. in Melam, p. 128.

[j] *Ili tumulo*] Ilum Trois filium fuisse, docet Strab. lib. XIII. p. 593. Quæ Plinio quercus, ea Theophrasto hoc ipsum referenti, Hist. IV. 14. φηγὸς dicitur, ut ante monuimus c. 6.

Heracleam aræ sunt Jovis Stratii [2] [k] cognomine: ibi quercus [3] duæ ab Hercule satæ. In eodem tractu portus Amyci [l] est Bebryce rege [4] interfecto clarus. Ejus tumulus a supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant: quoniam si quid ex ea decerptum inferatur navibus, jurgia fiant, donec abjiciatur. Regionem Aulocrenen diximus,[m] per quam ab Apamia [5] in Phrygiam itur: ibi platanus [n] ostenditur, ex qua pependerit Marsyas [6] victus ab Apolline, quæ jam tum magnitudine electa est. Necnon palma Deli [o] ab ejusdem Dei ætate conspicitur. Olympiæ oleaster, ex quo primus [7] Hercules coronatus est, et nunc custoditur religiose. Athenis [p] quoque olea durare traditur in certamine [q] edita [8] a Minerva.



centt. *olea nunc etiam* Gronov. et vulgg.—2 ' Chiffl. *citra H. a. s. J. Stratui.* Sed *Stratii* recte repositum ab Hermolao disces e Lil. Gyrald. Syntagm. p. 91.' *Dalec.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. *ubi quercus* cod. Dalec. *ubique quercus* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *est Amyci, Bebryce rege* cod. Dalec. *portus est Amyco Bebrycum rege* Gronov. et al.—5 *Apamea* Chiffl.—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pependit Marsya* Gronov. et al. vett.—7 Cod. Dalec. et Parm. *ex quo optimus.* Mox, *custoditur religio* Chiffl.—8 Idem codex, *in certamine edito.*

NOTÆ

[k] *Jovis Stratii*] Διὸς Στρατίου meminit Herod. in Terpsichore lib. v. p. 333. Jovis Militaris.

[l] *Portus Amyci*] De eo diximus v. 43.

[m] *Aulocrenen diximus*] Lib. v. 29.

[n] *Ibi platanus*] Hyginus fab. 165. ' Apollo victum Marsyam ad arborem religatum Scythæ tradidit, qui eum membratim separavit.' Non platanum eam, sed pinum fuisse Archias ait in Antholog. III. 8. Epigr. 3. ἐκ λασίας πίτυος. Nicander quoque in Alexipharm. p. 151. et Philostr. in Icon.

[o] *Necnon palma Deli*] Cic. de Legib. lib. I. ' Nisi forte Athenæ tuæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt: aut quam Homericus Ulysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem,' &c. Locus Homeri est Odyss. Z. 162. Vide et Ælian. Var. Hist. v. 4. et Theophr. Hist. IV. 14.

[p] *Athenis*] Cic. loc. cit. Herod. lib. VIII. Uran. p. 480.

[q] *In certamine*] Fabulantur Græci de Athenarum principatu cum Neptuno Minervam certasse. Litem Jupiter sic diremit: ut is potiretur loco, qui de civibus optime mereretur. Urbem portu ac navalibus Neptunus instruxit: Minerva oleam in arce edidit: ea re vicisse Palladem pronuntiatum est. Auctor Geopon. IX. 1. p. 218. et 219.

XC. E diverso[a] brevissima vita est Punicis, fico, malis: et ex his,[b] præcocibus brevior quam serotinis, dulcibus quam acutis:[1] et dulciori[c] in Punicis. Item in vitibus,[d] præcipueque fertilioribus. Græcinus auctor est, sexagenis annis durasse vites. Videntur et aquaticæ[e] celerius interire. Senescunt quidem[f] velociter, sed e radicibus[g] repullulant, laurus, et mali, et Punicæ. Firmissimæ[h] ergo ad vivendum oleæ, ut quas durare annis CC. inter auctores conveniat.

XCI. Est in suburbano Tusculani agri colle, qui Corne[1] [i] appellatur, lucus antiqua religione Dianæ sacratus a Latio,[2] [j] velut arte tonsili coma fagei nemoris. In hoc arborem[3] eximiam ætate nostra adamavit Passienus Crispus[k] bis consul, orator: Agrippinæ matrimonio et Nerone pri-

CAP. XC. 1 Dalec. *quam acidis.*
CAP. XCI. 1 *Coriolanus* cod. Dalec. *Come* Vet. Dalec.—2 *Latino* Dalec.—3

NOTÆ

[a] *E diverso*] Hæc a Theophr. Hist. IV. 14. De Punicis etiam Martialis subscribit, I. 44. 'Aut imitata breves Punica mala rosas.' 'Breves' dixit, quia brevis ævi.

[b] *Et ex his*] Ex malorum genere.

[c] *Et dulciori*] In Punicorum genere, dulcia, quæ et apyrina dicuntur, ex arbore gignuntur minus vivace. De Punicis apyrinis, XIII. 34. Theophr. loc. cit. ὥσπερ τῶν ῥοῶν ἡ ἀπύρηνος.

[d] *Item in vitibus*] Theophr. loc. cit.

[e] *Videntur et aquaticæ*] Ut salix, populus, sambucus. Theophr. loc. cit. et de Causis II. 15. p. 249. Et animalium quoque aquaticis, quam terrestribus, vitæ brevius spatium est.

[f] *Senescunt quidem*] Theophr. Hist. lib. IV. 14.

[g] *Sed e radicibus*] Theophr. παραβλαστάνει, emittit adnata germina: quod e latere interdum fit: e radice non raro.

[h] *Firmissimæ*] Hæc iisdem verbis Theophr. loc. cit.

[i] *Qui Corne*] Ita Reg. 2. aliique, et editi.

[j] *A Latio*] Ita libri omnes. An *a Latino?* An a communi Latii?

[k] *Passienus Crispus*] De eo Seneca Natur. Quæst. IV. in præf. p. 883. 'Crispus Passienus, quo ego nihil cognovi subtilius in omnibus rebus,' &c. Passieni oratoris dictum in Caium Caligulam Tacitus refert Annal. VI. p. 140. Ex Suetonio in Nerone c. 6. apparet Claudii temporibus obiisse. Duobus Consulatibus insignis fuit, altero ordinario, anno Urbis DCCL. Calvisio Sabinio secundum collega: altero extraordinario. Duobus item matrimoniis: primum Domitiæ, neptis Antonii Triumviri: deinde Agrippinæ, quæ mater Neronis.

vigno clarior postea: osculari complectique eam solitus, modo cubare sub ea, vinumque illi affundere.[4] Vicina luco est ilex, et ipsa nobilis XXXIV.[5] pedum ambitu caudicis, X. arbores mittens singulas magnitudinis visendæ: sylvamque sola facit.

XCII. Hedera necari[1] arbores certum est. Simile quiddam et in visco: tametsi tardiorem earum injuriam[1] [m] arbitrantur: namque et hoc præter fructus[n] agnoscitur non in novissimis mirabile. Quædam enim[o] in terra gigni non possunt, et in arboribus nascuntur. Namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum. Est et in Syria[p] herba quæ vocatur cadytas,[2] non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese: item circa[q] Tempe Thessalica, quæ polypodion vocatur, et quæ dolichos, ac serpyllum.[3] Oleastro quoque deputato quod gig-



Vet. Dalec. *arborem mora.*—4 Vet. Dalec. *offundere;* sic alii codd. ap. Nic. Heins. Adv. I. 10. p. 96. ubi etiam legitur, *non modo cubare, &c.*—5 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *XXXV.* Gronov. et vulgg. Mox, duo codd. Dalec. *metiens singulas;* Vet. ejusdem, *amiciens singulas.*

CAP. XCII. 1 Dalec. *tardiorem ejus injuriam.*—2 Chiffl. *castas;* cod. Dalec. *Cassytas.*—3 Cod. Dalec. et Chiffl. *serpulum.*—4 Cod. Dalec. *gignitur.* Mox,

NOTÆ

[l] *Hedera necari*] Id prolixe Theophr. docet de Causis II. 25. p. 25. Vide quæ diximus c. 62.

[m] *Earum injuriam*] Hederæ et visci. Viscum, *le Guy de chêne.*

[n] *Præter fructus*] Præter gallam, glandesque.

[o] *Quædam enim*] Hæc deinceps totidem verbis Theophr. de Causis II. 23. p. 259.

[p] *Est et in Syria*] Theophr. loc. cit. Ἔτι δὲ τὸ Συριακὸν βοτάνιον, ὃ καλούμενος καδύτας, καὶ δένδροις, καὶ ἀκάνθαις ἐμφύεται, καὶ ἄλλοις τισί.

[q] *Item circa*] Theophr. loc. cit. Καὶ τὸ πολυπόδιον ἐπί τισι δένδροις, *quibusdam innascitur arboribus.* Aut aliunde Plinius hæc mutuatus est, aut legisse videtur, ἐπὶ τοῖς συνδένδροις. Vocant autem Græci, Hesychius, ceterique, *Tempe,* Τέμπη, τὰ συνδένδρα χωρία. Nec porro Theophrastus, aut Plinius, de polypodio, dolicho, serpylloque tractant eo loci, quod aliis ea plantis innasci putent, ut viscum, sed quod ea vitam non habent, nisi aliis circumvolvant sese, iisque ceu adminiculo innitantur, ut hedera: ταῦτα γὰρ, καὶ πρὸς ἑτέρῳ διώκει, κ. τ. λ. Polypodium pingit Dodonæus, Pempt. III. lib. V. p. 461. Latini Filiculam vocant: Galli, *Polypode.* Δόλιχος idem qui phaseolus: Gallis, *Feverolle, Féve de mer.* Ab eodem Dodonæo pingitur Pempt. IV. l. II. c. 6. p. 509. Vide quæ dicturi sumus XVIII. 33. De serpyllo dicemus XX. 90.

natur,[4] vocant phaunos.[r] Quod vero in spina fullonia hippophæston,[s] capitulis [5] inanibus, foliis parvis, radice alba,[6] cujus succus ad detractiones [t] in comitiali morbo utilissimus habetur.

XCIII. Visci tria [a] genera. Namque in abiete ac larice stelin dicit Eubœa [b] nasci, hyphear Arcadia. Viscum autem in quercu, robore, pruno [1] sylvestri,[c] terebintho, nec aliis [2] arboribus annasci, plerique. Copiosissimum in quercu, quod dryos hyphear [d] vocant. In omni arbore, excepta ilice et quercu, differentiam facit [e] odor virusque, et folium non jucundi odoris, utroque visci amaro [3] et lento. Hyphear



vocant Faunos Dalec. quasi sylvarum Deos.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Diosc. *coliculis* Gronov. et al. vett.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *crassa et molli*, e Diosc.

Cap. XCIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pino*, e Theophr. *robore, ilice, pruno* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et aliis*. Mox, *adnasci*. *Plerique copiosissimum in quercu hyphear vocant* cod. Dalec. et Parm. *adasphear vocant* Chiffl. *quod δρυὸς ἰξίαν vocant* Dalec.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *utroque viscum amarum* cod. Dalec. *utroque visco amaro et lento* Chiffl. *in utroque visco amarum et lentum*

NOTÆ

[r] *Vocant phaunos*] Ita libri omnes: neque eos audio, qui, ut Plinium erroris insimulent, Theophrastum ipsum corrumpunt: apud quem, Hist. II. 3. non φέρειν θάλος, sed φέρειν φαυλίας, hoc est, olivas, scriptum olim fuisse volunt, insigni fraude. Nam cum sint hæc Græci scriptoris verba: ὁ γὰρ ἐπὶ τοῦ κοτίνου φασὶ συμβαίνειν, ὥστε ἂν περικόπτῃς τὴν θαλίαν, ἢ ὅλως μεταφυτευθῇ, φέρειν θάλος· quis non intelligit, similitudine vocum θάλος et θαλία lusisse eum? Quid porro hoc loco valeat vox ea θάλος, tam incompertum est, quam quid Latina *phaunos*.

[s] *Hippophæston*] Apud ceteros scriptores, hippophæston ipsa spina fullonia est, non aliquid ei annatum, ut dicemus XXVII. 66. ubi hæc iterum repetuntur.

[t] *Detractiones*] Ad dejiciendos alvo pravos humores.

[a] *Visci tria*] Theophr. Hist. IV. 15. Visci frutectosi iconem vide apud Dodon. p. 814.

[b] *Stelin . . . . . Eubœa*] Theophr. de Caus. III. 16. Ἡ ἰξία, καὶ ἡ στελὶς, καὶ τὸ ὕφεαρ· ὧν τὴν μὲν στελὶν καλοῦσιν Εὐβοεῖς, τὸ δ' ὕφεαρ Ἀρκάδες. Ἡ δὲ ἰξία κοινῇ φασιν. Τὸ γὰρ ὕφεαρ ἐν ταῖς ἐλάταις καὶ πεύκαις γίνεται, καὶ ἡ στελίς. Ἡ δ' ἰξία καὶ ἐν δρυῒ, καὶ ἐν τερμίνθῳ, καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσιν. En rursum πεύκη, *larix*.

[c] *Pruno sylvestri*] Vide Notas et Emend. num. 40.

[d] *In quercu, quod dryos hyphear*] Mss. omnes, *adaspheur vocant*. Nusquam Plinio δρῦς *quercus* est, sed *robur*.

[e] *Differentiam facit*] A visco differt stelis et hyphear, et grani odore, et folii: habet enim utrumque, granum foliumque, in visco amaritudinem et

ad saginanda [f] pecora utilius. Vitia modo purgat primo: dein pinguefacit, quæ suffecere [4] [g] purgationi. Quibus sit aliqua tabes intus,[5] negant durare. Ea medendi ratio, æstatis quadragenis diebus. Adjiciunt discrimen, visco, in his quæ folia amittant, et ipsi decidere: contra inhærere [6] nato in æterna fronde. Omnino autem satum nullo modo [7] nascitur, nec nisi per alvum [h] avium redditum, maxime palumbis ac turdis. Hæc est natura, ut nisi maturatum in ventre avium, non proveniat. Altitudo ejus non excedit cubitalem, semper frutectosi [8] ac viridis. Mas fertilis, fœmina sterilis. Aliquando non fert.[9]

XCIV. Viscum confit [i] ex acinis [1] qui colliguntur messium tempore immaturi: nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco [a] vero [j] marcescunt. Siccantur deinde, et aridi tunduntur, ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus. Unumque hoc rerum putrescendo gratiam invenit: inde [b] in profluente, rursus a malleo tusi,[2]

[a] *Visco vero faciendo sunt minus utiles.*
[b] *Deinde in aqua profluente iterum malleo contusi, abjectis corticibus, remanet interior caro, quæ lentescit dum tractatur.*

Gronov. et al. ante Harduin.—4 Dalec. *superfluere.*—5 Dalec. *labes intus.*—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *contra semper inhærere.*—7 Ita códd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ullo modo* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fruticosi* Gronov. et al. ante Harduin.—9 *Aliquando vero fert* Dalec.

CAP. XCIV. 1 *Viscum fit ex acinis* cod. Dalec.—2 Ita Chiffl. *malleo tusi*

NOTÆ

lentorem: fœtet utrumque in gemino illo grano, quod viscum imitatur.

[f] *Hyphear ad sagin.*] Theophr. loc. cit.

[g] *Quæ suffecere*] Pinguefacit ea animalia, quibus suffecere vires ad eam purgationem ferendam. Nam multis est ea letalis: nempe iis qui tabe intus laborent aliqua.

[h] *Nec nisi per alvum*] Οἰνὰς, hoc est, *columba sylvestris*, vel, ut alii interpretantur, *turdus*, si devorato visci semine in arbore aliqua saturitatem egerit, viscum aiunt enasci. Athen. lib. IX. p. 394. Vide Erasm. Chiliad. I. Cent. I. Adag. 55. 'Turdus ipse sibi malum cacat.' At multis tamen in regionibus turdi non sunt, in quibus visci copia est.

[i] *Viscum confit*] Glutinum nempe quod ad aucupium pertinet: *la glu.* Id fit ex visci jam laudati acinis sive granis, *des grains de guy.* Ita etiam Diosc. lib. III. c. 103.

[j] *Visco vero*] Nec tanta copia viscum reddunt, nec tam eximia bonitate.

amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est viscum pennis avium tactu ligandis,[3] oleo subactum, cum libeat insidias moliri.

XCV. Non est omittenda in ea re et Galliarum[1] admiratio. Nihil habent Druidæ[2] [k] (ita suos appellant magos) visco, et arbore, in qua gignatur[3] (si modo sit robur) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde[4] conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimvero quicquid annascatur illis, e cœlo missum putant, signumque esse electæ ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inventu, et repertum magna religione petitur: et ante omnia sexta Luna, quæ principia mensium annorumque[l] his facit,



Gronov. Harduin. et recentt.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *glandis* Chiffl. *juglandis oleo, &c.* Gronov. et al. vett.

CAP. XCV. 1 Cod. Dalec. *ea re Galliarum,* omisso *et.*—2 *Druides* hic, et paulo post, Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Druidæ* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *in qua gignantur* edd. vett. et Gronov.—4 Chiffl. *sine earum fronde.*—5 Dalec. *habeat, etiamsi*

NOTÆ

[k] *Druidæ*] A Græca dictione δρῦς, quæ *robur* significat: vel, ut alii malunt, a Celtica *Drud*, quæ fortem, strenuum, ac fidelem sonat, quod quidem etymon Bucherius noster probat in Belgio Romano v. 4. § 14. De his multa Cæsar Bell. Gall. lib. VI. Diu etiam post inductam Christi religionem invaluisse in Gallia, Italia, Germania, Africa, aliisque locis, arborum lucorumque cultum, in quo evellendo multum insudarint Pontifices Regesque ipsi, vide apud Du-Cangium in Glossario v. 'Arbor.'

[l] *Mensium annorumque*] De hac anni ratione, si vacat, Petavium consule de Doctr. Temp. lib. II. p. 232. c. 70. de cyclo Lunari Saxonum, et Gallorum veterum.—'*Mensium annorumque*] Ergo annis illi mere lunaribus utebantur, ut hic aperte quidem Plinius docet. Sed quod hic obiter annotandum est, mirum profecto, nullum apud Romanos, Græcosve, vel hos etiam Druidas, hebdomadarum usum fuisse. Cyclus scilicet septem dierum Deum ipsummet habet auctorem: sed Abrahæ temporibus neglectus ab hominibus, quia essent in idololatriam omnes fere prolapsi. Sola hunc servavit Abrahæ domus: et mox solis Abrahæ posteris est cognitus. Unde populo Israëlitico dicitur, veluti non novo dato, sed vetere renovato mandato, quod abierat in desuetudinem apud ceteras gentes: 'Memento tu ut diem sabbati sanctifices,' quomodo fecit Noë, subsecutique proxime filii ejus ac nepotes, Exod. XX. 8. Nullum diei septi-

et sæculi post tricesimum annum, quia [a] jam virium abunde habeat, nec sit sui dimidia.[5] Omnia sanantem appellantes suo vocabulo, sacrificiis [6] epulisque rite sub arbore com-

[a] *Quia Luna tum satis virium habet, nec pervenit adhuc ad dimidiam sui magnitudinem, quam die tantum septima habet.*



non sit dimidia.—6 Cod. Dalec. *appellant suo vocabulo. Sacrificiis.*—7 ' Ita

NOTÆ

mi in orbem redeuntis vestigium est apud Plinium: id quod certissimo argumento est, apud eos qui Plinium norunt, et scripta ejus perlegerunt, non fuisse hunc cyclum Romanis cognitum. Quid quod nec Livius, Tacitusve in Historiis, nec in Fastis Ovidius, nec e profanis scriptoribus alii, quod quidem nunc sciam, appellant diem Solis, aut Jovis, aut Lunæ, aut Martis, aut Mercurii, aut Veneris, aut Saturni: tametsi Philaster in Catalogo hæresium auctorem harum appellationum Hermen facit? Illud quidem Horatii, II. Sat. 3. 288. ubi mater orans pro salute pueri inducitur: 'Jupiter, ingentes qui das adimisque dolores, Mater ait pueri menses jam quinque cubantis, Frigida si puerum quartana reliquerit, illo Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus In Tiberi stabit.' Hæc inquam verba interpretes nonnulli de die Jovis dicta accipiunt, sed sine ullo probabili argumento. Verius aliquis fuit in vetere Romanorum Kalendario dies, qui semel in anno occurreret, quo die scriptum erat 'Jejunium Jovi:' sicut est apud Judæos dies Expiationis, decimus dies Tisri, jejunii dies. Unde et hic, præter jejunium, veluti culparum piamentum, lavatio pueri sanati in Tiberi Jovi promittitur. Apud Sinas non est cyclus ille septem dierum. Apud Arabes semper fuit, ut in notis ad Alcoranum nondum editis ostendimus, ab Ismaële Abrahæ filio. Mahumetani, ubicumque sunt, habent illam a Mahomete Arabe. Non est apud Americanos ullos, exceptis illis qui Christianis sacris sunt imbuti. Non est denique apud ullas gentes quæ verum Deum non norunt: quoniam ab iis qui colere ipsum desierunt abjectus septimi diei cultus neglectusque est: quem præscriptum ab eo fuisse ob sui reverentiam prædicare possunt ii duntaxat qui eum norunt. Siamenses Sabbatum non noverunt Mosaicum, sive Christianum, quamvis nonnulli secus affirmant: sed quatuor festos dies agitant in novilunio, et lunæ quadrantibus. Scribit Ulug Beg, in libro quem inscripsit, Tauarikh, hoc est, Epochæ, Persas non habere hebdomadas: sed singulos dies cujusque mensis appellare proprio nomine. At ex quo Mahometani sunt, numerant Persæ dies hebdomadæ, ut Arabes: et diem Veneris sacrum habent, ut nos Dominicum. Ita et Turcæ, ut diximus, ex Mahumetismo. Cathaiani denique et Turcæ orientales non habent hebdomadas, sed cyclum sexaginta dierum. Cathaiani tamen habent etiam cyclum alterum quindecim dierum. Vide Bibliothecam Orient. D'Herbelot. p. 122. et 417. Hebræi dicunt primam sabbati, secundam, tertiam, &c. Latini Christiani diem Lunæ, Martis, Mercurii, &c.

paratis,[7] [m] duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit: falce aurea demetit: candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut suum donum Deus prosperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicumque animalium sterili arbitrantur: contra[8] venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est.

codd. Regg. et Editio princeps. Frustra in recentioribus editionibus emendatum, *præparatis.*' Brotier. *præparatis* exhibent Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *comparatis* Chiffl.—8 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *cuique animalium sterili arbitr. contra* Chiffl. *cuicunque animali sterili arbitrantur, contraque* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

Græci non sic, sed *δευτέραν, τρίτην, τετάρτην, κ. τ. λ. τῆς ἑβδομάδος.*' *Ed. sec.*

[m] *Sub arbore præparatis*] Mss. omnes, *comparatis.*

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XVI.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

---

1. Cap. viii. *Smilaces a quibusdam Græcis dictæ. In provinciis sunt aquifoliæ*] Locum ita nos interpunximus, voculamque *sunt* adjecimus, ex fide Mss. Reg. Colb. Paris. additamque consulto ab auctore palam est, ne quis censeret idem esse ilicis genus, cui smilacis, et cui aquifoliæ nomen esset attributum: maxime cum statim sequatur ex iisdem exemplaribus, librisque editis, *Ilicis glans utriusque, &c.*

2. Ibid. *Sed minus utilis ædificiis, atque carboni: dolata vitiis obnoxia est: quamobrem solida utuntur: carbo in ærariorum tantum, &c.*] Prius legebatur, nulla plane sententia, *Atque carbone dolata.* Et mox, *carboni ærariorum.* Emendandi auctor, præter Mss. Reg. Colb. et Th. Theophrastus fuit, Hist. iii. 10. a quo hæc plane ad verbum Plinius noster expressit. Μοχθηρὰ δὲ, inquit, τῆς πλατυφύλλου τὰ ξύλα· πελεκηθέντα μὲν, ὅλως ἀχρεῖα· καταρήγνυται γὰρ, καὶ διαπίπτει· ἀπελέκητα δὲ βελτίω, διὸ καὶ οὕτω χρῶνται· μοχθηρὰ δὲ καὶ εἰς καῦσιν, καὶ εἰς ἀνθρακίαν· ἀχρεῖος γὰρ ὅλως ὁ ἄνθραξ, διὰ τὸ πηδᾷν, καὶ σπινθηρίζειν, πλὴν τοῖς χαλκεῦσι· τούτοις δὲ χρησιμώτερος τῶν ἄλλων, διὰ τὸ ἀποσβέννυσθαι εὐθὺς, ὅταν παύσηται φυσώμενος· διὸ ὀλίγος ἀναλίσκεται. *Materies quoque latifoliæ improba: et dolata quidem omnino inutilis: rumpitur enim, et cadit: non dolata autem melior: ideoque sic ea utuntur. Minus utilis etiam ad cremandum, et ad carbonem faciendum: quippe cum carbo ejus omnino nullius utilitatis sit, quod dissiliat, scintilletque: præterquam in ærariis officinis. His enim utilior ceteris carbonum generibus hic habetur: nam quia flatu desinente protinus extinguitur, ideo parum ex eo absumitur.* Vocem τῆς πλατυφύλλου quæ in vulgatis Theophrasti libris nunc desideratur, confidenter adjecimus: tum quod addendam esse ex Plinio, hujus loci fidissimo interprete, liquido apparet: tum ex Theophrasto ipso, qui eadem fere superiore ejusdem libri capite de πλατυφύλλῳ refert.

3. Cap. xii. *Ceu scabies fruticis, parvæ aquifoliæ ilicis*] In libris hactenus editis, *seu scapus.* At in Reg. 1.

Colb. et Th. *ceu scaptes.* In Reg. 2. planissime *ceu scabies,* quæ sincerissima lectio est, dudum a Turnebo e suis quoque libris eruta, Advers. lib. IV. 16. pag. 118. Fulcitur egregie hæc emendatio vel re ipsa, fruticisque et cocci natura, quam Petri Quiquerani verbis de Laud. Prov. lib. II. fol. 48. operæ pretium duximus hoc loco repræsentare: 'Vermiculum,' inquit, 'Hispani olim large collegere, testimonio C. Plinii: nec scio an hodie quoque..... Certe Provincia nostra uberrimum ejus fœturæ beneficium sentit, ut inde in ipsam quoque Hispaniam asportari a mercatoribus sciam. Maxima omnium copia atque præstantia ex Campis Lapideis, Arelatensium agro. Igitur quæ mihi super hoc nota sunt, atque comperta, dicam. Coccum granum, seu coccus ilicis, nostris popularibus Vermilionum appellatur. An sit κόκκος βαφικὴ Græcis non dico: quod de eo Dioscorides omnino somnolenter tractarit. Itaque non placet digladiantes super hoc Medicos in gratiam revocare, ea tanti otii penuria; qua nec abs Arabibus vacat exquirere, sitne illud suum Kermes. Purgent ipsi sentinam suam . . . . Ilicis nobis duæ sunt species. Earum una nulla dote, in arborem adolescit. Altera, frutex exiguus, sesquipedali proceritate, lætissime viret: foliis lævore præfulgidis, spinarum vallo ambitis, numeroso stolone assurgit in morem rosarii. A nostris fagi appellationem sortitur, quanquam nullam fagi imaginem repræsentet . . . . Vere medio rorati imbribus frutices coccum hoc modo ordiuntur. Ac primum omnium, ut fere fit in fruticibus, qui non, arborum modo, trunco in altum evehuntur, sed pullulant densa propagine: ubi imus scirpus se in duo brachia partitur, in horum medio instar focanei palmitis increscit rotundum quiddam, magnitudine et colore pisi. Hoc matrem vocant, quod ex eo cetera grana produntur. Matres porro habet ut plurimum quinque quælibet cespitum familia: quæ ineunte æstate, æstuque, minutissimorum vermiculorum, ut tantum visum non effugiant, catervam profundunt, fatiscuntque in summitate. In animalia prorepit nova soboles colore candida, pro se quisque in sublime . . . . Hi incrementis aucti, milii magnitudine fiunt. Inde liberius adolescentibus albus color in cinericium transit, jamque non animal, sed pisum rursus apparent. Tuncque ea grana maturitatem adepta colliguntur, jam coloratis vermiculis fœta. Dumque asportantur, ambiens pellicula præ teneritate rumpitur . . . . Torpent interim vermiculi, ac immobiles jacent. Ceterum, cum primum tempestivitas adest, in lintea præcipitati, Soli exponuntur. Tum libato calore statim prorepunt, atque aufugere nituntur: sed a custode, qui continuus assidet, concussu lintei in medium eo usque rejiciuntur, donec emoriantur . . . . Si quæ vero grana legentis effugerint sedulitatem, ea mox paulo alatorum animalium numerosum exercitum in auras effundunt. Observatum est hoc anno (1550.) ex Campo Lapideo Arelatensi agro, hunc proventum undecim aureorum millibus æstimatum.' Ita Quiqueranus, cujus elegantissimam orationem, librarii vitio fœdissime deformatam, suo nitori restituimus. Habet his plane similia G. de Catel Hist. lib. I. pag. 50.

4. CAP. XXII. *Quod pinguior est reliqua. Omnia illa fiunt e picea, resina ferventibus cocta lapidibus*] Sic restituimus ex certissima conjectura, et vetustiorum codicum admonitu. Nam in Reg. 1. Colb. Paris. &c. sic totidem plane apicibus syllabisque legitur: Quæ dum Salmasius in Solin. pag. 504. sic emendat: *Quod pinguior est reliqua illa omni. Fit e picea*

resina, et Plinianum textum interpolat, et alienam a scriptoris mente sententiam, eamque falsissimam, ut ipse confitetur, eidem affingit: a qua quantum is abhorruerit, et ipsa per se oratio, et nostra, ut remur, interpretatio palam facit. Est enim sententia hujus loci, picem liquidam, et eam quæ crassior est, spissaque dicitur, et eam quæ Brutia nuncupatur, non e tæda modo coqui, quod ante monuerat, sed et ex picea, quanquam diversa ratione, fieri: nempe resina cocta. Quod ipse mox egregie constabilit, cap. seq. dum 'aperiri piceam' tradit 'e parte solari,' atque 'item in tæda' fieri. In libris hactenus editis legebatur: *Quod pinguior est. E tæda omnia illa fiunt. E picea resina.*

5. Ibid. *Seponuntur autem ad id fere vitia resinæ, cortexque*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Th. Chiffl. &c. Editi, *in id.* Sed et libentius fortassis agnoverit quispiam, *vetus resina.* Nam Columella in hoc ipso argumento versatus, XII. 23. cui titulus, 'De pice qua utuntur Allobroges ad condituram vini picati. Pix corticata, appellatur,' inquit, 'qua utuntur ad condituras Allobroges. Ea sic conficitur, ut dura sit: et quanto facta est vetustior, eo melior in usu est. Nam omni lentore misso facilius in pulverem resolvitur, atque cribratur. Hanc ergo conteri et cribrari oportet,' &c.

6. Cap. XXIII. *Sapinus autem materies cæsarum e genere sit, sicuti docebimus*] Quem Plinius nunc signat locum, is nimirum est e cap. 76. libri hujus: 'Abietis,' inquit, 'quæ pars a terra fuit, enodis est: hæc fluviata decorticatur, atque ita sapinus vocatur.' Quo cum respexisse Plinium minime ambiguum sit, miror id fugisse Salmasium: tantumque deinde indulsisse eum conjecturæ suæ, ut legendum hoc loco pronuntiarit, *Sapinus autem materies cæsa regenerefiat*, in Solin. pag. 903. quæ nec Latina sunt, et a scriptoris mente abhorrent.

7. Cap. XXIV. *Ea quidem, quæ fit in Ida Troadis, in tantum cedro similis, ut ementes fallat, cortice ablato*] *Cedro* pro *citro* rescripsimus, tum vetustiorum codicum, Reg. 1. 2. Colb. Th. &c. tum ipsius Theophrasti admonitu, quem præeuntem conceptis verbis secutus hoc loco Plinius videtur: etsi ea de fraxino, quæ *μελία* Græcis, nunc commemorat, nominum similitudine forte delusus, quæ ille de taxo seu *μίλος*. Sunt enim hæc Græci scriptoris verba, Hist. III. 10. 'Η δὲ *μίλος ἐκ τῆς Ἴδης ξανθὸν σφόδρα (ξύλον ἔχει), καὶ ὅμοιον τῇ κέδρῳ· διὸ καὶ τοὺς πωλοῦντάς φασιν ἐξαπατᾷν, ὡς κέδρον πωλοῦντας· πᾶν γὰρ εἶναι καρδίαν, ὅταν ὁ φλοιὸς περιαιρεθῇ.* Sed habet etiam fortassis hanc cum cedro cognationem Idæa fraxinus, quam ab aliis auctoribus acceptam nunc prodit.

8. Cap. XXVI. *Citro secundum*] Non *cedro*, ut in libris hactenus editis legebatur, præter Parm. edit. quæ vetustiorum codicum fidem secuta, *citro* habet: quemadmodum et Reg. Colb. Th. Chiffl. &c. Martialis certe XIV. 90. cui lemma præfigitur, 'Mensa acerna,' acerem cum citro confert: 'Non sum crispa quidem, nec sylvæ filia Mauræ, Sed norunt lautas et mea ligna dapes.' Et Plinius ipse seq. cap. de acere: 'Si magnitudinem mensarum caperet, haud dubie præferretur citro.' Sic enim exemplaria omnia, Reg. Colb. Chiffl. Th. tum edita typis, tum manu exarata præferunt: etsi Turnebus Advers. IV. 16. p. 118. *cedro* reponit.

9. Cap. XXXIX. *Educatio in pomo est: hoc, et germinatio, laborum. Flos est pleni veris indicium, &c.*] Sic restituimus ope codicum Reg. Colb. Th. cum prius perperam legeretur: *Hoc, et germinatio. Arborum flos est, &c.* Sinceram, quam nos edidimus, lectionem, vel nostra una interpretatio, et

orationis series ipsa constabilit.

10. Cap. xli. *Ideo et ter squamas*] Hactenus legebatur, *Ideo et inter squamas:* nulla plane aut inepta sententia. Theophrasti locus, unde hæc expressa, ejusmodi est, e Hist. Plant. iii. 6. Διὸ καὶ τρίσλιποι. πᾶν γὰρ δὴ δένδρον ὅταν βλαστάνῃ λιπᾷ. Porro τρίσλιπα δένδρα dicuntur arbores, quæ terna germinatione genitali humore turgescunt. Λιπᾶν dicuntur arbores, cum pinguescunt. Quod si tum ima parte castrentur, per forulum effluet ille liquor, humorque pinguis, ceu salivarius lentor, emanabit. Idem Theophr. sub finem ejus capitis, abietis cædendæ tempus opportunum esse circa solstitium monet, διὰ τὸ λιπᾶν, (edit. Ald. λοπᾶν,) quia tunc cortex facile absistit, avelliturque a corpore, ut ipse statim explicat, εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός. Neque tamen admodum reluctabor, si quis simpliciore usus interpretatione malit ternis corticum squamis triplicem intelligi corticem: quoniam in unaquaque germinatione et partu annasci corticem, qui arborem circumvestiat, auctor est Theophrastus idem de Causis i. 6. p. 204. Ἅμα γὰρ τῇ ἐγκυήσει καὶ βλαστήσει ὁ φλοιὸς ἐπιφύεται καὶ περιλαμβάνει.

11. Cap. xlix. *In Laconico genere maxime sunt*] Ita Mss. omnes, non uti hactenus editum, *maximæ.* Neque enim sententia est, in Laconico genere nasci ficus mole priores: sed in eo potissimum genere præcoces seu prodromos reperiri. Sunt enim hæc Theophrasti verba, quæ nunc spectat Plinius, apud Athen. lib. iii. p. 77. et apud Theophr. ipsum, de Causis Plant. v. 1. Πάλιν δὲ τοὺς προδρόμους αἱ μὲν φέρουσιν, ἥ τε Λακωνικὴ, καὶ ἡ λευκομφάλιος, καὶ ἕτεραι πλείους· αἱ δ' οὐ φέρουσι. Ficus quædam præcoces fructus gignunt, ut Laconica, et Leucomphaliæ: quædam minime.

12. Ibid. *M. Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud Matroum biferam*] Castigandus hoc loco ex Plinio Varronis locus est, qui ad ea pertinet quæ modo recitantur, de vite Smyrnensi bifera. Cum enim in libris Plinii vulgatis hactenus legeretur: *M. Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud mare biferam:* atque ita sane ut nunc sunt libri editi, apud ipsum Varronem legatur, utrobique mendum extare haud leve ex Mss. Plinii exemplaribus deprehendimus. Nam in Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffl. ipsoque Tolet. teste Pintiano, scribitur, *apud Matream triferam:* cum scribi haud dubie par sit, *apud Matroum biferam.* Et Μητρῷον certe Smyrnæ fuisse Matris Deum Cybeles fanum, Strabo lib. xiv. p. 646. locupletissimus est auctor. Plinius ipse quoque xiv. 6. ubi de vino Pramnio: 'Nascitur Smyrnæ regione, juxta delubrum Matris Deum.' Hinc hymnos Cybeles Μητρῷα vocarunt, quos primus tibia cecinit Sirites, teste Athenæo lib. xiv. p. 618. et Julio Polluce iv. 10. Σειρίτης κατηύλησε τὰ Μητρῷα πρῶτος, Dalecampio τὰ ματρῷα *Cereales hymnos* nequicquam reddente. Biferam autem ibi vitem fuisse, non triferam, ex eo efficimus, quod in Tacapensi etiam agro non alia quam bifera fuerit, ut dicetur xviii. 51. cui agro Smyrnensis nunc confertur.

13. Ibid. *Summa sui parte fertiliores, arbutus, quercus: inferiore, juglandes, fici mariscæ*] Hæc loci hujus sincerissima lectio, quam partim ex re ipsa, partim Varronis ipsius testimonio tuemur. Sic enim ille de Re Rust. i. 6. 'Sursum fertiliora, ut arbutus ac quercus: deorsum, ut nuces Græcæ, et mariscæ fici.' Quanquam vereor ut Varronis mentem Plinius sit sane satis feliciter assecutus: nam eo toto capite cum *sursum* ac *deorsum* dicit, non partem arboris signat, superiorem inferioremve, sed soli, in quo est, situm; montanum scilicet, vel planum et campestrem. Prius legebatur: *Summa sui parte fertilior*

est arbutus: quercus inferiore, juglandes, fici, mariscæ. Multiplici, ut patet, errore.

14. Cap. liv. *Cerasus etiam in XL. cubitorum trabes*] Ita libri omnes, etiam manu exarati. Rectius tamen fortassis, pro *quadraginta,* scripseris *quatuor et viginti.* Namque haud dubie hoc loco, ut alias sæpe, Theophrastum, tacito nomine, transcribit, cujus hæc verba, Hist. iii. 13. *Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι· μεγέθει μὲν μέγα· καὶ γὰρ εἰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι πήχεις αὔξεται· ἔστι δ' ὀρθοφυὲς σφόδρα· πάχος δὲ, ὥστε καὶ δίπηχον τὴν περίμετρον πρὸ τῆς ῥίζης ἔχειν.*

15. Cap. lvii. *Populi Rom. Quiritibus*] Sincerissima hæc est omnium librorum scriptura, tum manu exaratorum, Reg. Colb. Chiffl. Th. Paris. tum etiam typis editorum, ante Dalecampium, qui *Populo Rom. Quiritibus* scripsit. Accepit hunc modum loquendi, credo, a Brissonio de Formul. lib. i. pag. 62. ubi antiquo receptum usu multis veterum testimoniis probat, quæ tu consule. Quod hæc verba nimirum, *Populus Romanus Quirites,* communionem et societatem utriusque populi, Romani et Sabini, factam indicant, post fœdus percussum, inter Romulum Tatiumque. Idcirco et in nummo Vitellii apud Tristanum, tomo i. p. 270. VESTA. P. R. QVIRITIVM, 'Vesta Populi Romani Quiritium,' legitur, quem nummum in Cimelio Regis Christianissimi vidimus: habet in aversa parte templum Jovis et epigraphen, I. O. MAX. CAPITOLINVS, 'Jupiter Optimus Maximus Capitolinus.' Verum et istis perinde, *Populi Romani Quirites,* subesse nobis plane videtur eadem vis atque sententia: et genuina ea esse libri omnes conditivi clamant, Reg. Colb. Th. Chiffl. aliique.—'Et quid illa verba significent, abunde in prioribus Notis, ex Virgilio in libris Georgicon, Plinioque, et nummis antiquis ostendimus.' *Ed. sec.*

16. Cap. lviii. *Arbores, quas naturæ debeamus, tribus modis nascuntur: sponte, aut semine, aut ab radice*] Ter geminam arborum originem tam paucis verbis perstringit, quam luculenter Virgilius explicat Georg. ii. 9. exemplisque illustrat, quæ juvat hic commemorare: 'Principio arboribus varia est natura creandis. Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ Sponte sua veniunt, camposque et flumina late Curva tenent: ut molle siler, lentæque genistæ, Populus, et glauca canentia fronde salicta. Pars autem posito surgunt de semine: ut altæ Castaneæ, nemorumque Jovi quæ maxima frondet Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus. Pullulat ab radice aliis densissima sylva: Ut cerasis, ulmisque; etiam Parnassia laurus Parva sub ingenti matris se protegit umbra. Hos natura modos primum dedit; his genus omne Sylvarum, fruticumque viret, nemorumque sacrorum. Sunt alii quos ipse via sibi reperit usus.' Quam multa noster quam paucis contraxit.

17. Cap. lix. *Mutari naturam in iisdem*] Adjecere hic voculam interpolatores, *in iisdem locis,* quæ Plinianam sententiam labefactat. Nos, secuti scriptoris mentem, fidemque codicum vetustiorum, inter quos Chiffl. et Paris. eandem erasimus.

18. Cap. lx. *Et in Ænaria succisa regerminat*] Sic libri omnes conspirante consensu: prorsus ut mirari subeat, esse aliquos qui hanc lectionem solicitent, scribique velint, *Et in Tarrha,* ex Theophr. Hist. ii. 2. qui hoc ipsum *ἐν Τάῤῥᾳ* contingere prodidit: perinde ac si non et alibi cupressi, quam in Tarrhensi agro, vim eam obtineant. Certe nihil de Tarrha Plinium cogitasse, cum hæc scriberet, argumento est, quod statim ipse subjungit, *Sed in Creta, &c.* cum sit ipsius Cretæ oppidum *Τάῤῥα,* Stephano teste.

19. Ibid. *Sed in Creta*] Salmasius

in Solin. p. 173. legit invitis omnibus libris, *sed in Tarento*, ita necessario, ut sibi videtur, flagitante sententia. At de Tarento ne quidem Plinius somniavit: sed Cretam dicere sane voluit, quod Theophrasti locus evincit, e quo mutuatus est Plinius. E libro nimirum tertio Hist. cap. 2. Ἐνιαχοῦ δὲ ἂν μόνον ὑπερτάσωνται καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς ἀναβλαστάνειν τὰ οἰκεῖα τῆς χώρας, ὥσπερ ἐν Κρήτῃ κυπάριττοι. *Alicubi, si leviter sulcum impresserint, ac moverint, statim emergere familiaria illi terræ, ut in Creta cupressi.*

20. Ibid. *Vi naturali hæc gignitur*] Sic vetus codex Dalec. satis sane probabiliter. Neque tamen improbanda penitus librorum impressorum lectio, *nisi seratur alia*, (nempe arbos,) *hæc gignitur*. Cum in Reg. 2. *ni seratur alia* scriptum agnoverimus. In Reg. 1. Colb. 1. 2. et Th. *ni si naturalia*. In Colb. 3. *ni naturali*. Mox vero pro *emicat*, Mss. omnes *emigrat* præ se ferunt. Salmasius, p. 173. *Si naturalis hæc:* quam durum istud! quam ridiculi sensus! Nempe si propria et naturalis ei hæc terra fuerit.

21. Cap. lxi. *Vis imbrium. Aquæ plerumque semina afferunt*] Mss. Reg. Colb. &c. *vis imbrium aliquæ, &c.* Libri editi, *vis: imbres aliquæ, &c.* Mallem *imbres aliqui.* Sed sincerior ea lectio est, quam conjectura nostra excudit.

22. Cap. lxii. *Duo genera ejus prima*] Theophrasti Græca, quæ hic representari vulgo creduntur, hæc sunt, Hist. Plant. vi. 2. Καὶ γὰρ κισσοῦ δύο γένη διαιροῦσι, τὸ μὲν ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ. Τῷ τὸ μὲν μεῖζον καὶ σκληρότερον, καὶ λιπαρώτερον φύλλον ἔχειν, καὶ τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζον· ἄμφω δ' ὅμοια τοῖς ἀγρίοις ῥόδοις, πλὴν ἐλάττω καὶ ἄοσμα. Quæ omnia Plinius summa fide transtulit. Sed Plinio imposuisse existimatur mendum illud quod jam tum ab illius ævo in Theophrasti codicibus inolevisse aiunt, hodieque perseverare, ut κισσὸς pro κιστὸς vel κισθὸς legatur, unde hederæ incautus ascripserit, quæ cisthi fruticis sunt propria. Cur enimvero Theophrastus hoc libro sexto hederam iterum retractandam sumeret inter frutices, quam libro jam tertio, cap. ult. fuse explicarat? Neque vero hederæ flos ullam habet cum rosa similitudinem: cisthi flos habet. Verum ab invidis obtrectatoribus, et malevolis id objectum Plinio arbitramur, cum hederam ipsi viderimus, in horto Regio, attrectaverimusque, plane ea facie, eoque purpureo flore, quo donata a Plinio est. Ibi et altera est hedera saxatilis magno flore, quam Asarinam alii vocant, eaque a Dalecampio pingitur, sub Asarinæ Lobelii nomine, Hist. viii. 17. p. 915.

23. Cap. lxvi. *Differentias faciunt et folia non multitudine, verum et colore. Varia Laconicis, &c.*] In Mss. *Valida.* Unde Pliniani interpolatores et voculam proxime antea adjiciendam ita putarunt, *verum robore et colore.* Ego vero nec quod sit robur foliorum intelligo, nec genus illud, cui a robore foliorum differentia sit potius, quam cui a colore, assignatum a Plinio putem: præsertim cum illud ipsum Laconicum genus variegato esse folio, tum ex re ipsa constet, tum ex Theophrasto, quem Plinius nunc transcribit. Ἔχουσι δὲ, inquit, Hist. iv. 12. καὶ κατὰ τὰ φύλλα μεγάλας διαφορὰς, οὐ πλήθει καὶ μεγέθει μόνον, ἀλλὰ καὶ χροιᾷ· ποικίλος γὰρ ὁ Λακωνικὸς καλούμενος. Itaque *varia*, non *valida*, in Pliniano contextu scribendum: moxque ex fide codicum Reg. Colb. Th. Chiffl. atque ex re ipsa, *et ab ima parte densiora*, non, ut editi libri habent, *et ab una*. Theophrastus et hic quoque favet, qui et in foliorum situ hoc ipsum discrimen agnoscit: Κάτωθεν γὰρ ἔνιοι πλεῖστα φέρουσι τὰ φύλλα.

24. Ibid. *Infausto Atheniensium, et sæpe. Lebaida vocatur influente Cephisso*] In libris vulgo editis interpolatorum opera sic legitur: *Athenien-*

sium prælio: et apud Lebadiam sæpe notatur influente Cephisso: quæ oratio mire inops sententiæ est. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Paris. *Infausto Atheniensium et sæpe Lebaida vocatur, &c.* Itaque omnia intacta et integra liquimus: etsi Lebaida vox est haud satis cognita, nec dubitamus Copaidem paludem hic intelligi, in quam Cephissus influit, ut dictum est IV. 12. cui forte altera ista attributa appellatio sit, qua parte Cephissum excipit. *Infausto Atheniensium* porro dici simpliciter, ac nullo adjuncto, pro *infortunio*, et calamitate præsignificata, haud temere quidem, ut credimus, auguramur: cum et hoc ipso libro, cap. 3. 'bellorum civilium profano,' haud insolentiore loquendi norma, neque huic multum absimili, dixerit. Quod quidam adjecta hic vocula, *infausto Atheniensium exitu, et sæpe,* legunt, audacis nimium conjecturæ nobis videtur, quibus consilium est non Plinii textum novum cudere, sed veterem ac genuinum fide integra repræsentare. *Et sæpe* autem cum adjecit, hoc prodigium alias rursum accidisse innuit, nec semel. Sic II. 57. 'Lacte et sanguine pluisse, M'. Acilio Cos. et sæpe alias.' Id vero et Theophrastus ipse haud obscure innuit, qui Hist. IV. 12. simili prodigio pestem alias prænuntiatam significat, alias penuriam arundinum consecutam. Μετὰ δὲ ταῦτα ὕστερον, ὡς ὁ λοιμὸς ἐγένετο σφοδρὰς, κ. τ. λ. Denique Salmasii conjectura, Exercit. in Solin. p. 117. statuentis legi oportere, *Pelecania vocatur influente Cephisso,* et abest longius a vestigiis veteris scripturæ, nec Theophrastum, quo niti se putat, suffragatorem habet. Ait enim ille, Hist. IV. 12. nasci plurimam arundinem inter Melanem et Cephissum: locum eum Pelecaniam vocari. Hujus loci partes quasdam esse, quæ Χύτροι dicerentur, hoc est, voragines, nempe a forma ollarum: quibus arundo laudatissima proveniret: omnium autem optimam nasci circa Oxeam Campen, qui locus Cephissi ostium est: atque in totum, ubi crassum, lætum, fæcosumque solum sit, Cephissusque se permisceat, ampliorque sit lacus altitudo, ibi probatissimam arundinem oriri: atque hæc omnia utique circa Oxeam Campen et Boëdriam reperiri: habere enim amnem eum vim maximam ad arundinum commendationem. Φύεται δὲ πλεῖστος μὲν μεταξὺ τοῦ Κηφισοῦ καὶ τοῦ Μέλανος· οὗτος δὲ ὁ τόπος προσαγορεύεται Πελεκανία. Τούτου ἐστὶν ἅττα Χύτροι καλούμενοι βαθύσματα τῆς λίμνης, ἐν οἷς κάλλιστόν φασι. .... Κάλλιστος δὲ δοκεῖ γίνεσθαι πάντων περὶ τὴν Ὀξείαν καλουμένην Καμπήν· ὁ δὲ τόπος οὗτός ἐστιν ἐμβολὴ τοῦ Κηφισοῦ..... Τὸ δ' ὅλον, οὗ ἂν ᾖ βαθύγειον καὶ εὔγειον χωρίον καὶ ἰλυῶδες, καὶ ὁ Κηφισὸς ἀναμίγνυται, καὶ πρὸς τούτοις βάθυσμα τῆς λίμνης, κάλλιστον γίνεσθαι κάλαμον· περὶ γὰρ τὴν Βοηδρίαν ταῦτα πάντα ὑπάρχει· ὅτι δὲ ὁ Κηφισὸς μεγάλην ἔχει ῥοπὴν εἰς τὸ ποιεῖν καλὸν κάλαμον, κ. τ. λ. Quibus verbis quis non intelligit, laudatissimum calamum tibialem non ex eo loco oriri Theophrastum velle, qui Pelecania vocaretur, sed in aliis quibusdam locis pinguibus ac lætis, ubi se Cephissus amnis immisceret, aut ubi ostium Cephissi foret? nec Pelecaniam vocari locum lacumve eum quo Cephissus amnis influeret, sed Oxeam Campen, et Boëdriam, auctore Theophrasto; et præter istas appellationes, alio fortassis latere, Plinio auctore, Lebaidam? Mitto ea commemorare quæ Salmasius eo loci congerit de voce πελεκανία, quam in πελικάνια commutat: atque ut ejus verbi vim interpretetur, Græci scriptoris verba sententiamque pervertit: mitto ea, inquam, et negligo, quod properandum sit ad majora.

Est enim operæ pretium hic obiter animadvertere, quam eleganti et concisa brevitate Plinius perstrinxerit quicquid de veterum tibiis, de earum

materia, forma, usu, aut scitu jucundum, aut a ceteris scriptoribus pariter est memoriæ proditum: uberiusque nunc versari in eo argumento, quod in prioribus Notis, pro instituta brevitate, quam maxime sequimur, leviter modo delibavimus.

1. Nam quod ad materiam primum attinet, fuisse eam multiplicem docet: 'Nunc sacrificæ,' inquit, 'Tuscorum e buxo: ludicræ vero loto, ossibus asininis, et argento fiunt.' Fieri et ex auro, orichalco, cervorum, asinorumque cruribus Philostratus admonet, de Vita Apoll. v. 7. p. 228. *Χρυσοῦ τε καὶ ὀρειχάλκου, καὶ ἐλάφων κνήμης, ... οἱ δὲ καὶ ὄνων.* Julius Pollux, IV. 9. tit. 6. *Ἡ δὲ ὕλη τῶν αὐλῶν κάλαμος, ἢ χαλκὸς, ἢ λωτὸς, ἢ πύξος, ἢ κέρας, ἢ ὀστοῦν ἐλάφου, ἢ δάφνης τῆς χαμαὶ ξύλου κλάδος, τὴν ἐντεριώνην ἀφῃρημένος, κ. τ. λ.* Fuisse significat ex calamo, ære, loto, buxo, cornu, osse cervino, ligno chamædaphnes exempta medulla, &c. E buxo quidem in sacris adhibitas esse tibias, non Plinius modo, sed et Statius auctor est, Theb. IV. 94. 'cum sacra vocant, Idæaque suadet Buxus.' Atque ea tibia *ἔλυμος* vocabatur. Pollux, IV. 10. ubi varia tibiarum genera enumerat, *Ἔλυμος, τὴν μὲν ὕλην, πύξινος· τὸ δ' εὕρημα, Φρυγῶν.* Alias in sacris ex ebore fuit: Maro, Georg. II. 'Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.' Hoc est, tibicen, qui in sacris tibiam inflavit eburneam. E loto vero, præter Plinium, et Athenæum, quem in prioribus Notis ad hunc locum, et Pollucem, quem proxime appellavimus, prodidere alii, quos retulimus, XIII. 32.

Sed vetustissima tibiarum materies, ut ex Plinio ac ceteris liquet, calamus tibialis fuit, antequam in crassitudinem aucupatoriam cresceret, diceretur que zeugites: quod erat tum aucupiis tantum utilis, non tibiis: atque hæc ei crassitudo appellatioque adveniebat tum, cum lacus inundatio anno permansisset: ea vero maturius recedente ac subsidente, gracilior calamus fiebat, idemque tibiis aptus, et bombycias cognominatus, ob similitudinem soni: et spado, quod lanugine omnino nulla esset. Plinii hæc verba sunt ex hac sectione: 'Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant: nono hic anno nascebatur: nam et lacus incrementa hoc temporis spatio servabat..... Cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem: vocabantur zeugitæ. Contra bombyciæ, maturius reciproco, graciles: fœminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus. Hinc erant armamenta ad inclusos cantus,' &c. Præiverat Plinio Theophrastus totidem ferme verbis, Hist. IV. 12. *Φασὶ γὰρ, καὶ δοκεῖ, βαθυνομένης τῆς λίμνης, μείναντα τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν, ἁδρύνεσθαι· καὶ γίνεσθαι τὸν μὲν ἁδρυθέντα ζευγίτην· οὗ δ' ἂν μὴ συμπαραμείνῃ τὸ ὕδωρ, βομβυκίαν ..... Διαφέρει δὲ τῶν ἄλλων καλάμων, ὡς καθόλου λαβεῖν, ἀτροφίᾳ τινὶ τῆς φύσεως· ἀπληθέστερον γὰρ εἶναι, καὶ ἀσαρκότερον, καὶ ὅλως δὲ θῆλυν τῇ προσόψει· καὶ γὰρ τὸ φύλλον πλατύτερον ἔχειν καὶ λευκότερον, τὴν δὲ ἀνθήλην ἐλάττω τῶν ἄλλων· τινὰς δὲ ὅλως οὐκ ἔχειν, οὓς καὶ προσαγορεύουσιν εὐνουχίας· ἐξ ὧν ἄριστα μέν φασί τινες γενέσθαι τὰ ζεύγη· κατορθοῦν δὲ ὀλίγα παρὰ τὴν ἐργασίαν. Fertur enim, videturque, aucta altitudine lacus, duranteque inundatione, crassari arundinem: et fieri quidem crassiorem, zeugitem: bombyciam vero, cum aqua non permanserit ....Distat autem* bombycias *a reliquis arundinibus, universe loquendo, nutrimenti nativi penuria: inanior enim est, et gracilior: atque in totum fœmina arundo aspectu intelligitur: latius enim ei folium est, candidiusque: lanuginis minus, quam ceteris. Quædam etiam omnino lanuginis nihil habent, quas spa-*

donum nomine indigitant. Ex his optima tibiarum paria fieri aiunt, sed pauca tamen recte in opere succedere. Quibus ex verbis intelligas præposteræ interpunctionis vitio ante nos hunc Plinii locum laborasse, cum sic ederetur : *Fœminarum latiore folio atque candidiore : modica lanugine, aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.*

2. Jam forma tibiæ in eo præcipue posita, quod et foraminibus multis constaret, et ligulis. De foraminibus res obvia est, nec eget explicatu. Papias, in Vocabulario : 'Tibia est instrumentum musicæ, cum diversis foraminibus, quæ ore inflatur.' Hinc 'multifora tibia' Senecæ, Nasoni 'multiforum buxum.' Ligulæ vero, seu lingulæ, frusta erant duo excisa ex arundine, tibiæ ori inserta, sic admota invicem, compactaque inter se, ut tenuis modo immittendo spiritui aditus inter utrumque foret : Gallis, *Anche de haut-bois, de cornemuse, de musette.* Polluci, IV. 9. tit. 5. Γλῶτται. Hesychio, *γλῶσσαι*, et *γλωσσίδες τῶν αὐλῶν.* Festo, *lingulæ.* Ab his concinnatores tibiarum *γλωσσοποιοί*, uti a foraminibus *αὐλοτρύπαι* vocabantur, auctore Polluce, tit. VI. pag. 189. Tibicinum in eo ars elucebat inprimis, ut labia lingulam bene complecterentur, neque ardenti idcirco ore canerent : *Εὐστομία δὲ, ἣν τὰ χείλη ἐνθέμενα τὴν τοῦ αὐλοῦ γλῶτταν, μὴ πιμπραμένου τοῦ προσώπου, αὐλῇ*, inquit Philostr. de Vita Apoll. v. 7. pag. 228.

Compressiores porro inter se lingulæ contentionem utique majorem poscebant : atque id genus tibiæ bombyces vocabantur, a similitudine soni, inflabanturque difficilius, et erant longiusculæ. Arist. lib. *περὶ ἀκουστῶν*, pag. 1202. *Πάντες γὰρ χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως.* Hinc et calami bombyciæ a Plinio appellati. Harum vero tibiarum præcipuus in theatris usus. Plinius : 'Tunc quoque multa domandæ exercitatione, et canere tibiæ ipsæ docendæ, comprimentibus se ligulis, quod erat illis theatrorum moribus utilius.' Et illud expressum ex Theophr. Hist. IV. 12. *Συμμύειν δὲ τὸ στόμα τῶν γλωττῶν, ὃ πρὸς διακτορίαν εἶναι χρήσιμον. Sed linguarum ora comprimi, quod ad ingressum nuntiorum in scenam maxime est accommodatum.* Διακτορία scilicet ingressum significat nuntiorum in scenam, in quo tibiarum utique contentione opus fuerit, hoc est, graviore contentu, qui apertis deinde tibiis acutior fuit.

Eædem processu temporis 'apertiores' factæ sunt, inquit auctor, 'ad flectendos sonos.' Scilicet ut assa vox, in cantu cum flectitur varietatem modulationis facit : quod qui præstant *ἀσματοκάμπτας* Græci vocant : sic in tibiarum modulatione, spiritus tibicinis vertitur ac temperatur, ut varios edat sonos. Quo spectasse Plautus videtur, Merc. I. 2 'Perii : animam nequeo vertere : nimis nihili tibicen siem.' Atque ejusmodi tibicines camptaulas vocat Flavius Vopiscus in Carino, p. 254.

3. Usus denique tibiarum in sacris : unde 'sacrificæ Tuscorum tibiæ' apud auctorem. Gruteri inscriptio, pag. 269. TIBICINES. ROMANI. QVI SACRIS. PVBLIC. PRAEST. SVNT. Et pag. 175. COLLEGIO. TIBICINVM. ET FIDICINVM. ROMANORVM. QVI. S. P. P. S. hoc est, 'qui sacris publicis præsto sunt.' Vide quæ dicturi sumus, XXVIII. 3. Usus et in ludis, nuptiis, choreis, unde 'ludicræ' Plinio appellatæ. Sed de tibiis ac tibicinibus satis.

25. CAP. XXV. *Diebus septem proximis*] In libris hactenus editis legitur, *Diebus quatuor proximis.* In Mss. Reg. 1. 2. Colb. Th. et aliis, *diebus IIII. proximis.* Fecit nimirum affinitas notarum *IIII.* et *VII.* ut hi

numeri sæpius ab amanuensibus permutarentur. At Cato, quem Plinius nunc se exscribere palam testatur, 'septem' habet. 'Nisi intermestri,' inquit, 'Lunaque dimidiata, materiam ne tangas. Materiam, quam effodies aut præcides abs terra diebus septem, quibus Luna plena fuerit, optime eximetur. Omnino caveto, ne quam materiam doles, neu cædas, neu tangas, nisi siccam, neu gelidam, neu rorulentam.' Et Auctor Geopon. Διχοτόμου οὔσης μετὰ τὸ πανσέληνον.

26. Cap. lxxvi. *Hæc, qua diximus ratione, fluviata decorticatur*] Legit Salmasius in Solin. pag. 1033. ex suis Mss. *decoratur*, explicatque τὴν πελέκησιν, sive perdolationem, quæ materiei decoratio quædam est. Sane contra scriptoris sententiam, quam planam Vitruvii oratio facit, unde Pliniana illa manat. 'Ex abiete autem,' inquit ille ii. 9. pag. 33. 'antequam est excisa, quæ pars est proxima terræ, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis et liquida efficitur; quæ vero est superior.... propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna. Ima autem, cum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto torulo, ex eadem arbore ad intestina opera comparatur, et sapinea vocatur.' Quadrifluviis, inquit, disparata materies, quæ est optima, ut diximus, postquam fluviata est, seu amni mersa, ejecto torulo, hoc est, alburno cum cortice, ad intestina opera comparatur.

27. Ibid. *Junipero eadem virtus quæ cedro. Vasta hæc in Hispania, maximeque Vaccæis*] Prius legebatur, *maximeque baccæ ejus.* At in Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. et reliquis, *vaccæ eis.* In edit. Parm. *bacæ eis.* Nos sinceram inde lectionem eruimus. De vastitate atque amplitudine materiæ juniperi nunc sermo est: de baccis juniperi plane aliena hoc loco mentio.

28. Cap. lxxviii. *Suber, castanea, juglans*] An ea conjunctim legenda, *castanea juglans?* Nam de juglande ipsa, ut a castanea vulgo secernitur, nihil Theophrastus hoc loco, quem Plinius exscribit: καρύαν modo εὐβοϊκὴν dixit, sive castaneam. Et quod de eadem καρύᾳ εὐβοϊκῇ contigisse Antandri idem Theophrastus narrat, id in juglande factum Plinius ait cap. 81. libri hujus. Prorsus ut ipsam castaneam, quam Διὸς βάλανον Græci appellarunt, ut dictum est xv. 25. ipse Latine juglandem, quasi Jovis glandem, appellari potuisse, existimasse Plinius videatur.—'Sic libro sequente cap. 10. ambigere merito quis possit, an non conjunctim legi oporteat, 'castaneæ juglandes.'' *Ed. sec.*

29. Cap. lxxix. *Maxime æterna putant ebenum, et cupressum, cedrumque*] Sic restituimus eum locum secuti cod. Reg. 2. aliosque. Prius legebatur, avulso præpostere ex superiore sententia vocabulo, *Buxum maxime æternam putant, ebenum, et cupressum, cedrumque.* Sane cum ejuscemodi lignorum perennitatem uno templi Ephesini argumento comprobet, in eoque templo quæ genera fuerint adhibita dum commemorat, cedrum, cupressum, ebenumque laudet, taceat de buxo; annon palam facit, se tergeminæ tantum hujus materiæ æternitatem commendare?

30. Ibid. *Hanc materiam elegisse Pandemion, etiam nomen artificis nuncupans*] Prius insulse legebatur, *elegisse eandem, Canetiam nomen, &c.* In Mss. Reg. Colb. Chiffl. Th. &c. *elegisse eandem con etiam.* Unde nos servatis fere totidem apicibus literarum, *Pandemion etiam*, eruimus. Felicius, ut quidem remur, quam Salmasius, qui pag. 816. in Solin. *Demonicon, etiam* reponit. Pandemion tamen si Mucianus, cujus verba recitantur a Plinio, nomen esse singu-

laris cujuspiam artificis putavit, lapsus errore haud sane mediocri videtur: cum aliud nihil vox ea significet Πανδημία, quam commune Asiæ, τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας, vel, uti Plinius ante dixit, tota Asia, qua exstruente, et, ut cuique libuit, conferente operam, Dianæ Ephesiæ templum perfectum est, atque absolutum.

31. Ibid. *Valvas esse e cupresso, et jam quadringentis prope annis durare*] Et hoc rursum Plinius ex Muciani relatu et fide refert, ut ex ipsa verborum structura perspicuum est: neque ex Theophrasto hausit, ut visum est Salmasio, in libello quem inscripsit, *Judicium de Plinio*. Aliud longe est quod Græcus scriptor, Hist. v. 5. aliud quod Latinus narrat. Ille, veteres templi valvas, factas vetustate inutiles, reconditas jacuisse per ætates quatuor, *αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι τέτταρας ἔκειντο γενεάς*. Iste, non modo non jacere, sed stare jam ab annis propemodum quadringentis, hoc est, ipso quoque ævo Pliniano, eo nitore materiæ, ac firmitate plane eadem, ac si nova foret.

32. Ibid. *Numidicarum cedrorum*] Ita libri omnes, etiam Mss. non, ut quidam mutant, *citrorum*. Et vero de tergemino solum ligni genere nunc est instituta oratio, quod æternitatem sibi quandam vindicat, ebeno, cupresso, cedro: obiterque de junipero, cui virtus eadem, quæ cedro, est attributa, ut diximus cap. 76. Et in Africa cedrum provenire, eamque laudatissimam, ibidem ex Plinio Vitruvioque abunde docuimus.

33. Cap. lxxxi. *Et palmæ arbor valida*] Sic restituimus, tum ope codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. &c. tum maxime ex re ipsa, et admonitu Theophrasti, cujus Græca verba sunt ejuscemodi, a Plinio summa fide reddita: libro nempe v. 7. Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ. Ἀνάπαλιν γὰρ καὶ ἡ κάμψις ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται· τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται, ὁ δὲ φοῖνιξ εἰς τὰ ἄνω. Prius *arbor invalida* insulse legebatur.

35. Ibid. *In diversum enim palma curvatur, et populus. Cetera omnia inferiora pandantur: palma e contrario fornicatim*] Intricata ac plane obscura sententia, vel potius nulla, prius legebatur: *In diversum enim curvatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma e contrario fornicatur.* Habent hæc verba *et populus* Mss. omnes: quamobrem ea expungere religio fuit. Alias nec agnoscit ea Theophrastus, loco proxime allato, quem habuit Plinius ante oculos, nec de populo idne sit verum, perinde scilicet atque palmam reniti, sursumque pandari, experiri adhuc licuit. Deinde *pandantur* unanimi consensu eadem exemplaria manu exarata exhibent: et *fornicatim*. Nos ex conjectura, ut remur, haud temeraria, *cetera* pro *contra* substituimus, Theophrastum ad verbum secuti, ἄλλα μὲν γὰρ, κ. τ. λ. Nam *contra omnia inferiora pandari* nec Plinius certe dixerit, nec quid illud sit demum Œdipus ipse sane intellexerit.

35. Cap. lxxxii. *Firmissima in rectum abies*] Ita Chiffl. codex, aliique probatissimi. At libri omnes editi, *firmissima ad tectum*. Minus certe sincere. Expressum enim id videtur a Theophrast. Hist. v. 7. ubi ficum validam esse dicit, cum recta statuitur: magis vero abietem: ἰσχυρὸν δὲ τὸ τῆς συκῆς, πλὴν εἰς ὀρθόν· ἡ δὲ ἐλάτη μάλιστα ὡς εἰπεῖν ἰσχυρόν.

36. Cap. lxxxiii. *Feruleam, argumento similitudinis, quoniam laciniose crispa, in omni genere. Et glutinum abdicant quædam, &c.*] Secuti sumus summa fide vestigia codicum Reg. Colb. Th. Chiffl. et Vet. Dalec. in quibus *feruleam*, et *lacunose* legitur: quæ vox totidem ductus et apices literarum habet quot ista, *lacini-*

ose: non, uti in editis, *fertilem*, et *lacrymose crispa. In omni genere et glutinum abdicant quædam, &c.* aut uti Salmasius in Solin. pag. 417. *festuceam*, quam secum ipse pugnans et probari maxime in hoc usu cupit, hoc est, in glutinatione, et glutinum simul abdicare. Sic enim interpungi jubet: *In hoc usu probant venam, et vocant festuceam, quoniam lacunose crispa in omni genere et glutinum abdicat. Quædam et inter se, &c.* Nam in omnibus libris, vel ipso fatente, *probant* constantissime legitur. Itaque nova conjectura mox paulo legi censet oportere: *in hoc usu probant: improbant venam, &c.* Denique de staminea vena, et de lacunoso crispatu, et de festuca dicit, quæ festucea videri possint: nec sibi ipse satisfacit: nobis vero multo minus.

37. Ibid. *Serrabilia, ac sectilia, quæ modice humida. Arida enim, &c.*] In libris omnibus editis hactenus legebatur, *Durabilia ac sectilia.* Dalecampius reponere nitebatur, *Dolabilia.* In Mss. Reg. Colbert. et aliis, *furabilia* legimus. At haud dubie *serrabilia* scripsit auctor: illud enim Theophrasti voluit reddere, Hist. v. 8. Εὔπριστα δὲ καὶ εὔσχιστα τὰ ἐνικμότερα τῶν πάμπαν ξηρῶν.

38. Cap. lxxxiv. *Jam lignum enim e testudine facit*] Summa fide sinceram hujus loci lectionem repræsentamus, a nobis e codice Regio 2. erutam, et Colb. In Reg. 1. *Jam lignum emi testudine.* Corruptius ab interpolatoribus editum in libris vulgatis, *emi testudinem.* Longe libentius tamen sic agnosceremus, *jam lignum etiam e testudine facit:* ut mutabilem luxuriæ libidinem coargui intelligas, quæ modo ligno contenta non fuerat, nunc vel in ipsa testudine lignum quærit.

39. Cap. lxxxv. *Anno qui fuit sine magistratibus CCCLXXIX. Urbis, æde condita . . . . . hæc nunc circiter annum CCCCL. habet*] Quo nempe anno hæc Plinius literis consignabat, qui fuit Urbis, ut sæpius annotavimus, *DCCCXXX.* qui numerus annorum ex utraque illa summa existit, si annum unicum exceperis: quamobrem is *circiter* caute adjecit. In libris porro ante nos editis, detracta denarii nota, legebatur modo *CCCLXIX.* Ut et in Mss. Reg. 4763. et 4972. in Vaticano autem, aliisque, *CCCCLXIX.* errore minime obscuro, vel duplici ex capite. Nam et utraque summa indicat haud dubie Plinius annos Urbis conditæ, ad illud usque tempus quo hæc commentabatur: et annum *CCCLXIX.* non sine magistratibus fuisse, Chronologi omnes confitentur, sed sub Tribunis militum Consulari potestate: cum iidem perhibeant, (Helvicum dico, aliosque, in hac disciplina summos artifices,) anno *CCCLXXIX.* ἀναρχίαν illam quinque annorum cœpisse: quod altercatione orta patricios inter et plebeios, ob legem latam a Tribunis plebis anno anteriore, de plebeio altero creando Consule, patribusque acerrime obsistentibus, nullum curulem Magistratum passi sunt fieri Tribuni.

40. Cap. xciii. *Pruno sylvestri*] In Mss. *Primo.* Mallem *piro sylvestri*, in qua frequentius, quam in alia quavis arbore viscum reperitur: in pruno autem sylvestri, qui observarit, nondum scio.